PROSPERI FARINACII IC. ROMANI, REPERTORIVM IVDICIALE, CVM FRAGMENTIS.

PROSPERI
FARINACII
ROMANI, IC.
PRÆCLARISSIMI,
REPERTORIVM IVDICIALE,
CVM FRAGMENTIS.

OPVS OMNIBVS IN FORO
versantibus necessarium, ac vtile.

PRODIT NVNC PRIMVM
Ex manuscripto Bibliothecæ Clericorum Regularium S. SILVESTRI
Montis Quirinalis in Vrbe.

OPERA ZACHARIÆ PASQVALIGI,
eiusdem Congregationis Theologi.



LVGDVNI,
Sumpt. Hæred Gabr. Boissat, & Laurentij Anisson.

M. DC. XXXIX.
CVM PRIVILEGIO REGIS.

EMINENTISSIMO
AC REVERENDISSIMO PRINCIPI

ALEXANDRO
BICHIO,
S.R.E. CARDINALI,

ZACHARIAS PASQVALIGVS,
Clericus Regularis, perpetua seruitute
maximè deuotus.

QVÆ diu latuerunt, monumenta prodeunt sub auspiciis tuis, Eminentissime Princeps. Ea sunt PROSPERI FARINACII de re iudiciaria lucubrationes, quas posteritati paratas mors interceperat, & penè cum ipso sepeliuerat. Non auderent prodire, licèt solo Auctoris titulo suspiciendæ, dum situ puluereque sordescunt, nisi tutelarem aliquem nactæ, qui quod Auctoris iure debetur, illis vindicaret. Hic mihi seligendus erat, cùm omnium ornamentorum cumulus, qui te Pontifici summo cha-

rum, Regibus suspiciendum, Orbi spectabilem reddidit, pronuntiare coëgit, nullius tutelam magis, quàm tuam, fore proficuam. Futurum, vt qui gemini iuris honores sustentans doctrina cunctis illuces, ipsis quoque tua luce præires; vt qui splendorem instauras, & auges, quem sacræ Purpuræ reliquit Metellus Bichius, patruus tuus, vir omni honore superior, & quem Turmæ Cardinalium syllabo inscripsit, tanti quoque Auctoris nomen nouo titulo augeres. Et persuadebam mihi, eum qui pro Romana Sede Nuntij munere tum apud Neapolitanum regnum, tum apud Gallorum Regem functus fuerat, iuraque maiestatis Ecclesiasticæ tam sanctè sustinuerat, non ægrè illius futurum vindicatorem, qui inter viuos agens eidem sedi operam, & labores suos impenderat. Atque humanitas illa, qua omnium animis imperas; illa rerum peritia in maximis, arduísque Romanæ Ecclesiæ negotiis exercita; animus ille ad regium characterem efformatus, quo in omnium oculis splendes; ille virtutum omnium chorus, qui tuo pectori insidens tua omnia ad leges, numerósque temperat, quo Vrbanus VIII. Summus, atque felicissimus Pontificum, dignus qui Ecclesiæ perennet, mirum in modum delectatus, te ad sacram Purpuram vocauit. Hæc, inquam, omnia sicut tibi famam conciliant, laudes vel ab inuidis extorquent,

torquent, memoriam immortalem moliuntur; ita lucubrationibus hisce ſplendidiſſimum patrocinium pollicentur. Ipſis igitur benignitas tua adſpiret, atque meam hanc qualemcunque in te reuerentiam parem viribus, imparem animo, maiora enitenti, propitio vultu excipe, illiúſque humilem cultum, atque obſeruantiam adproba, qui tibi liberalibus votis ſumma quæque precatur.

LECTORI.

INSPEXISTI, *mi Lector, in tibi relictis monumentis* PROSPERVM FARINACIVM *veluti totius rei legalis amplißimum promptuarium, & quantam in ijs, quæ scripsit, perceperis vtilitatem, testantur Codices ipsius pluries prælo commißi. Censui, me tibi iniquum fore, si quod de re iudiciaria scripsit, diutiùs inuiderem; itaque cùm ad manus venisset Codex, statim de impreßione cogitaui, & quidquid opus erat ordinare cœpi. Nihil ipsi detractum, nihil additum, ea tantùm, quæ pro secundis curis marginibus apposuerat, suis locis restituta, & ordinata. Nonnulla, at pauca, quæ hîc pertractat, alibi etiam edidit; sed quia aut pro ipsis Auctores alios profert, aut alijs obseruationibus locupletat, & ad argumentum operis spectant, non fuerunt abiuncta. Studium igitur meum æqui boni consule, & tanti Auctoris lucubrationes eo, quo assoles, animo complectere, atque vale.*

CENSVRA.

CENSVRA.

Væ in hoc iudiciali Repertorio præstantissimi ac præclarissimi nostræ ætatis in vtraque Iurisprudentia viri non minori ingenio, quàm labore concluduntur, ego libenter iussu Reuerendissimi D. Nicolai Riccardij sacri Palatij Apostolici Magistri perlegi, nihílque in eis aut contra fidem, aut contra bonos mores adinueni. immo valde posteritati profutura censeo. nec hoc iudicium do, quia cum eo viuente peculiarem amicitiam habuerim, ac aduersùs eundem obseruantiam, sed rei veritate.

Ita censeo ego HIERONYMVS LAMPVGNANVS *I.V.D. ac in Philos. & S.Theologia Magister Subdiaconus Apostolicus.*

IMPRIMATVR,

Fr. NICOLAVS RICCARDIVS,
S.Palatij Apostolici Magister.

APPROBATIO.

Nos infrascripti S.Theologiæ Doctores fidem facimus legisse ac perlegisse librum, cui inscriptio est: *Prosperi Farinacij Repertorium iudiciale*, nihílque in eo Catholicæ, Apostolicæ & Romanæ fidei contrarium repetisse. Lugduni die 21. Octobris 1638.

Fr. CL. COCHET *Ord.Prædicat.*
Fr. BERNARDIN. MOLLIASSON *Ord.S.Francisc.*

Summa Priuilegij à Christianissimo Galliarum Rege concessi.

LVDOVICI XIII. Galliæ & Nauarræ Regis auctoritate sancitum est, ac patentibus litteris cautum, ne quis in Regno suo, aliisve locis suæ ditioni subiectis intra proximos annos decem à die impressionis primæ inchoandos ac numerandos, excudat, vendat, excudendum vendendúmque quouis modo & ratione curet, librum, qui inscribitur, *Prosperi Farinacij Repertorium iudiciale*, &c. præter LAVRENTIVM ANISSON Bibliopolam Lugdunensem, aut illos, quibus ipsemet concesserit. Prohibitum insuper eâdem auctoritate Regiâ omnibus suis subditis, eundem librum extra Regni sui limites imprimendum curare, vel quempiam, vbicumque fuerit, ad id agendum impellere, ac instigare, sine consensu dicti LAVRENTII ANISSON. Idque omne sub confiscatione librorum, aliisve pœnis originali diplomate contra delinquentes expressis. Datum Parisiis die 28. Iulij 1639.

De mandato Regis

Signatum

CEBERET.

SERIES QVÆSTIONVM.

68. De

PROSPERI

PROSPERI FARINACII, IC. ROMANI, REPERTORIVM IVDICIALE.

QVÆSTIO I.

Authoritate propria rem suam, seu alienam quando occupare liceat: iuxta text. in l. si quis in tantam. C. vnde vi; *necnon de vi, & effectu pacti de capiendo, seu ingrediendo propria authoritate.*

SVMMARIVM.

1. *Authoritate propria occupans incidit in pœnas* l. si quis in tantam.
2. *Quid in occupatoribus beneficiorum.*
3. *Quid in occupante rem furatam.*
4. *Quid in muliere occupante.*
5. *Quid in quasi occupante iura incorporalia.*
6. *Quid in milite, seu rustico occupantibus, & n. 7. 8. 9. 10. 11. 12.*
13. *Quid in filio occupante rem à patre possessam.*
14. *Quid in vniuersitate occupante.*
15. *Quid in creditore occupante rem hypothecatam, vel non hypothecatam.*
16. *Quid in emphytheota occupante, & num. 17.*
18. *Quid in occupante feudum.*
19. *Quid in occupante rem communem.*
20. *Quid si occupans habeat constitutum in re occupata, & num. 21. 22. 23.*
24. *An pœna incurrantur ipso iure.*
25. *Quid in occupante qui habet ciuilem possessionem.*
26. *Quid in occupante rem ab alio possessam, & à qua is deiectus fuit.*
27. *An istæ pœnæ exigantur in foro conscientiæ.*
28. *Quid in minore occupante, & num. 29. 30. 31. 32. 33.*
34. *Quid in patre, seu patrono occupantibus.*
35. *An pater teneatur pro filio occupante.*
36. *Quid in furioso occupante.*
37. *Quid in prodigo.*
38. *Quid in tutore, curatore, ac Prælato occupantibus.*
39. *Quid de eo, qui credebat se possidere.*
40. *Quid in eo occupante, qui pœnitens restituit.*
41. *Quid de eo, qui statim fuit reiectus.*
42. *Quid si iudicis, vel iuris via nõ est succursum, & n. 43.*
44. *Quid in quasi occupante possessionem rei vacantis, & num. seq.*
45. *Quid in occupante nemine contradicente.*
46. *Quid in occupante rem commodatam, locatam, depositatam, & num. 47.*
48. *Quid in occupante legitimam.*
49. *Quid si alleget causam iniustam, &c.*
   Quid si dicat se credidisse sibi licere, ibid.
50. *Quid si adest pactum capiendi possessionem propria authoritate, & num. 51.*
51. *Tale pactum an inducat tacitam hypothecam.*
52. *Quid si tale pactum reperitur in instrumento dotali.*
54. *An requiratur citatio stante huiusmodi pacto, & n. 55. 56. 57.*
58. *Vbi quis capere potest propria authoritate, non potest tamen capere per vim, & num. 59. 60.*
61. *Quid de eo, qui potest capere propria authoritate, adiuit tamen iudicem, & num. 62.*
63. *Quid de executore testamenti.*
64. *Pactũ ingrediẽdi, &c. an operetur vt creditor post ingressum possit etiã possessionẽ retinere sine licentia iudicis.*
65. *Pactum ingrediendi, &c. an operetur contra minorem.*
66. *An contra Ecclesiam.*
67. *Pactum ingrediendi, &c. in quo contractu operetur.*
68. *An vigore huius pacti liceat ingredi clam.*
69. *Pactũ ingrediendi, &c. an trãseat ad heredẽ creditoris.*
70. *An detur contra heredem debitoris.*
71. *An cedi possit.*
72. *Pactum ingrediendi, &c. an operetur, si possessio est interuersa.*
73. *Pactum ingrediendi, &c. an operetur si debitor non est in mora, & num. 74. 75.*
76. *Praxis qua vti debet creditor qui habet hoc pactum capiendi propria authoritate; & quomodo post adeptam possessionem petat sibi rem adiudicari, & n. 77.*
78. *Quid de legatario occupante rem legatã, & n. 79. 80. 81.*
82. *Appellare an liceat remedio* l. si quis in tantam.
83. *Fideicommissarius an capiat fideicommissum propria authoritate.*
84. *Forma libelli quãdo agitur ex* l. si quis in tantam, *&c.*
85. *Authoritate propria capiens possessionem beneficij, &c.*
86. *Ius sibi dicens propria authoritate quomodo puniatur.*

AVTHORITATE propria occupans rem suam, debet statim illam restituere, perditque illius dominium: occupans autem rem alienam, æstimationem rei vnà cum ipsa re, restituere tenetur. text. est *in l. si quis in tantam, C. vnde vi.* Ad cuius textus declarationem, & 1

materiam, videas, præter alios, Menoch. *ibi in suo tract. de recuper. poss.* Duen. *regul.* 67. vbi remissiuè Gabriel *conclus. 1. lib. 5. per totam.*

2 Amplia istam conclusionem pluribus modis, & I. etiam procedere in occupatoribus beneficiorum, quia talis occupans priuatur ipso iure beneficio occupato. Gabr. *pag.* 505 *n.* 2. & *pag* 510. *n.* 95. Menoch. *de recup. poss. pag.* 51. *n.* 306. & de materia vide eumdem Menoch. *ibid. pag.* 149. *n.* 177. & *seqq.* Couat. *variar. resol. pag* 946. & *seqq. num.* 7. vbi distinguit plures casus, videlicet *num.* 8.

3 Amplia II. etiam in occupante propria authoritate rem sibi furatam, quando iam deuenit ad locum destinatum, & sic ea interuallo Gabr. *concl.* 1. *lib* 5. *n.* 36. & 82. *pag.* 507. Menoch. *de recup poss. remed.* 9. *n.* 190. Honded. *cons.* 105. *n.* 51. *lib.* 1 posui *in tit. de furtis.*

4 Amplia III. etiam in muliere occupante. Menoch. *de recup. poss pag.* 122. *n.* 9 & *seqq.* Gabr. *pag.* 505 *n.* 6.

5 Amplia IV. in quasi occupantibus propria authoritate iura incorporalia, puta seruitutes prædiorum vrbanorum, seu rusticorum. Gabr. *pag.* 506 *n.* 24.

6 Amplia V. vt nec isto casu excusentur rusticus, & miles. Menoch. *de arbitr. qq. casu* 194. *n.* 15. de rustico posui *in tit. de pœn. temperan.* 9 98. *caus.* 11.

7 Sed in hac ampliatione distinguas plures casus. Primus sit casus, quando rusticu., & miles occupant propria authoritate rem alienam, & tunc dicas quòd nullatenus excusantur, quia occupare rem alienam repugnat iuri naturali, à quo tales personæ non excusantur, vt per Menoch. *de recup. poss. pag.* 124. *n.* 17. & *seqq.* Gabr. *pag.* 105. *n.* 9.

8 Secundus sit casus, quando rusticus, & miles occupant rem propriam, an tunc excusentur, variæ sunt Doctorum opiniones, videas Menoch. *de recup. poss. pag* 124. *n.* 14. & *seqq.* Gabr. *pag* 505. *n.* 9.

9 Tertius est casus in rustico, & milite diligentibus, & sagacibus, & tunc dicas, quòd nullatenus excusantur, etiam occupando res proprias. Menoch. *de recup. poss. pag.* 125. *num.* 32.

10 Quartus est casus, quando rusticus, & miles propria authoritate clam occupassent etiam rem propriam, quia tunc nullatenus excusantur. Menoch. *de recup. poss pag.* 125 *n.* 32.

11 Quintus est casus, quando rusticus, & miles non potuerunt consulere peritos, & tunc dicas quòd excusantur. Gabr. *pag.* 506. *n.* 10.

12 Cætera in materia huius ampliationis videas in alia quæstione, videl *Rusticus quando, & in quibus casibus excusetur*, &c.

13 Amplia VI. supradictam principalem conclusionem procedere etiam in filio occupante propria authoritate res apud patrem existentes, vt per Menoch. *de recup. poss. pag.* 126. *n.* 61. & *seqq.*

14 Amplia VII. etiam in vniuersitate occupante propria authoritate. Menoch. *de recup. possess. pag.* 133. *n.* 123. & *seqq.* Gabr. *pag.* 508 *n.* 61.

15 Amplia VIII vt nec etiam creditori liceat rem sibi obligatā propria authoritate occupare. Gabr. *pag.* 507. *n.* 38 & *seqq.* isto enim casu debitori succurrit *l. extat ff. quod met. caus.* & *l. creditorē ff. ad l. Iul. de vi priu.* vbi occupanti creditori imponitur pœna, de qua, & de eius materia videas Menoch. *de recup. poss. pag.* 80. & *seqq.* per totum illud remedium, & quid de creditore occupante rem sibi non obligatam, vide *ibidem pag.* 81. *n.* 6. & *seqq.* & particulariter quid de creditore habente constitutum, vide infrà *num.* 19. & *seqq.* & generaliter de creditore vim inferente pro recupetatione sui crediti, vide *in Repert. crim. in verb vis, n.* 16.

16 Amplia IX. supradictas pœnas *l. si quis in tantam*, procedere etiam in emphyteota occupante propria authoritate res emphyteuticarias. Gabr. *pag.* 505 *n.* 28.

An autem emphyteota possit à domino expelli propria authoritate quando res fuit facta caduca, vide in alio Repert. *verb. Emphyteotica res*, &c. *num.* 7. Menoch. *de recuper. possess. remed.* 5. *num.* 45. & *seqq.* 17

Amplia X. etiam in occupante propria authoritate feudum ab alio possessum. Menoch *de recup poss. pag.* 146. *num.* 245. & *seqq.* Gabr. *pag.* 507. *n.* 31. quibus in locis traditur etiam quibus feudum amissum acquiratur, an agnatis, an domino directo, an verò violentiam passo. 18

Amplia XI. etiam in occupante rem communem. Gabr. *pag* 507. *num.* 47. Menoch. *de recup poss. pag.* 145. *n.* 236. & *seqq.* vbi de materia. 19

Limita supradicta pluribus modis. Et I. non procedere quando quis occupat propria authoritate res quas suus debitor constituit se nomine creditoris possidere: tunc enim id licitè fit, & nullam pœnam meretur. Tiraquell *de constit. pag.* 12. *n* 37. & *seq.* & *pag.* 19. *n.* 70. & isto casu quis non dicitur attentare, sed continuare suam possessionem, vt dicam in materia continuantis possessionem, infrà *quæst.* 54. *n.* 40. vbi vide. 20

Amplia hanc limitationem, vt isto casu creditor possit capere propria authoritate etiam per vim, vt per Tiraquell. *de const. pag.* 12. *num* 37. & *seq* sed aduerte quòd Tiraquell. *ibi* loquitur quando vnà cum constituto adest etiam pactum capiendi propria authoritate, quia tunc non est mirum si potest etiam occupare per vim, vt dicetur infrà *num.* 59. 21

Sublimita hanc limitationem I. non procedere contra tertium rei possessorem, qui non potest ea propria authoritate spoliari, quamuis creditor haberet in ea constitutum. Æmilian. *cons.* 5. *per totum*, in qua materia videas Tiraquel *de const pag.* 11. *n.* 43. & *seq.* vbi hanc sublimitationem declarat pluribus modis. 22

Sublimita II. vt ista potestas capiendi propria authoritate vigore constituti expiret per mortem debitoris constituentis, de cuius sublimitationis veritate vide eumdem Tiraquell. *ibi num.* 2. & *seqq. pag.* 29. 23

Limita II principalem conclusionem, vt pœnæ d. *l. si quis in tantam*, non incurrantur ipso iure, sed sit necessaria sententia. Menoch *de recup. poss. pag* 152. *num.* 305. & *pag.* 87. *num.* 66. & *seqq.* vbi etiam de materia. Gabr. *pag.* 509. *num.* 94. 24

Limita III. in habente ciuilem possessionem, animo videlicet tantùm retentam, & communi sententia, cui non est prohibitum propria authoritate capere naturalem possessionem, idest, corpore, iuxta dictam communem opinionem. Gabr. *pag.* 510. *n.* 105. & faciunt quæ in simili dicentur *in seq. q. de legatario, n.* 45. isto enim casu non dicitur spoliare, sed continuare, vt per Lancellottum *de attentat. cap.* 4. *limit.* 1. *num.* 65. & *seqq.* 25

Limita IV. in occupante propria authoritate rem possessam ab alio, à qua ille priùs vi fuit deiectus, dixi etiam infrà *quæst.* 12. *n.* 55. Et quid de eo, qui propria authoritate vult occupare res mobiles, quas sibi antea ablatas asserit, vide Lancellottum *de attentatis, c.* 4. *limit.* 1. *n* 34. vbi ait quòd non licet lite pendente, siue incontinenti, siue ex interuallo; incontinenti tamen licitum est recuperare hanc possessionem, secus ex interuallo, vt per Menoch *de retinen. poss remed.* 3. *num.* 252. & *seqq.* etiam bellum mouendo contra illum primum deiicientem. Æmilian. *cons.* 2. *num.* 73. Menoch. *de recup possess. pag.* 138. *num.* 160 & *seqq.* Gabr. *pag.* 510. *num.* 96. Menoch. *in* 6. *remed. adipisc. possess. num.* 6. vbi ait quòd licet isto casu occupare propria authoritate, etiam conuocatis sociis, & amicis. vide Lancellottum *de attentatis, cap.* 9. *limit.* 1. *num.* 25. vbi quòd si quis ante litem motam fuerit de possessione 26

ſionę eiectus, non licet iſtam poſſeſſionem lite poſtmodum mota recuperare, etiam quòd ab ea priùs, & ante litem motam fuerit deiectus, quia iſto caſu diceretur attentare lite pendente, vt *ibi* per eum. & ſic videtur cautela pro deiiciente, vt ſtatim poſſeſſore deiecto litem ſuper illa re introducat, & obtineat aliquam inhibitionem, quia tunc non poteſt deiectus lite pendente ampliùs illam rem recuperare, ſed debet vti ſpoliatus agere ad recuperationem via iuris. qui ad hoc allegat Caputaquenſ. *deciſ.* a 29. *incip. Cum lis, lib.* 1. hæc concluſio venit declaranda, vt procedat quando quis eſt deiectus à poſſeſſione ante litem motam ex interuallo, quia tunc lite mota per poſſeſſorem ſuper illa re, non poteſt ille, qui prætendit ſe deiectum, propria authoritate rem ipſam occupare. Vnde ſecus crederem, ſi quis alterum à poſſeſſione deiiceret, & ſtatim poſſeſſore deiecto litem introduceret ſuper illa re, iſto enim caſu deiiciens eſt ſtatim à iudice amouendus de illa poſſeſſione vti attentata, nec excuſatur poſſeſſor qui deiecit, dicendo ſe ſuam poſſeſſionem continuare, quia ad hoc vt poſſeſſio excuſet continuantem, debet eſſe antiqua, & non noua, vt dixi in materia continuationis poſſeſſionis *quæſt.* 55. in limit. & tradit *ibidem* Lancellot. *num.* 87. *& ſeqq.* Deinde idem Lancellott. *d. num.* 25. *& ſeqq.* facit regulam quòd licitum eſt incontinenti recuperare poſſeſſionem de qua quis fuerat deiectus, & recuperando non dicitur attentare, nec ſpoliare, ſed continuare. Et *num.* 27. *& ſeq.* dicit quòd incontinenti iſto caſu quando dicatur remittitur arbitrio iudicis, & quandoque incontinenti dicitur fieri recuperatio ſi fiat infra decem annos, vt *ibi* per eum *num.* 28. & an recuperans debeat ante recuperationem aliquid proteſtari, & quòd in hoc debet conſiderari qualitas rei actiuæ, & paſſiuæ, & quòd omnia iudicis arbitrio remittantur, tradit idem Lancellot. *ibi num.* 29. allegando inter alios Menoch *de arbitr. quæſt. caſ.* 11 *lib.* 2. Æmilian. *conſil.* 2. *num.* 58. *&* 59. Placen. *in § recuperandæ, num.* 71. *Inſtit. de interd.* vbi quòd incontinenti dicitur facta recuperatio infra multos, vel paucos dies, arbitrio iudicis, conſiderata perſonarum & rei, de qua quis deiectus fuit, qualitate.

27 Limita V. pœnas d. l. *ſi quis in tantam*, tutè exigi non poſſe in foro conſcientiæ, vt per Gabriel. *pag.* 510. *num.* 107.

28 Limita VI. in minore occupante propria authoritate; ſed pro faciliori cognitione huius limitationis diſtinguas plures caſus.

29 Primus eſt in minore proximo infantiæ occupante propria authoritate, & hûc excuſari à pœnis *l. ſi quis in in tantã*, nemo eſt qui debitet, ad tradita per Menoch. *de recup. poſſ. pag.* 124. *n.* 35. *& ſeqq.* Gabr. *pag.* 508. *n.* 61.

30 Secundus caſus eſt in proximo pubertati, ſeu pubere iam facto, & adulto occupante, & tunc dicas quòd iſte non excuſatur. Menoch. *de recup. poſſ. pag.* 124. *n.* 41. *& ſeqq.* Gabr. *pag.* 506. *n.* 11. *& ſeqq.*

31 Amplia hunc ſecundum caſum eouſque procedere, vt nec detur minori in iſto caſu reſtitutio in integrum. Gabr. *vbi ſuprà.*

32 Limita hanc eamdem concluſionem huius ſecundi caſus non procedere in minore qui occupauit, credens ſibi licere poſſe propria authoritate rem ſuam ingredi. Menoch. *vbi ſuprà d. n.* 41. *& ſeq.* & faciunt infrà dicenda *in n.* 49. Gabr. *pag.* 506. *n.* 11.

33 Secundò limita quòd minor occupans non punitur ordinariis pœnis *l. ſi quis in tantam*, ſed extra ordinem mitiùs, vt per Menoch. *ibidem.*

34 Limita VII. in patre, ſeu patrono occupante res propria authoritate exiſtentes apud filium, ſeu ſeruum, quia non incidunt iſtæ perſonæ & ſimiles, quibus debetur reuerentia, in pœnam illius *l. ſi quis in tantam*, vt per Menoch. *ibi num.* 51. *& ſeqq.*

35 Limita VIII. vt ſi filius occupat rem, quam alter poſſidebat, propria authoritate, non teneatur pro iſto delicto filij eius pater, ſuper qua limitatione vide diſtinguentem Menoch. *in d. l. ſi quis in tantam, n.* 63. *& ſeqq.* Gabr. *pag.* 508. *n.* 65. *& ſeqq.* Et quid ſi filius propria authoritate occupauerit peculium ſuum aduentitium apud alium ſimiliter exiſtentem, an amittat proprietatem quo ad ſe, & vſumfructum quoad patrem, vide latè diſputantem Menoch. *ibi n.* 65. *& ſeq. pag.* 127. Gabr. *pag.* 506. *n.* 16. *& ſeq.*

36 Limita IX. ſupradictas pœnas non habere locum in furioſo occupante propria authoritate. Menoch. *de recup. poſſeſſ. pag.* 130. *num* 91. *& ſeqq.* Gabriel *pag.* 508. *num.* 63.

37 Non ſic eſt in prodigo, qui occupando propria authoritate nullatenus excuſatur, vt *ibid.* per Menoch. *n.* 96. *& ſeqq. & ibidem* per Gabr. *n.* 64 *pag.* 508.

38 Limita X. in tutore, curatore, Prælato, & ſimilibus occupantibus propria authoritate res Eccleſiæ, pupilli, & ſimilium, quia illis non præiudicant, de qua materia videas Gabr *pag.* 508. *n.* 67. *& ſeqq.* & Menoch. *de recup. poſſ. pag.* 131. *n.* 101. *& ſeqq.*

39 Limita XI. in occupante qui credebat ſe poſſidere. Menoch. *de recup. poſſ. pag* 134. *n.* 130. *& ſeqq.* Gabr. *pag.* 508. *num.* 72. *& ſeqq* & faciunt ad hanc limitationem infrà dicenda *n.* 49.

40 Limita XII. in eo, qui poſtquam occupauit propria authoritate, pœnitentia ductus antequam conueniretur reſtituit rem occupatam. iſte enim per huiuſmodi pœnitentiam, & reſtitutionem euadit pœnas *d. l. ſi quis in tantam*, quod declara, vt per Menoch. *de recup. poſſ. pag.* 135. *num.* 142. *& ſeqq.* Gabriel. *pag.* 507. *n.* 49.

41 Limita XIII. in eo, qui volens propria authoritate occupare, fuit ſtatim a domino reiectus, & quid ſi ex interuallo, videas ſuper materia huius limitationis Menoch. *de recup. pag.* 136. *num.* 160. *& ſeqq. &* 166. *& ſeqq.*

42 Limita XIV. quando iudicis authoritate non eſt ſuccurſum, tunc rem ſuam furari, & propria authoritate occupare licebit. Menoch. *de recup. poſſ pag.* 60. *n.* 283. *& ſeq. & pag.* 140. *n.* 189. Gabr. *pag.* 510. *n.* 101.

43 Item licet authoritate propria occupare rem, ſi via iuris non eſt ſuccurſum, vt *ibidem* per Menoch. *pag.* 140. *num.* 191. *& ſeq.*

44 Limita XV. in quaſi occupante propria authoritate poſſeſſionem rei vacantis. Menoch. *de recup. poſſ. pag.* 193. *num.* 25. *& ſeqq.*

45 Et hinc eſt quòd quando quid eſt captum propria authoritate, & nemine contradicente, tunc agi non poteſt ex ſpolio, quod declara vt per Imol. *concl.* 44. *lib.* 2. *pag.* 506. *verſ.* 17. *limita.*

46 Aduerte tamen quòd ſi clam quis ingrediatur propria authoritate rem vacantem, tunc non excuſatur, quia illa clandeſtinitas nocet, vt per Gabriel. *pag.* 505. *num.* 22.

47 Limita XVI. in occupante propria authoritate rem commodatam, ſuper cuius limitationis veritate vide Menoch. *de recup. poſſ. pag.* 139. *n.* 184. *& ſeqq.* Gabriel. *pag.* 507. *num.* 33. *& pag.* 509. *num.* 78. *& ſeqq.* vbi etiam de occupante propria authoritate rem locatam, depoſitaram, &c.

48 Limita XVII. in filio occupante propria authoritate rem aliquam pro ſua legitima. Gabr. *pag.* 510. *n.* 102. ſed de hac limitatione vide Menoch *de recup. poſſ. pag.* 84. *num.* 37. *& pag.* 143. *n.* 215. *& ſeqq.* vbi diſtinguit in materia plures caſus.

49 Limita XVIII. in eo occupãte, qui ad euadendum pœnas *d. l. ſi quis in tantam*, allegat aliquam cauſam, licèt iniuſtam, &c. ſuper qua materia vide Menoch.

de recup. possess. pag.86.num.48. & seqq. & pag.88.n.71. & seqq Gabriel. pag.768. num. 317. & ibidem num.3. & 19. in quibus locis habetur etiam, an in incursu dictarum pœnarum requiratur verus dolus, an sufficiat lata culpa, & quid de eo, qui dicit se occupasse, quia credebat id sibi licere, videas ibi per suprà allegatos, & suprà num.32. & 39. & dixi hac de re in impressis quæst.90.

50 Limita XIX. in eo, qui occupauit propria authoritate vigore pacti initi inter ipsum, & aduersarium, quòd possit propria authoritate capere possessionem, &c. talis enim occupans nullam pœnam meretur, & licitè omnia facit, vigore supradicti pacti. Menoch de recup. poss pag.51. n.232. & pag.83. n.28. & seqq. Gabriel pag.509. n.87. super materia huius limitationis vide infrà n.58. & seqq. & n.64. & seqq.

51 Taleque pactum inducit tacitam hypothecam in ea re, in qua debitor dat creditori licentiam occupandi propria authoritate, &c. Cotta pag.384. in verbo Hypotheca, &c.

52 Sublimita, hanc limitationem procedere quando instrumentum, & debitum esset purum, & liquidum; quod si esset conditionale, & non liquidum, tunc secus esset. Exemplum, quando tale pactum reperitur appositum in fauorem mulieris in contractu dotis. nam tunc mulier non potest propria authoritate capere, &c. sed necesse est quòd adeat iudicem, & coram ipso probet qualiter maritus fuit mortuus, & qualiter cum eo legitimum præcesserat matrimonium, & sic quòd euenerit casus restitutionis dotis. Super hoc particulari de muliere repetente dotem, vide idem asserentem Menoch. de adipisc. poss. pag.79 n.47. vt per Cottam in memorab. pag.633. vbi etiam de materia, super qua vide omnino disputantem, & declarantem Menoch de adipisc poss. pag.79 num.47. & pluribus seqq. per totam illam quæst. ex cuius dictis aliqua principaliora colligendo facio regulam quòd pactum ingrediendi propria authoritate non operatur nisi debito priùs liquidato, ibi pag.79. num.47. & seq. & num.52. vbi de communi, licet multi ibidem relati num.59. & seq tenuerint contrarium. Limita hanc communem, quando expressè pactum dicit quòd liceat ingredi propria authoritate, etiam quòd debitum non sit liquidum, ibi n.63. vbi de communi. Limita secundò, quando dictum est vt liceat ingredi propria authoritate, etiam non adeundo iudicem, ibi num.64. quia his duobus casibus istud pactum exequutiuum operatur etiam quòd debitum non sit liquidum, vt ibi per eum, vide in seq. num. & si vis scire formam, & modum obseruandum in hac liquidatione crediti, antequam ingrediatur quis propria authoritate vigore huius pacti exequutiui, recurre ad eumdem Menoch. ibi num.70.

53 Aduerte tamen quòd quando in contractu insimul cum supradicto pacto exequutiuo adest etiam constitutum, tunc quis potest capere propria authoritate, etiã quòd debitum non sit purificatum, seu liquidum, si credimus Tiraquel. in tract. de const. pag.13. n.43. & ita etiam tradit Menoch. de adipisc. poss. in 5. remed. pag.80 n.69. & pag.82 à tergo, n.108. & pag.85. n.140. & seq.

54 Aduerte insuper quòd quando ille, qui habet huiusmodi potestatem capiendi possessionem propria authoritate, vigore supradicti pacti adit iudicem vt illum mittat in possessionem, &c. iudex non debet talem missionem concedere, nisi parte citata. Cotta pag.634 vbi de communi, Imol. pag.301. vers. quinquagesimotertiò, &c. & seq. vbi de magis communi, & pag.309. vers. nonagesimò amplia. Menoch. de recup. poss. pag.113 n.97 & seqq.

55 Licèt contrarium tenuerint multi relati ab Imol. d. pag.301. & pag.352. vers. octuagesimotertiò, &c. & à Menoch. de recup. poss. pag.84. n.29. super hac materia, videlicet an sit necessaria citatio, an libellus, & generaliter qui ordo sit seruandus quando creditor adit iudicem, vt ei det licentiam ingrediendi propria authoritate vigore sui pacti exequutiui, habetur per Menoch. de adipisc. poss. in 5. remed. quæst.20.21. & 22. vbi distinguit plures casus.

56 Vnus tamen est casus in quo iudex potest mittere in possessionem, etiam sine citatione, quando videlicet ille, qui adit iudicem, dicat quòd intendit vti sua facultate capiendi propria authoritate, asseritque se adire iudicem non alia de causa, nisi ad euitanda scandala, quæ possent oriri in capienda illa possessione, & ideo petit se solùm à causa associari. nam tunc nulla requiritur citatiò. Imol. pag.302. in princip. & Menoch. de recup. poss. pag.113. num.99. & seqq.

57 An autem istud pactum capiendi propria authoritate, &c. transeat etiam contra tertium possessorem, habetur per Turz. opin.118. vbi pro, & contrà. Tiraquel. de constit. pag.13. num.43. & seqq. Omnino in hac materia vide latè distinguentem, & disputantem Menoch. in 5. remedio adipisc possess. num.111. & pluribus seqq. & totam illam quæstionem pag.82. à tergo.

58 Sublimita I. generaliter omnes supradictas limitationes duobus modis. Primò quòd in omnibus casibus, in quibus quis potest capere propria authoritate, non potest tamen per vim capere a resistente, vt per Clar. de testam. q.68. & de donat. quæst.11. vers.5. contrarium verò Menoch. de recup. possess. pag.51. num.233. & pag.542. num.208. & seq. vbi etiam de materia, & pag.144. num.224. & pag.106. num.34. & seq. vbi etiam latè de materia. Menoch. in 5. remedio adipisc. possess. num.30. vbi de communi, & num.78. & seq.86. & seq. vbi quòd creditor habens authoritatem ingrediendi, &c. non potest ingredi quando debitor ex aliqua causa siue iusta, siue iniusta, resistit. Limita quando debitor resisteret verbo tantùm, sine iusta causa, quia tunc creditor potest ingredi etiam resistente isto debitore, non facto, sed verbis, quando habet pro se supradictum pactum ingrediendi propria authoritate, vt ibi per Menoch. num.80. pag.81. vbi de communi. vide infrà num.86.

59 Nisi vnà cum pacto de capiendo propria authoritate iunctum etiam esset constitutum, quia tunc licet capere propria authoritate, etiam per vim, vt per Tiraquell de constis. pag.12. num.37. vide suprà num.21. adde Menoch. de adipisc. possess. in 5. remedio, num.81. & seq vbi quòd licet etiam creditori ingredi possessionem debitoris resistentis, quando cum huiusmodi pacto adest etiam constitutum, & ibi testatur de communi. Amplia, vt idem sit si cum eodem pacto adsit clausula Precary, ibidem num.82. in fine. Limita vt procedat, cùm creditor statim quòd videt debitorem resistere, ingreditur per vim; secus si post resistentiam ingrederetur per interuallum, ibidem num.84. Limita secundò dummodo hic violentus ingressus sit cum moderamine inculpatæ tutelæ; secus si ex ingressu contra resistentem posset aliquod scandalum oriri, quia tunc etiam quòd cum pacto exequtiuo adsit constitutum, tum non poterit ingredi quando ei resistitur, vt ibidem per Menoch. num.85. Limita tertiò quando debitor resisteret ex aliqua iusta causa, puta quòd non venerit dies solutionis, vel quia soluit, vel si tunc offerret soluere: istis enim casibus, etiam quòd cum pacto adsit constitutum, tum non licet ingredi per vim propria authoritate contra resistentem, ibi n.78. & seqq. & num 81.

60 Vel nisi quis vellet recuperare possessionem, à qua per prius fuerat vi deiectus. nam tunc illi deiicienti etiam bellum moueri potest, vt suprà diximus n.26.

Subli

61 Sublimita II. supradictas omnes limitationes, in quibus quis potest occupare propria authoritate, non procedere quando quis adiuisset iudicem. nam tunc videtur sibi præiudicasse in potestate quam habebat. Et ideo via, quam elegit, sibi pateat, nec potest ampliùs propria authoritate occupare, vt per Tiraquel. *pag. 12. num. 39. & seq.* vbi etiam de materia. hanc eamdem sublimitationem tradit Menoch. *de adipisc. possess. in 5. remedio, num. 157.* vbi loquitur in pacto de ingrediendo propria authoritate.

62 Nisi ille, qui adit iudicem, protestetur saluam sibi remanere debere viam facti, videlicet quòd possit, si postea voluerit, vti potestate, quam habet capiendi propria authoritate. quia tunc ille recursus ad iudicem non nocebit, &c. vt per eumdem Tiraquell. *de constitut. pag. 13. num. 42.* & per Menoch. *de adipisc. possess. in 5. remedio, num. 158. & in 6. remedio, num. 10. & seq.*

63 Exequutor autem testamenti an possit capere, & administrare bona testatoris propria authoritate, habetur per Capram *in tract. de exequut. vlt. volunt. membro 5. num 9. & seqq.* sed de hoc videas in alio Repertorio *in materia vlt. volunt. vers. exequutor testamenti an possit*, vbi est locus suus.

64 Addendo aliqua supradictis *in num. 50. & seqq.* dum firmauimus regulam quòd habenti pactum exequutiuum à debitore, videlicet de ingrediendo propria authoritate rem debitoris, liceat ei dicto pacto vti, & propria authoritate ingredi, &c. Modò deueniendo ad aliquas ampliationes, & limitationes istius negatiuæ vltra superius dicta *d. num. 50. & seqq. & 58. & seqq.*

Amplia I. vt quando creditor habet hoc pactum ingrediendi propria authoritate, tunc ne dum sine iudicis licentia potest ingredi possessionem, sed etiam adeptam retinere, & sic non habet necesse postquam adeptus, & ingressus est propria authoritate, aliter adire iudicem, vt per Menoch. *de adipisc. possess. in 5. remedio, num. 5. & seqq.* vbi respondet ad contraria.

65 Amplia II. vt etiam creditori pupilli, & minoris liceat ingredi propria authoritate possessionem illius rei, cuius ingrediendi licentiam habuerit ab ipso pupillo, seu minore, si contractus, in quo reperitur appositum tale pactum, est validus, aliter secus. Menoch. *de adipisc. possess. in 5. remedio, num. 11. & seqq.* vbi etiam de materia.

66 Amplia III. vt vigore huiusmodi pacti exequutiui liceat etiam capere res Ecclesiæ, quæ non sunt Deo dicatæ. Menoch. *de adipiscend. possess. in 5. remedio, num. 25. & seqq.* vbi etiam respondet ad contraria.

67 Amplia IV. vt tale pactum exequutiuum capiendi propria authoritate operetur ne dum in contractu pignoris, & hypothecæ, sed etiam in omni alio contractu. Menoch. *de adipisc. possess. in 5. remedio, num. 34. & seq.*

68 Amplia V. vt creditor vigore huius pacti exequutiui possit etiam clam, & domino ignorante, ingredi propria authoritate. Menoch. *de adipisc. possess. in 5. remed. n. 89. & seqq.*

69 Amplia VI. vt hoc pactum capiendi propria authoritate transeat etiam ad hæredem creditoris. Menoch. *ibid. num. 97. & seqq.*

70 Amplia VII. vt è contra competat, nedum contra ipsum debitorem, sed etiam contra hæredem ipsius debitoris. Menoch. *ibid. n. 100. & seqq.* vbi hanc ampliationem limitat tripliciter.

71 Amplia VIII. vt facultas ingrediendi propria authoritate, vigore huius pacti exequutiui competat etiam cessionario creditoris, & sic pactum istud est cessibile. Menoch. *de adipisc. possess. in 5. remedio, n. 100. & seqq.* vbi hoc limitat quadrupliciter. Vide in proposito Plac. *cap. 47. pag. 793. & seqq.*

72 Limita modò eamdem conclusionem I. quòd creditori vigore huius pacti exequutiui non licet ingredi propria authoritate possessionem illius rei, quam suus debitor interuertit, quia istud pactum post interuersionem possessionis nihil operatur. Menoch. *vbi suprà, n. 36. & seq.* vbi etiam isto casu quòd si cum pacto de ingrediendo, &c. adest clausula *Constituti*.

73 Limita II. quia nisi debitor sit in aliqua mora soluendi, tunc vigore istius pacti creditor non potest ingredi possessionem propria authoritate. Menoch. *de adipisc. possess. in 5. remedio, num. 75. & seq.*

74 Sublimita I. nisi periculum esset in mora, quia tunc etiam debitore non existente in mora, licitum est vigore huius pacti exequutiui ingredi propria authoritate, &c. Menoch *ibid. n. 73. & seq.*

75 Sublimita II. quando in pacto isto ingrediendi propria authoritate adesset clausula, *Ex tunc*, &c. quia tunc sufficit venisse diem solutionis, absque eo quòd aliter constituatur in mora. Menoch. *vbi suprà, n. 76. in fine.*

76 Praxis, qua vti debet creditor, quando vult ingredi propria authoritate vigore huius pacti exequutiui, etiam quòd debitum non sit liquidum, habetur per Menoch. *ibid. num. 61. & seq.*

77 Praxis autem, qua vti debeat similiter iste creditor postquam talem possessionem ingressus est, vt faciat rem sibi pro credito adiudicari, ponitur *ibidem* per Menoch. *num. 160. & seqq.*

78 Scias in materia quòd legatarius occupans propria authoritate perdit rem & legatum, à iureque suo cadit, *l. non est dubium, C. de legat.* Gomez *in tit. de legat. num. 10.* vide *in seq. quæst. num. 29. & seqq.* & credo de hoc etiam dixisse in fragmentis *in vers. authoritate propria*, vbi vide. vide etiam Gabr. *lib. 5. concl. 1. n. 48. 55. & 98.*

79 Limita I. hanc conclusionem procedere, quando iam hæres adierat hæreditatem, erátque in possessione rerum hæreditariarum, quia si hæreditas non erat adita, tum legatarius non cadit à iure suo, occupando rem legatam, sed tantùm hæredi competit interdictum, *quorum legatorum*, pro falcidia. Gomez *d. num. 10.*

80 Limita II. quando testator dedisset legatario capiendi authoritatem sua propria authoritate. gloss. *in l. Titia cùm testamento. ff. de legat. 2.* vbi Bart. Alban. Castr. & communiter Doct. teste Gomez *d. num. 10.* vbi ampliùs quòd sufficit voluntas testatoris, tacita, & exequutoris electa.

81 Limita III. in exequutore testamenti, qui propria authoritate potest rem sibi legatam capere. Bald. Castr. *in d. l. non dubium, C. de legat.* Gomez *d. num. 10.*

82 Appellare autem an liceat in sententia lata contra inuasorem, seu occupatorem condemnatum, ex remedio *l. si quis in tantam*, vide *infrà*, vbi agitur, an liceat appellare à sententia lata super possessorio.

83 Fideicommissarius an possit propria authoritate fideicommissum occupare, dixi *in vers. fideicommissarius, num. 4.* sed meliùs dicam *in seq. quæst.*

84 Forma autem agendi, & libellandi contra illum, qui rem propria authoritate occupauit, traditur per Menoch. *de recup. possess. pag. mihi 126. n. 55. & pag. 152. num 310. & pluribus seqq.*

85 Authoritate propria si Clericus beneficij possessionem vi ingrediatur, ipso iure est illo priuatus. *cap. eum qui, de præbend. lib. 6.* Rebuff. *in pract. benef. part. 3. de mod. amitten. benef. num. 28.*

86 Authoritate propria occupans rem propriam, vel alienam, & per vim, sibíque ius dicens propria authoritate, & per vim, quomodo, & quando puniatur? Ista est materia *l. Iulia, de vi publica*, de qua vide *in Repert. crim. in fragmen. vers. vis publica, num. 16. & num. 2.* Menoch. *cas.* 391. præsertim *num.* 105. Corn. *cons.* 34. *num.* 15. *lib.* 4. Decian. *lib.* 8. *cap.* 17. *num.* 10. *& cap.* 18. *num.* 16. Vide Claud. Seyssel. cæteri sunt reportati, & quia quando non potest haberi copia iudicis, licitum est propria authoritate ius dicere; ideo quando hoc verum sit, vide regulam cum ampliationibus, & limitationibus positam per Claud. Seyssel. *in repet. l. vt vim, num.* 110. *& seqq. ff. de iust. & iur.* Credo dixisse remissiuè *in fragmentis, vers. authoritate propria*, vbi vide. Atque circa præsentem materiam alia habes *in tit. de furtis quæst.* 177.

QVÆSTIO II.

De hærede tam directo, quàm fideicommissario, vsufructuario, legatarióve occupantibus propria authoritate, ac etiam quid de donatario causa mortis.

SVMMARIVM.

1. *Hæres non potest capere propria authoritate, vbi etiam de materia.*
2. *Quid in instituto in re certa.*
3. *Quid in hærede sub conditione.*
4. *Fideicommissarius non potest capere propria authoritate.*
5. *Et occupando priuatur fideicommisso ipso iure.*
6. *Etiam quòd causa agatur summariè, & de æquitate canonica.*
7. *Amplia etiam in casibus in quibus iura fideicommissi transeunt ipso iure in fideicommissarium, & n. 8.*
9. *Amplia etiam quod fideicommissi possessio sit vacans, & num. 10.*
11. *Limita in secundo fideicommissario, & exemplifica vt ibid.*
12. *Limita in fideicommissario cui est facta verbalis restitutio.*
13. *Limita in fideicommisso relicto liberè.*
14. *Limita quando testator in vita dedisset fideicommissario possessionem.*
15. *Limita quando dedisset fideicommissario licentiam, &c.*
16. *Limita in fideicommissario relicto exequutore.*
17. *Limita quando testator prohibuit ne molestetur fideicommissarius.*
18. *Vsufructus non potest capere propria authoritate.*
19. *Limita in vxore relicta vsufructuaria, & num. 20.*
21. *Limita quando est institutus hæres post mortem vsufructuary.*
22. *Limita in vsufructu legato omni meliori modo, &c.*
23. *Limita in vsufructuario relicto exequutore testamenti.*
24. *Limita quando prohibuit testator ne molestetur vsufructuarius.*
25. *Limita in vsufructu relicto liberè.*
26. *Limita quando testator dedit vsufructuario licentiam, &c.*
27. *Limita in vsufrructu relicto pleno iure.*
28. *Limita quando testator dedit vsufructuario possessionem in vita.*
29. *Legatarius non potest occupare propria authoritate.*
30. *Siue legatum sit generis, siue speciei.*
31. *Amplia etiam in legato alimentorum, & num. 32.*
33. *Limita quando testator dedit legatario licentiam, &c.*
34. *Et quid si dixit, capiat legatarius.*
35. *Limita in legatario exequutore testamenti.*
36. *Limita in legatario occupante sine dolo.*
37. *Limita in legato relicto liberè.*
38. *Limita si testator prohibuit ne legatarius molestetur, & num. 39.*
40. *Limita quando hæres est negligens in colendo fundum legatum.*
41. *Limita in legato facto ad pias causas.*
42. *Limita in legatario occupante antequam hæres adiuit, vel fuerit adeptus possessionem, &c. & num. 43.*
44. *Limita quando testator constituit se nomine legatarij possidere.*
45. *Limita in legatario habente ciuilem possessionem.*
46. *Limita in legatario occupante de consensu hæredis.*
47. *Limita quando legatario in vita dedisset possessionem.*
48. *Limita quando in legato periculum est in mora.*
49. *Limita in legato facto causa studiorum.*
50. *Limita in legato facto pro sepultura.*
51. *Sublimita, quia non potest capere per vim.*
52. *Interdicti quorum legatorum materia.*
53. *Dominus causa mortis an capiat propria authoritate.*

CONTINVANDO materiam superioris quæstionis, 1

QVÆRO in primis, an hæres possit hæreditatem suam propria authoritate occupare?

Respondeas quòd sic, vt tradit Benincas. *de paupert. pag.* 203. *n.* 2. Roland. *cons.* 78 *num.* 11. *vol.* 3. Sed pro veriori declaratione distinguatur in hunc modum, si possessio rerum hæreditariarum est vacans, tunc vtique potest per hæredem propria authoritate occupari, vt per Menoch. *in 6. remed. adipisc. poss. n.* 4. *& seqq.* vbi de communi, & eam ampliat vt liceat occupare etiam conuocatis amicis. Si verò possessio rerum hæreditariarum sit plena, puta quia alius erat in earum possessione, tunc non licet occupare propria authoritate, etiam quòd extaret statutum concedens facultatem apprehendendi propria authoritate. Menoch. *ibid num.* 21. *& seqq.*

Amplia id procedere ne dum in vniuersali hærede, 2 verùm etiam & in hærede particulariter in re certa instituto, vt per Roland. *cons.* 74. *num.* 23. *vol.* 2. Menoch. *de recup. pag.* 84. *num.* 35. Diaz *reg.* 407. *in 4. limit.* Dilect. *sub tit. de legat. caut.* 12. Menoch. *de adipisc. possess. pag.* 11. *num.* 64. *& seq.* Menoch. *in l final. n.* 134. *C. de edict.* vbi de communi.

Limita in hærede instituto cum conditione, qui 3 ante conditionis euentum nullo pacto potest hæreditaria bona propria authoritate capere. Menoch. *de recup. remed.* 9. *pag.* 144. *num.* 231. *& seqq.* quòd aliqui ibi per eum relati tenuerint contrarium, Ripa *in cap. sæpe, num* 97. *de restit spoliat.* Gabr. *fol.* 510. *n.* 113.

QVÆRO II. an fideicommissarius hæres possit 4 propria authoritate occupare, &c.

Dicas quòd non, quia debet de manu hæredis grauati hæreditatem capere. Matthes. *sing.* 41. *in addit.* Roland. *consil.* 78. *num.* 6. *& seqq.* 14 *& seqq. vol.* 3. vide Gabr. *lib.* 5. *conclus* 1. *num.* 113. Ripa *in c. sæpe, num.* 93. *de restitut. spoliat.* Decis Pedemont. 34. *num.* 21. *& seq.* Menoch. *de recup. possess. remed.* 9. *num.* 211. *& seq. & num.* 231. *& seqq.*

Amplia hanc conclusionem pluribus modis, & I. 5 quòd fideicommissarius occupans propria authoritate priuatur fideicommisso ipso iure, vt per Matthes. *d. sing.* 42. *in addit.*

Amplia II. quòd fideicommissarius non potest ca- 6 pere propria authoritate, etiam quòd eius causa tra-

ctetur

ctetur ſummariè,& de æquitate canonica. Roland. *d.*
*conſ.*78.*num.*10. *vol.*3.vbi reſpondet ad contraria.

7 Amplia III. quòd etiam in caſibus in quibus iura
fideicommiſſi tranſeunt ipſo iure abſque vlla reſtitu-
tione in fideicommiſſarium,de quibus in alio Repert.
*in verb. fideicommiſſarius,n.*4.&c. dictum eſt,adhuc ta-
men fideicommiſſarius ipſe non poteſt realem poſ-
ſeſſionem propria authoritate capere. Roland. *d.conſ.*
78.*n.*15.*vol.*3. Menoch. *in l.fin.num.*200.*& ſeqq.C.de*
edict.diui Adr.ſollen. vbi præſertim loquitur, hærede
grauato poſſidente.

8 Contrà faciunt tradita per Cephal. *conſil.* 49.
*num.*10.*vol.*1.

9 Amplia IV. vt nec liceat fideicommiſſario propria
authoritate capere fideicommiſſariç rei poſſeſſionem,
etiam vacantem.Roland.*d.conſ.*78.*num.*19.*&* 20.*vol.*3.
vbi etiam, an iſto caſu fideicommiſſarius priuetur
fideicommiſſo.

10 Contrarium quòd poſſeſſio vacans poſſit propria
authoritate à fideicommiſſario occupari, tradit Ce-
phal. *d.conſ.*40. *num.*10. *vol.*1. & faciunt tradita ſuprà
in 1.*quæſt.principali,num.*83.

11 Limita ſupradictam concluſionem pluribus mo-
dis, & I. illam procedere in fideicommiſſario primo,
videlicet illo,qui eſt inſtitutus poſt hæredem primum
grauatum immediatè.quòd ſi ſumus in alio fideicom-
miſſario inſtituto poſt alterum præcedentem fidei-
commiſſarium, tunc dicas, quòd iſte ſecundus fi-
deicommiſſarius poteſt capere propria authoritate,
&c. Exemplum, Titius inſtituit Mæuium, quem ro-
gauit vt reſtituat hæreditatem Sempronio. eumdém-
que Sempronium rogauit vt reſtitueret hæreditatem
Gaio. Iſte Gaius, ex quo non capit de manu Mæuij
primi hæredis grauati,ſed de manu Sempronij etiam
fideicommiſſarij, poteſt tutè abſque vllo pœnarum
incurſu propria authoritate fideicommiſſum capere,
vt per Cephal.*d.conſ.*49.*num.*17.*vol.*1.

12 Limita II. in eo fideicommiſſario, cui ab hære-
de grauato eſt facta reſtitutio verbalis, licèt non rea-
lis, quia ſtante tali verbali reſtitutione poteſt de ſe
abſque alio fideicommiſſum occupare. Roland. *conſ.*
78.*num.*15.*vol.*3.

13 Limita III. in fideicommiſſo alicui relicto per
verbum *liberè.* tunc enim non eſt neceſſaria aliqua
reſtitutio hæredis grauati. Plot. *in l.ſi quando, pag.* 22.
*num.*54.*C.vnde vi.*Mattheſ.*ſing.*43. *in addit.* vbi etiam
refert contrarium tenentes,& vide infrà *n.*25.*&* 37.

14 Limita IV. quando teſtator in vita dediſſet fidei-
commiſſario poſſeſſionem fideicommiſſi, quia tunc
nulla eſt neceſſaria reſtitutio,vt per Roland.*d.conſ.*68.
*num.*16.*vol.*3.& faciunt dicta infra *num.*28.*&* 47.

15 Limita V. quando teſtator dediſſet fideicommiſ-
ſario poteſtatem capiendi fideicommiſſum propria
authoritate; tunc enim ſimiliter nulla erit neceſſaria
reſtitutio hæredis grauati. Roland. *d.conſ.*78. *num.*17.
*vol.*3. Plot. *in l.ſi quando,num.*54.*pag.*22. *C. vnde vi.*
Mattheſ.*ſing.*42. *in addit.* Menoch. *de adipiſc. poſſeſſ.*
*pag.*10. *num.*45. faciunt dicta infrà *num.* 26.33.*& ſeq.*
adde eundem Menoch. *de adipiſc. poſſeſſ. in* 5. *remedio*
*num.*31.*pag.*78. ſed contrarium videtur tradere idem
Menoch.*in* 6.*remedio adipiſc.poſſeſſ.num.*23.*& ſeq.*

16 Limita VI. in fideicommiſſario relicto exequuto-
re teſtamenti, qui poterit propria authoritate capere
fideicommiſſum. Roland. *conſ.*78. *num.*18. *vol.*3. fa-
ciunt dicta infrà *n.*23.*&* 35. quæ huc referas, de exe-
quutore.

17 Limita VII. quando teſtator prohibuiſſet hæredi
ne vim faceret fideicommiſſario,quia per hanc prohi-
bitionem tacitè ei videtur data licentia capiendi pro-
pria authoritate. Plot. *in d.l.ſi quando,num.*54.*pag.*22.
& vide ea quæ infrà dicentur *num.*24.38.*& ſeq.*

QVÆRO III. An vſuſfructuarius poſſit vſumfru- 18
ctum capere propria authoritate, an verò de manu
hæredis; facias regulam quòd debet illum de manu
hæredis capere, & non propria authoritate. Roland.
*conſ.*74.*n.*16.*&* 25.*vol.*2.Anchar.*quæſt.*1.*num.*36.*part.*2.
Menoch. *de recup. poſſeſſ pag.*145.*num.*241.*& ſeqq.* vbi
etiam, cui acquiratur iſte vſusfructus, quem vſufru-
ctuarius occupando propria authoritate amittit.
Gabr.*pag.*585.*num.*4. Menoch. *de adipiſc.poſſeſſ.pag.*6.
*n.*77. vbi quòd non priuatur ſi cepit propria autho-
ritate, ſed paſſim.

Limita hanc concluſionem pluribus modis. Et I. 19
illam non procedere in vxore relicta vſufructuaria
domina,& neceſſaria,quæ cùm iuxta vulgarem cõſue-
tudinem non debeat habere niſi alimenta, ea poteſt
capere propria authoritate: aduerte tamen quòd ſi
filius hæres inſtitutus ſtatim fecit inuentarium, tunc
iſta vxor, & mater reſpectiuè non poteſt capere pro-
pria authoritate, vt per Montieul.*de inuentar. pag.*75.
*num.*65. vbi tamen non ſe firmat, prout aliàs diximus
in Repertorio quæſt. vltima voluntatis, *q.*7.*num.*51. qui-
bus addo Rolan.*conſ.*74.*num.*16. *& ſequentibus, num.*2.
Tiricet. *de teſtam.coniug. pag.*169. *num.*2. Gozad. *conſ.*
95.*in fine.* Menoch. *de adipiſc. poſſeſſ. pag.*10.*num* 54.
Anchar.*quæſt.*1.*num.*39.*part.*2.

Sublimita hanc limitationem procedere prout 20
ipſa loquitur, videlicet in vxore vſufructuaria, quæ
conſequitur tantùm alimenta. quòd ſi eſſemus in ca-
ſibus, in quibus conſequeretur plenum vſumfru-
ctum, tunc ſecus eſſet, quia non poſſet capere illam
propria authoritate. Tiricet. *pag* 170. *& ſeq.* vbi de
communi. iſto enim caſu vxor vſufructuaria nullum
habet priuilegium,vt *ibi* per eum.

Limita II. eamdem concluſionem, quando hæres 21
eſt inſtitutus poſt mortem vſufructuarij, quia tunc
cùm nemo ſit hæres à quo vſufructuarius poſſit pe-
tere, ideo poterit illum propria authoritate capere.
Roland. *conſ.*74. *num.*16. *vol.* 2. Tiricet. *pag.* 169.
*num.*2. Menoch. *de adipiſcend. poſſeſſ. pag.*11. *num.* 66.
& ſeq.

Limita III. quando vſufructuarius eſt inſtitutus 22
cum clauſula, *omni meliori modo*,&c. Tiricet. *de teſtam.*
*coniug.pag.*170.à tergo.

Limita IV. in vſufructuario relicto exequutore 23
teſtamenti. Gabriel *pag.*585. *num.*6. Tiricet.*de teſtam.*
*coniugal. pag.*170. à tergo. faciunt dicta ſuprà *num.*16.
& infrà *num.*35.

Limita V. quando teſtator prohibuiſſet hæredi ne 24
vſufructuario contradiceret. Anchar.*quæſt.*1. *num.*37.
*part.*2. Gabr. *pag.*585.*num.*7. Tiricet.*de teſtam. coniug.*
*pag.*170. à tergo. vide ſuprà *num.*17. & infrà *num.*38.
& ſeq.

Limita VI. in vſufructuario cui fuit relictus vſuſ- 25
fructus liberè,&c. quia per iſtud verbum *liberè*, tacitè
videtur data poteſtas capiendi vſumfructum propria
authoritate. Anchar.*quæſt* 1.*num.*37.*& ſeq.part.*2. Ro-
land.*conſ.*42.*num.*19.*&* 20.*vol.*1.Gabr *pag.*585.*num.*5.
faciunt dicta ſuprà *num* 13.& infrà *num.*37.

Limita VII. quando teſtator dedit vſufructuario 26
licentiam capiendi vſumfructum propria authoritate.
Tiricet.*de teſtam.coniug pag.*170.à tergo. faciunt dicta
ſuperiùs *num.*15. & infrà *num.*33.*& ſeq.* Menoch. *de*
adipiſcen.poſſ.in 5.*remedio, pag.*78. *num.*31.

Limita VIII. in vſufructuario cui fuit relictus 27
vſusfructus pleno iure, quia tunc tacitè etiam videtur
data vſufructuario licentia illum capiendi propria
authoritate. Anchar. *quæſt.*1. *num.* 38. *part.* 2. Gabr.
pag. 585 *num* 5.

Limita IX. quando teſtator dedit vſufructuario 28
poſſeſſionem vſusfructus in eius vita,quia tunc nõ eſt
ampliùs neceſſe quòd illam capiat de manu hæredis.

Tiricer. *pag.* 170. à tergo. faciunt dicta suprà *num.* 14. & infrà *num.* 47.

29 QVÆRO IV. An legatarius possit legatam rem occupare propria authoritate.

Dicas quòd non. textus est *in l. non est dubium. C. de legat.* vbi quòd occupando cadit à iure legati. Menoch. *de recup. poss pag.* 142. *num* 211. 213. *& seq.* Corsett. *sing. legatarius*, *pag.* 173. Diaz *reg.* 407. *in princ.* de materia Roland. *cons.* 78. *num.* 10. *& seqq. vol.* 3. dixi *in praeced. quaest. num.* 78. *& seqq.* ponatur hîc Gabr. *fol.* 508. *num.* 55. *& num.* 98. Couar. *variar. resol. fol.* 948. *in princ.* Glos. in *l. extat, in verb. sine vllo indicio, in fin. ff. de eo quod metus causa.* & ibi Odofred. *col.* 2. *ante medium*, *versic. Idem fallit in legatario.* Alber. *col. fin.* Angel. *num.* 7. Menoch. *de recup. possess. remed.* 5. *num.* 30. *& seqq. & remed.* 9. *num.* 211. *& seqq.* Clar. *in* §. *testamentum, quaest* 68.

30 Amplia hanc conclusionem procedere, siue legatum sit generis, siue speciei, vt per Diaz *reg.* 407. *in* 1. *ampliatione.*

31 Amplia etiam in legato alimentorum. Menoch. *de adipisc. poss pag.* 10. *num.* 60.

32 Nisi istud legatum alimentorum esset factum pauperi. quia tunc cùm ille non habeat aliunde, vnde se alat, & sic tale legatum non patiatur dilationem, poterit legatarius capere propria authoritate. Menoch. *de adipisc. poss pag.* 10. *num.* 60. *& seqq.*

33 Limita hanc conclusionem pluribus modis, & I. quando testator dedit licentiam legatario capiendi legatum propria authoritate. Menoch. *de recup. poss. pag* 84. *num.* 33. *& de adipisc. pag.* 10. *num* 42. *& seqq.* Plot. *in l si quando*, *num.* 54 *pag.* 12. Corset *sing. legatarius*, *pag.* 73. Matthes. *sing.* 41. *in addit.* Diaz *reg.* 407. *in* 1. *limitat.* Dilect. *in titulo de legato. caut.* 12. Rom. *sing.* 88. Clar. *d* §. *testam. quaest.* 68. & faciunt dicta superiùs, *num* 15. *&* 16. Menoch. *de adipisc. poss. pag.* 78. *num.* 31. *in* 5. *remedio*, *& num.* 32. vbi videtur ampliare etiam quòd ista licentia sit data à testatore in testamento minus solemni, sed de hoc vltimo vide *in Repertorio quaest vlt. volunt. quaest.* 45. *num.* 9. vbi est locus suus.

34 An autem per ista verba capiat, seu accipiat legatarius. Censeatur ei data potestas capiendi legatum propria authoritate vide Menoch. *de adipisc. possess. pag.* 10. *num.* 48 *& seqq.* vbi pro, & contra.

35 Limita II. in legatario facto exequutore testamenti Menoch. *de recup. poss pag.* 84. *num.* 34. *& de adipisc. pag.* 10. *num.* 47. Diaz *reg.* 407. *in* 2. *limitat.* Gabriel *pag.* 585. *num* 6. & faciunt dicta suprà *n.* 16. *&* 23.

36 Limita III. quia ad effugiendum pœnas *d. l non dubium*, sufficit quòd non adsit dolus, vel lata culpa. Plot. *in l. si quando. num.* 54. *pag.* 12. & faciunt dicta *in* 1. *quaest. principali, num.* 49.

37 Limita IV. quando legatum relinquitur liberè. Plot. *d pag.* 22. *num.* 54. Roland. *cons.* 42. *num.* 19. *& seq. vol.* 1. Menoch. *de adipisc pag.* 10. *num.* 52. *& seq.* & faciunt dicta superiùs *num* 13. *&* 25.

38 Limita V. quando testator prohibuit hæredi ne vim faceret, seu molestiam inferret legatario, quia tunc poterit capere propria authoritate. Plot. *d. num.* 54. *pag.* 12. Dilect. *in tit. de legat. caut.* 12. Rom. *sing.* 88. & vide suprà *num.* 17. *&* 14.

39 Contrarium tenet Menoch. *de adipisc. poss. pag.* 10. *num.* 51.

40 Limita VI. in eo cui sunt relicti annui fructus certi fundi, quia si hæres sit negligens in colendo fundum, legatarius potest illum capere propria authoritate. Diaz *reg.* 407. *in* 4. *limitatione.*

41 Limita VII. in legato facto ad pias causas. Nouell. *reg.* 71. *in* 1. *limitatione.* Menoch. *de adipisc. possess. pag.* 11. *num.* 86. *& seq.*

42 Limita VIII. in legatario occupante legatum antequam hæres adiuit hæreditatem, vel si adiuit, antequam caperet possessionem, quia isto casu, licèt legatarius ipse debeat legatum restituere, non tamen incidit in pœnas *d. l. non dubium.* Plot. *d. pag.* 22. *num.* 54. multi relati à Couarr. *in pag.* 948. *versic. his praeterea.* Gabr. *pag.* 510. *num.* 98.

43 Contrarium quòd immo & isto casu habeat locum pœna *d. l. non dubium*, tenuit Couarr. *in d. vers. his praeterea.*

44 Limita IX. quando testator constituisset se nomine legatarij possidere. Dilect. *de legat caut* 11. & faciunt dicta superiùs *in* 1. *principali quaest. num.* 20. *& seqq.*

45 Limita X. in legatario, qui habet ciuilem tantùm, vel naturalem possessionem; quia iste legatarius poterit postea capere legatum propria authoritate. Gabr. *pag.* 585. *num.* 8. vide suprà *in* 1. *quaest principali, num* 25.

46 Limita XI. vt supradictæ pœnæ locum non habeant in legatario, qui occupauit de consensu hæredis. Menoch *de adipisc possess. in* 2 *remed num.* 32. *& seqq.* vbi etiam quòd sufficit, quòd iste consensus hæredis accedat ex postfacto, sufficit etiam talis consensus, siue sit tacitus, siue expressus, & alia ad materiam huius limitationis vide *ibi pag.* 9. à tergo.

47 Limita XII. in legatario cui testator in vita tradidit possessionem rei legatæ. Menoch. *de adipisc. possess. pag* 10. *num.* 55 faciunt dicta suprà *num.* 14. *&* 28.

48 Limita XIII. quando periculum est in mora, legatúmque esset tale, vt non pateretur dilationem. Menoch *de adipisc. poss. pag.* 10. *num.* 58. *& seqq.*

49 Limita XIV. in legato facto alicui fauore etiam studiorum. Menoch. *de adipisc. poss pag.* 10. *num.* 63.

50 Limita XV. in legato facto pro sepultura. Menoch. *de adipisc. pag* 10. *num.* 61.

51 Sublimita omnes istas limitationes, quia in omnibus his casibus, in quibus legatarius potest occupare propria authoritate, non tamen potest occupare à resistente, & per vim. Plot *in l. si quando*, *pag.* 23. *num.* 54. *in fine.* Clar. *de testam. quaest.* 68. Menoch. *de adipisc. pag.* 10. *num.* 53. faciunt dicta *in* 1. *quaest. principali num.* 58. *& seqq.*

52 Et pro complemento istius quæstionis scias quòd aduersùs legatarium, qui occupauit legatum propria authoritate, si id fecit post aditam hæreditatem, datur hæredi remedium, ex *d. l. non dubium.* Si verò occupauit ante aditam hæreditatem, datur interdictum *quorum legatorum*, super cuius interdicti materia cum omnibus suis quæstionibus contingentibus, videas per Menoch *de adipisc. poss. in* 2. *remedio, per totum*, cuius dicta hîc transcribere minus decens putaui; ideo ad illum te remitto.

53 QVÆRO V. An donatarius in causa mortis possit propria authoritate post mortem donantis capere, & occupare rem donatam.

Dicas quòd non. Menoch. *de adipisc. possess. pag.* 11. *num.* 81.

QVÆSTIO III.

Lex, seu constitutio, an, & quomodo publicari debeat, & quando publicata liget, maximè ignorantes?

IN tria capita hanc quæstionem diuidendam duxi, prout etiam tres particulares materias, licèt benè insimul adhærentes, contineat.

In quorum primo erit quærendum, quando lex, seu constitutio publicari debeat.

In

In ſecundo, quando publicata ligare incipiat.
In tertio, quando ſtatutũ, ſeu lex liget ignorantes.

Capvt I.

Quando lex, ſeu constitutio publicari debeat?

Svmmarivm.

1. *Lex non publicata non ligat.*
2. *Amplia vt debeat etiam publicari in caſtris, & villis.*
3. *Quid ſi reperitur inſerta in volumine ſtatutorum, & num. 4.*
4. *Quid ſi reperitur in publico archiuio, ita vt poſſit de ea haberi copia, & num. 5.*
6. *Quid ſi aliàs fuiſſet ſtatuta.*
7. *Quid ſi fuerit recitata in conſilio publico.*
8. *Quid ſi interuenerit temporis diuturnitas.*
9. *Lex non publicata an liget ſcientes, & n. 10.*
11. *Publicatio quid ſit, & quando lex publicata dicatur, & num. 12. 13.*
14. *Publicatio non requiritur vbi adeſt clauſula decreti, & num. 5. 6.*
17. *Lex, ſeu constitutio publicata Romæ omnes afficit.*
18. *Constitutio non publicata an liget in facto à iure communi damnato.*

1 DEueniendo ad primum, ſuper quo vide Canoniſtas Alex de Neuo. & Repetentes *in cap. cognoſcentes, de conſtit.* & *ibi* etiam Mant. facias regulam negatiuam, quòd videlicet lex, ſeu constitutio non publicata non ligat ſubditos ad eius obſeruantiam. *l. fin. § fin* & *ibi* Bald. *C. de cad. toll. l. fin.* vbi gloſſ. & Bart. *ff. de decret. ab ord. facien.* & not. *in cap. vt animarum, de conſtit. lib. 6.* Roland. *conſ. 8. num. 18. vol. 3. & conſ. 99. num. 4. vol. 2.* Grat. *conſ. 49. num 33. vol. 2.* Plot. *in l. ſi quando, num. 838. C. vnde vi*, alias §. 51 *num. 12.* Burſat. *conſ. 200. num. 105. & ſeq. lib. 2.* vbi de communi. & plures adducit concordantes.

2 Amplia hanc regulam multipliciter, & I. quòd debet publicari nedum in ciuitate principali, ſed etiam in caſtris & villis. Plot. *d. l. ſi quando, d. num. 858. C. vnde vi*, aliàs §. 52. *num. 12.* Vide Alex. *conſ. 52. lib. 7.* Riminal. ſen. *conſ. 9. num. 9 & ſeq. lib.* . Burſat. *conſ. 200. n. 102. lib. 2. & n. 3. & ſeqq.* videlicet *num. 17.* Anchar. Regien. *quæſt. 59. part. 2.*

3 Amplia II. vt nec ſufficiat talem constitutionem eſſe regiſtratam in volumine ſtatutorum, ſecundùm Alex. *conſ. 59. circa fin. vol. 1.* vbi quòd reformatio regiſtrata in libro ſtatutorum, nec aliter publicata, non ligat, ſtante conſuetudine quòd præconizari debeat. addo Duen. *reg. 129. in 1. ampliat.* vbi quòd ſi ſtatutum antiquum, & inuſitatum reperiatur incluſum in volumine ſtatutorum, tamen non ligat, ſi non eſt publicatum, ignorantes.

4 Sed vide in propoſito Roland. *conſ. 99. num. 38.*
vol. 2. vbi quòd ſi constitutio eſt inſerta in volumine
5 ſtatutorum, & in archiuio publico, vbi quotidie poteſt
haberi copia, tunc non eſt neceſſaria publicatio.

6 Limita modò eandem regulam I. quando ſtatuta, ſeu constitutiones aliàs fuiſſent obſeruatæ, quia tunc publicatio non requiritur. Plot. *in d. l. ſi quando, num. 858. C. vnde vi*, aliàs § 51. *num. 15.*

7 Limita II. quando lex, ſeu constitutio fuiſſet recitata in publico conſilio, quia tunc ſimiliter non eſt neceſſe publicatio. Roland. *conſ. 69 num 37. vol. 2.*

8 Limita III. quando interueniſſet temporis diuturnitas; quia tunc ex diuturnitate temporis publicatio præſumitur. Ceph. *conſ. 37. num. 48. vol. 1.* Roland. *conſ. 99. num. 36. vol. 5.*

Limita IV. quando adeſt ſcientia, quia lex non 9
publicata ligat ſcientes. Cephal. *conſ. 33. num. 44. vſque ad 51. vol. 1.* Grat. *reſp. 49. num. 37. vol. 2.* faciunt dicta *in ſeq. cap. num. 4 & 9.*

Contrarium quòd imò lex non publicata non li- 10
get ſcientes, tradit Bald. *in l. fin § fin, C. de cad. tollen.* de hoc vide Doct. *in c. cognoſcentes, de conſtit.*

Sed quæro, quomodo debeat fieri iſta publicatio 11
legis, ſeu constitutionis. Roland. *in conſ. 8. num. 23. & ſeqq vol. 3.* dicit quòd publicatio nihil aliud eſt, quàm publice palam facere de actu geſto, & ideo legis publicatio debet fieri coram multitudine populi in loco per populum præſentato, debétque pro roſtris poni, id eſt, ante oculos hominum, vt omnes legere poſſint.

Ampliùs publicatio debet fieri de mandato Su- 12
perioris, debétque de tali mandato conſtare. Roland. *d. conſ. 8 num. 26. vol. 3.*

Aduerte tamen quòd ſi constitutio fuit affixa in 13
loco publico, etiam quòd non fuerit præconizata, ſatis tamen dicitur publicata Soc iun *conſ. 30 num. 11. & 15. part. 1.* Bald. *in tract. ſtatutorum, verſ. publicare, pag. mihi 137.*

Ad ſupradicta adde quòd constitutio ligat etiam 14
ante eius publicationem, quando in ea adeſt clauſula decreti irritantis, prout tenuerunt multi relati a Gabriel. *in concluſ. 3. lib. 6. in tit. de clauſulis, pag. 737. num. 43.* & faciunt dicenda *in ſeq cap. num. 10. & ſeqq. & cap. 3. num. 17. & ſeqq. 25. & ſeq.*

Cuius contrarium tenuerunt multi alij relati ab 15
eodem Gabr. *ibi in d. n. 45. verſ. contrarium voluit, &c. pag. 737.*

Dic quòd ligat quo ad nullitatem actus, ſecus 16
quo ad pœnam. Rota diuerſ. 378. *num. 3. p. 1.* vide *inf. cap. 2. num. 10. & ſeqq & cap. 3. num. 22.*

Lex autem, ſeu constitutio Romæ publicata, an li- 17
get vbique locorum, vide Sarmen. *in reg. Cancellariæ, in procemio, rubr. Sacr Pœnitentiariæ officij narratio. quæſt. 2. verſ. 3. lex communis, &c.* iuncto *verſ. Nec obſtat quod regula non publicantur, fol. mihi 15. à tergo, col. 1. in fin. & fol. 8. col 1.* & Iacob. de Graffiis *deciſ. 63. n. 31. & 37. lib. 2. p. 1.* Summa Syluestr *in verb. lex, quæſt. 6. ante med. verſ. ſi verò eſt constitutio Principis, fol. mihi 105.* ex Abb. quem allegat *in cap. nouerit, num. 3. de ſent. excomm.* qui omnes videntur concludere pro affirmatiua; ſed contrarium videas apud Alex. *in conſ. 51. num. . lib. 7. & ibi in addit. litera B.* & apud Oſaſc. *deciſ. Pedem. 141. num. 2.* Et quidem pro affirmatiua opinione, quòd ſcilicet constitutio publicata in Vrbe afficiat abſque alia publicatione in aliis Prouinciis, voluerunt poſt Paul. de Leazar. quem allegant in proœm. Clemen. Io. Andr. *in data ſexti, poſt n. 4.* Card. Zabarell. in præfato proœmio Clemen. *in verbo vniuerſitati, num. 4.* Io. Monach. *in cap in generali, num. 7. de reg. iur. in 6.* Card. Alex. *in cap. 1. de poſtul. prælat* Abb. *in cap. nouerit, num. 3. de ſent. excom.* Hoſtien. *in ſumma, in rubr. de conſtit* vbi generaliter loquitur in constitutione Principis. Henric. Boich *in c. cognoſcentes, n. 6. in fin. verſ ſed à constitutione Papæ*, vbi etiam loquitur generaliter, tam in constitutione Papæ, quàm Imperatoris Capella Tholoſan. *deciſ. 447.* Ant. Burgos *in repet. d. c. cognoſcentes, num. 206. & ſeqq.* vbi teſtatur de veriori opinione, reprobátque Abbatem *ibi*, contrarium tenentem, & illius rationi reſpondet ſumma Syluest. *in verb lex, quæſt 6. verſ. ſi verò eſt constitutio Principis*, vbi pariter reprobat Abb *in cap. cognoſcentes.* Gomes *ad reg. Cancell. in proœm quæſt. 5. verſ. nec obſtat quòd regula non publicantur, fol. mihi 8.* Menoch. *de arbitr. quæſt. caſ. 187. n. 10. & ſeq.* Iacob. de Graffiis *deciſ. 63. in fin. part. 1. lib 2.* vbi de communi. Nauarr. *in tit. de conſtit.* inter ſua conſilia, *num. 18. & ſeqq.* vbi proponit contrarium, & illis

illis respondet Quintil. Mandos. *in d.cap. cognoscentes, num 78. & seq* Paris. *de resignat. benef lib.*11.*tom.*2.*q.*9. vbi latè proponit contraria, illis respondet testâtúrque de veriori, & magis communi sententia etiam canonizata a Rota.

Contrarium voluerunt Imol. *in d. c. cognoscentes num.*7. Franc. Consc. Senen. *ibidem in repet.num* 99.*& seq.* vbi quòd hæc opinio est æqua, & vera, licèt scribentes contrarium tenere testentur Alex. de Neuo *in d. c. cognoscentes, num.*37. & Mantua *num.*48. vbi quòd hoc communiter tenetur, & respondet contrariis Abb. *in eod. c. cognoscentes, num.*7. *au fin. vers. sed pulchrum dubium*, vbi tamen dubitatiuè loquitur. Bero. *in d.c. cognoscentes num.*52. vbi etiam respondet contrariis. & *ibi* etiam Felin. *num.*7. hanc opinionem sequitur Aufrer. *in addit. ad Capell. Tholosan. d. decis.*445. vbi quòd hæc opinio est æquior, & quòd contraria videntur satis dura. Bonifac. de Vitalin. *in proœm. Clem.*§. *nunc igitur, num.*28. Probus ad Io. Monach. *in cap. in generali, num.*4. *de reg. iur. in* 6. vbi etiam de communi. summa Angel *in verb. lex, quæst.*12. Alex. *cons.*51. *num.*1.*lib.*7. vbi de magis communi. decis. Pedem. 141. *num.*2. vbi de communi. Anchar. Regien. *quæst.*59.*num.*11.*& seq.part.*2. vbi de magis communi. Bursat. *cons.*200. *num.* 105. vbi etiam de magis communi. Vulpell. *cons.*8.*num.*41.*& cons.*19.*num.*10. Capt. *conclus.*5.*num.*30.

Prima opinio seruatur de consuetudine, sic enim post Paul. de Leazar, quem allegant *in proœm. Clem.* testati sunt Imol. *in d. c. cognoscentes, num.*7.*in fin.* Prob. ad Io. Monach *in d.c. in generali, num* 4. Ant. de Butr. *in d.cap. cognoscentes, num.*20. *in fin.* Quintil. Mandos. Nauar. & Paris. Capra *in locis præcitatis*. Turrett. *cons.* 99. *num.*38. & præfatos Doctores sic de consuetudine testantes, referendo dictam consuetudinem esse seruandam, licet de iure contrarium verius existimauerint, scripserunt Alex. de Neuo *in d.c. cognoscentes, num.*37. Mantua *num* 49. vbi quòd hoc omnes fatentur, Fel. *num.*7. Dec. *num.*44. *in* 2. *lectura*, & Franc. Consc. Senen. *num.*10.

18 Constitutio autem non publicata an liget in facto à iure communi damnato, vide infrà hac eadem *quæst. cap.*3.*num.*9.*&* 10.

CAPVT II.

Quando lex, seu constitutio publicata ligare incipiat?

SVMMARIVM.

1. *Lex non ligat nisi post duos menses à die publicationis.*
2. *Quid in constitutione inferioris ciuitatis, vel Collegij, & num.*2.4.
5. *Quid in constitutionibus Pontificiis.*
6. *Quid in constitutionibus Concilij.*
7. *Quid si in constitutione est præfinitum tempus, & num.*8.
9. *Quid in scientibus.*
10. *Quid si adest clausula decreti irritantis, & n.*11.12.
13. *Quid in constitutione iuris antiqui declaratoria, correctoria, modificatiua, seu additionali, & num.*14.
15. *Quid in priuilegijs.*
16. *Quid de fauore priuilegiati.*

1 QVÆRO principaliter pro expeditione, huius secundi capitis, postquam lex, seu constitutio fuerit publicata, an statim incipiat ligare subditos, an verò sit expectandum aliquod tempus post publicationem.

Regula est in hunc modum firmanda, quòd videlicet constitutio noua non liget nisi post duos menses à die publicationis. tex. est *in auth. vt facta nouæ constit.* vbi etiam Bart. Felin. *in cap.*2. *num.*7. *de constit.* Capra *conclus.*5. *num.*1. Menoch. *de arbitr. quæst. casu* 185 *num.*7. Ad quam materiam vide omnino Canonistas, Alex. de Neuo, Bero. & alios Repeten. *in cap. cognoscentes, de constit.* & *ibi* etiam Mant. & Quintil. Mandos.

Limita hanc regulam pluribus modis, & I. illam 2
procedere in constitutionibus Principis superioris. Quòd si sumus in constitutione Principis inferioris vnius ciuitatis, vel Collegij, tunc est arbitrarium iudici à quo tempore talis constitutio incipiat ligare, & sic non est in ea præfinitum tempus duorum mensium. Capra *d.conclus.*5 *n.*18. Felin. *in cap.*2. *n.*7.*col.*4. *in princ. & ibid. num.*8.*de constit.* Menoch. *de arb.qq.d. casu* 185.*num.*5.

Sed contra hanc limitationem aduerte primò 3
quòd Menochius ibi dicit, quòd iudex isto casu poterit arbitrari istud tempus benè in plus quàm sit tempus duorum mensium, sed non in minus.

Aduerte secundò quòd constitutio inferioris statim, 4
etiam non expectato spatio duorum mensium, liget scientes. Menoch. *d casu* 185. *num.*5. Imò Felin. *in d. cap.*2. *col.*4. *in princ. d. constit.* dicit quòd constitutio inferioris statim ligat præsentes, & sic vult in proposito præsentes haberi pro scientibus. faciunt infrà dicenda *num.*9.

Limita II. eandem regulam procedere in consti- 5
tutionibus Principis superioris, & secularis: secus in constitutionibus Pontificiis, in quibus non est præfinitum tempus duorum mensium, sed iudex suo arbitrio modò maius, modò minus præstituet tempus. Menoch. *ibid.num.*8. *& seqq.* Aufrer. *ad Capel. Tholos. decis.*445. *in fin.* & ante eum Abb. *in cap. cognoscentes, num.*8. *de constit.* & *ibi* etiam Felin. pariter *num.*8. Alex. de Neuo *num.*37.*in fin.* Mantua *num.*52. & Bero. *num.* 53. Addent. *ad summam Angel in verbo lex, quæst.*12. *littera C.* qui quidem Doctores loquuntur quando constitutio est publicata Romæ solùm, & non in aliis prouinciis, quibus addo Nauarr. *in rubr. de constit.* inter sua consilia *num.*21. *vers. ad quartum respondeo*, etsi contrarium, quòd tempus non sit arbitrarium, sed quòd constitutio liget post duos menses, videantur tenere Io. Andr. *in data sexti post num.*4. *vers. necessaria esset in hoc casu*, ex Hostien. quem allegat, *in cap. quia cunctis, num.*14. *de concess. preben. in* 6. Bonifac. de Vital. *in proœm. Clem. in* §. *nunc igitur, num.*30.

Limita III. in constitutionibus Concilij, in qui- 6
bus similiter dicas quòd est arbitrarium iudici à quo tempore incipiat ligare. Capr. *conclus.*5. *num.*18. Menoch *d.casu* 185.*num.*6.

Limita IV. supradictam regulam procedere in 7
constitutionibus, in quibus nullum est præfinitum tempus, à quo videlicet debeat incipere ligare subditos, quòd si tempus clarè in ipsa constitutione est præstitutum, tunc ab eo præfinito tempore incipit ligare, nec sunt expectandi duo menses. Menoch. *d. casu* 185 *num.*1.*& seqq.* Capra *conclus.*5.*num.*3.

Sublimita, hanc limitationem procedere quo ad 8
irritationem actus, secus si ageretur de incurrenda pœna, quia tunc non ligat ante duos menses, etiam quòd in constitutione sit clarè appositum tempus. Capra *d.conclus.*5.*num.*4. Felin. *in cap.*2.*col.*5.*de constit.* glos. *in Clem.*2. *verbo ex tunc deberet.* Felin. *in d.cap.*2. *n.*7.*vers. & posito.* Dec. *ibid. num.*37. *vers. & primò concludit.* Riminal. sen. *cons.*9.*num.*22.*lib.*1. Card. Zabar. *in d.Clem.*2.*num.*1.*in* 6.*notab.*

Limita V. supradictam regulam non procedere 9
in scientibus, quia scientes ligantur constitutione publicata,

publicata, etiam non expectato tempore duorum menſium, ſecundùm magis receptam opinionem, de qua per Menoch. d.caſu 185.num.14.& ſeqq. Capr. concluſ.5. num.15.& ſeqq. Ceph.conſ.35.num.47. vol.1. Felin.in cap.2. col.4. de conſtit. Franc.in cap. hoc conſultiſſimo.§.contractus,in fin.de reb.Eccleſ.non alien.maximè ſi cum ſcientia concurreret etiam eiuſdem ſcientis fraus in præiudicium tertij,vt per eumdem Menoch. ibi num 20.& ſeqq. faciunt dicta ſuprà in 1.cap. num.9. & ſeq.& hoc eodem cap.num.4.

10 Limita VI. eamdem regulam non procedere quando in lege, ſeu conſtitutione adeſt clauſula decreti annullatiua, quia tunc ſtatim ligat abſque dilatione bimeſtri.ita tenuerunt multi relati à Menoch.d. caſu 185.n.23.& ſeqq. vbi de communi, à Felin.in c.2. col.5. de conſtit. & infrà in ſeq.cap. num.17.& ſuprà in anteced.cap.num.14.& ſeq.

11 Contrarium videtur tenere Capra in d. concluſ.5. num.11.& ſeqq. & expreſsè Menoch. d. caſu 185. num. 24.& ſeqq.relati à Felin. in d.cap.2.de conſtitut.col.5. & vide infrà in ſeq. cap. n.17. & ſeq. & num.22. & ſuprà in anteced.cap.num.14.& ſeq.

12 In hoc tamen non reperio contradictorem, videlicet quòd quando ſtatutum eſt pœnale, tunc non ligat ante duos menſes, etiam quòd in eo adſit decretum irritans, &c. ita Felin. in d.cap.2.col.5. de conſtit. Menoch.d.caſu 185.num.25.vide infrà in ſeq.cap.num.22.

13 Limita VII. eamdem regulam non procedere in conſtitutione iuris antiqui declaratoria, vel quando cum iure antiquo concordaret, quia tunc immediatè ligat etiam ante duos menſes. Menoch. d. caſu 185. num.26.& ſeqq.Felin.in d.cap.2.col.5.in fine,de conſtitut. Capra concluſ.5.num.5.

14 Aduerte tamen in propoſito quòd quando iſta noua conſtitutio eſſet modificatiua, ſeu correctiua, vel additionalis ad ius antiquum, tunc non ligaret niſi poſt duos menſes, &c. Capra ibidem num.6. Menoch. ibidem num 26.& ſeqq.

15 Limita VIII. eamdem regulam procedere in legibus conſtitutionibúſque vniuerſalibus, ſecus in particularibus, puta in priuilegiis, in quibus diſtingue. Aut agitur de præiudicio alicuius, aut de fauore. Si de præiudicio tertij, dicas quòd ſtatim ligat etiam ignorantes, nulla expectata publicatione. Menoch. d.caſu 185.n.28.Felin.in cap.2.col.5.in princ.de conſtitut.

16 Aut agitur de fauore alicuius, puta priuilegiati, & tunc dicas quòd non ligat niſi ab eo tempore, quo adeſt ſcientia illius, in cuius fauorem eſt factum priuilegium. Capr. concluſ.5. num.81. & ſeq. vbi refert etiam contrarium tenentes, Felin. in cap.2. col.4. de conſtitut. ſed de veritate huius ſecundi dicti vide infrà in ſeq. cap. & Menoch. d. caſu 185. num. 30. & ſeqq.

CAPVT III.

Statutum, ſeu lex quando liget ignorantes?

SVMMARIVM.

1. *Materia generalis quæſtionis, & ignorantia quomodo probetur.*
2. *Statuta non ligant iuſtè ignorantes.*
3. *Secus ſi ignorantia ſit craſſa.*
4. *Quid ſi ignorantia procedat ex dolo, vel culpa, & num.5.6.7.8.*
9. *Quid de ſtatuto imponente pœnam facto damnoſo de iure communi, & num.10.*
11. *Quid ſi ſtatutum expreſsè vult ligare ignorantes, & num.12.*
13. *Quid de forenſibus, & num.14.15.16.*
17. *Quid ſi adeſt clauſula decreti, & num.18.22.23.*
19. *Quid ſi agitur de fauore ignorantium.*
20. *Priuilegia an comprehendant ignorantes.*
21. *Ignorantibus an ſaltem ſit imponenda pœna extraordinaria.*
24. *Bannimenta, & edicta quando ligent ignorantes.*
25. *Ignorantia probatur per abſentiam.*

DE materia generali huius quæſtionis præter infrà ſcripta recurras ad Felin. in cap.2.de conſtitut. 1
per tot.Duen.reg.129.Capram concluſ.5.num 19.& omnibus ſeqq. & particulariter in propoſito quomodo probetur ignorantia, vide in alia quæſt. in qua agitur de probatione, & præſumptione ignorantiæ, & pro expeditione huius quæſtionis procedendo per viam concluſionum, facias plures concluſiones. Vide etiam in materia Blanch. in pract.crimin.pag.mihi 816. col.2.num 22.vbi remiſſiuè omnino Plot.in l.ſi quando, num.332. C. vnde vi, Canoniſtas, Alex. de Neuo, & Repetentes in cap.cognoſcentes, de conſtit. & ibi etiam Mantic. & Quintil. Mandoſ. vbi latiſſimè vltra infrà ſcripta Nauar. in rubr.de conſtit. inter ſua conſil.num.11 & ſeq. vide etiam Salicet. in l. cunctos populos, num.8. verſ.modò videamus, & num.9.& ſeqq. C.de ſumm. Trinit.& fide cathol.

Prima ſit concluſio, quòd ſtatuta, & conſtitutio- 2
nes non ligant ignorantes probabili ignorantia, & abſque culpa cauſata, etiam quòd ſint lapſi duo menſes poſt publicationem. Duen. reg.129. in princ. & in prima amplia. Capra concl.5. num.19. Grat. reſp.49. num.34.& ſeq.vbi de communi, vol.2.Plot.in l ſi quando, num.331.& 858.C.vnde vi.

Secunda ſit concluſio, quòd quando ignorantia 3
eſt craſſa, ſupina, & affectata, & ſic culpoſa, tunc ſtatutum, ſiue conſtitutio ligat etiam ignorantes. Duen.d.reg.129.in 3.limit. Capra d.concl.5.num.20.

Sed dubitatur quando dici poſſit iſta ignorantia 4
craſſa, & culpoſa, vide omnino Doct. & Repetentes in cap 2.de conſtit.vbi latè; pro reſolutione diſtinguas in hunc modum, aut ignorantia proceſſit ex dolo, aut ex lata culpa, aut ex leui, vel leuiſſima: ſi ignorantia proceſſit ex dolo, tunc non excuſat, & ſtatutum huiuſmodi ignorantes comprehendere nemo dubitabit, ex ſuo enim dolo quis aliquid lucrari non debet, iuribus vulgatis.

Si verò ignorantia proceſſit ex lata culpa, quæ eſt 5
ignorare conſtitutionem, quam communiter omnes ſciunt, & tunc ſimiliter non excuſat, huiuſmodique culpoſos ignorantes ſtatutum comprehendet & ligabit, vt per Capram d.concluſ.5.num.23.

Niſi conſtitutio ipſa requireret dolum, quia tunc 6
ignorantia ex lata culpa excuſaret. Capra ibi d.n.23.

Vel niſi conſtitutio imponeret pœnam corpora- 7
lem, quia tunc ſimiliter iſta culpoſa ignorantia ab hac pœna excuſaret. Capra d.concluſ.5 num.24.

Si verò ignorantia cauſatur ex leui, vel leuiſſima 8
culpa, tunc ſtatutum tales ignorantes non ligat, ſi agitur de pœna criminali imponenda, ſecus quoad ciuilem. Capra d.concluſ.5.num.25.& ſeqq.

Tertia ſit concluſio quòd conſtitutio imponens 9
pœnam, pro facto etiam damnoſo, de iure communi ligat etiam ignorantes, ſecundùm communem opinionem legiſtarum, & præcipuè Cyn. & Bart. in l.1. C.de ſum. Trin. & fid.cath. de qua teſtatur, & eam ſequitur, Capra d. concluſ.5. num.34. & veriorem dixerunt multi relati à Grato reſp.49.num.30. & ſeq. vol.2. & à Felin.in cap 2.num.6.de conſtit. Duen.reg.129. in 4. limit. Adde pro hac limitatione Franc. Conſc. Senen. in repet.cap.cognoſcentes, num.97.& ſeqq.de conſtitut. vbi reſpondet text.in cap.2.de conſtitut.in 6. Alex.de Neuo in d. cap. cognoſcentes, num.35. qui hanc opinionem declarando

declarando dicunt procedere in pœnis non ſpiritualibus: contrariam autem in pœnis ſpiritualibus. Dec. *in d. c. cognoſcentes, num.* 35. vbi teſtatur de veriori opinione, licèt contrariam dixerit æquiorem in prima lectura, & Bero. *num.* 8. Clar. *quæſt.* 85. *verſ. ſecundus eſt caſus.* vide *in Repert. contract. quæſt.* 37. *num.* 23.

10 Contrarium quòd nec iſto caſu ignorantes ligentur, tenet Grat. *d. conſ.* 49. *num.* 39. vbi teſtatur de æqoiori opinione. Felin. *in d. cap.* 1. *de conſtitut. num.* 6. vbi latè hanc comprobat ſententiam Duen. *in reg.* 129. *in* 4 *limitat.* Imol. *in d. cap. cognoſcentes, num.* 8. *verſ. iuxta poſita.* Vbi tameo haoc contrariam opinionem declarat procedere in pœnis impoſitis ipſo iure, ſecus in pœnis quæ ipſo iure impoſitæ non ſunt. Gabr. *conſ.* 178. *num.* 17. *lib.* 2. vbi quòd conſtitutio Papæ non publicata non ligat, & in daote operam rei illicitæ, & ita dicit fuiſſe deciſum in Rota, & alios refert Ant. de Butr. *num.* 11. vbi de æquiori opinione, quam declarat procedere quoad pœnam ordinariam, ſecus quoad extraordinariam, prout declarat Imol. *in d. cap. cognoſcentes, num.* 8. *verſ. dicit tamen*, & *ibi* etiam Butr. *num* 11. *verſ fateor quòd culpa.* nec diſſentit Duen. *reg.* 129. *in* 6. *limitat.* poſui *in fragmentis verb. Bannimenta.*

11 Quarta ſit concluſio, qoòd ſtatuta ligant, & comprehendunt etiam ignorantes, quando id in ipſo ſtatuto expreſsè cauetur. Grat. *d. conſ.* 49. *num.* 33. *vol.* 2. Duen. *reg.* 129. *in* 5. *limitatione.* Menoch. *de arbitrar. qq. caſ.* 286. *num.* 10. quod quando verum ſit, vide omnino Doctor. *in cap. cognoſcentes, de conſtit.* & *ibi* præſertim Deci. *num.* 34. 35. & *num.* 50. *in* 1 *lectura.* Alex. de Neuo *num* 18. & *ſeq.* Ant. de Burgos *num.* 152. Andreas ab Exea *num.* 55. & *ſeqq.* Mantua *num* 56.

12 Quod intellige de ignorantibus craſſa ignorantia, quia de his poteſt ſtatutum expreſsè diſponere; ſecus ſi ignorantia eſſet probabilis, & iuſta. Grat. *d. conſ.* 49. *num.* 40. *vol.* 2. Plot. *in l. ſi quando, num* 858. *C. vnde vi.* Menoch. *d. caſ.* 186. *num.* 11. & *ſeq.* vbi reſpondet ad contraria. Alex. de Neuo *in cap.* 2 *num.* 19. *extra de conſtitut.* & *ibi* etiam Andr. ab Exea *ſub num.* 55. Mantua *num.* 56. vbi declarat.

13 Quinta ſit concluſio, quòd forenſes vel ignorantes præſumptione iuris non comprehenduntur io ſtatutis, ſeu nouis conſtitutionibus. Plot. *in l. ſi quando, num.* 331. *C. vnde vi.* Capra *concl* 5. *num.* 33. generaliter autem quando ſtatuta comprehendant foreoſes, dixi *in Rep. contract. quæſt.* 37. *n.* 1.

14 Amplia nedum in forenſi, ſed etiam in nouo habitatore, & ſubdito. Plot. *in d. l. ſi quando, num.* 332.

15 Limita in forenſi, qoi diu verſatus eſt in loco illo ſtatuti, ſeu conſtitutionis. Plot. *d. num.* 332. Capra *d. concl.* 5. *num* 38. & *ſequent.*

16 Limita quando ſtatutum prohiberet aliquid, quod etiam geoeraliter eſſet per alia loca prohibitum. Plot. *d. num* 331. Capra *d. concluſ.* 5. *n.* 35. poſui *in fragment. verb. Bannimenta.*

17 Sexta ſit concluſio, quòd ſtatuta habentia clauſulam decreti irritantis, ligant etiam ignorantes. Menoch. *caſ.* 185. *num.* 14. & ita etiam teoent multi relati à Duen. *reg.* 129. *in* 1. *limitatione.* & vide ſuprà *in anteced. cap. num.* 10. 11. & 12. & hanc eamdem limitationem multis authoritatibus Doctorum corroborat, & ſequitur Gabriel *in tit. de clauſul. concluſ.* 3. *n.* 1. & *ſeqq.* vbi qoòd per clauſulam decreti irritantis ligantur etiam ignorantes, etiam quòd de ignorantibus decretum mentionem non faciat, ac etiam quòd ignorantes ſint perſonæ ſuperiores, ac ſiue decretum manaoerit motu proprio, ſiue non, ſiue iuſtè, ſiue iniuſtè, ſiue cauſa cognita, ſiue non cognita, ac alia in materia videas *ibi à num.* 1. *vſque ad* 18. deciſ. Pedemont. 5. *num.* 2. & *num.* 8. *in fine*, vbi declarat.

Contrarium tenet idem Duen. *d. reg.* 129. *in d.* 1. *relatione*, & ſuprà per nos relati *in anteced. cap. num.* 10. 14. & *ſeqq.* vide infrà *num.* 22. & 23. 18

Septima ſit concluſio, quòd vbi agitur de commodo, & lucro ipſorum ignorantium, tunc ſtatutum comprehendit etiam ipſos ignorantes. Duen. *d. reg.* 129. *in* 2. *limitatione.* & vide in propoſito ſuperiùs tradita in materia priuilegij *in anteced. cap. num.* 15. & *ſeqq.* 19 20

Octaua ſit concluſio, quòd licèt ſtatuta pœnalia non comprehendant ignorantes, id tamen intelligi debet quoad pœnam ordinariam; quia ignorantes iſto caſu ſunt nihilominus extra ordioem puniendi, licèt non eadem pœna ſtatuti, ſed mitiori. Duen. *d. reg.* 129. *in* 6. *limit.* & dixi ſuprà *num.* 10. poſui *in fragment. verb. Bannimenta.* 21

Ad ea, quæ modò diximus de clauſula decreti irritantis *in num.* 17. quòd videlicet illa operatur, vt conſtitutio liget etiam ignorantes, debes addere, & ſcire, quòd quando agitur de pœnæ incurſu, tunc illa clauſula non ligat ignorantes. Gabriel *concl.* 3. *in tit. de clauſ. lib.* 6. *num.* 8. & faciuot dicta ſuperiùs *in anteced. cap. num.* 12. Rota *deciſ.* 578. *num.* 3. *part.* 1. *in nouiſſimis diuerſ.* 22

Adde etiam, qoòd ſimiliter clauſula decreti oon ligabit ignorantes, niſi decretum fuerit Principis ſuperioris, in tantum quòd ne decretnm Legati Apoſtolici id operetur, ſuper cuius dicti veritate vide Gabriel. *d. concl.* 3. *num.* 9. & *ſeq. pag.* 754. 23

Nona ſit concluſio, quòd ſicut legis, vel ſtatuti non poteſt allegari ignorantia, ita etiam nec edictorum, ſeu bannimentorum, quod quando verum ſit, quandóve in edictis poſſit allegari, ſeu præſumatur ignorantia, vide *in deciſ. Pedemont.* 71. *num.* 1. & *ſeqq.* & *num.* 23. & *plurib. ſeqq.* poſui *in fragmentis verb. Bannimenta.* 24

Decima ſit concluſio, quòd ignorantia probatur per abſentiam; quod quando verum ſit, poſui *in fragmentis verb. Bannimenta.* 25

QVÆSTIO IV.

Conſtitutio noua quando ad præterita trahatur?

SVMMARIVM.

1. *Conſtitutio noua quando trahatur ad præterita generaliter.*
2. *Quid ſi expreſsè dicat quòd trahatur ad præterita.*
3. *Quid ſi loquatur per verba præteriti temporis.*
4. *Quid ſi in præteritis adeſt eadem ratio, & mens conſtituentis.*
5. *Quid ſi expreſsè ſolùm de futuris loquatur.*
6. *Quid ſi eſt appoſita clauſula* de cætero.
7. *Quid in dubio quando conſtitutio ſimpliciter loquatur.*
8. *Quid in conſtitutione declaratoria iuris antiqui.*
9. *Quid in mixta.*
10. *Quid in conſtitutione actum annullante, & num.* 11.
12. *Quid in confirmatione iuris antiqui.*
13. *Quid in conſtitutione pœnali, & num.* 14. 15.
16. *Quid in conſtitutione gratioſa, puta remittente bannitos.*
17. *Quid in conſtitutione exceptionem tollente, ſeu inducente.*
18. *Quid in reſpicienti exequutionem actus.*
19. *Conſtitutio an trahatur ad iam deciſa, & n.* 20. 21. 22.
23. *Conſtitutio quando non trahatur ad futura.*
24. *Quid de conſtitutione reprobante conſuetudinem.*

Ardua

1 ARDVA est ista quæstio, an videlicet noua constitutio trahatur ad præterita, vt incipiam cum Capra *conclus.6.num.*1. pluraque distinctionum capita continet, vt *ibi* per eum. Ego igitur, vt eam faciliorem reddam, quoad potero ex eius dictis principaliores quasdam conclusiones eliciam, in reliquis ad illum te remittendo, vbi generaliter, & particulariter de materia; & ad Soc. iun. *in cons.*51.*per tot.part.*1. vbi etiam particulariter infert ad plures quæstiones, & ad Felin. *in cap. final. de constit.* Cephal. *cons.*162. *num.*12. *& seqq.* vbi quòd regulariter lex, siue statutum non trahitur ad præterita. De materia vide etiam Andr. Gail *obseruat.*9.*lib.*1. Canonistas, & Repetentes *in c. cognoscentes, de constit.* & *ibi* etiam Mant. & Quintil. Mandos.

2 Prima sit conclusio quòd si in constitutione expresse dicatur quòd debeat trahi ad præterita, tunc sine dubio ea ad præterita etiam trahetur. Capra *d. conclus.*6.*n.*5. Soc. iun. *d. cons.*51.*num.*1.*part.*1. Diaz. *reg.*136.

3 Secunda sit conclusio quòd constitutio noua trahitur etiam ad præterita, quando ita suadet identitas rationis, & verisimilis ac coniecturata mens constituentis. Soc. iun. *d. cons.*21. *num.* 1. *& seqq. vol.*1.

4 Tertia sit conclusio quòd constitutio quæ loquitur per verba præteriti temporis, trahitur etiam ad præterita. Soc. iun. *d. cons.*21.*n.*1.5. *&* 15.*part.*1.

5 Quarta sit conclusio quòd si constitutio expresse dicatur, quòd trahatur ad futura, tunc ad futura trahitur, & non ad præterita, vt per Capram *d. conclus.*6.*num.*18.

6 Quinta sit conclusio quòd constitutio noua quæ loquitur per hoc Aduerbium *de cætero*, trahitur solùm ad futura, & non ad præterita, vt per Capr. *d. conclus.*6.*num.*21.

7 Sexta sit conclusio quòd constitutio noua simpliciter loquens, nec de futuris, nec de præteritis aliquid expresse disponens, trahitur solùm ad futura, & non ad præterita. quia natura legis est dare formam futuris, & non præteritis. *c. quoniam*, *& cap.*2.*de constit.* Capr. *d. conclus.*6.*n.*44. Diaz. *reg.*136.

8 Septima sit conclusio quòd constitutio antiqui iuris declaratoria trahitur ad præterita, etiam quòd de illis expressam mentionem non faciat. Capr. *d. conclus.*6.*num.*20. *& seqq.* vbi etiam de materia.

9 Quòd si constitutio est partim antiqui iuris declaratoria, & partim noui iuris edictoria, tunc in eo quòd est declaratoria iuris antiqui, trahitur ad præterita; secus in eo quod est noui iuris edictoria. Capra *d. conclus.*6.*n.*81.

10 Octaua sit conclusio quòd constitutio annullans actum ipso iure, trahitur etiam ad præterita. Capra *d. conclus.*6. *n.*37. *& seqq.* vbi etiam de materia.

11 Si verò annullat, sed non ipso iure, tunc constitutio annullatiua non trahitur ad præterita. Capra *d. concl.*6.*num.*39.

12 Nona sit conclusio quòd noua constitutio antiqui iuris confirmatoria trahitur etiam ad præterita. Capr. *d. conclus.*6.*n.*41. *& seqq.* vbi etiam aliquid de materia.

13 Decima sit conclusio quòd noua constitutio pœnalis augens, seu minuens pœnam, trahitur etiam ad delicta præterita non punita, vt per Capr. *d. concl.*6. *num.*45. *& seq.* Tiraq. *de reuoc. donat. pag.*726. *num.*550. Cephal. *cons.*35. *num.* 51. *vol.* 1. Soc. iun. *cons.*21.*num.*13.*part.*1.

14 Limita I. hanc decimam conclusionem non procedere in constitutione quæ imponeret pœnam ipso iure; quia tunc non traheretur ad delicta præterita, sed solùm ad futura. Capr. *d. conclus.*6.*n.*82. Tiraq. *de reuoc. donat. d. num.*250.*pag.*756.

15 Limita II. quòd tunc demum constitutio noua pœnalis trahitur ad præterita delicta, quando in ea nulla est apposita certa ac determinata pœna; sed puta ea remittitur iudicis arbitrio. Quòd si in noua constitutione pœna est certa, & limitata, tunc non trahitur ad delicta præterita, sed solùm ad futura: vt per Turz. *in quæst.*5. quæ limitatio si vera est, valde restringit præfatam decimam conclusionem, quæ simpliciter loquitur.

Vndecima sit conclusio quòd constitutio gratiosa concedens remissionem pœnæ, puta si dicat quòd bannitus rebanniatur soluendo tantum, trahitur etiam ad præterita, & ad bannitos præteritos. Capr. *d. conclus.*6.*n.*47. vbi de communi. Soc. iun. *d. cons.*51. *num.*11.*part.*1. Turz. *quæst.*4. 16

Duodecima sit conclusio quòd noua constitutio tollens, seu inducens aliquam exceptionem, trahitur etiam ad præterita. Capr. *d. conclus.*6.*n.*48.*& seqq.* vbi de materia. 17

Decimatertia sit conclusio, quòd constitutio noua respiciens exequutionem alicuius actus, trahitur etiam ad præterita. Capra *d. conclus.*6. *num.* 64. *& seqq.* vbi de materia. Soc. iun. *d. cons.*21.*num.*15.*part.*1. 18

Decimaquarta sit conclusio quòd constitutio noua, quæ aliàs ad præterita traheretur, nunquam tamen trahitur ad negotia iam decisa, puta iuramento, transactione, solutione, vel sententia, nisi constitutio ipsa etiam de iam decisis expresse loquatur. Capr. *d. concl.*6.*n.*3.*& seqq & num.*28. 19

Amplia I. hanc conclusionem procedere etiam quòd ab ista sententia fuisset iam appellatum, & penderet appellatio, quia adhuc talis noua constitutio non trahitur ad negotia decisa per sententiam, etiam quòd penderet appellatio, vt per. Capra *d. conclus.*6.*n.*7 & est tex. *in Clem. vt calumnijs*, vbi Barb. *n.*20. *de re iudic.* Capyc. *decis.* 86.*n.*18. quem allegat Contar. *in l.*1.*C. si de mom possess.* Ægid. *in quæst.*5. quem videas, quia adducit aliqua in contrarium, & distinguit, licèt subobscurè. 20

Nisi sit constitutio iuris antiqui declaratoria, quæ trahitur ad negotia præterita, decisa per sententiam, sed suspensa per appellationem. Capra *d. conclus.*6. *num.*30. 21

Amplia II. eamdem conclusionem quòd noua constitutio non trahitur ad præterita negotia in litem deducta, in qua est iam conclusum, in causa etiam quòd non sit lata sententia. Capr. *d. conclus.*6. *n.*13. *& seqq.* vbi etiam aliquid de materia. 22

Decimaquinta sit conclusio, quòd noua constitutio trahitur solùm ad præterita, & non ad futura, quando aliter daretur materia delinquendi. Roland. *cons.*95.*n.*23. *& seqq. vol.*1. quando autem statutum loquens per verba præsentis temporis trahatur ad futura, vide Marsil. cum alleg. per eum *in pract.§. aggredior*, *n.*43.*& seqq.* Iul. Scarlatin. *cons. crim. diu.*113. *num* 26.*lib.*1. Bertaz. *cons.*343. *n.*7.*& seqq.& cons.*344. *n.*3.*& cons.* 345.*per tot.& cons.*346. *n.* 7. *& cons.*347. *num.*12. 23

An autem noua constitutio simpliciter reprobans consuetudinem, censeatur etiam reprobasse futuram consuetudinem, vide *in sequenti quæst.* 24

QVÆSTIO V.

Quæ consuetudo valeat, & sit obseruanda, & quæ non?

SVMMARIVM.

1. *Consuetudo à lege reprobata quando valeat, &* *num.*2.3.4.5.6.7.8.9.10

11. *Consuetudo irrationabilis quæ sit, & quando valeat, & num.* 12.
13. *Consuetudo contra libertatem Ecclesiasticam an valeat.*
14. *Consuetudo peccati nutritiua an valeat.*
15. *Consuetudo inuitans ad delinquendum an valeat.*
16. *Consuetudo contra ius diuinum quando valeat, & num.* 17.
18. *Consuetudo contra ius naturale quomodo valeat.*
19. *Consuetudo contra ius positiuum quando valeat.*
20. *Consuetudo contra ius commune quando valeat, & num.* 21. 22. 23.
24. *Consuetudo contra bonos mores quando valeat, & num.* 25. 26. 27.

1 QVÆRO I. an consuetudo à lege reprobata valeat? Facias regulam negatiuam, quòd non valet, nec aliquo temporis cursu introducitur. Capra *concl.* 13. *num.* 29. Couarr. *var resol. pag.* 890. *vers. secunda conclusio* Duen. *reg.* 144 *in princ.* Aym. *de antiq. temp. pag. mihi* 139. *n* 43.

2 Amplia I. etiamsi lex non improbet expresse consuetudinem, sed solùm improbat aliquid tamquam irrationabile. Quia consuetudo super irrationabili à lege reprobata non valebit, vti etiam ipsa irrationabilis, & reprobata. Duen *reg.* 144. *in* 2. *ampliat.* Couar. *d pag* 890. *vers.* 1. *concl.* vbi etiam, quia censetur reprobata consuetudo futura.

3 Amplia II vt nec consuetudo immemorabilis, & cuius initij, &c. si à lege est reprobata, non valeat. Duen. *reg.* 144. *in* 3. *ampliat.*

4 Amplia III. quia lex reprobans consuetudinem simpliciter, censetur probare nedum præteritam, sed etiam futuram consuetudinem. Capt. *concl.* 12. *n.* 24 vbi de communi. Viui *pag.* 30. à tergo, *in verb. consuetudinem iniquam, & in verb. Consuetudo etiam futura.* Villal. *lit. C. n.* 175. Cou. *var. resol. pag.* 889. *& seq.* vbi similiter de communi, licet aliqui ibi per eum relati tenuerint contrarium, & præsertim *in pag.* 890. *vers. secunda conclusio.* Tiraq. *de retract. pag.* 9 *n.* 18. *& seqq.* vbi similiter de communi, licèt aliqui ibi per eum relati, *n.* 17. similiter tenuerint contrarium. pro ampliatione adde Peguer. *decis. crim.* 34. *n.* 9.

5 Amplia IV. vt clausula decreti irritatiua habeat eamdem vim, ac si constitutio reprobasset consuetudinem, & ideo consuetudo introducta contra constitutionem in qua adest talis clausula irritans, non valet vti à lege reprobata. Duen. *d. reg.* 144. *in* 1. *ampliat.*

6 Limita I. eamdem conclusionem non procedere in consuetudine introducta de expresso consensu Principis, quia talis consuetudo, etiam quòd sit à lege reprobata, valet & tenet. Duen. *d. reg.* 144. *in* 5. *limitat.*

7 Limita II. fauore publicæ vtilitatis, cuius fauore consuetudo etiam à lege reprobata valet. Duen. *d. reg.* 144. *in* 4. *limit.*

8 Limita III. in consuetudine introducta ex aliqua noua causa rationabili & iusta, quæ etiam quòd sit à lege reprobata, est tamen obseruanda. Viuian. *pag* 31. *verb. Consuetudo ex noua.* Couarr. *vers. tertia conclusio, pag.* 890. Duen. *reg.* 144. *in* 1. *limitat.*

9 Limita IV. quando lex quæ reprobauit consuetudinem, non fuisset recepta in obseruantia, quia tunc consuetudo etiam ab ea lege reprobata valet. Duen. *reg.* 144. *in* 2. *limitat.*

10 Limita V. prædicta procedere in consuetudine expresse reprobata à lege, secus si lex aliquid statueret reuocando, & derogando consuetudini, puta dicendo, *non obstante quacumque consuetudine*, quia isto casu non censetur reprobata nisi præterita consuetudo. & ideò futura valebit Couarr. *variar. resol. pag* 891. *vers. quarta conclusio.* Duen. *reg.* 144. *in* 3. *limitat.*

QVÆRO II. an consuetudo irrationabilis valeat, nec ne? Dicas quòd non valet, & ita tenent omnes *in seq. n.* allegandi, & infrà *n.* 22. Achil. Personal. *de adipis. possess. n.* 167. 11

Sed quæ dicatur consuetudo irrationabilis, & quando valeat, nec ne? Dicas quòd remittitur arbitrio iudicis, & quomodo iudex regulabit suum arbitrium ad cognoscendum hanc irrationabilitatem, vel rationabilitatem consuetudinis, pulchrè habetur per Capram *conclus.* 12. *n.* 1. *& seqq.* & per Menoch. *casu* 81. *per tot.* Viui *pag.* 30. *& seqq.* 12

QVÆRO III. an consuetudo contra libertatem Ecclesiasticam valeat? Dicas quòd non. Duen. *reg.* 143. vbi etiam remissiuè de materia. faciunt quæ in simili dicuntur in materia statuti, quando valeat contra libertatem Ecclesiasticam, &c. vide Tiraq. *in tractat. de ind in reb. exigen. pag.* 36. *vers.* 26. *n. memorabile est*, &c. vbi quòd consuetudo Ecclesiæ præiudicialis in modico valet, si aliàs est fauorabilis. 13

QVÆRO IV. an consuetudo nutritiua peccati valeat? Dicas quòd non, quamuis sit immemorialis. Capra *conclus.* 13. *sub num.* 1. *& seqq. & conclus.* 12. *n.* 6. Aym *cons.* 229. *col.* 2. *in med vol.* 2. Duen. *reg.* 137. Vide *n.* 25. *& seqq.* adde pro eodem dicto Achil. Personal. *de adipis. possess. n.* 167 14

Et hinc est quòd consuetudo inuitans hominem ad delinquendum. similiter non valet Natt. *cons.* 575. *n.* 19. *& seqq. vol.* 3. & faciunt infrà dicenda *in seq. vers.* Et vide in proposito tradita in alia quæstione in criminalibus, videlicet quando consuetudo excuset à pœna. Peguer. *decis. crimin.* 34. *n.* 3. *ad finem.* 15

QVÆRO V. an valeat consuetudo contra ius diuinum, & eius præcepta moralia? Dic quòd non, puta si permitteret furari, mœchari, & dici falsum, & similia. Capr *concl.* 11. *n.* 5. *& seqq. & conclus.* 10. *n.* 20. & faciunt tradita *in superiori prox. vers.* 5. Peguer. *d. decis. crim.* 34. *n.* 5. 16

Limita in consuetudine, quæ non derogat iuri diuino, sed ei aliquid addit, vel minuit, vel distinguit. nam si talis consuetudo naturali quadam ratione est introducta, valet etiam, aliàs secus. Capra *d. conclus.* 11. *num.* 17. *& seqq. & conclus.* 10. *num.* 22. *& seqq.* 17

QVÆRO VI. an valeat consuetudo contra ius naturale? Dicas quòd non. Duen. *reg.* 137. vbi etiam de materia. Capra *d. conclus.* 10. *&* 11. in discursu, vbi similiter de materia. Peguer. *d. decis.* 14. *num* 3. 18

QVÆRO VII. an valeat consuetudo contra ius positiuum? Videas in hac materia Capram *conclus.* 12. *num.* 27. *& omnibus seqq.* qui licèt obscurè forsan loquatur, ex eius tamen dictis infrà positas elicio conclusiones. 19

Prima sit conclusio quòd consuetudo contra ius commune introducta, Papa sciente, & non contradicente, indistinctè, & semper valet. Capra *d. conclus.* 12. *num.* 30. 20

Secunda sit conclusio quòd consuetudo contra ius commune introducta ex aliqua iusta, & rationabili causa valet, & tenet, etiam quòd sit introducta Principe ignorante, ac etiam in negotiis grauibus, & contra priuatorum vtilitatem. Capr. *d concl.* 12. *num.* 17. *& seqq. & num.* 31. 41. *&* 45. *& cons. crim. vlt. impress.* 118. *n.* 9. *pag.* 118. 21

Tertia sit conclusio quòd consuetudo contra ius commune introducta ignorante Principe siue aliqua causa iusta, & rationabili publicæ vtilitatis non valet, nec est obseruanda. Capt. *d. concl.* 12. *d n.* 17. *& seqq. & n.* 42. *& seqq.* vbi declarat *cons. crim.* 118. *n.* 9. *pag.* 118. & faciunt suprà tradita *n.* 11. 22

Quarta sit conclusio quòd consuetudo introducta 23

contra

contra ius commune, cui non poteſt pacto partium derogari, non valet, nec tenet. Capr. *d. concluſ.* 12. *n.* 42. *& omnibus ſeqq.* vbi etiam de materia.

24 Qværo VIII. an conſuetudo contra bonos mores valeat? Videas in propoſito huius quæſtionis, quæ in ſimili traduntur de ſtatuto, vtrùm videlicet valeat contra bonos mores, nec ne: & facias infrapoſitas concluſiones.

25 Prima ſit concluſio quòd conſuetudo contra bonos mores, quæ pariter eſt nutritiua peccati, nunquam valet. Capra *concluſ.* 13. *ſub n.* 31. *& ſeqq.* & faciunt ſuperiùs dicta *n.* 14. *& ſeq.*

26 Secunda ſit concluſio quòd conſuetudo contra bonos mores, quæ non eſt peccati nutritiua, ſi fuit introducta tempore immemorabili, eſt tenenda, & obſeruanda. Capra *d. concl.* 13. *ſub d. n.* 11. *& ſeqq.*

27 Tertia ſit concluſio quòd conſuetudo contra bonos mores, quæ non eſt peccati nutritiua, non debet obſeruari, niſi ſit introducta tempore immemorabili. Capra *d. concluſ.* 13. *ſub d. n.* 31. *& ſeqq.*

Qvæstio VI.

Conſuetudo quomodo, quanto tempore, & à quibus introducatur, ſeu præſcribatur?

Svmmarivm.

1. *Conſuetudo quanto tempore introducatur, & numer.* 2. 4. 8.
3. *Quid in conſuetudine contra ius commune.*
5. *Quid de introducenda conſuetudine inter abſentes.*
6. *Quid de conſuetudine contra Eccleſiam.*
7. *Quid de conſuetudine ſuper eo, ſuper quo populus non poteſt ſtatuere.*
9. *Conſuetudo contra conſuetudinem quomodo inducatur.*
10. *Quot actus requirantur ad inducendam conſuetudinem, & num.* 11. 12. 13. 14. 15.
16. *Quinam actus debeant particulariter eſſe eliciti ad effectum inducendi conſuetudinem.*
17. *Conſuetudo an debeat eſſe obtenta in contradictorio iudicio, & num.* 18. 19. 20. 21.
22. *Conſuetudo an inducatur per ſententias arbitrorum.*
23. *Conſuetudo an induci poſſit a fœmina.*

1 Consvetvdinem longæui temporis curſu introduci, probat text. *in l.* 1. *in fin. ff. de aqu. plu. arcen. in l.* 1. *C. quæ ſit longa conſuetudo*, & ſuadet Menoch. *de arb. qq. caſu* 83. *n.* 2.

2 Quæro igitur, quódnam dicatur longæuum tempus in materia iſtius conſuetudinis introducendæ? Breuiter facias regulam, quòd conſuetudo præſcribitur, & introducitur, tam de iure ciuili, quam de iure Canonico, ſpatio decem annorum, taleque tempus in materia dicitur longæuum, iuxta communem Doctorum opinionem, de qua per Capram *concluſ.* 13. *num.* 15. *& ſeqq. & ibidem num.* 5. *& ſeqq.* Menoch. *de arbitr. qq. caſu* 83. *num.* 2. *&* 6. vbi ſimiliter de communi. Viui. *pag.* 30. Villalob. *litt. P. num.* 251. Duen. *regul.* 138. *in princip.* Villalob. *lit. C. num.* 183. Aym. *de antiq. temp. pag. mihi* 132. *n.* 7. Rom. *ſing.* 102. *& ſeq. & in addit.*

3 Amplia I. hanc concluſionem, vt tale tempus 10. annorum ſufficiat in introducēda conſuetudine contra ius commune, ſecundùm Capram *d. concluſ.* 13. *n.* 17. & Aym. *de antiq. temporis, pag.* 133. *in princ. n.* 7.

4 Limita, hanc ampliationem non procedere de iure Canonico, ſecundùm quod conſuetudo contra ius commune non inducitur minori ſpatio 40. annorum, ſecundùm Capram *d. concl.* 13. *n.* 1. *& ſeqq.* vbi etiam de materia. Villalob. *lit. P. n.* 251. Duen. *reg.* 140. vbi etiam de materia. Aym. *de antiq. temp. pag.* 133. *n.* 7.

Amplia II. quòd ſiue agatur de introducenda conſuetudine inter præſentes, ſiue etiam inter abſentes, adhuc ſufficit tempus decem annorum, ſecundùm Capram *d. concl.* 13. *n.* 18. & Aym. *de antiq. temp. pag.* 133. *n.* 9. 5

Limita, ſupradictam concluſionem non procedere in conſuetudine contra Eccleſiam, quæ tam de iure ciuili, quàm de iure Canonico non inducitur minori ſpatio 40. annorum, ſecundùm communem, de qua per Capram *d. concl.* 13. *n.* 30. Menoch. *de arb. qq. caſu* 83. *n.* 7. *& ſeqq.* vbi ſublimitat duobus modis, quos non refero, quia de hac materia te remitto ad tradita in alio Rep. *in iudic. ver. Præſcriptio contra Eccleſiam, &c.* adde pro hac eadem limitatione Duen. *reg.* 138. *in* 3. *limit. & reg.* 139. *in* 1. *limit.* Aym. *de antiq. temp. pag.* 133. *n.* 7. *& ſeqq.* vbi etiam de materia. Rom. *ſing.* 101. 6

Limita II. in introducenda conſuetudine ſuper eo, ſuper quo populus ſtatuere non poteſt, quia tunc talis conſuetudo non introducitur minori ſpatio 40. annorum. Aym. *de antiq. temp n.* 10. *&* 12. *pag. mihi* 134. à tergo, faciunt dicta in alio Rep. *ver. Conſuetudo, & ſtatutum æquiparantur, &c.* 7

Adde in materia huius quæſtionis quod fecit quorumdam recentiorum opinio, quæ etiam placet Menoch. *in tract. de arb. qq. d. caſu* 83. *num.* 6. quòd tale tempus longæuum in materia introducendæ conſuetudinis non ſit à lege diffinitum, & ideo iudicis arbitrio remittatur. 8

Adde etiam ſimiliter in materia eiuſdem quæſtionis quòd conſuetudo contra conſuetudinem introducitur per tantum tempus, per quantum fuit introducta conſuetudo illa, cui derogatur per aliam. Duen. *reg.* 142. vbi etiam remiſſiuè de materia. Rom. *ſing.* 93. vbi etiam aliquid de materia. 9

Ad inducendam conſuetudinem requiritur nedum longæui temporis curſus, vt ſuprà diximus *num* 1. ſed etiam actuum frequentia neceſſaria eſt, vt probat tex. *in d. leg.* 1. *C. quæ ſit long. conſuet. in l.* 1. *C. de ædific. priuat.* tradit Menoch. *de arb. qq. caſu* 81. *num.* 2. & Capra *concluſ.* 13. *n.* 8. & faciunt tradita infrà *in fragmentis, verſ. Conſuetudo, n.* 3. *& n.* 11. 10

Quæro igitur quot actus requirantur ad introducendam iſtam conſuetudinem, & quales? Licèt in hoc puncto variæ fuerint Doctorum opiniones, de quibus per Menoch. *de arb. qq. in caſu* 81. tamen facias infrà poſitas concluſiones. 11

Prima ſit concluſio quòd vnicus actus ad introducendam conſuetudinem non ſufficit, ſecundùm communem opinionem, de qua per Capram *in concluſ.* 13. *num.* 10. *&* 12. 12

Amplia etiam quòd iſte vnicus actus eſſet ſucceſſiuus ſecundùm communem opinionem, de qua ſimiliter per Capram *d. concluſ.* 13. *n.* 11. 13

Amplia II. etiam quòd iſte actus licèt vnicus, non eſſet notorius, vt per Menoch. *de arb. qq. d. caſu* 81. *num.* 2. 14

Secunda ſit concluſio quòd iudicis arbitrio remittitur, videlicet quot actus debeant eſſe ad introducendam iſtam conſuetudinem. Capr. *d. concl.* 13. *n.* 9. vbi de communi. Menoch. *de arb. qq. d. caſu* 81. 15

Tertia ſit concluſio quòd conſuetudo ex actuum frequentia non inducitur, niſi probetur tales actus factos fuiſſe ad hunc particularem effectum introducendi conſuetudinem. quia in dubio præſumitur animus ſeruandi ius commune, & non introducendi conſuetudinem. Capra *d. concl.* 13. *n.* 13. Neuiz. *conſ.* 9. *num.* 31. & idem traditur infrà *in fragmentis, verſ. Conſuetudo, num.* 11. 16

27 Quarta sit conclusio quòd ad inducendam consuetudinem sufficit frequentia actuum absque eo quòd sint celebrati in contradictorio iudicio, secundùm communem, de qua per Viui. *pag.* 31. Villalob. *C.n.*189. Aym.*de antiq temp.p.*4. *in princ. p. mihi* 188. *n.*13 vbi similiter de communi Vide in simili de stylo *infra q* 82.*n.*13 & de magis communi testatur Achill. Personal qui concordan. allegar, *de adipiscen. possess. n.* 166. vbi tamen quòd est bene necessaria contradictio extraiudicialis.

28 Contrarium, quòd imò ad introducendam consuetudinem necessaria sit contradictio in iudicio, tenuerunt multi relati à Viui. & ab Aym. *vbi suprà*.

29 Limita primam opinionem, quæ est communis, vt illa solùm procedat in consuetudine iudiciali, quæ inducitur etiam sine iudicij contradictione; secus esset extraiudiciale, quia ad hoc vt actus iudiciales introducant consuetudinem, necesse est, vt fiant in contradictorio iudicio, aliàs secus, secundùm Viui.*d p.*31. à tergo, relati ab Aym. *p.*137.*n.*34. & faciunt tradita per Natt.*in cons.*575.*n.*9.*& seqq.vol.*3.

30 Contrarium, quòd imò etiam consuetudo iudicialis introducatur absque eo quòd actus fiant in contradictorio iudicio, suadent rationes adductæ per Aym.*d pag.*137.*n.*35 *& seq.*

31 Et in hac materia videas infrà dicenda in materia styli, quia consuetudo iudicialis nil aliud est, quàm stylus, vt optimè considerauit Aym.*de antiq.d.pag.*137. *num.*35.

32 Quæro insuper, an cõsuetudo introducatur per sententias arbitrorum? Dicas quòd non, vt per Cottam *pag.*137.*in fin.* vbi etiam refert contraria. Rom.*sing.*42.

Quæro etiam an consuetudo introducatur ex
33 actibus fœminarum? Dicas quòd non, vt per Rom. *sing.*43. Duen.*reg.*310. vbi limitat. Cotta *pag* 566. Tiraquell.*de ll.connub.pag.*48.*n.*83. quẽ videas, si hoc dicit.

QVÆSTIO VII.

De Saluiano interdicto.

CAPVT I.

De bonis inuectis, & illatis per conductorem in re locata, an, & quando sint domino pro pensione tacitè hypothecata?

SVMMARIVM.

1. *Saluianum interdictum competit locatori aduersus bona inuecta, & illata, &c. pro pensione rei locata.*
2. *Inuecta, & illata in prædium vrbanum, an sint tacitè hypothecata.*
3. *Quid de inuectis in prædium rusticum, & num.*4.
5. *Regula est quòd inuecta, & illata sunt tacitè hypothecata.*
6. *Amplia etiam, domino prædij ignorante, & n.*7.
8. *Amplia etiam in inuectis per minorem, & num.*9.10.
11. *Amplia etiam in colono partiario.*
12. *Amplia etiam quando pro pensione soluitur species.*
13. *Amplia etiam in inuectis per subconductorem, & num.*14.
15. *Amplia etiam vt sint hypothecata ob factam fundi deteriorationem.*
16. *Amplia etiam in inuectis aliò deinde transportatis.*
17. *Amplia etiam in inuectis per emphyteotam.*
18. *Amplia etiam in inuectis in porticu, seu via.*
19. *Amplia etiam in inuectis in naui.*
20. *Amplia etiam in inuectis in molendinum, & num.*21.
22. *Amplia etiam quòd dominus sibi de speciali hypotheca prouiderit.*
23. *Amplia etiam in tacita locatione, puta continuata.*
24. *Limita in inuectis non perpetuò mansuris, &c.*
25. *Limita in nominibus debitorum.*
26. *Limita in rebus alienis inuectis, & num.* 27.28.29.30.31.
32. *Limita in mercibus venalibus, & n.*33.34.35.36.37.
38. *Limita in pecunia inuecta, & num.*39.40.
41. *Limita in lecto, vestibus, libris, armis, bobus cæterisque ad agriculturam necessariis, & similibus quæ non veniunt in generali hypotheca bonorum, & in quibus neque fit exequutio, & num.*42.

SALVIANVM interdictum prouidet locatori, vt pro pensione rei locatæ adipiscatur à colono possessionem rerum nedum expressè obligatarum, sed etiam tacitè, puta earum, quæ in re locata illatæ inuectæve fuerunt, vt tradit Menoch. *in* 3.*remedio adipisc. possess.n.*3. & Nouell.*reg.*127.*in princ.* 1

Videndum est igitur in hoc primo capite Saluiani interdicti, an, & quando bona inuecta, & illata per conductorem, vt suprà, censeautur tacitè hypothecata domino pro pensione; quia ex hoc etiam habebitur cognitio, an, & quando isto casu competat, vel non competat Saluianum interdictum.

Et primò quatenus attinet ad inuecta, & illata per 2
conductorem in prædium vrbanum, dicas regulariter ea esse domino tacitè hypothecata, & pro illis competit vtile Saluianum interdictum, vt tradit Menoch. *in* 3.*remedio adipisc.poss.n.*51.*& seqq.* licèt aliqui *ibi* per eum relati, *n.*46.*& seqq.* contrarium tenuerint.

Quatenus verò attinet ad inuecta & illata in præ- 3
dium rusticum, dicas similiter quòd ea sunt tacitè hypothecata, & quòd pro illis competit Saluianum interdictum, secundùm magis receptam opinionem, de qua testatur Menoch.*in d.*3.*remed.adipisc. poss.num.*33. *&* 41.*in fin.*

Licèt contrarium disputando defendat Menoch. 4
*ibid.n.*33.*& seqq.* vbi *in num.*36. allegat concordantes, quòd videlicet bona inuecta, & illata in fundum rusticum non sint tacitè hypothecata, & hanc contrariam opinionem sequitur, & dicit communem Aldobrand.*in addit.ad summam Rolan.pag.*116. à tergo, *p.*1. *sub vers.noua additio, &c.*

Regula igitur ita firmata, quòd inuecta, & illata 5
per colonum, seu inquilinum sint tacitè hypothecata domino pro eius pensione, & pro illis competat Saluianum interdictum.

Amplia, & limita pluribus modis prout infrà, videlicet & super istis ampliationibus, & limitationibus. præter infrascripta, videas etiam Ias. *in* §.*item Seruiana, Instit. de actio.* & *ibi* etiam Anton. Gomes, & alios. Neguſ. *de pignor. in* 4.*memb.* 2. *part.num.*128. *& seqq.* quorum dicta hæc particulariter referre non curaui, quia sunt ferè passim eorum authoritates, & opiniones citatæ, & relatæ per Menoch. prout infrà videbitur.

Amplia I. vt inuecta, & illata in prædium vr- 6
banum sint tacitè hypothecata, &c. nedum domino ipsius prædij sciente, sed etiam ignorante, vt per Menoch. *vbi suprà num.* 35. Masuer. *in practica pag.* 255. *num.* 32. Franc. Marc. *decis.* 501. *num.* 18.

Limita, hanc ampliationem non procedere in in- 7
uectis, & illatis in prædium rusticum, quia isto casu ad inducendum hanc tacitam hypothecam, est necessaria scientia domini illius prædij, vt per Menoch.*d.n.*35. Afflict.*decis.*184 Franc. Marc *d.decis.*501. *n.*18. Masuer.*d pag.*255.*n.*32.

8 Amplia ſecundò, vt etiam inuecta, & illata per minorem cóductorem ſint tacitè hypothecata, &c. prout tenuerunt multi relati à Tiraq. *de ll. connub. pag.* 548. *n.* 189. & eſt communis, teſte Aldobrand. *in addit. ad ſummam Roland. p.* 1. *pag.* 116. à tergo, & teſte eodem Menoch. *vbi ſuprà num.* 70. *& ſeq.* vbi etiam refert per concordantes. relati etiam per Simoncell. *de decret. lib.* 2. *tit.* 5. *n.* 8. *& ſeqq.* vbi de communi, & *ibi* etiam adducuntur rationes huius opinionis.

9 Contrarium tenuerunt multi relati à Tiraquell. *d. pag.* 548. *in num.* 193. & hanc opinionem dicit veriorem, & ſequitur ipſe Menoch. *vbi ſuprà num.* 65. *& ſeqq.* vbi allegat concordantes. Simoncell. *de decret. vbi ſuprà num.* 8. *& ſeqq.* vbi *n.* 12. *& ſeqq.* reprobatis contrariis hanc ſequitur opinionem vti communem, & concordantes allegat.

Amplia I. hanc concluſionem negatiuam, & quòd minor conduxerit domum ſuo ſtatui conuenientem. *ibid. n.* 17.

Amplia II. & in bonis conductis in prædium ruſticum, *ibid. n.* 19.

Limita hanc eamdem negatiuam opinionem quando locator haberet poſſeſſionem rerum inuectarum per minorem in domum conductam. nam tunc datur ei retentio. *ibid. n.* 20.

Limita II. in bonis inuectis per ſcholarem minorem in domum conductam, cuius bona ſunt tacitè obligata pro penſione, exceptis libris, & veſtimentis. *ibid. n.* 21. *& ſeq.*

Limita III. in bonis mobilibus, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt. *ibid. num.* 7. vbi hanc vltimam limitationem declarat non procedere in adulto, ſeu in pupillo.

10 Aliæ fuerunt in materia Doctorum opiniones, & diſtinctiones, de quibus te remitto ad Menoch. *vbi ſuprà num.* 79. *& ſeq.* Simoncell. *ibid. num.* 16. *& ſeqq.*

11 Amplia III. vt etiam inuecta, & illata per colonum partiarium ſint tacitè hypothecata, &c. & pro illis competit etiam Saluianum interdictum, ſecundùm communem, de qua per Menoch. *vbi ſuprà n.* 81. *& ſeqq.*

12 Amplia IV. etiam in colono, qui pro penſione non ſoluit pecuniam, ſed aliquam ſpeciem, puta decem ſaccos frumenti. quia etiam eius bona erunt tacitè hypothecata, & pro illis competit Saluianum interdictum, ſecundùm communem opinionem, de qua teſtatur additio ad ſing. Rom. *ſing.* 236. Aldobrand. *vbi ſuprà.* Menoch *ibid. num.* 88. *& ſeqq.* vbi etiam reſpondet ad contraria.

13 Amplia V. vt etiam inuecta, & illata per ſubcóndůctorem in prædium vrbanum ſint tacitè obligata pro eius penſione, & pro eis competit Saluianum interdictum, ſecundùm communem, de qua per Menoch. *vbi ſuprà num.* 96. *& ſeqq.* Aldobrand. *in addit. ad ſum.* Roland. *p.* 1. *d. pag.* 116. à tergo. Rom. *ſing.* 391. videlicet *in addit.*

14 Amplia, hanc ampliationem procedere etiam in bonis inuectis, & illatis per ſubconductorem prædij ruſtici, ſecundùm magis communem, de qua *ibid.* per Menoch. *num.* 99. *& ſeq.* vbi reſpondet ad contraria.

15 Amplia VI. vt inuecta, & illata ſint hypothecata, &c. nedum pro penſione domus, ſed etiam pro eius deterioratione. Menoch. *vbi ſuprà num.* 101. *& ſeq.* Aldobrand. *vbi ſuprà d. pag.* 116. à tergo, *verſ. Noua additio.*

16 Amplia VII. vt ſemel inuecta, & illata ſint tacitè hypothecata, &c. etiam quòd deinde per conductorem fuerint amota, & in aliam partem tranſportata. Menoch. *vbi ſuprà numer.* 103. *& ſeqq.*

Pariqacy Repert. indic.

Aldobrand. *vbi ſuprà d. pag.* 116. à tergo. vide *infrà num.* 24.

17 Amplia VIII. vt etiam inuecta, & illata ſint tacitè hypothecata, & pro illis competet etiam Saluianum interdictum, vt per Iuſtin. *in §. item Seruiana, n.* 53. *Inſtit. de act.* & Menoch. *vbi ſuprà n.* 167.

18 Amplia IX. vt etiam inuecta, & illata in porticu, ſeu via rei locatæ adhuc ſint tacitè hypothecata, &c. Menoch. *vbi ſupra num.* 146. *& ſeqq.* & Aldobrand. *d. pag.* 116. à tergo.

19 Amplia X. vt etiam inuecta, & illata in naui conducta ſint tacitè hypothecata pro penſione nauis. Menoch. *vbi ſuprà num.* 150. *& ſeq.* Aldobrand. *d. pag.* 116. à tergo.

20 Amplia XI. vt etiam inuecta, & illata in molendinum cenſeantur tacitè hypothecata pro illius penſione. Menoch. *vbi ſuprà n.* 152. *& ſeq.*

21 Contrarium tenuit Aldobrand. *in addit. ad ſum. Roland. p.* 1. *pag.* 116. à tergo, *in verſ. noua additio.*

22 Amplia XII. vt inuecta, & illata ſint tacitè hypothecata, etiam quòd dominus ſibi ſpecialiter proſpexerit de obligatione certarum rerum Menoch. *vbi ſuprà num.* 154. *& ſeq.* vbi reſpondet ad contraria. Aldobrand. *vbi ſuprà d. pag.* 116. à tergo.

23 Amplia XIII. vt etiam tacitè hypothecata cenſeantur inuecta, & illata per conductorem, qui finita locatione tacitè illam continuat. Menoch. *vbi ſuprà num.* 157.

24 Limita I. præfatam regulam, vt non cenſeantur tacitè hypothecata, inuecta, & illata in iudicio, non eo animo, vt ibi perpetuò, hoc eſt, toto tempore locationis eſſent permanſura. Menoch. *vbi ſuprà num.* 126. *&* 143. Afflict. *deciſ.* 184. Nouell. *reg.* 127. vide *ſuprà num.* 16.

25 Limita II. vt nomina debitorum, puta inſtrumenta crediti, non ſint tacitè hypothecata. Menoch. *vbi ſuprà n.* 142. *& ſeqq.* Aldobrand. *d. pag.* 116. à tergo.

26 Limita III. vt res alienæ inuectæ, & illatæ per conductorem non ſint tacitè hypothecatæ, vt per Aldobrand. *in addit. ad ſummam Roland. in pag.* 116. à tergo. *in verſ. noua additio, &c. p.* 1.

Verùm quia hæc limitatio plures patitur declarationes; ideo diſtinguas ſecundùm Menoch. plures caſus.

27 Primus ſit caſus in bonis alienis inuectis, poſſeſſis à conductore bona fide, & iſta bona dicas eſſe tacitè hypothecata, ac pro illis competere Saluianum interdictum. Menoch. *in* 3. *remed. adipiſcend. poſſeſſ. num.* 108.

28 Secundus ſit caſus in bonis alienis inuectis mala fide à conductore poſſeſſis, domino illorum ignorante, & tunc dicas quòd iſta non ſunt tacitè hypothecata pro penſione, &c. Menoch. *vbi ſuprà n.* 109. vbi de veriori, & magis communi opinione.

29 Tertius ſit caſus in bonis alienis inuectis mala fide à conductore poſſeſſis, domino illorum ſciente, & tunc ſimiliter dicas quòd nec ſunt tacitè hypothecata, ſecundùm magis communem, de qua *ibid.* per Menoch. *n.* 110. licèt aliqui *ibid.* per eum relati, tenuerint contrarium, qui ſimiliter teſtantur de magis communi.

30 Quartus ſit caſus, quando dominus illorum bonorum inuectorum, & illatorum, dolosè patitur vt conductor ex eorum tranſportatione decipiat locatorem, & tunc tacitè hypothecata intelliguntur. Menoch. *ibid. n.* 112.

31 Quintus ſit particularis caſus in bonis depoſitatis, ſeu commodatis ipſi conductori, & per eum inuectis, & illatis in re conducta, & tunc dicas talia bona eſſe tacitè hypothecata, vt per Nouell. *reg.* 127.

32 Limita IV. in mercibus venalibus inuectis, & illatis in re locata, quæ pro pensione eius non sunt domino tacitè hypothecatæ, secundùm Aldobrand. *vbi suprà d. pag.* 116. à tergo. Verùm, quia talis conclusio patitur plures declarationes, ideò distinguendi pariter sunt plures casus, secundùm Menoch.

33 Primus sit casus in mercibus venalibus inuectis & illatis in prædium rusticum, & isto casu dicas eas non esse aliquo pacto tacitè hypothecatas, &c. Menoch. *vbi suprà pag.* 126.

34 Secundus sit casus in prædio vrbano, puta domo conducta ab eo, qui licèt negotietur, eam tamen conduxit, non vt ibi negotietur, sed solum vt inhabitet; & tunc dicas quòd merces venales per istum conductorem inuectæ in hanc domum non sunt tacitè hypothecatæ, &c. vt per Menoch. *vbi suprà num.* 127.

35 Tertius sit casus in prædio vrbano conducto à mercatore, ea intentione, vt ibi negotietur, & vendat, puta in merciario conducente domum cum apotheca, in conducendo horreum, seu magazenum. Item in conducente tabernam. horum, inquam, & similium merces venales in prædium conductum inuectæ, & illatæ, sunt tacitè pro eius pensione hypothecatæ, &c. Menoch. *vbi suprà n.* 118. *& seqq.*

36 Quartus sit casus in domo conducta à patrefamilias qui nedum in ea cum sua familia inhabitat, sed etiam ibi reponit suos redditus, puta. vinum, & frumentum, quorum pars deseruit victui suæ familiæ, partem verò vendit; tunc dicas quòd istæ merces licet venales sunt, tamen tacitè hypothecari pro pensione, &c. Menoch. *vbi suprà num.* 137. *& seqq.*

37 Quinta sit conclusio quòd vbi in domo conducta non adsunt alia bona, quàm merces venales, tunc dicas eas esse hypothecatas. Villalob. *lit. O. n.* 6. vbi etiam alia in materia, & faciunt infrà tradita *n.* 42.

38 Limita V. in pecunia inuecta, & illata in prædium vrbanum, quæ si fuit inuecta ea intentione, vt dietim in quotidianos vsus expendatur, non est aliquo pacto tacitè hypothecata pro pensione, vt per Menoch. *ibid. n.* 131. *& seqq.*

39 Si verò pecunia est illata in prædium vrbanum, & ita recondita, non vt dietim expendatur, sed vt loco peculij sit tunc tacitè censetur hypothecata pro pensione. Menoch. *ibid. n.* 135.

40 Pecunia verò inuecta in prædium rusticum indistinctè, & semper, non erit hypothecata, &c. Menoch. *ibid. d. n.* 135.

41 Limita VI. vt omnia ea, quæ non veniunt in generali obligatione, & in quibus fieri non potest executio, similiter inuecta, & illata, non dicuntur tacitè hypothecata. Menoch. *ibid. n.* 139. *& seq.* vbi infert ad lectum, ad libros, & ad arma militis. Aldobrand. *d. pag.* 116 à tergo. Nouell. *reg.* 127. vbi infert ad boues, & alia instrumenta rusticana ad agriculturam necessaria.

42 Sublimita, hanc limitationem non procedere quando in re locata non adsunt alia bona, quibus domino possit satisfieri, quia tunc & hæc etiam hypothecata erunt. Menoch. *ibid. n.* 140. & faciunt superiùs tradita *in num.* 37.

Capvt II.

De Saluiano interdicto.

Svmmarivm.

1. *Interdictum Saluianum est possessorium adipiscendæ.*
2. *In quo differat ab actione Seruiana, & hypothecaria, & n.* 3.
4. *Interdictum Saluianum an competat cuicunque creditori, & num.* 5.
6. *An detur contra tertium possessorem.*
7. *Et an iste tertius possessor habeat ius offerendi.*
8. *Interdictum Saluianum an detur contra hæredem conductoris.*
9. *Fructus prædij locati quando sint tacitè hypothecati pro pensione, & num.* 10. 11. 12. 13.
14. *Appellare an liceat à Saluiano interdicto, & numer.* 15. 16. 17.
18. *An sit summariè tractandum.*
19. *Quid sit probandum in hoc interdicto, & num.* 20.
21. *Quæ exceptiones admittantur in hoc interdicto, & num.* 22.
23. *Excussionis exceptio an admittatur.*
24. *Forma libelli in hoc Saluiano interdicto.*
Hoc interdictum an possit cumulari cum hypothecaria, ibid.
25. *Forma sententiæ in hoc Saluiano interdicto.*

Interdictum Saluianum est possessorium adipiscendæ possessionis. Menoch. *in* 3. *remed. adipisc. poss. n.* 5. 1

Interdictum Saluianum in quo differat ab actione Seruiana. Ias. *in* §. *item Seruiana n.* 85. 90. 94. 99. *& seqq. Instit. de actio.* Menoch. *ibid. n.* 8. *& seqq.* 2

Interdictum Saluianum in quo differat ab actione hypothecaria. Natta *cons.* 532. *num.* 1. *& seqq. vol.* 3. Menoch. *vbi suprà n.* 11. *& seqq.* 3

Interdictum Saluianum vtile competit nedum locatori aduersùs conductorem, sed etiam vnicuique creditori habenti bona sui debitoris ex alia quauis causa hypothecata expressè, vel tacitè. Cæpol. *caut.* 81. *per tot.* & ita tenuerunt plures relati à Menoch. *vbi suprà n.* 17. *& seqq.* 4

Contrariam opinionem, quòd videlicet tale Interdictum Saluianum etiam vtile non detur alteri creditori, quia ex causa conductionis, & locationis tenet, & defendit. Menoch. *ibid. n.* 23. *& seqq.* vbi quòd ista opinio est verior, in iudiciis seruanda, & communis, & ibi refert concordantes. & respondet ad contraria, & quòd propterea Doctores hodie abutantur isto remedio dum generaliter illud extendunt ad omnes creditores, dicit Sarmien. *select. interpr. cap.* 13. *lib.* 2. 5

Interdictum Saluianum vtile datur etiam contra tertium possessorem rerum conductoris hypothecatarum, & obligatarum domino rei locatæ, puta contra illarum emptorem, secundùm communem, & veram opinionem, de qua per Menoch. *vbi suprà n.* 35. *& seqq.* vbi etiam respondet ad contraria. 6

Benè verù est quòd iste tertius possessor conuentus hoc remedio habet ius offerendi contra locatorem. Menoch. *ibid. n.* 181. *& seqq. & n.* 184. vbi intelligit hoc procedere si offerat ante litem contestatam, secus si postea, & ad hanc limitationem allegat inter alios Aym. *cons.* 298. *in princip.* vbi tamen loquitur in causa exequutionis rei iudicatæ, & nihilominus dicit quòd etiam post litis contestationem potest isto casu mora purgari, secundùm Afflict. *ibi* per eum allegatum. 7

Interdictum Saluianum datur etiam contra hæredem conductoris, vt per Menoch. *vbi suprà num.* 63. *& seqq.* 8

Interdictum Saluianum datur etiam locatori ad auocandam possessionem fructuum ex suo fundo perceptorum, & sic regula sit quòd fructus prædij locati sunt tacitè hypothecati domino pro pensione. Menoch. *vbi suprà n.* 113. 9

Amplia I. quòd hi fructus sunt tacitè hypothecati, etiam quòd ignorante domino fundi fuerint inuecti, & illati in domum, seu horreum conductoris. Menoch. *ibid. n.* 114. *& seqq.* vbi respondet ad Negusantium, qui te. ebat contrarium. 10

Amplia

11 Amplia II. quòd tales fructus sunt hypothecati, siue sint naturales, siue etiam industriales. Menoch. *vbi suprà n.*117.*& seqq.* vbi respondet ad Iasonem, qui tenuit contraria.

12 Limita quando hi fructus essent consumpti, & venditi, & ex eorum pretio empta aliqua res: nam illa res empta non est tacitè hypothecata, secus erant fructus, & sic isto casu pretium non succedit loco rei. Menoch. *ibid. num.* 120. *& seqq.* vbi respondet ad contraria.

13 Sublimita, hanc limitationem non procedere, quando non adsunt alia bona conductoris, quibus domino satisfieri possit, quia tunc in subsidium poterit agere contra istam rem emptam ex fructibus, non Saluiano interdicto, sed hypothecaria. Menoch. *ibid. num.* 123. *&* 125.

14 Interdictum Saluianum an recipiat appellationem, videas per Aret. Ias. Gomes. & alios *in § item Seruiana, Inst. de actio.* per eundem Ias. *in l.* 1. *C. de bon. poss. sec. tab.* vbi limitat.

15 Dicas quòd à sententia in hoc Saluiano interdicto appellare non licet de iure ciuili; licèt de iure Canonico forsan secus sit. Bart. *in l.* 1. *ad finem ff. de Saluian. Interd.* Ripa *in rub. de pign. col pen. pag.* 156. à tergo, *ante num.* 20. Roland. *cons.* 14. *n.* 4. *vol.* 1. Natt. *cons.* 532. *n.* 5. *vol.* 3. Negus. *in* 3. *memb octaua partis, n.* 2. *pag.* 161. Ias. *in § item Seruiana, n.* 95. *&* 98. vbi quòd omnes ita tenent de iure ciuili. Cæpol. *caut.* 81. *n.* 2 & ista est communis, teste Menoch. *in d.* 3. *remedio adipisc. poss. num.* 186. vbi etiam plures alios refert concordantes quòd ab huiusmodi sententia non liceat appellare, & dicit aliàs fuisse in Rota iudicatum, in vna Romana domorum in Burgo coram Sarmiento 12. Nouembris 1568. Lancellot. *de attentat. cap.* 12. *limit.* 25. *n.* 11.

16 Licèt contrarium teneat Corn. *cons.* 19. *num.* 6. *&* 7. *vol.* 1.

17 Limita, communem opinionem non procedere quando cum hoc interdicto esset intentatum aliquod aliud iudicium admittens appellationem, quia tunc nec etiam in isto appellatio admittitur. Menoch. *vbi suprà num.* 187. *& seqq.* vbi ex hoc infert ad quamdam aliam limitationẽ, de qua omnino *ibi* per eum videas.

18 Interdictum Saluianum est summariè tractandum. Menoch. *vbi suprà n.* 6. *& n.* 172. *& seqq.* vbi respondet ad contraria.

19 In interdicto Saluiano duo principaliter sunt probanda. Primò, agentem se esse locatorem, & creditorem. Menoch. *suprà n.* 163. *& seqq.*

20 Secundò, bona inuecta, & illata, fuisse à conductore possessa tempore illationis, & sic obligationis. Menoch. *ibid. n.* 160. *& seqq.* vbi ex hoc infert, quòd actor non habet necesse probare hæc bona fuisse propria conductoris. Cæpol. *caut.* 81. *n.* 2. Roland. *cons.* 14. *n.* 13. *vol.* 1. qui videatur, si hoc dicat. Natta *cons.* 532. *num.* 1. *vol.* 3. *& cons.* 474. *n.* 34. *vol.* 2.

21 Interdictum Saluianum non admittit exceptiones requirentes altiorem indaginem. Menoch. *vbi suprà num.* 180.

22 Ideò exceptiones tangentes defectum pignoris non admittuntur in hoc iudicio, sed debent reseruari in petitorio. Natta *d. cons.* 532. *n.* 4. *&* 6. *vol.* 3.

23 Item nec admittetur exceptio excussionis. Menoch. *ibid. n.* 179. Roland. *cons.* 14. *num.* 7. 8. 14. 18. *vol.* 1. Soc. *cons.* 80. *n.* 2. *in fine, vol.* 3. Alex. *cons.* 73. *n.* 11. *vers. tamen si, vol.* 5. Vide in materia Aym. *cons.* 201. *n.* 45. Imol. *conclus.* 41. *lib.* 1. *in* 39. *limit.* Gabriel. *concl.* 1. *lib.* 2. *in* 39. *limitat.* vbi quòd non est necessaria excussio. Surd. *cons.* 135. *n.* 1.

24 Forma libelli in hoc interdicto Saluiano habetur per Menoch. *ibid. n.* 158. *& seqq.* Grat. *resp.* 119. *vol.* 1. *& resp.* 40. *n.* 14. Roffred. *de libell. concept. pag.* 74. à tergo. Aret. *in § item Seruiana, Inst. de actio.* Couarr. *variar. resol. pag* 142. *n* 2. *de pign pag* 185. *per tot.* March. *n.* 160. vbi quòd hoc interdictum potest cumulari cum actione hypothecaria.

Forma autem sententiæ in hoc interdicto habetur *ibid.* per Menoch. *num.* 185. 25

Quæstio VIII.

De confessione iudiciali.

Summarium.

1. *In confessione valet argum. de criminali ad ciuile.*
2. *Generaliter de materia confessionis iudicialis.*
3. *Confessio iudicialis plenè probat.*
4. *Confessio dicitur maior probatio cæteris aliis, & n.* 5.
6. *Confessio an sit species probationis.*
7. *Confessio validat nullitatem processus.*
8. *Confessio facta coram arbitro quid probet, & n.* 9. 10.
11. *Confessio iudicialis an debeat redigi in scriptis.*
12. *Confessio de credulitate quid probet.*
13. *Confessio scripta à Notario sine testibus, an valeat.*
14. *Confessio extorta dolo aduersarij quid probet.*
15. *Confessio in dubio interpretatur pro confitente.*
16. *Confessio facta coram iudice non sedente pro tribunali, &c. & num.* 17. 18.
19. *Confessio facta sine causa quid probet, & n.* 20. 21. 22.
23. *Confessio facta in iudicio nullo, an valeat.*
24. *Confessio non acceptata an valeat, & num.* 26. 38.
25. *Et an sufficiat sola præsentia.*
27. *Confessio facta coram iudice incompetenti quomodo probet.*
28. *Confessio de his quæ non dependent à potestate confitentis.*
29. *Confessio facta calore iracundiæ quid probet.*
30. *Confessio non verisimilis quid probet.*
31. *Confessio reuocata quid probet.*
32. *Confessio facta in contractu nullo an valeat.*
33. *Confessio facta coram Notario sine iudice, non est iudicialis, sed contrà, n.* 34.
35. *Confessio impossibilis non nocet confitenti.*
36. *Confessio minoris sine tutoris authoritate, aut curatoris confitenti non nocet.*
37. *Confessio an habeat vim sententiæ, & rei iudicatæ.*

VIDEAS in primis ad huius quæstionis cognitionem tradita *in Repert. qq. crim. q.* 50. *c.* 2. vbi in simili de iudiciali confessione tractauimus; vbicumque enim confessio iudicialis probat in criminalibus, multo magis probabit in ciuilibus, licèt non è contra, vt per Diaz *in reg.* 125 *pag.* 72. Dec. *in cap. at si Clerici, num.* 20. *de iudicijs*, & diximus etiam *in d. cap.* 1. *num.* 1. Vide † quoque in materia Lancell. *in Bren. tit. de posit. respons. per tot. in discursu, pag.* 58. dixi de hoc *in tit. de reo confess.* & Louiert. *q.* 81. *num.* 64 *& seq.* 1 2

Regula sit quòd confessio facta in iudicio præiudicat plenè confitenti. *cap. fin. & cap. vestra,* vbi glos. *de cohab. Cleric. & mulier. & cap. cùm olim, in fine, de verb. sign.* cum aliis, de quibus per Duenas *reg.* 117. *in princ.* & Rom. *sing.* 22. vbi quòd iudicialis confessio producit actionem. faciunt tradita *in Repert. qq. crim. q.* 30. *cap.* 1. *num.* 2. & facit, quia confessio facit rem notoriam, vt dixi *in tit. de delict. q.* 21. *num.* 31. *& seqq.* adde pro regula Mascard. *conclus.* 348. *n.* 10. 3

Amplia hanc regulam pluribus modis, & primò vt in tantum confessio iudicialis debet præiudicare confitenti, vt dicatur maior probatio quolibet alio publico instrumento, operatúrque in plus, quàm aliqua alia 4

species probationis, & magis creditur confessioni principalis, quàm mille testibus, faciūt tradita *in Rep. test. q. 16. num. 23. vers. limita primò, fol. 182.* ptout hæc, & multa alia similia videas in impress. *q. 81. n. 4.* quæ recensere laboriosum esset, & afferuntur per Aym. *cons.* 217. *num.* 10. Bald. *in l. cum mulier, in* 13. *col. vers. deinde quæro, ff. solut. matrim.* Rolan. *cons.* 75. *num.* 23. *& seqq. vol.* 2. *& cons.* 21 *num.* 3. *& seqq. vol.* 1. *& cons.* 71 *num.* 40. *& seqq. vol.* 2. *& cons.* 6. *n.* 25. *& seqq. vol.* 3. Menoch. *de recuperand. possess. pag.* 44. *num.* 188. *& seqq. per tot. quæst.* Alexand. *cons.* 127. *num.* 2. *lib.* 4. *& cons.* 203. *num.* 10. *lib.* 2. Marsil. *sing.* 12. *&* 201. Hercul. *de negatiua, num.* 196. Imol. *conclus.* 34. *lib.* 2. Boss. *in tit. de confess. num.* 82. Maran. *in spec. pag.* 282. *num.* 21. *& seq.* & faciunt tradita *in alio Rep. qq. criminquæst.* 50. *cap.* 1. *num.* 2. exornat Cephal. *cons.* 192. *num.* 17. *vol.* 2. latè etiam exornat Roland. *cons.* 54. *num.* 16. *& seqq. vol.* 3. Mascard. *conclus.* 344. *num.* 2. & an habeat vim sententiæ, & rei iudicatæ, vide infrà *num.* 37.

5 Limita, hanc ampliationem non procedere in probatione quæ fit per inspectionem oculorum, & per euidentiam facti, quæ dicitur maior probatio, quàm sit confessio, vt per Alex. *in cons.* 35. *num.* 8. *lib.* 4. Soc. iun. *in cons.* 39. *num.* 69. *p.* 2. Cephal. *cons.* 77. *num.* 6. *vol.* 1. Boss. *in tit. de confess. num.* 83. vide Mascar. *de probat. lib.* 1. *conclus.* ... vbi ex professo tractat istam speciem probationis.

6 Limita II. quia licèt confessio dicatur maior probatio cæteris aliis, & sic releuet ab onere probandi, non tamen propriè dici potest probatio, seu probationis species, secundùm communem, de qua testantur Dec. *in rub. extrà de probat.* Villalob. *littera C. num.* 131. Marsil. *sing.* 110. & faciunt infrà dicenda in materia, *Probatione prohibita, non censetur prohibita probatio per confessionem,* &c. Et super materia huius limitationis vide etiam Doct. maximè Salic. *in rub. C. de probat.* Ias. *in l. cum te transegisse, num.* 9. *C. de transact.* Dec. & alij *in d. rub. de probat.* Marsil. *in rub. de probat. num.* 67. *& pluribus seqq. & in princ. num.* 2. qui quidem Marsil. *in num.* 74. dicit magis communem opinionem esse cum Decio, & aliis suprà relatis, prout etiam de magis communi, Stiatic. *in pract. iudic. cap.* 19. *num.* 2. & decis. Pedemon. 19. *num.* 3.

7 Amplia II. quòd confessio iudicialis in tantum præiudicat confitenti, vt valeat quoque omnem nullitatem processus; sed contrà quòd super processu nullo non possit ferri sententia, & stante partis confessione tenuerunt Angel. & Patis. siue relati per Stiatic. *in pract. iudiciali, cap.* 19. *num.* 51. *& seq.* Item faciunt contra infrà tradita *num.* 23. sed quòd imò iudea possit absoluete causam ea partis confessione, etiam in processu nullo, tradit Mascard. *conclus.* 357. *num.* 2. vt per Maran. *in spec. pag.* 282. *num.* 24. *&* 26. vbi etiam quòd post processum non requiritur sententia. Diaz *regul.* 123. vbi remissiuè limitat hanc ampliationem duodecim modis, & duobus aliis modis limitat Stiatic. *in pract. iudic. cap.* 19. *n.* 49. *& seq. punct.* 53. dummodo defectus in processu sit extrinsecus, & non intrinsecus. Secundò nisi nullitas, & defectus pariter concerneret ipsam confessionem Lancell. *in Breu. pag.* 32. *num.* 9. vbi quòd confessio sanat libelli ineptitudinem, de hoc vide pro, & contrà per Mascard. *conclus.* 357. *num.* 17. & omnem aliam nullitatem, siue nullitas sit respectu processus, siue sententiæ, siue ordinis non seruati, quando processus est nullus ratione propositæ rationis ordinis, tunc videtur quòd confessio non validet illius nullitatem, vt per Mascard. *in conclus.* 357. *num.* 16. siue ob lapsam instantiam, siue aliàs iudicium sit nullum, vt per Mascard. *conclus.* 357. *num.* 1. Cephal. *cons.* 21. *num.* 13. *& seqq. vol.* 1. vbi infert quòd libellus non est necessarius vbi habemus partis confessionem. Menoch. *de arb. quæst. q.* 42. *num.* 8. vbi quòd confessio validat sententiam nimis celeriter latam, *& quæst.* 60. *num.* 4. vbi quòd in confessum non est necessaria sententia, sed sufficit solum præceptum de soluendo. Rom. *sing.* 625. & faciunt pro hac eadem ampliatione in simili tradita *in Rep. qq. crimin. quæst.* 50. *cap.* 1. *num.* 4. *& seqq.* vbi de materia vide *num.* 23. adde pro ampliatione Mascard. *conclus.* 344. *num.* 4. *& conclus.* 357. *num.* 8. vbi declarat, nisi confessio esset nulla propter inhabilitatem confitentis, *& num.* 12. vbi etiam limitat in confessione incidenti facta in iudicio nullo. vide infrà *quæst.* 81. *num.* 13.

Amplia III. ne dum in confessione facta coram iudice, sed etiam coram arbitro, quæ secundùm veriorem opinionem habet vim iudicialis confessionis, teste Marant. *in spec. pag.* 283. *n.* 31. Rom. *sing.* 399. *& ibi in addit.* Mascard. *conclus.* 344. *num.* 10. *& seq. &* 348. *num.* 14. 8

Contrarium quòd imò confessio facta coram arbitro habet solùm vim extraiudicialis confessionis, tenent multi relati à Marant. & Rom. *vbi suprà,* & ab Hercul. *in tract. de negatiua, num.* 198. *vers.* 24. *fallit,* &c, relati per Mascard. *d. conclus.* 348. *num.* 14. *vers. contra tamen.*

Confessio autem coram arbitratore facta quòd non habeat nisi vim extraiudicialis confessionis, tradit Marant. *in spec. pag.* 283. *num.* 31. vbi de communi, de qua etiam Mascard. *d. conclus.* 344. *n.* 9. *& conclus.* 348. *num.* 15. 10

Amplia IV. vt iudicialis confessio præiudicet confitenti, etiam quòd non sit in scriptis redacta, iudea enim moueri potest ad iudicandum ex confessione coram se facta viua voce, & non scripta in actis, vt per Afflict. *decis.* 28. *num.* 5. & Roland. *cons.* 70. *num.* 16. *& seqq. vol.* 1. Conferunt ad hanc ampliationem inferiùs dicenda in materia iudicis, quando debeat iudicare secundùm acta, & actitata, & *in Rep. qq. crim. quæst.* 50. *cap.* 1. *num.* 37. vbi agitur de confessione facta coram iudice non sedente pro tribunali, & vti priuato. 11

Amplia V. vt iudicialis confessio plenè probet, etiam quòd sit de credulitate, vt per Soc. *in regul.* 68. vbi ampliat hanc ampliationem etiam quòd confessio contineat factum alienum, & non proprium ipsius confitentis. vide *in alio Rep. in ver. positio, &c.* 12

Amplia VI. vt confessio facta in iudicio etiam sine testibus præiudicet confitenti, dummodo sit scripta à Notario. Roland. *cons.* 70. *num.* 5. *& seqq. vol.* 1. 13

Amplia VII. vt iudicialis confessio noceat confitenti, etiam quòd sit extorta dolo aduersarij. Follet. *in practic. crim. pag.* 199. *num.* 18. vide Lanfranc. *in cap. quoniam contra,* &c. *pag.* 61. à tergo. vbi quòd talis confessio tunc poterit reuocari. 14

Limita I. supradictam conclusionem pluribus modis, & procedere in confessione clara, secus in confessione dubia. In dubio enim confessionem debere interpretari in fauorem confitentis, dixit Maran. *in spec. pag.* 283. *num.* 31. Breu. *pag.* 59. *n.* 3. Cephal. *cons.* 90. *num.* 54. *vol.* 1. Mascard. *d. conclus.* 344. *num.* 12. 15

Limita II. in confessione coram iudice non sedente pro tribunali, quia secundùm magis communem ad hoc vt confessio dicatur iudicialis, necesse est iudicem pro tribunali sedere, Maran. *pag.* 283. *num.* 30. vbi ex hoc infert quòd confessio facta coram Notario solo non plenè probat, nisi forsan ei 16

iudex

iudex commisisset, vt confessionem reciperet, vt *ibi* per eum. Soc. *reg* 66. vbi etiam de materia. Conferunt ad hanc materiam quæ in simili tradidimus *in Rep. qq. crimin. quæst.* 50. *cap.* 1. *n.* 37. *& seq.* Mascard. *conclus.* 348. *num.* 24. *& num* 27. vbi tunc quòd facit semiplenam probationem, *& num.* 28. vbi quòd probat si est geminata.

17 Sublimita, hanc limitationem non procedere in causis summariis, & quæ non requirunt plenam causæ cognitionem, quo casu sufficit confessionem esse factam coram iudice etiam non sedente pro tribunali, vt per Corset. *sing. incip. Confessio il* 2. *in fine.* & Maran. *vbi suprà d. num.* 30. & Soc. *reg.* 66. *in* 2. *fallentia.*

18 Sublimita II. quando confessio fieret ad præparatoria iudicij, quia tunc probat etiam facta coram iudice non sedente pro tribunali, vt per Soc. *d. reg.* 66. *in* 3. *fallentia.*

19 Limita III. in confessione iudiciali facta sine causa, quæ non plenam, sed solùm semiplenam facit probationem ad id Striatic. *in pract. iudic. c.* 19. *n.* 7. vbi etiam quòd si confessio est iurata, vt per Soc. *reg.* 67. *in* 1. Breu. *pag.* 59. *num.* 6. vbi remissiuè de materia. Duen. *reg.* 18. vbi etiam remissiuè ponit plures limitationes, Hercul. *de negatiua, num.* 198. *vers.* 210. *fallit, & vers.* 9. *fallit*, vbi ex hoc infert quòd confessio incerta iudicialis non præiudicat. Marsil. *sing.* 329. Vide in proposito huius limitationis infrà in materia confessionis extraiudicialis, *quæst.* 10. *num.* 21. *& seqq. & in Rep. contract. vers. obligatio, num.* 3. *in Repert. qq. crimin. quæst.* 81. *n.* 40. *cap.* 3. *num.* 19. *& cap.* 1. *n.* 102. & pro limitatione tenent relati per Mascard. *conclus.* 345. *num.* 18. *vers. contrarium*, &c.

20 Contrarium, quòd imò confessio iudicialis etiam sine causa plenè probat, quòd calor iudicij supplet defectum causæ, tradit Rom. *sing.* 399. Marsil. *in l.* 1. *§. præterea, num* 97. *ff. de quæst. pag.* 37. *& in rub. de probat. num.* 80. *& seqq. pluribus*, vbi latè defendit hanc opinionem, prout etiam defendit plures adducens concordantes, Mascard. *conclus.* 345. *num.* 16. *& seqq. vsque ad num.* 21. vbi de magis communi, *& conclus.* 348. *num.* 7. *&* 8. Striat. *in pract. iudic. c.* 19. *num.* 11. *& seqq.* vbi etiam quando dicatur iudicialis, pulchrè, de quo vltimo vide *num.* 33. *& seq.*

21 Sublimita II. primam opinionem, quæ videtur magis communis, non procedere in iure reali, puta in eo, qui fatetur talem rem esse meam, quia talis confessio etiam sine causa facta plenè probat. Duen. *reg.* 118. *in* 34. *fallentia.* Soc. *reg.* 67. *in* 1. *fallentia.* Vide infrà *q.* 10. *n.* 27. adde generaliter pro hac sublimit. Mascard. *conclus.* 345. *n.* 48. *& seq.* vbi declarat, dummodo confessio sit iudicialis, secus si extraiudicialis.

22 Sublimita I. in confessione iudiciali ter geminata in iudicio, quæ plenè probat, etiam nulla expressa causa, Soc. *reg.* 67. *in* 3. *fallentia*; sed aduerte quòd quando confessio est facta in iudicio, tunc etiam sine causa, & absque alia geminatione, si est principaliter, & non incidenter emanata, plenè probat tanquam vestita calore iudicij, vt per Striatic. *in pract. ind. cap.* 19. *num.* 11. *& seqq.* vbi etiam quòd in iudicio non dicitur facta ex eo solùm, quòd sit scripta apud acta Notarij, nisi & coram iudice sedente pro tribunali, & præsente aduersario; sed de hoc vide infrà *num.* 33. *&* 34. Mascard. *conclus.* 345. *n.* 52. *& seqq.* vbi simpliciter dicit quòd confessio geminata sine causa plenè probat.

23 Limita IV. in confessione facta in iudicio nullo, & inualido, annullato enim iudicio, annullatur etiam confessio in eo facta. Corset. *sing. pag.* 181. *vers. officialis il* 1. & faciunt tradita in materia confessionis factæ coram iudice incompetenti, &c. item tradita *in Rep. contract. in verb. voluntas.* colligo etiam actu nullo, &c. vide supra *num.* 7. quid in confessione facta in contractu nullo, vide *in num* 32. & quòd confessio facta etiam in iudicio nullo, noceat confitenti, tradit Mascard. *in conclus.* 1357. *num.* 1. & faciunt supra tradita *num* 7.

24 Limita V. quia ad hoc vt confessio iudicialis plenè probet, necesse est quòd fiat parte instante, & petente, vel saltim acceptante, aliàs si non est acceptata a parte, vel à iudice, non plenè confitenti præiudicat, quòd confessio iudicialis non plenè probet facta parte absente, etiam quòd sit facta coram Notario, ponit, & limitat Gabriel *conclus.* 1. *in tit. de confess. num.* 3. *& seqq. vsque ad* 18. vbi de materia; vbi ampliùs *num.* 4. dicit quòd in dubio præsumitur facta potius parte absente, quàm præsente; & in materia vide *ibid.* Gabr per totam conclusionem, quia licèt loquatur in extraiudiciali confessione, de qua dicetur infrà *quæst.* 10. tamen multò magis procedet in iudiciali. Striatic. *in pract. ind. cap.* 19. *num.* 15. *&* 16. Mascard. *conclus.* 347. *num.* 11. vbi quòd probat confessio absente parte quando est citata. Soc. *reg.* 63. *in* 1. *&* 2. *ampliat.* vbi remissiuè ponit quatuor limitationes. Card. Alban. *cons.* 7. *num.* 7. Roland. *cons.* 26. *num.* 8. *&* 10 *vol* 1. vbi de communi. Hercul *de negatiua n.* 197. *&* 198. *vers.* 22. *fallit*, &c. Cephal. *cons.* 90. *num.* 55. *vol.* 1. Marsil. *sing.* 329. & faciunt tradita *in Rep. qq. crim. quæst.* 50. *cap.* 1. *n.* 98. Mascard. *de probat. conclus* 347. *num.* 3. vbi quòd confessio iudicialis facta absente parte non probat. sed contrà *ibidem num* 5 *vers. verumtamen.* Concorda quòd prima opinio procedit in confessione iudiciali facta per viam voluntariæ iurisdictionis, non autem contraria in confessione emanata per viam contentiosæ iurisdictionis l. *ibidem* per Mascard. *num.* 7. *&* 14. vide *num.* 38.

25 Sublimita hanc limitationem, quia licèt acceptatio requiratur, sufficit etiam præsentia partis, quia in dubio præsumitur receptata, ipsa non contradicente, quando tendit ad eius fauorem, vt per Cottam *in memoral. pag.* 179. vbi etiam refert contrarios, Roland. *cons.* 16. *num.* 19. *&* 21. *vol.* 1. Hercul. *de negatiua, num.* 198. *in vers.* 22. *fallit*, & faciunt infrà dicenda in confessione extraiudiciali, *quæst.* 10. *n.* 15. *& seqq* Adde pro hac eadem sublimitatione Gabriel. *conclus.* 1. *in tit. de confess. lib.* 1. *num.* 8. vbi de communi, licèt multi alij relati *ibi* per eum *num.* 7. contrarium tenuerint, prout contrarium tenuit Mascard. *conclus.* 347. *num.* 4. *&* 5. adde pro eadem sublimitatione Mascard. *conclus* 347. *num.* 6.

26 Sublimita II. quòd licèt confessio facta parte absente, & sic non acceptata, non valeat in vim pacti obligatorij, tamen benè valebit in vim meræ probationis; faciunt pro hac secunda sublimitatione tradita per Gabr. *conclus.* 1. *in tit. de confess. n.* 30. *lib.* 1. *pag.* 116. *& num.* 50. *pag.* 118. vbi quòd quando confessio principaliter non emanat ad obligandum confitentem, sed ad probandum aliquid, ex qua probatione absenti quæritur obligatio, tunc confessio facta etiam parte absente plenè probat: vbi tamen etiam refert contrarium tenentes. Vide infrà *q.* 10. *num.* 31. vbi etiam posuimus hanc materiam, vt per Cottam in materia *pag.* 161. *in fine.*

27 Limita VI. supradictam principalem regulam non procedere in confessione facta coram iudice incompetenti, vt per Hercul. *de negatiua, num.* 198. *vers.* 330. *fallit.* de qua limitatione plura diximus *in Repert. qq. crim. quæst.* 50. *cap.* 1. *n.* 10. *& seqq.* Mascard. *conclus.* 357 *num.* 9. repetita *in tit de reo confesso, & conuicto, quæst.* 81. *cap.* 6. *num.* 188. *& seqq.*

Limita

28 Limita VII. in confessione facta de iis, quæ non dependent à potestate confitentis, puta de facto tertij, quia confitenti non præiudicat. sola enim confessio non potest facere, vt id quod re vera non est, ita sit. Card. Alban. in cons. 7. n. 6. Stiatic. in pract. iud. cap. 19. num. 30. & seqq. Mascard. conclus. 358. num. 8. De confitente instrumentum validum, quod reuera est nullum, Villalob. lit. C. num. 144.

29 Limita VIII. in confessione iudiciali facta calore iracundiæ. Rom. sing. 514. num. 4. Duen. reg. 291. in 5. ampliatione, & dicetur infrà in materia confessionis extraiudicialis, quæst. 10. num. 25. & faciunt tradita in Repert. qq. crim. quæst. 50. cap. 1. n. 21. & cap. 30. n. 72. & cap. 30. num. 20. Stiatic. in practic. iud. cap. 19. n. 17. & num. 67. & seqq. vbi ampliat etiam quòd sit iurata, Mascard. conclus. 348. num. 5. & 6. vbi tamen requirit reuocationem, aliàs plenè probat, etiam quòd sit facta calore iracundiæ.

30 Limita IX. in confessione non verisimili, quæ non nocet confitenti, etiam quòd sit iudicialis. Stiatic. in practic. iud. cap. 19. num. 20. vt per Tiraq. de retract. denat. pag. 45. n. 40. & seq. & faciunt tradita in Rep. qq. crim. quæst. 50. cap. 1. num. 21. & cap. 3. num. 16.

31 Limita X. in confessione iudiciali reuocata; sed de hoc dicetur infrà quæst. 11.

32 Sed an confessio facta in contractu nullo, sit valida, néene; videtur, quòd sic, vt per Bart. in l. 1. §. si quis ita, & l. si ità, §. Chrysogonus, ff. de verb. oblig. & ibi Alex. Ias. Castr. & omnes. Angel. & Bald. in l. 1. C. de præscript. 30. annorum, vbi quòd confessio facta per mulierem in instrumento nullo ob defectum solemnitatum statuti, valida est. de hoc particulariter dixi in Repert. contract. quæst. 10. num. 4. & 6. vbi tradita conferunt etiam ad hanc materiam, & ibi tradita per Mascard. conclus. 357. num. 2. & sequuntur omnes in d. §. Chrysogonus, vbi videas, & Marsil. in rub. de probat. num. 306. Vide ad hanc materiam Lamberten. de contract. eorum, &c. glos. 1. num. 82. & 86. vbi concordando contrarias opiniones distinguit, & dicit quòd si confessio facta in contractu nullo stat de per se & principaliter, tunc verum est, quòd valet non obstante nullitate contractus; si verò non principaliter, sed accessoriè in contractu apposita reperitur, tunc stante nullitate contractus nihil valet, vt ibi per eum. Stiatic. in practic. iud. cap. 19. n. 36. vbi declarat alio modo. Tiraq. de iure constituti p. 3. quæst. 7. num. 19. & seqq. Put. decis. 7. num. 3. & 4. lib. 3. vbi pariter distinguit, & declarat; sed hæc materia est ponenda in materia confessionis extraiudicialis, de qua infrà quæst. 10.

33 Limita XI. quia ad hoc vt confessio dicatur iudicialis, debet esse facta in iudicio, & quando quid dicatur factum in iudicio, remissiuè Mascard. conclus. 344. num. 13. hoc est, coram iudice, nec sufficit vt sit in scriptis redacta per Notarium. Tiraq. de retract. pag. mihi 746. num. 54. & seq. Imò & coram iudice sedente pro tribunali, & omnia præallegata, probat etiam Mascard. conclus. 344. num. 7. & 8. vbi de communi, & conclus. 348. num. 52. & seq. & num. 54. vbi tamen quòd facta coram Notario habet vim extraiudicialis confessionis. vide de hoc particulariter suprà in 6. limitatione, num. 24. & seqq. & præsente aduersario, vt per Stiaticum in pract. iud. cap. 19. n. 11. & seq. & num. 47. vbi de magis communi, de qua etiam num. 83. & seq. vbi quòd ea procedit in causis requirentibus plenam cognitionem.

34 Contrarium tradit Roland. cons. 70. num. 7. & seqq. vol. 1. Iacob. Port. cons. 25. n. 7. Afflict. decis. 36. n. 38.

35 Limita XII. ad hoc vt confessio iudicialis noceat, non solùm debet esse verisimilis, vt dixi suprà num. 30. sed etiam possibilis, impossibilis enim non nocet, vt per Stiatic. in pract. iudic. cap. 19. n. 18. faciunt in simili tradita in Rep. criminali q. 50. cap. 1. num. 21.

Limita XIII. in confessione minoris emanata sine tutoris, aut curatoris interuentu, quæ licèt iudicialis sit, minori non nocet, de quo dixi in Rep. crim. q. 50. cap. 1. n. 73. & seqq. 36

Amplia vt confessio iudicialis in ciuilibus habeat vim sententiæ, & rei iudicatæ, adeò vt non expectet pro se aliud, nisi præceptum de soluendo. Mascard. conclus. 344. n. 1. & n. 5. vbi propterea quòd non requiritur alia sententia, quia confessus habetur pro condemnato, & ibi declarat quomodo hoc procedat, videlicet in confessione iudiciali emanata non præcedente lite, seu processu, secus si processus præcedat, ac lis, quia tunc requiritur sententia. Secundò declarat, vt hoc procedat in ciuilibus, secus in criminalibus, vt dicam in Rep. crimin q. 50. cap. 1. sub n. 2. 37

Ad ea quæ suprà dixi n. 24. & seqq. de confessione iudiciali facta absente parte, adde Mascard. concl. 348. n. 39. & seq. vbi quòd non plenè probat, licèt aliqui ibi remissiuè per eum allegati contrarium dixerint. Declara primò, nisi iudex tanquam publica persona acceptetur, quia tunc plenè probat, etiam facta parte absente, n. 41. & n. 45. vbi tam quòd isto casu non sufficit iudicis sola præsentia (nisi pro tribunali sedeat) sed debet interuenire expressa acceptatio. Declara secundò, nisi fuerit acceptata ab alio nomine absentis, quia sufficit etiam quòd non habeat mandatum, vt ibidem num. 43. Declara tertiò, quando pars esset citata, quia tunc & non acceptata, & absente parte facta plenè probat contra continentem, vt ibidem per Mascard. n. 47. & dixi suprà n. 24. 38

QVÆSTIO IX.

De confessione qualificata, quando possit pro parte acceptari, & pro parte non.

SVMMARIVM.

1. *Generaliter de materia.*
2. *Confessio qualificata quando dicatur continere vnicum, vel plura capitula, & ea separata, vel connexa, & n. 3. 4. 5. 6. 7.*
8. *Confessio qualificata prolata sub vnico, vel duplici fructu verborum, puta conditione, sed implicitè, vel explicitè, quando possit pro parte acceptari, &c.*
   Confitens se recepisse decem, sed quòd dans fecit pactum de non petendo, an possit condemnari, ibid. & num. 9.
10. *Confessio qualificata contra præsumptionem iuris, quando possit diuidi, & n. 11.*
12. *Quid si contineat vnicum capitulum, & n. 13.*
14. *Quid si contineat plura capitula connexa, & n. 15.*
16. *Quid si contineat plura capitula separata, & n. 17.*
18. *Quid si oratio incipit à negatiua.*
19. *An contra qualitatem, quæ non potest pro parte acceptari, admittatur probatio in contrarium.*
20. *Iudex habet arbitrium diuidendi confessionem.*
21. *Quid de confessione facta positionibus.*
22. *Quid de confessione facta iuramento decisiuo.*
23. *Quid de confessione redacta in scriptis.*

AD cognitionem huius subtilis, & difficilis quæstionis, videas in primis tradita in simili, in Rep qq. crim. q. 50. cap. 1. n. 52. & seqq. & quæ infra dicentur in materia, excipiens quando dicatur fateri, &c. Et quando admittatur acceptatio in parte, & partibus, &c Bart. in l. Aurelius, § idem quæsiit, ff. de liber. leg. allegatos per Stiaticum 1

in

in pract. iudic. cap. 19. *n.* 37. *& seq.* & omninò Fulu. Pacian. *in tract. de probat. lib.* 1. *cap.* 25. *per totum*. Caputaq. *decis.* 186. *lib.* 1. *& diuers. p.* 1. *decis.* 802. *n.* 2. Andr. Gail *de pace publ. lib.* 1. *cap.* 17. *n.* 2.

2 Præmitte in primis, quòd confessio qualificata aliquando continet vnum capitulum, aliquando verò plura capitula. Item capitula aliquando sunt connexa, aliquando verò separata. Vt igitur de præmissis veram habeas cognitionem, præter infrascripta videas Bart. *in d. l. Aurelius*; §. *idem quæsiit, ff. de liber. legat.* Menoch. *de arbitr. qq. cas.* 95. *per totum*, præsertim *in n.* 14. *& omnibus seqq.* vbi pulchrè, & pulchriùs per Cornel. *in cons.* 305. *n.* 5. *vol.* 3. Stiaticum *vbi suprà n.* 41.

3 Dicas quòd confessio qualificata dicitur continere vnum capitulum, quando continet vnicum factum, & facti qualitatem. Bart. *in d. l. Aurelius*. §. *idem quæsiit*, Corn. *d. cons.* 305. *n.* 5. Menoch. *d. cas.* 95. *num.* 14. Millæ. *in pract. pag* 89. *num.* 44. & potest poni exemplum quando quis fatetur se promisisse sub conditione.

4 Capitula autem dicuntur connexa, quando in confessione exprimuntur plura facta, quorum vnum qualificat aliud. Bart. *in d.* §. *idem quæsiit*. Corn. *d. cons.* 305 *n.* 5. *vol.* 3. Menoch. *d. cas* 95. *num.* 14. Millæ. *in pract. pag.* 89. *num.* 44. & potest poni exemplum in eo, qui dicit: Verum est quòd mutuasti decem, sed fecisti pactum de non petendo. Item si dixero, Verum est, quòd promisi decem, sed cum pacto, vt pro me ires Romam, & similia.

5 Capitula dicuntur separata, quando confessio continet plura facta, quorum vnum non qualificat aliud. Corn. *cons.* 305. *num.* 5. *vol.* 3. Menoch. *cas.* 95. *num.* 22. Natt. *cons.* 365. *num* 1. *&* 2. *vol.* 2. Millæ. *in pract. pag.* 89. *num.* 44. & potest poni exemplum in eo, qui dicit, Fateor me debere tibi decem ex mutuo, sed tu debes alia decem mihi ex causa emptionis. Vel si dixero, Verum est, quòd mutuasti decem, sed solui, vt per Villalob. *littera C. num.* 145.

6 Item capitula plura separata dicitur continere confessio, quando continet plura facta diuersis temporibus, secundùm Bart *in d. l. Aurelius. d.* §. *idem quæsiit. ff. de liber. legat.* Millæ. *in pract. pag.* 89. *num.* 44.

7 Contrarium quòd imò diuersitas temporis non inducat diuersitatem capitulorum, tradit Menoch. *de arbit. qq. casu* 95. *num.* 10.

8 Et pro pleniori supradictorum cognitione aduertas ad vnum necessarium in tota, & vniuersa hac materia, quòd qualitas in confessione aliquando exprimitur implicitè, & vnico structu verborum, puta si dixero, Promisi sub conditione; vel, Recepi à te decem quæ mihi debebas ex causa mutui. Aliquando verò qualitas exprimitur explicitè, & non sub eodem structu verborum, sed cum adiectione illius dictionis, *sed, vel, &c.* puta si dixero, Verum est, quòd mutuasti mihi decem, sed fecisti pactum de non petendo, prout exemplificatur per Corn. *d. cons* 305. *num.* 5. *vol.* 3. Menoch. *d. casu* 93. *n.* 22. *& casu* 95. *num.* 14. *& seqq. & cons. maximo* 47. *n.* 27. Et ideò scias in materia, quòd multi relati à Menoch. *d. casu* 93. *n.* 92. *& casu* 95. *n.* 14. dixerunt, quòd quando confessio est prolata implicitè, & sub vnico structu verborum; tunc non dicuntur plura capitula, sed vnicum, etiam quod contineat plura facta. Si verò est prolata sub duplici structu verborum, & sic explicitè, puta cum dictione *sed, &c.* tunc dicitur continere plura capitula separata, etiam quòd factum sit vnicum cum sua qualitate, adeò quòd volunt isti quòd vnitas, vel pluralitas capitulorum, item eorum separatio, & connexitas, reguletur à structu verborum vnico, vel duplici, & ab explicitate, seu implicitate orationis. & ita etiam tradidit Cephal. *in cons.* 134. *num.* 34. *vol.* 1. *cons. maximo* 47. *n.* 27. Millæ. *in pract. pag.* 88. *n.* 38 *& n.* 27. Maran. *in spec. pag.* 283. *n.* 27. Foller. *in pract. crim. pag.* 307. *sub num.* 47. & communiter omnes, concludentes, quòd si adest vnicus structus verborum, tunc confessio dicetur continere vnicum capitulum, & nunquam poterit pro parte acceptari, & pro parte non. Si verò oratio est expressa sub duplici structu verborum, puta cum dictione, *sed*, vt suprà exemplificauimus in eo, qui dicit, Verum est, quòd mutuasti mihi decem; sed fecisti pactum de non petendo. Et tunc indistinctè poterit pro parte acceptari, & pro parte non.

Contrarium quòd imò ad hoc, vt confessio qualificata possit pro parte acceptari, vel pro parte non, non attendatur, an sit prolata implicitè, & vnico structu verborum, & sub vna oratione, vel explicitè sub duplici oratione, & structu: sed quòd solùm attendi debeat, an contineat vnicum, vel plura facta, & an ea sint connexa, vel separata, prout superiùs exemplificauimus *n.* 3. *& seqq.* & quòd structus verborum, & vnitas, seu duplicitas orationis non inducat vnitatem, vel pluralitatem, connexitatem, seu separationem capitulorum, nihilque in materia operetur vt qualitas possit acceptari, vel impugnari, pulchrè tradit, & infert Corn. *d. cons.* 305. *n.* 5. *vol.* 3. quem omninò videas, & Menoch. *d. casu* 93. *n.* 21. *& seqq. & cas* 95. *num.* 14. *& plurib. seqq.* qui, iudicio meo, hanc materiam bellissimè explicant. 9

His ergo ita præmissis facias in materia plures conclusiones. 10

Prima sit conclusio, quòd quando contra qualitatem annexam adest aliqua iuris præsumptio, tunc indistinctè, etiam quòd confessio contineat vnicum capitulum, vel plura connexa; potest tamen pro parte acceptari, & pro parte impugnari. Grat. *cons.* 127. *n* 4. *part.* 2. Menoch. *de arb. quæst. d casu* 93. *num.* 36. *& seq.* Gabriel *pag* 809. *num.* 1. *in* 1. *ampliat.* & faciunt, quæ in simili fuerunt tradita *in Rep. qq. crim q.* 50. *cap.* 1. *n.* 53. Stiatic. *in pract. iudic. cap.* 19. *n.* 40. *& n.* 58. Vide quæ dixi *in tit. de reo confesso, & conuicto, q.* 81. *n.* 110. Bart. *in l. Aurelius*, §. *idem quæsiit, n.* 1. *ff. de liber. legat.* Abb. *in cap. audiuimus, n.* 33. vbi alij, *de præscript.* Ias. *in l. vt vim, n.* 13. *ff. de iust. & iur.* Crauett. *cons.* 150. *n.* 5. Nonius *cons.* 86. *n.* 8. Bossi. *de confess. n.* 19 *&* 20 Gabr. *de confess. conclus.* 19 *n.* 3. Gomez. *var. resol. tom.* 3. *cap.* 3. *n.* 26. Menoch. *de arbitr. casu* 279. *n.* 6. Capyc. *decis.* 155. *num.* 12. Rota *diuers. decis.* 802. *n.* 4 *part.* 1. *& in alia Romana Census* 8. *Iuny* 1588. coram Illustrissimo D. Platta.

Sed quid si qualitas pro ratione habente contra se præsumptionem, sit prolata vnico structu verborum? Diximus *suprà n.* 8. *& seq.* 11

Secunda sit conclusio, quòd quando contra qualitatem annexam nulla adest iuris præsumptio, tunc si contineat vnicum capitulum tantùm, hoc est, vnicum factum cum sua qualitate, prout suprà *in n.* 3. exemplificauimus in eo, qui dicit se promisisse sub cōditione, non potest ista confessio pro parte acceptari, & pro parte non. Corn. *cons.* 305. *n.* 2. *&* 5. *vol.* 3. Menoch. *d. casu* 93. *n.* 21. *cons maximo* 26. *n.* 10. Marant. *pag* 283. *n.* 27. Foller. *in pract. crim. pag.* 306 *sub n.* 47. Villalob. *C. num.* 145. vbi de communi. Bart. *in d. l. Aurelius*, §. *idem quæsiit ff. de liber. legat & in l siquidem, C. de except.* & *ibi in addit.* Ias. *in* §. *item si quis il* 2. *Instit. de action.* Alex. *cons.* 87. *vol.* 1. quem videas si hoc dicat. 12

Sed quid in isto casu, si confessio qualificata continens vnicum capitulum, sit prolata sub duplici structu verborum explicitè, puta cum dictione *sed*, dicendo, Verum est quòd promisi decem, sed cum conditione? Vide suprà *in n.* 8. *&* 9. 13

Tertia sit conclusio, quòd si confessio continet plura capitula connexa, hoc est, plura facta, quorum vnum qualificat aliud, prout suprà exemplificauimus 14

num.4. in eo, qui dicit, se promisisse Titio decem vt pro se iret Romam, prout etiam exemplificat Bart. *in d.§.idem quæsiit*, quem refert Menoch. *d.casu 95.n.14.* tunc dicas, quòd ista confessio similiter non potest pro parte acceptari,& pro parte non: vt per Corn. *d. conf.305.n.5.vol.3.*latè Menoch.*d.casu 93.n.19.& seqq. pluribus*,vbi *num* 21.testatur de communi.

15 Sed quid, si confessio continens plura capitula annexa, sit prolata explicitè sub duplici structu verborum, puta, Verum est, quòd mutuasti decem, sed fecisti pactum de non petendo: an poterit isto casu pro parte acceptari,& pro parte impugnari? dixi suprà *n.8.& 9.*

16 Quarta sit conclusio, quòd confessio qualificata continens plura capitula separata, hoc est, plura, & diuersa facta, quorum vnum qualificat aliud, prout suprà *num.5.*in eo, qui fatetur se debere Titio decem ex causa mutui, sed dicit, quòd Titius sibi debet alia decem ex causa emptionis, & similia. tunc ista confessio potest diuidi,& pro parte acceptari, &c. Corn. *d. conf.305.n.5.vol.3.*Menoch.*d.casu 95.n.21. & casu 93. n.29.*Natt.*conf.31.n.2.vol.1.& conf.365.n.1.& 2.vol.2.* Millæ. *in pract.pag.89.n.40.* Villalub. *C.n.145.* vbi de communi.

17 Sed quid si qualitas in oratione est prolata sub vnico structu verborum? Diximus suprà *n.8.& 9.*

18 Quinta sit conclusio, quòd quando reus incipit à negatione,& dicit, Nego me tibi debere, & casu quo id apparuerit, dico, te mihi fecisse pactum de non petendo, & similia. tunc ratione præmissæ negatiuæ confessio non potest pro parte acceptari,& pro parte non. Millæ.*in pract.pag.88.num.27.& 31.*& facit decis. Pedem.*176.n.5 & seqq* & quæ diximus *in Rep. quæst. crim q.50.cap 1.n 55.*

19 Sexta sit conclusio, quòd in casibus, in quibus confessio qualificata non potest per creditorem pro parte acceptari, &c. admittitur tamen iste creditor, vel alius ad probandum contrarium eius, quod in qualitate asseritur. Menoch.*d.casu 93.n.33.& seqq.* Millæ. *in pract pag.88.n.34.*Grat.*conf.117.n.9.part.2.*

20 Septima sit conclusio, quòd in casibus, in quibus confessio qualificata non potest diuidi, nec pro parte acceptari, iudex tamen habet arbitrium illam diuidendi ex præsumptionibus. Abb.*in cap.bonæ, il 2.in fine, de postul.prælat.*& Salic.*in l.1. C. de confess. n.7.in fin.*

21 Octaua sit conclusio, quòd confessio qualificata facta positionibus non potest pro parte acceptari, & pro parte non. Menoch.*d.casu 93.num.24.*Sed aduerte quòd omnes conclusiones suprà firmatæ loquuntur generaliter etiam de confessione facta positionibus. Nec Doctores in materia loquentes, faciunt aliquam differentiam inter confessionem qualificatam, quæ fit positionibus,& aliàs. Vide tamen in proposito particulariter *in conf.matrim.47.n.27.*

22 An autem confessio qualificata facta iuramento decisiuo possit pro parte acceptari, &c. vide in materia iuramenti decisiui.

23 Nona sit conclusio, quòd quando confessio est facta in scriptura, & redacta in scriptis, non potest pro parte acceptari,& pro parte non. Stiatic *in pract.iudic. cap.19. n.38.* quæ limitatio si vera est, destruit totam regulam, quia omnes confessiones iudiciales plerumtim rediguntur in scriptis. ideo videas Barbat.*conf.53. vol.3.*quem ad id allegat Stiaticus.

QVÆSTIO X.

De confessione extraiudiciali.

SVMMARIVM.

1. *Generaliter de materia.*
2. *Confessio extraiudicialis facta absente parte quid probet.*
3. *An debeat probari per duos testes, num. 3. vbi etiam quod debet esse rogatus.*
4. *Quid si est geminata, & num.5.*
6. *Quid si est facta ad exonerationem conscientiæ.*
7. *Quid si emanat super eo, quod dependet ab animo confitentis.*
8. *Quid de iure Canonico, seu eius æquitate; & quid in foro pœnitentiali.*
9. *Quid in spiritualibus.*
10. *Quid si est iurata.*
11. *Quid si dixit, In veritate,&c.*
12. *Quid de confessione liberatoria super solutione.*
13. *Renuntiatio litis facta absente parte quid probet.*
14. *Quid si est facta parte præsente, & acceptante.*
15. *Quid si est solùm præsens,& non acceptet,& num.16.*
17. *Quid si aliquis acceptat nomine absentis.*
18. *Quid si est facta præsente fideiussore.*
19. *Quid de confessione extraiudiciali enunciatiua.*
20. *Quid de confessione aduersùs instrumentum.*
22. *Quid de confessione extraiudiciali sine causa, & numer.22.23.32.*
24. *Quid si est facta inter personas prohibitas,&c.*
25. *Quid de confessione facta calore iracundiæ.*
26. *Quid de confessione extraiudiciali facta in causa matrimonij.*
27. *Quid de confessione extraiudiciali facta super iure reali.*
28. *Quid fauore piæ causæ.*
29. *Quid fauore dotis.*
30. *Quid de confessione instrumentali.*
31. *Quid de confessione, quæ tendit principaliter ad probandum aliquid.*
33. *Quid de confessione facta in instrumento nullo.*
34. *Quid de confessione facta in conspectu populi, vel maioris partis.*
35. *Quid de confessione facta coram Principe.*

GENERALITER super ista materia præter infrascripta, vide Felin.*in cap.si cautio, de fide instrum. & in cap. olim, de rescript.* Soc. *reg.63.* & ea, quæ in simili diximus *in Rep. qq.crimin.q.50.cap.3.*Tindar.*de testib.lib.2.part.1.cap.6. per totum.* 1

Confessio extraindicialis facta parte absente non plenam, sed semiplenam solùm facit probationem, ita etiam tradit Marsil.*in rub.de probat.n.89.* Ias.*in cap. admonendi,num.158.* vbi de communi, à qua dicit non esse in iudicando recedendum.de indubitata,& magis communi *in decis.Perus.9.n.1.*Mascard.*concl.347.n.24. & conclus.379 n.2.*Alex.Trentacin.*in suo conf.post opin. Viui.439.n.19.* Maran. *pag.281.n.2 & 12.*Soc.*reg.62. in princ & in vlt.fall.*Brun.*reg.120.*vbi remissiuè etiam ponit plures ampliationes, & limitationes. Marsil. *sing.202.*Villalob.*C.num.139.* Viui. *pag.29.* Marsil.*singul.329.*Gabr.*conclus.1.in tit.de confess.n.1 & 2.* Vide de hac materia etiam superiùs tradita in materia confessionis iudicialis *q.8.num.24.& seqq.*& eumdem Gabr. *d. conclus.1.n.52.* vbi quòd secundùm magis communem confessio extraiudicialis isto casu facit semiplenam probationem, licèt aliqui *ibi* per eum relati voluerint quòd nec etiam semiplenam inducant probationem, prout quòd nihil probet tenuerunt multi relati per Mascar.*conclus.346.n.6.in princ & conclus.347. n.1.& n.25.*& per conclusionem, vbi latissimè de materia, & quòd transferat onus probandi contrarium in aduersarium, Mascar.*conclus.346.n.9. & conclus.347. n.1.& n.26.* 2

Confessio extraiudicialis ad hoc vt suas vires habeat debet pleuè probari, & sic per duos testes. Isti 3 autem

autem testes debent esse rogati, alias non probant. Ad idem Mascard. *conclus.* 379. *n.* 22. Io. Mar. Monticell. *in Rep. test. pag.* 175. *col.* 2. *vers.* 2. allegat Nell. *in tract. de testibus num* 247 pro primo dicto. Mascard. *conclus.* 347. *n* 29. *&* 30. *& conclus.* 379. *num.* 1. *& seqq.* vbi amplius quod debent esse omni exceptione maiores. Marant. *pag* 282 *n.* 13. vbi etiam quòd si probatur per vnum testem, tunc non facit nedum semiplenam probationem, sed nec indicium faciunt, quæ in simili tendunt, *in Rep. qq. crim. q.* 50. *cas.* 3. *num.* 15. decis. Perus. 9. *n.* 6. vbi facit regulam quòd debeat per duos testes probari, 1. *par. & num.* 17. vbi quòd vnus testis de confessione extraiudiciali facta præsente parte semiplenè probat. Idem si de confessione facta parte absente de æquitate canonica, quia pariter vnus testis semiplenè probat, vt *ibi* per eum.

4 Confessio extraiudicialis geminata, etiam facta parte absente, æquiparatur iudiciali, & plenam facit probationem, dummodò sit geminata ex interuallo. Mascard. *conclus.* 347. *num.* 43. *&* 51. Maran. *pag.* 282. *n.* 15. Soc. *reg.* 63. *in* 3. *fall.* Mathes. *sing.* 36. *in addit.* Marsil. *sing.* 202. Imol. *conclus.* 22. Gabr. *pag.* 121. *n.* 3. *in tit. de confess. concl.* 3 *lib.* 1. Faciunt tradita *in Rep. qq. crim. q.* 50. *c.* 3. *n.* 6. Adde pro hac eadem conclusione Gabr. *conclus.* 1. *in tit. de confess. num.* 59. *pag.* 119. *& conclus.* 3. *pag.* 121. Marsil. *in rub. de probat. n.* 91. vbi tamen loquitur in confessione toties geminata, & repetita, vt ferè transierit in publicam vocem, & famam. Adde pro hac eadem conclusione Ias. *in l. admonendi, sub num.* 158. *ff. de iureiur.* decisio. Perus. 9. *num.* 2. *& seqq.* 18. *& seqq.* vbi de communi *par.* 1. relati per Cephal. *conclus.* 225. *num.* 3. Mascard. *conclus.* 347. *n.* 22. *vers contra tamen, & n* 37. *& seqq.* Alex. Trentacin. *in suo cons.* post opin. Viu. 439. *n* 20.

5 Contrarium videtur tenere Hercul. *de negat. n.* 198. *sub vers* 15. *fallit*, &c. & Ruin. *cons.* 71. *col.* 1. *vol.* 4. Ceph. *cons.* 225. *num.* 32. per Mascard. *conclus.* 347. *num.* 22. *in princ. & num.* 43. *vers. Huic tamen limitationi*, &c.

6 Confessio extraiudicialis facta ad exonerationem conscientiæ, vt si quis parte absente bonam fidem agnoscens, pro suæ conscientiæ exoneratione fateretur se habere in manibus aliquod depositum, vel quid simile; talis enim confessio, licèt extraiudicialis, & facta parte absente, plene probat. Maran. *pag.* 282. *num.* 16. Marsil. *sing.* 102. Hercul. *de negat. num.* 198. *in fine*, & conferunt dicta *in Rep. qq. vlt. volum. q.* 64. Adde pro hac eadem conclusione Gabr. *conclus.* 1. *in tit. de confessione num.* 67. *pag.* 120. Mascard. *conclus.* 347. *n.* 99. *& seqq* vbi infert, *& conclus.* 330. *num* 25. *& seq.* vbi quòd de eo qui fatetur se furatum, *& num.* 32.

7 Confessio extraiudicialis emanans super eo, quod dependet à sola voluntate, & animo confitentis, puta aditio hæreditatis, ratificatio, & similia, plenè probat. Maran. *pag.* 282. *num.* 17. Soc. *reg.* 63. *in* 6. *fallen.* Aym. *de antiq. temp pag.* 45. *n.* 46. *& seqq.* Hercul. *de negat. n.* 198. *sub vers.* 15. *fallit*, &c. Gabr. *concl.* 1. *in tit de confess. n.* 31. *pag.* 118. Marsil. *in rubr. de probat. num.* 93. Mascard. *conclus.* 347. *n.* 7. & latiùs *n.* 85. *& seqq.* vbi plura, *& num.* 120. vbi de declaratione actus dubij.

8 Confessio extraiudicialis de iure Canonico, & eius æquitate, quamuis parte absente facta, plenè probat, & iudiciali æquiparatur. Mascard. *de probat. conclus.* 347. *n.* 37. *& seq.* vbi de magis communi, etiam quòd confitentes essent laici, vt *ibi n.* 59. *& n.* 96. vbi multò magis de confessione facta in foro pœnitentiali. Ad hæc eadem vide Mascard. *concl.* 350. *n.* 27. Alex. Trentacin. *in suo cons.* post opin. Viuij 439. *n.* 21. *&* 25. vbi propterea quòd in regno, quod est feudum Ecclesiæ, confessio extraiudicialis plene probabit. relati à Maran. *pag.* 282. *n.* 19. Villalob. *C. n.* 133. *&* 134. vbi ex hoc infert quòd in terris subiectis Ecclesiæ confessio extraiudicialis plene probabit. & *ibi* testatur de communi, quam etiam sequitur, & communem dicit Gabr. *in tit. de confess. conclus.* 1 *num.* 46. *& num.* 47. *in fine.* Marsil. *in rubr. de probat. num.* 92. decisio Perus. 9. *num.* 6. vbi de communi, *par.* 1. vbi quòd in terris Ecclesiæ illud seruandum.

Contrariam opinionem tenuerunt alij relati à Maran. *vbi supra.* Alex. relatus a Villalob. *d. littera C. & d. num.* 134. testatur de communi, & magis communem dixit Hercul. *de negatiua num.* 198. *in fine*, nisi simus in spiritualibus, quòd in spiritualibus confessio etiam facta absente parte plenissimè probet, tradit Gabr. *in conclus.* 1. *in tit. de confess. num.* 63. *pag.* 119. Mascard. *conclus.* 347. *num* 15. *& conclus.* 350. *num.* 28. *&* 29. vt *ibi* per eum. & hanc contrariam opinionem tenuerunt multi relati à Gabr. *conclus.* 1. *in tit. de confess. num.* 47. *pag.* 118. & à Mascard. *conclus.* 347 *num.* 57. *vers. sed consuluit.* 9

Confessio extraiudicialis iurata, etiam quòd sit facta parte absente, plenè probat, ita etiam tradit Ias. *in l. admonendi, num.* 158. *propè finem. ff. de iur. iur.* Mascard. *conclus.* 346. *num.* 18. *&* 19. vbi de magis communi, licèt aliqui *ibi* relati contrarium dixerint, *& conclus.* 347. *num.* 69. *& seqq. & num.* 73. vbi idem si quis confiteretur se fortassè, &c. Soc. *reg.* 63. *in* 8. *fallentia.* Marsil. *sing.* 202. vbi etiam refert contrarios, & ista est magis communis, vt per Gabr. *conclus.* 1. *in tit. de confess num.* 41. *& seqq.* licèt etiam aliqui *ibi* per eum relati contrarium tenuerint, *pag.* 117. adde Marsil. *in rubr. de probat, num.* 94. 10

Confessio extraiudicialis facta per hæc verba, videlicet, in veritate fateor me tantum debere Titio, plene probat, quia tantum est dicere in veritate, quantum si iurauerit. Soc. *reg.* 63. *in* 8 *fallentia.* Gabr. *conclus.* 1. *in tit. de confess. pag.* 117. *num.* 43. Mascard. *conclus.* 347. *num.* 77 11

Confessio extraiudicialis respiciens solutionem, seu liberationem, etiam quòd sit facta absente parte, plenè probat. Marsil. *sing.* 202. Villalob. *C. num.* 138. vbi de communi, & relati a Gabr. *conclus.* 1. *in tit. de confess. num.* 22. *lib.* 1. *pag.* 115. vbi similiter de communi. Marsil. *in rubr. de probat. num.* 90. relati per Mascard. *conclus.* 343. *num.* 44. *& conclus* 346. *num.* 28. vbi ampliat etiam in præiudicium Ecclesiæ, *& conclus.* 347. *num.* 27. *vers. sed in hac, & num.* 60. 12

Contrarium tenet idem Villalob. *d. num.* 138. vbi similiter de communi, & hanc contrariam opinionem, quòd videlicet confessio, etiam quòd sit liberatoria, facta absente parte, non plenè probet, tenuerunt multi relati à Gabr. *in pag.* 115 *num.* 23. *& seqq.* vbi etiam relatis aliorum distinctionibus, hanc ipse dixit *in num.* 31. magis communem, quam *ibi in n.* 32. *vsque ad* 39. limitat septem modis, & pro hac contraria opinione relati per Mascard. *concl.* 345. *num.* 44. *vers. contrarium*, &c. *& conclus.* 347. *num.* 27. *in princip. & num.* 61. vbi de magis communi: fallit primò hæc contraria opinio in confessione iudiciali, quod declara vt *num.* 62. *fall.* 2. in renuntiatione litis, quod pariter declara, vt *n* 63. *& seqq.* 13

Confessio extraiudicialis facta parte præsente, & acceptante, plenè probat. Dec. *in c. at si Clerici, num.* 20. *extra de iudic.* Duen. *reg.* 119. *in princ.* & faciunt in simili tradita *in Rep. qq. crim. q.* 50. *cap.* 3. *num.* 3. *&* 4. vbi pro, & contra. Mascard. *conclus.* 346. *num.* 1. *& conclus.* 379. *num.* 3. 14

Amplia hanc conclusionem I. vt sola præsentia sufficiat absque expressa acceptatione. Dec. *in c. at si Clerici, num.* 22. *extra de iudic.* Maran. *in spec. p.* 282. 15

*num.*1. vbi de communi, relati à Duen. *in reg.* 119. *in* 1.*limitat.* & faciunt superiùs tradita *in q.*8.*num.*25. *& in Repert. qq. crimin. quaſt.* 50. *cap.* 3. *num.*3. *&* 4. Boui. *de ſtatut. praſcript. pag.* 190. vbi etiam de communi, Gabr. *in titul. de confeſſ. concluſ.* 2. vbi ſimiliter de communi. Deciſ. Peruſ. 9. *num.* 22. *& ſeqq.* vbi de magis communi, *part.* 1. Maſcard. *concluſ.* 345. *num.* 13. *& num.* 34. *& concluſ.*346. *num.* 14. *&* 15.

16 Contrarium tenuerunt multi relati à Dec. Duen. & Maran. *vbi ſupra*, à Gabr. *concluſ.* 2. *in tit. de confeſſ. num.* 1. *pag.* 120. relati *in deciſ. Peruſ.*9.*num.*21. 1.*part.* vbi de communi. Maſcard. *concluſ.* 346. *num.* 11. 12. *&* 13. vbi ampliùs quòd acceptatio ex interuallo non ſufficit.

17 Amplia I I. vt ſufficiat quempiam acceptare nomine principalis abſentis, quia tunc iſta acceptatio nomine abſentis plenè præiudicabit confitenti, Maran. *in ſpec.pag.*182.*n.*18. Soc. *reg.*63. *in* 15.*fall.* Gabr. *concluſ.*1.*in tit.de confeſſ.lib.*1.*n.*16. vbi tamen loquitur in confeſſione iudiciali, *& in n.*39.*& ſeq.* vbi loquitur in confeſſione iudiciali, & teſtatur de magis communi. Marſil.*in rubr.de probat.num.*96. *& num.* 100. vbi idem dicit ſi acceptatur à negotiorum geſtore, de quo etiam per Maſcard.*concluſ.*346.*num.*3.*& ſeq.*vbi de negotiorum geſtore, & nuntio acceptante, *& concl.*347. *num.* 112. *& ſeqq.* vbi plura ad materiam, *& num.* 121. *& ſeq.*

18 Amplia III. vt ſufficiat confeſſionem eſſe factam præſente fideiuſſore, videlicet non præſente debitore principali, quoniam per talem confeſſionem paratur exceptio fideiuſſori, & per conſequens debitori. Soc.*reg.*63.*in* 10.*fall.* Gabr.*concl.*1.*in tit.de confeſſ.n.*58. *pag.*119 Marſil.*in rubr.de probat.num.*99. Maſcard.*concluſ.*347.*n.*121.

19 Confeſſio extraiudicialis facta, non per verba diſpoſitiua, ſed enunciatiua, etiam quòd ſit facta parte præſente, non præiudicat confitenti. Maran. *in ſpec. pag.*281. *num.*4. Duen.*reg.*119. *in* 2.*limitat.* vbi limitant quando eſſet iurata. Gabr.*concluſ.* 1. *in titul. de confeſſ. num.* 98. vbi quòd talis confeſſio enunciatiuè prolata non præiudicat etiam de æquitate canonica. adde pro principali hac concluſione Marſil. *in rubric. de probat. num.* 88. vbi in fine illam limitat, quando eſt confeſſio facta ad liberandum, quia tunc etiam enunciatiuè prolata probat, vt *ibi* per eum, *& in num.* 90. *pro* 1.*dicto.* Maſcard. *concluſ.*346. *num.*17.

20 Confeſſio extraiudicialis facta aduersùs inſtrumentum celebratum in ſcriptis, continens puta aliquod debitum, etiam quòd ſit facta parte præſente, non probat, niſi probetur per quinque teſtes. Maran. *in ſpec.pag.* 281.*n.*5. Duen.*reg.*119.*in* 6.*limit.* Maſcard. *concluſ.*346.*n.*23.*& ſeq.*

21 Confeſſio extraiudicialis facta ſine cauſa non probar. plures concordantes adducit Maſcard. *concl.*345. *num.*1. vbi exemplificat in eo, quo dicit ſe debitorem, ſed non exprimit, ex qua cauſa, & aduerte quòd *ibi* ipſe, licèt ſimpliciter loquatur de confeſſione, tamen debet intelligi de extraiudiciali, quia de iudiciali loquitur *ibidem infra num.* 16. *& ſeq.* Marant. *pag.* 281. *num.* 6. Rom. *ſingul.* 399. Duen. *regul.* 118. vbi remiſſiuè ponit plures limitationes. Scias quòd quando confeſſio eſt iurata, tunc etiam ſine cauſa plenè probat, vt per Marſil. *in l.*1.*§. praterea, n.*98. *ff. de quaſt. pag.* 37. *& in rubric. de probat. num.* 79. Quarta enim obligatio ſine cauſa non valet, vt dixi *in Repert. contract. in fragmentis, verb. obligatio*, &c. vbi tradita ponas hic, & facias vnam quæſtionem particularem, ſcilicet, An, & quando confeſſio facta ſine cauſa valeat, nec ne, & in eam extendendo ſerua ordinem, & forma regulam, vt per Maſcard. *concluſ.* 345. *& reg.* 119. *in* 7. *limitat.* Vide præter infraſcripta in propoſito huius concluſionis, tradita *in Repert. qq. criminal. q.* 50. *cap.* 3. *num.* 19. *& cap.* 1. *num.* 102. & infrà *num.* 32. & ſuprà *q.* 8. *num.* 19. *& ſeqq.* & adde pro hac eadem concluſione Marſil. *in rubr. de probat. num.* 77. *& ſeqq.* vbi de materia.

Limita I. in confeſſione facta parte præſente, quæ licèt non contineat cauſam, & non probet plenè, tamen probat ſemiplenè. Maran.*vbi ſuprà d.num.*6. & faciunt tradita ſuprà *q.* 8. *num.* 19. adde pro hac eadem limitatione Anchar. *q.*58. *num.*7. *part.*1. vbi tamen dicit iſto caſu, quòd cauſa prætenſa debet per partem allegari. Marſil. *in rubr.de probat.num.*78.Iaſ.*in l.admonendi,num.*158.*ff.de iur.iur.*Maſcard.*concluſ.*345. *n.*10.vbi quòd non probat. Sed contrà *num.* 11. *& ſeq.* vbi quòd transfert onus probandi contrarium in aduerſarium. 22

Limita II. in confeſſione extraiudiciali, quæ tendit ad liberationem, quia hæc confeſſio etiam ſine cauſa facta probat, vt per Maran. *vbi ſuprà d.n.*6. Soc. *reg.* 63. *in* 13.*fall.* vbi quòd ex hac confeſſione oritur exceptio doli. Marſil.*in l.*1.*§.praterea*, *n.*96.*ff.de quaſt. pag.*37.*& in rubr. de probat. num.*88. *in fine, & num.*90. Maſcard. *de probat concluſ.*345.*num.*40. *& ſeqq.& concluſ.*346.*num* 27. 23

Confeſſio extraiudicialis facta inter perſonas prohibitas, & ſuſpectas, an & quando dicatur ſimulata, & non probet, videas per Aym. *de antiq. temp. car.* 27. *num.* 64. *& ſeqq.* 1. *part. ſect. propoſitum, &c.* etiam quòd ſit facta parte præſente, puta in confeſſione patris donantis filio, & è contra. Mariti donanris vxori, & è contra. Prælati de rebus Eccleſiæ confitentis ſe donaſſe propter benemerita. de hoc vltimo particulatitet idem tradit Maſcard. *concl.*346. *num.* 30. & in ſimilibus, &c. talis, inquam, confeſſio nihil probat. Maran. *in ſpec. pag.* 281. *num.*8. Duen. *reg.* 119. *in* 9. *limitatione.* Crot. *in conſ.* 135. *num.*12. *& ſeqq.* Faciunt in propoſito huius concluſionis tradita in materia donationis propter benemerita, videlicet *in Repert. contract. quaſt.* 38. & in materia, filijfamilias prohibiti contrahere, & confitentis in contractu mutuum verſum in vtilitatem ipſius, de quo in alio Repert. *in contract. verſ. filiusfamilias, videlicet in* 141. *num.* 26. *in Rep. contract. &c.* adde pro hac concluſione Gabr. *pag.*117. *num.* 45. vbi quòd confeſſio inter perſonas ſuſpectas, & prohibitas, non operatur, etiam quòd ſit iurata, & idem per Maſcard. *concluſ.* 347. *num* 79. 24

Confeſſio extraiudicialis facta calore iracundiæ non nocet niſi perſeuerata. Maran. *pag.* 282. *num.*10. Duen. *reg.* 119. *in* 3. *limitatione.* Rom. *ſing.*514.*num.*4. Duen. *reg.* 292. *in* 3. *ampliatione*, & facit ſuprà *q.* 8. *num.* 29. *& in Rep. qq. crim. q.* 50. *cap.* 1. *num.* 72. *& cap.*3.*num.*20. adde pro hac eadem concluſione Marſil. *in rubr. de probat. num.* 102. Maſcard. *de probat. concluſ.* 34. *& num.* 20. *& ſeq. &* 347. *num.* 28. vbi quòd probat quoad indicium, ſi non fuit reuocata. 25

Confeſſio extraiudicialis etiam in cauſa matrimoniali facta abſente parte non probat plenè, ſed ſemiplenè. Gabr. *concluſ.* 1. *in tit. de confeſſ. num.*19. *lib.*1.*pag.*115. Maſcard. *de probat. concluſ.*347.*num.*10. 11. *&* 12. vbi pro, & contra, *& num.*97. *& ſeq.* vbi de veriori opinione, licèt aliqui ibi contrarium dixerint. 26

Confeſſio extraiudicialis facta ſuper iure reali probat plenè, etiam quòd ſit facta parte abſente, ita tenuerunt multi relati à Gabr. *in concluſ.* 1. *in tit.* 27

tit. de confess. lib. 1. *n.* 34. *pag.* 116. vbi tamen refert etiam contrarium tenentes, & vide suprà *q.* 8. *n.* 21. adde pro hac eadem conclusione eumdem Gabr. *d. conclus.* 1. *n.* 72. *pag.* 120. Mascard. *conclus.* 347. *n.* 68. vbi de renunriatione iuris realis, & *n.* 107. *& seqq.* vbi de materia pro, & contra, vsque ad *num.* 112.

28 Confessio extraiudicialis etiam facta parte absentè plenè probat fauore piæ causæ. Gabr. *conclus.* 1. *in tit. de confess. n.* 64. *pag.* 120. Mascard. *conclus.* 347. *n.* 93. *& seq.*

29 Confessio extraiudicialis etiam facta absente parte plenè probat fauore dotis, vt per Gabr. *conclus.* 1. *in tit. de confess. num.* 65. *pag.* 120. Mascard. *conclus.* 347. *num.* 95.

30 Confessio extraiudicialis, facta tamen in instrumento, (& quid si instrumentum sit nullum, posui suprà *q.* 8. *num.* 32. sed hîc est proprius locus suus,) plenè probat, etiam quòd sit facta parte absente. Gabr. *conclus.* 1. *in tit. de confess. num.* 68. *pag.* 120. Marsil. *in rubr. de probat. num.* 101. Mascard. *de probat. conclus.* 347. *num.* 81. *& conclus.* 360. *num.* 1. *&* 2. Limita contra confitentem. Secus quoad alios non nominatos in instrumento, *num.* 3. 4. *&* 10. vbi infertur. Limita in confessione facta sine causa, vt dixi *in Repert. contract. vers. obligatio, num.* 3. inter diuersa. Limita in confessione non verisimili. Mascard. *ibi num.* 11.

31 Confessio extraiudicialis, quæ non tendit principaliter ad obligandum confitentem, sed principaliter tendit ad probandum aliquid, ex qua probatione absenti quæritur obligatio, puta si quis approbat aliquod instrumentum tanquam verum. Vigore huius approbationis, omnes quorum interest, licèt fuerint absentes, poterunt niti contra approbantem in eius confessione, quæ sibi plenè præiudicabit. Ita Marsil. *in rubr. de probat. num.* 95. Gabr. *in tit. de confess. conclus.* 1. *lib.* 1. *num.* 50. *pag.* 118. *& num.* 30. *pag.* 116. Cotta *in memorial. pag.* 161. *in fin.* vbi quòd licet confessio facta parte absente non valeat in vim pacti obligatorij, tamen benè valebit in vim meræ probationis. Vide suprà *q.* 8. *num.* 26. Mascard. *conclus.* 347. *num.* 31. *& seqq.* vbi plura ad materiam huius conclusionis.

32 Ad ea, quæ suprà tradita sunt *num.* 21. *& seqq.* adde Marsil. *in l.* 1. *§ præterea, num.* 94. *ff. de quæst.* vbi ponit regulam cum ampliationibus, & limitationibus, *& sing.* 219. Ias. *in l. admonendi, ff. de iur. iur.* Lanfranc. *in c. quoniam contra, in verb. confessiones, num.* 29. Alexand. *cons.* 83. *num.* 5. *vol.* 1. Soc. *reg* 67. Anchar. Regien. *q.* 58. *num.* 6. 1. *part.* quibus in locis generaliter reperies, an, & quomodo confessio sine causa præiudicet confitenti, necne, de qua etiam latissimè per Mascard. *conclus.* 345. vbi *num* 4 *&* 5. dicit quàm paria sunt non exprimere causam, vel eam exprimere, sed falsam. & *n.* 6. *&* 7. vbi idem si exprimatur causa, sed generalis, licèt aliqui contrà, *n.* 8. & *n.* 9. vbi pariter confessio sine causa non probat quando exprimitur causa non aptè, & intelligibiliter, sed incertè. & *n.* 26. *& seq.* vbi limitando dicit, quòd licèt confessio sine causa non plenè probet, tamen probat semiplenè, vt per eundem Mascard. *conclus.* 346. *n.* 26. & transfert onus probandi contrarium in aduersarium, & facit esse locum iuramento suppletorio etiam facta parte absente; sed contrarium de absentia partis, tenent relati per Mascard. *ibi n.* 28. & credo verius, quia parte absente confessio extraiudicialis, etiam cum causa non nisi semiplenè probat, vt suprà dixi *n.* 2. ergo sine causa aliquid minus debet probare. Ideò tradita hîc per Mascard. debent intelligi de confessione iudiciali, quæ etiam sine causa facta semiplenè probat, vt dixi suprà *q.* 8. *n.* 19. & *n.* 29. vbi quòd confessio admini-culata aliqua verisimilitudine plenè probat, etiam sine causa. Ideo sufficit causam coniecturatam esse, & præsumptam, licèt non sit expressa. Mascard. *ibidem d. conclus.* 345. *n.* 51. quod ego intelligo quando confessio est vel iudicialis, vel facta parte absente, quia quando de vno disputatur, in cæteris præsupponitur habilitas, & per verisimilitudinem suppletur defectus causæ, non autem absentiæ & *n.* 46. vbi valet confessio sine causa, quando sumus in casu, in quo præsumitur confitentem voluisse donare, vt latè dixi *in Rep. contract. q.* 63. & *n.* 61. vbi idem in confessione facta fauore Ecclesiæ, vel ciuitatis, & *n.* 62. *&* 63. vbi idem de confessione facta in scriptis; sed contrà *num.* 64. declara, vt *n.* 65. *&* 66. vbi idem in confessione conditionali, & *num.* 69. vbi idem si causa probetur aliunde. Sed de hoc vlt. contrà per eundem Mascar. *concl.* 346. *num.* 25.

Confessio extraiudicialis facta in contractu nullo, an valeat, dixi suprà *q.* 8. *n.* 32. 33

Confessio extraiudicialis facta in conspectu populi, vel maioris partis, plenè probat regulariter, & facit rem notoriam, sicut iudicialis. quod quando verum sit, & de materia, vide Capram *in tract. de notorio*, 1. *memb. n.* 42. *& seqq. pag.* 78. Mascard. *de probat. conclus.* 1102 *n.* 12. *& conclus.* 347. *n.* 124. vbi firmat principalem conclusionem. 34

Confessio extraiudicialis facta coram Principe valet, & probat plenè contra confitentem, etiam facta in absentia partis, vt per Mascard. *concl.* 347. *n.* 129. 35

Qvæstio XI.

Confessio an, & quando reuocari possit, & de materia.

Svmmarivm.

1. *Generaliter de materia reuocationis confessionis.*
2. *Confessio regulariter reuocari potest.*
3. *Quid si sit geminata, & n.* 19.
4. *Quid si sit iurata.*
5. *Quid in confessione ficta.*
6. *Quid si facta in vno iudicio, an reuocetur in alio.*
7. *Confessio quando reuocatur non docto de errore.*
8. *Maximè si confessio est facta ex abrupto, & sine deliberatione.*
9. *Vel circa preparatoria iudicij.*
10. *Vel reuocatur incontinenti.*
11. *Quid in confessione rustici.*
12. *Error quomodo probetur in reuocatione confessionis.*
13. *Confessio non reuocatur, quando præcessit terminus ad deliberandum, vel est assignatus terminus ad contradicendum, &c. & quid de confessione deliberata.*
14. *Quid in confessione acceptata.*
15. *Quid in confessione redacta in scriptis.*
16. *Quid post sententiam diffinitiuam.*
17. *Vel post conclusionem in causa.*
18. *Vel post præceptum de soluendo.*

20. *Quid si error est in iure, & non in facto.*
21. *Quid in confessione circa decisoria iudicij.*
22. *Confessio non reuocatur, nisi refectis expensis.*
23. *Quid de confessione facta post statutum terminum ad respondendum.*
24. *Quid si error sit iuris, & non facti.*

IN materia reuocandæ confessionis videas in primis prætee infrascripta, tradita in *Rep. qq. crim. q.* 50. *c.* 1. *n.* 39. *& seqq. & c.* 3. *n.* 9. *& seq.* Lanfranc. *in c. quoniam contra, &c. pag.* 61. *n.* 43. 1

allegatos per Stiaticum *in pract. iudic.cap.19. n.60. & seqq.vsque ad n.66. & n.80.81.& 82.* Cotta *in memor. ver.confessio potest reuocari.*

1 Regula sit quòd confessio, siue iudicialis, siue extraiudicialis, prætextu erroris semper reuocari potest. Soc.*reg.*64.& 69. Cæpol.*cau.*69. Cotta *pag.*157.& est text.*in l.error,C.de iur.& fact.ignor.*Soc.iun.*cons.*3.*n.*18. *& seq. p.*2. vbi loquitur de confessione facta positionibus. Mascard.*conclus.*378.*n.*1.

3 Amplia quòd confessio erronea reuocari potest etiam si sit geminata. Ceph. *cons.*152.*n.*56. Cotta *memorab.pag.*158. Villalob.*C.n.*136.& faciunt tradita *in Rep.qq.crim.q.*50.*cap.*1.*n.*43.vide *n.*19. Mascard.*d.conclus.*378.*num.*2. vbi de communi.

4 Amplia II. quòd erronea confessio possit reuocari etiam si sit iurata. Ceph.*cons.*142. *n.*56.*vol.*1.Soc. iun.*cons.*3.*n.*14.*& seq.p.*2. Aym.*de antiq.*1. *part.*§. *visis de verbis enunciatiuis, num.*56.*pag.*35.à tergo. Lamberteng.*de contract.gloss.*11.*num.*95. Mascard. *conclus.*347. *num.*49.*& conclus.*378.*num.*49.*& conclus.*378. *n.*3.

5 Amplia III. quòd etiam ficta confessio possit vti erronea reuocari. Rom.*sing.* 304. *de confessione ficta, &c. vers.positionibus.*

6 Amplia IV. quòd confessio facta in vno iudicio, possit etiam in alio reuocari. Turz. *q.* 9. vbi declarat, & faciunt ad hæc tradita in alia quæst. videlicet acta in vno iudicio, quando fidem faciant in alio, vbi videas.

7 Limita supradictam conclusionem I. vt procedat prout loquitur, videlicet quando reuocans confessionem probat errorem, aliter secus. Ita loquuntur omnes Doctores in materia reuocationis, & de hoc nemo dubitat.Et faciunt in proposito huius limitationis dicta *in Rep. qq.crim.q.*50.*cap.*1.*num* 45. vbi de materia, & tradit Aym. *de antiq.temp part.*1.§.*viso de verb. enunciatiuis, num.*56.*pag.*35. Mascard.*conclus.*378.*n.*5. *& seq.*

8 Sublimita I. hanc limitationem non procedere, quando confessio fuisset facta ex abrupto in iudicio, & absque deliberatione. quia tunc potest reuocari, etiam non docto de errore. Aroob.*sing.*1.

9 Sublimita II. in confessione iudiciali facta circa præparatoria iudicij,& non circa decisoria,quæ potest reuocari,etiam nullo probato errore, vt per Lanfran. *in c.quoniam contra,pag.*61.*col.*3.

10 Sublimita III. vt in reuocatione confessionis necesse sit probare errorem, quando reuocatur ex interuallo, quia si reuocatur incontinenti, antequam confessus ad alia diuertat, nulla est necessaria erroris probatio, vt per Cottam *in memor. pag.* 157. Breu. *pag.* 59. *col.* 1. *in princip.* & faciunt tradita *in Rep. crimin. in verbo Tortura quando dari possit reo mendaci, ac vario,* pro hac sublimitatione adde Gabr. *conclus.* 6. *num.* 8. *&* 10. *in tit. de confess. pag.* 123. vbi quòd incontinenti reuocari potest coofessio, etiam non docto de errore. Mascard. *conclus.* 350. *num.* 8. vbi de communi, *& num.* 13. vbi quòd reuocatio dicitur incontinenti facta, quando est facta infra triduum, *& in num.* 12. vbi quòd si est acceptata à parte, non potest etiam incontinenti reuocari, & *ibi* per Mascard. *conclus.* 350. *num.* 41. Stiatic. *in.practic. iudic. cap.* 19. *num.* 60. *&* 65. vbi etiam quòd incontinenti dicitur fieri reuocatio quando fit antequam fit redacta in scriptis per Notarium, & idem tradit Mascard. *conclus.*348.*num.*55.*& conclus.*350.*n.*10.

11 Sublimita IV. in rustico, qui potest confessionem reuocare etiam ex interuallo, nullo probato errore, vt per Menoch. *de arbitr. qq. casu* 194. *num.*64.*& seq.*

12 Sed in proposito quæro, quomodo dicetur probatus error?Dicas quòd error probatur apertissimis argumentis.*c.per tuas,de probat.* Lamberten. *de contract. gloss.*11.*n.*95. probando rem aliter se habere. Mascard. *concl.*641.*n.*1.*& concl.*645.*n.*1. fallit in confessione iuris,cuius error non probatur probando rem se aliter habere,*d.concl* 645.*n.*4.vt per Lanfranc.*in pract.pag.*13. *n.*29. Sed vide eundem Lanfranc. *in pag.*61. *n.*41. vbi dicit quòd quando agitur de reuocanda confessione sui Procuratoris. Vel quando confessio est super facto alieno. Vel quando agitur de damno euitando confitentis extraiudicialiter, tunc probatur error, probando rem aliter se habere : quod si agatur de reuocanda confessione extraiudiciali, vbi agitur de lucro captando, vel de iudiciali emanata super facto proprio ipsius confitentis,tunc error non dicitur probatus,probando rem aliter se habere, sed debet probari error alio modo,puta probando confitentem seductum esse ad ita confitendum dolo aduersarij, & similia,& sic de causa erroris, ad quod vide Mascard. *concl.*347.*n.*47.*&* 50.*lib.*1. *& concl.*641. *n.*2. *& seqq.* vt *ibi* per eum. Vide in proposito huius quæstionis tradita *in Rep.qq.crim.q.*50.*cap.*1.*n.*45.

Limita II. non procedere supradictam principalem conclusionem, quando ante confessionem præcesserit terminus ad deliberandum : vel quando post confessionem fuerit confitenti assignatus terminus ad dicendum, quare non debeat fieri præceptum de soluendo,tunc enim nec prætextu erroris confessionem reuocari posse tradit Soc. *reg.* 64. *in* 1. *fall. & reg.*69. similiter *in* 1. *fall.* Cæpol.*cau.*64. Cott.*pag.*160. quòd confessio deliberata non possit reuocari prætextu erroris, tenuerunt multi relati à Gabr. *in tit. de confess. conclus.*5.vbi tamen postea ipse tenet contrariam opinionem vti æquiorem,& magis communem,quòd videlicet confessio etiam deliberata possit prætextu erroris reuocari pro hac secunda limitatione. vide Stiatic.*in pract.iudic.cap.*19. *n.*82. & Mascard. *conclus.*645. *num.*2. 13

Limita III. in confessione acceptata à parte, quæ non potest ampliùs reuocari. Cott*n memor. pag.* 158. *& seq.*Soc.*reg.*64.*in* 1.*fall. & reg.*69. similiter *in* 1. *fall.* Cæpol.*cau.*59, & aduerte quòd acceptatio debet esse expressa ad hoc vt confessio non possit reuocari,quia non sufficit sola præsentia quoad istum effectum, vt per Gabr.*in tit.de confess concl.*2.*num* 2.*pag.*120.& per Mascard.*conclus.*346.*num.*16. *& conclus.*347. *n.*7. *vers. quod verò pertinet*, & quòd confessio acceptata non possit etiam nec in continenti reuocari, tradit idem Gabr. *vbi supra pag.* 123. *num.*12. Item aduerte quòd ad hoc vt confessio acceptata non possit reuocari,acceptatio debet fieri eodem tempore confessionis factæ,& non ex interuallo, vt per Marsil.*in rubr.de probat.n.*112.*& seqq* & per Mascard. *concl.*346. *n.*13. iuncto *n.*16. Item aduerte qoòd confessio si est erronea, etiam quòd sit acceptata, non probat contra confitentem,& sic contra limitationem.Masc.*concl.*377.*n.*1. 14

Limita IV. in confessione redacta in scriptis, quæ non poterit ampliùs reuocari. Soc. *reg.*64.*in* 2. *fallent.* Cæpol.*cau.*61. 15

Contrarium tenet Lanfranc.*in pract.pag.*48.*n.*1. & latè traditur per Gabr.*in tit.de confess. concl.*6.*pag.*123. vbi loquitur tam in iudiciali, quàm in extraiudiciali confessione,& *ibi* habetur de materia, & tradit Aym. *de antiq.temp. p.*1. §. *viso, de verb. enunciatiuis, num.*56. *pag.*35. à tergo, vbi expressè dicit, quòd si confitens velit probare errorem, potest reuocare suam confessionem,etiam in scriptis redactam.

Limita V. post sententiam diffinitiuam, quo casu confessio ampliùs reuocari non potest. Corset.*sing. verb.Confessio il* 1. *pag.*142. Lanfran. *in pract. pag.* 61. *n.*41.Cotta *in memor.pag.*157. licèt secus videatur esse 16

in criminalibus, vt diximus *in Rep. qq. crim. q. 50. cap. 1. num. 41.*

17 Amplia I. hanc limitationem, vt nec post conclusionem in causa admittatur reuocatio confessionis, vt per Soc. *in reg. 64. in 4. fall.* Cotta *pag.* 158. Mascard. *conclus.* 347. *n.* 116. *& seq.*

18 Amplia II. vt nec post præceptum factum de soluendo admittatur ampliùs reuocatio confessionis, vt per Soc. *reg. 64. in 3. fall. & reg. 69. in 1. fall.* Bald. *in l. error. C. de iur. & fact. ignorant.*

19 Limita VI. in confessione geminata, quæ prætextu erroris renocari minimè poterit. Soc. *reg. 64. in 5. fall.* vbi enim adest geminatio, ibi dicitur adesse deliberatio, nec error allegari potest, vt diximus in materia geminationis. Mascard. *conclus.* 347. *num.* 45. *& seq.*

Contrarium tenent relati suprà *in num.* 3. Mascard. *conclus.* 347. *n.* 48. *& num.* 50. vbi de magis communi. dummodo tamen probetur etiam causa erroris, vt *ibidem n. 47. & d. n.* 50. & cum hac declaratione conciliantur opiniones.

20 Limita VII. quia licèt confessio possit reuocari prætextu erroris facti, in prætextu erroris iuris nunquam poterit reuocari, vt per Soc. *reg* 63. vbi hoc sublimitat tribus modis.

21 Limita VIII. in confessione facta circa decisoria iudicij scienter, vel ignoranter per ignorantiam iuris, quæ non poterit reuocari. Lanfran. *in cap. quoniam contra, pag. 61. col. 3.*

22 Limita IX. vt nec etiam prætextu erroris confessio reuocari possit, nisi refectis expensis, vt per Asin. *in praxi* §. 32. *in* 10. *ampliat.*

23 Amplia regulam, vt confessio possit reuocari etiam facta post statutum terminum ad respondendum. Mascard. *concl.* 347. *post n.* 49. *lib.* 1.

24 Amplia item regulam, siue error sit facti, siue etiam iuris. Mascard. *concl.* 378. *n.* 4. *lib.* 1. *& concl.* 387. *n.* 1. vbi ampliùs quòd confessio contra ius non præiudicat confitenti, &c.

QVÆSTIO XII.

De interdicto, vti possidetis, *& quis ex duobus contendentibus se possidere, obtinere debeat: quidve per iudicem isto casu faciendum, ne scandalum sequatur, & de materia.*

SVMMARIVM.

1. *Interdictum* vti possidetis, *quibus, & contra quos detur, vbi de materia.*
   Interdictum hoc datur ei, qui turbatur in sua possessione, ibid.
2. *Interdictum hoc datur etiam quando duo se possidere contendunt.*
3. *Interdictum hoc non datur ei, qui clam, vi, vel precario possidet. Sed an à contra detur contra eum, qui precario nomine ab altero possidet, vide n. 4. Et an in dubio possessio præsumatur clandestina, n. 5. & ista exceptio clandestinitatis, &c. quo tempore opponi possit, num. 6.*
7. *Interdictum hoc non datur malæ fidei possessori. & quis isto casu debeat probare malam fidem, n. 8.*
9. *Interdictum hoc an detur contra bonæ fidei possessorem.*
10. *Interdictum hoc datur etiam ciuiliter possidenti.*
11. *Interdictum hoc non datur simplici detentori.*
12. *Interdictum hoc an detur hæredi contra eum, qui turbauit defunctum in sua possessione, & n. 13. 14. 15. 16.*
17. *Interdictum hoc an competat exequutoribus testamentorum.*
18. *Interdictum hoc an detur vsufructuario, &c.*
19. *Interdictum hoc datur etiam feudatario, & emphyteutæ, & num. 20.*
21. *Interdictum hoc an detur domino rei, quæ est apud alium sequestrata.*
22. *Interdictum hoc an detur pro rebus mobilibus.*
23. *Interdictum hoc an detur pro turbatione facta in seruitutibus.*
24. *Interdictum hoc an detur domino castri, qui à vasallis turbatur in possessione seruitiorum, &c. & quid à contra, & n. 25.*
26. *Interdictum hoc an detur Rectori Ecclesiæ.*
27. *Interdictum hoc an detur patrono Ecclesiæ.*
28. *Interdictum hoc an detur pro turbatione facta in decimis.*
29. *Interdictum hoc an detur ei, qui turbatur in possessione probationum personalium.*
30. *Interdictum hoc an detur creditori misso in possessionem rerum sui debitoris, in qua postea turbatur.*
31. *Interdictum hoc datur contra tutores, curatores, & similes.*
32. *Interdictum hoc an detur cessionario.*
33. *Interdictum hoc an detur contra turbantem iudicialiter.*
34. *Interdictum hoc an detur contra turbantem sine dolo, & de materia.*
35. *De duobus super possessione contendentibus quis præferatur.*
36. *Dicas quòd possessio iusta præferatur iniustæ.*
37. *An si vtraque possessio est iusta, prouenit autem ex diuersis causis, tunc vterque possessor obtinebit, vbi exemplificat.*
38. *Si verò possessionis causa est eadem, tunc ille præfertur qui melius probauit suam possessionem, & num. 39. vbi de materia.*
40. *Si autem probatio possessionis est æqualis, ille præfertur qui probauit de sua antiquiori possessione, & n. 41. vbi, quæ dicatur antiquior possessio. Sed quid si iunior possessio haberet titulum antiquiorem, n. 42. Item quid si iunior possessio fuerit de consensu antiquioris possessoris, n. 43. Item quid si antiqua possessio non esset titulata, iunior verò sic, num. 44. & seqq. vsque ad num. 48. Item quid si ille, qui antiquius possidebat, non possidet de præsenti, n. 49. Item quid si antiquus possessor non allegat iuniorem possessionem esse clandestinam, n. 50.*
51. *Si verò vna possessio non est antiquior altera, præfertur semper possessio titulata non titulatæ.*
52. *Si verò ambæ sint titulatæ, præfertur illa, quæ habet antiquiorem titulum.*
53. *Si verò titulus est æqualis, præfertur ille, qui melius probauit suum titulum.*
54. *Sed quid si æqualitas est in omnibus, & per omnia.*
55. *Possessor qui dubitat se turbari, an possit armata manu defendere suam possessionem, &c.*
56. *Iudex quid isto casu faciet quando est timor scandali.*
57. *An sit licita sequestratio, & præceptum ne vadant, &c. & num. 58. 59.*
60. *Iudicium quod fit super duobus super possessione contendentibus, dicitur possessorium summarium, & præparatorium plenarij, & n. 62. & an detur pro eo appellatio, vide n. 80. & seqq.*
61. *Mandatum de manutenendo quid sit. contra quos, & quibus concedatur, n. 63. & seqq. quis ordo seruandus in eius concessione, n. 68. & seqq. vbi etiam, an debeat offerri libellus. Quæ sit forma istius mandati, n. 69. an sit in eo necessaria citatio, n. 70. an litis contestatio, n. 71. an causæ cognitio, num. 72.*

quæ probationes sufficiant, num. 73.77. & seqq. an testes debeant iurare, num. 74. an publicatio, seu repulsatio testium sit necessaria, ac admittatur, num. 75. & seqq. & alia ad materiam huius mandati, vide ibi num. 78. & 79. & an à concessione istius mandati possit appellari, supplicari, dici de nullitate, reuocari, vel peti restitutio, n. 80. & seqq.

86. *In interdicto* vti possidetis, *quid sit probandum.*
87. *Primò est probanda possessio actoris tempore litis contestatæ, & num. 88.*
89. *Sed an isto casu possidens de præterito præsumatur, &c.*
90. *Non probata possessione actoris quomodo feratur sententia.*
91. *An sit necesse probare titulum possessionis.*
92. *Secundò est probanda turbatio aduersarij.*
93. *An sit probandus dolus, vel lata culpa turbantis.*
94. *Exceptiones, quæ opponantur agenti hoc interdicto. Quid de exceptione dominij, num. 95. & seqq. vsque ad 103.*
   Quid de exceptione renuntiationis, n. 104. & seqq.
107. *Quid de exceptione spoliationis, seu reconuentionis, &c. & num. seqq. vsque ad 124.*
108. *Agens hoc interdicto potest reconueniri remedio recuperandæ. Sed an iudex isto casu super vtroque pronuntiare debeat, & de materia, n. 109. & seqq.*
125. *Exceptio criminis an possit obijci agẽti hoc interdicto.*
126. *Forma libelli, & sententiæ in hoc interdicto quæ sit, & num. seqq. vsque ad 134.*
135. *Sententia lata super hoc interdicto an sit diffinitiua.*
136. *Sententia lata super hoc interdicto an prosit hæredibus actoris.*
137. *Sententia hæc an possit exequi contra hæredes rei condemnati.*
139. *Interdictum hoc an possit cumulari cum possessorio recuperandæ.*
   Et interdicto vnde vi, *ibid. & an cum petitorio, n. 140.*
141. *Et si cumulatur cum petitorio, quomodo tunc iudex debeat pronuntiare. Et quid si reus in petitorio obtineat, actor autem obtineat in possessorio, n. 142. Et an quis intentans petitorium post hoc interdictum, censeatur ei renuntiasse, n. 143. Et an possit hoc interdictum cumulari cum actione criminali, n. 144. & an possessorium recuperandæ intentatum post hoc interdictum, illud suspendat, n. 145.*
146. *In hoc interdicto quis dicatur actor, & quis reus.*
147. *In hoc interdicto an veniant etiam restituendi fructus, &c.*
148. *Iudex competens in hoc interdicto quis nam sit.*
149. *Interdictum hoc an sit summarium, quæ dilationes, & probationes admittantur, & lis sit in eo contestanda, & de materia.*
150. *Turbare possessorem quando quis dicatur.*
151. *Interdictum hoc quomodo præscribatur.*
152. *Appellare an liceat in hoc interdicto.*
153. *Et an petatur restitutio in integrum.*

1 PRo huius materiæ cognitione QVÆRO in primis, quibus, & contra quos hoc interdictum *vti possidetis* concedatur.

Dicas quòd principaliter conceditur ei, qui molestatur, & turbatur in sua possessione, vt per Roland. *cons. 9. n. 7. vol. 3.* & Menoch. *in 3. remed. retin. possess. n. 290 & seq.*

Et generaliter quibus, & contra quos hoc interdictum detur, præter infrapositos casus, videas *ibidem* per Menoch. *n. 142. & seqq. vsque ad 159. & n. 234. vsque ad 2 8. & n. 281. & seq. & n. 285. & n. 301. & n. 309. & seqq. vsque ad 314. & n. 467. vsque ad 506.*

2 Interdictum *vti possidetis* habet etiam locum, quando duo super possessione contendunt, & alteruter se magis possidere affirmat. Menoch. *in d. 3. remed. retin. poss. num. 6. & 15.* sed quis istorum, qui super possessione contendunt, obtinere debeat, dicemus infrà *in 2. quæst.*

Interdictum *vti possidetis* datur ei, qui clam, vel vi, 3
vel precario ab aduersario possidet. Menoch. *in 3. remed. retin. poss. n. 9. & seq.* vbi hoc limitat duobus modis.

Sed an è contra hoc interdictum concedatur ei, 4
qui rem alteri concessit precario nomine possidendam? Dicas quòd sic, quando concedens in precario transtulit solam possessionem naturalem, & ciuilem retinuit apud se; secus si transtulisset & ciuilem, & naturalem simul. Menoch. *vbi suprà n. 38. & seqq.*

Et in proposito scias, quòd possessio actoris non 5
præsumitur clandestina, aut violenta, & ideò reus, qui dicit actorem possidere vi, clam, vel precario, id debet probare, vt *ibidem* per Menoch. *n. 600. & seqq.*

Sed quæro quo tempore possit opponi ista exce- 6
ptio, quòd videlicet actor possidet vi, clã, vel precario?

Dicas, quòd potest opponi nedum ante litem contestatam, sed etiam postea, vt per Menoch. *in 3. remed. retin. possess. n. 663. & seqq. in q. 77. per totam*, licèt aliqui ibi per eum relati contrarium tenuerint. & quando opponitur ante litem contestatam, tunc ea reseruatur disputanda cum meritis causæ, vt *ibidem n. 664.*

Interdictum *vti possidetis* non competit malæ fidei 7
possessori. Roland. *cons. 9. n. 7. vol. 3.*

Et licèt isto casu reus excipiens de mala fide acto- 8
ris debeat illam probare, vt per Menoch. *vbi suprà n. 601.* Tamen hoc fallit in incorporalibus, in quibus bona fides non præsumitur, nisi probetur, & ideò actori incumbit onus probandi bonam fidem suam. Roland. *d. cons. 9. n. 42.* & faciunt in proposito tradita *in alio Rep. in iudiciis, ver. fides, &c.*

Sed an hoc interdictum detur contra possessorem 9
bonæ fidei, dicas quòd sic, quando istius possessoris author erat in mala fide, puta quòd vi, aut clam possidebat. Menoch. *vbi suprà n. 303. & seqq. & num. 305.* vbi limitat.

Interdictum *vti possidetis* datur nedum possidenti 10
naturaliter & ciuiliter, hoc est, animo, & corpore, vt per Menoch, *vbi suprà n. 18.* sed etiam datur possidenti solùm ciuiliter, contra naturaliter possidentem, vt *ibi n. 22. & seqq.* vbi de communi ea infert, *& num. 35. & seqq. & n. 302.* vbi ampliat; & Rolan. *d. cons. 9. n. 8. vol. 3.*

Interdictum *vti possidetis* non datur simplici deten- 11
tatori, puta colono, conductori, & similibus. Menoch. *vbi suprà n. 46.* vbi de magis communi.

Interdictum *vti possidetis* non datur hæredi contra 12
illum, qui turbauit defunctum in sua possessione. Ratio est, quia de iure communi possessio defuncti non continuatur in hæredem. Menoch. *vbi suprà n. 56.*

Limita I. hanc conclusionem non procedere, quan- 13
do adest statutum, quòd possessio defuncti absque alia apprehensione transferatur in hæredem, quia tunc etiam hæredi competit tale interdictum, vt *ibidem* per Menoch *n. 59. & seq.*

Limita II. non procedere quando defunctus fuit 14
impeditus agere contra turbatorem dolo ipsius turbatoris, quia tunc competit etiam hoc interdictum hæredi, vt *ibidem* per Menoch. *num. 61.*

Limita III. quando super hoc interdicto iam lis 15
esset cœpta à defuncto, quia tunc potest hæres illius illam litem prosequi, vt *ibidem* per Menoch. *n. 62.*

Limita IV. quando turbatio esset facta iacente 16
hæreditate. Menoch. *ibidem n. 63.*

Interdictum *vti possidetis* non datur exequutoribus 17
testamentorum, qui turbantur in possessione rerum defuncti. Menoch. *ibidem n. 64. & seqq.* vbi hoc declarat procedere in eo exequutore, qui suo nomine hoc interdictum vult experiri, vnde secus si illud intentet nomine hæredum, qui tunc potest, vt *ibi* per eum.

Interdi

18 Interdictum *vti poſſidetis* etiam directum conceditur vſuario, vel vſufructuario, qui turbatur in quaſi poſſeſſione vſus, vel vſusfructus. Menoch. *in* 3. *remed. retin. poſſ. n.*70. *& ſeqq.* quod limita in eo vſufructuario, qui non poſſidet nomine proprio, ſed alieno; vel in eo, qui poſſidet vi, aut clam, *ibid. n.*71. *&* 79. vbi ponitur forma libelli, qua vti debet vſufructuarius iſto caſu.

19 Interdictum *vti poſſidetis* datur etiam vaſallo, qui in poſſeſſione ſui feudi turbatur. Menoch. *vbi ſuprà num.*81. *& ſeqq.*

20 Similiter hoc interdictum datur emphyteotæ, qui in poſſeſſione rei ſuæ emphyteoticæ turbatur. Menoch. *ibidem n.*84. *& ſeq.*

21 Interdictum *vti poſſidetis* an reddatur domino rei, quæ eſt apud alium ſequeſtrata, ſi in ea turbatur; an verò concedatur ei, qui rem in ſequeſtrum retinet, videas per Menoch. *vbi ſuprà n.* 86. *& ſeqq.* vbi diſtinguit plures caſus.

22 Interdictum *vti poſſidetis* datur ei, qui turbatur in poſſeſſione cuiuſlibet rei corporalis immobilis. Menoch. *vbi ſuprà n.*100. *& ſeqq.* Item datur ei, qui turbatur in poſſeſſione rerum mobilum, quæ tamen immobilibus cohærent. Menoch. *ibidem n.*283. *& ſeq.* quia pro mobilibus ſimpliciter non datur interdictum *vti poſſidetis*, ſed interdictum *vtrubi*, vt per Menoch. *in* 2. *remed. retinen. poſſeſſ.* vbi de materia iſtius interdicti. Vide *in Rep. crim. in fragmen. verſ. Turbatius.*

23 Interdictum *vti poſſidetis* datur ei, qui turbatur in quaſi poſſeſſione ſeruitutis continuæ, puta vrbanæ; ſecus ſi ſeruitus ſit diſcontinua, puta ruſtica, quia tunc ei non competit nec vtile, nec directum hoc interdictum, ſed habent locum alia remedia ſpecialia, de quibus per Menoch. *vbi ſuprà n.*103. *& ſeqq.* benè verum eſt, quòd hoc interdictum conceditur ei, qui turbatur in quaſi poſſeſſione iuris paſcendi, *vt ibidem n.*137. *& ſeq.*

24 Interdictum *vti poſſidetis* conceditur etiam domino caſtri, qui in quaſi poſſeſſione iuriſdictionis illius caſtri, & ſeruitiis à vaſallis, & ſubditis præſtandis turbatur. Menoch. *vbi ſuprà n.*115. *& ſeqq.*

25 Similiter, & è contra conceditur ſubditis, & vaſallis contra dominum, à quo in ſtatu ſuæ quietæ, & pacificæ libertatis turbantur, vt *ibidem* per Menoch. *num.*122. *& ſeqq.*

26 Interdictum *vti poſſidetis* conceditur etiam Rectori Eccleſiæ, qui turbatur in poſſeſſione iuris rectoriæ, ſed non datur quando turbatur in poſſeſſione rerum ipſius Eccleſiæ, quia tunc habet locum interdictum *ne quid in loco ſacro.* Menoch. *ibidem n.*125. *& ſeqq.*

27 Interdictum *vti poſſidetis* conceditur patrono Eccleſiæ, qui turbatur in quaſi poſſeſſione iuris præſentandi. Menoch. *ibidem n.*131. *& ſeqq.*

28 Interdictum *vti poſſidetis* conceditur ei, qui turbatur in quaſi poſſeſſione perceptionis decimarum. Menoch. *ibidem n.*134. *& ſeqq.*

29 Interdictum *vti poſſidetis* an concedatur ei, qui turbatur in quaſi poſſeſſione percipiendi præſtationes perſonales. Menoch. *ibidem n.*139. *& ſeqq.*

30 Interdictum *vti poſſidetis* an detur creditori, qui pro ſui crediti ſatisfactione miſſus eſt in poſſeſſionem bonorum debitoris, & in ea poſſeſſione poſtea turbatur, videas *ibidem.* per Menoch. *num.* 159. *& ſeqq. vſque ad* 234.

31 Interdictum *vti poſſidetis* competit etiam contra turbantem nomine alterius, puta tutores, curatores, Syndicos, aliosque adminiſtratores, &c. Menoch. *vbi ſuprà n.*306. *& ſeqq.* vbi etiam de materia.

32 Interdictum *vti poſſidetis* competit ceſſionario iuris incorporalis, qui in illius poſſeſſione turbatur. Menoch. *in* 3. *remed. retin. poſſeſſ. n.* 258. *& ſeqq.* Si verò ceditur res corporalis, tunc ſi ceſſionarius turbatur in poſſeſſione iſtius rei corporalis, poſtquam ipſe rem ceſſam apprehendit, ſimiliter competet tale interdictum; ſecus ſi nulla eſt ſequuta traditio, & apprehenſio, quia tunc cùm non dicatur poſſidere, nec etiam poterit hoc interdictum *vti poſſidetis* experiri, vt *ibidem* per Menoch. *n.*263. *& ſeqq.* vbi *in n.*276. *& ſeqq.* hoc limitat tribus modis.

Interdictum *vti poſſidetis* datur nedum contra turbantem dolo, vel lata culpa, ſed etiam contra turbantem ſine dolo, vel culpa Menoch. *ibidem n.*604. quod primò limita, quando ageretur contra turbantem ad damna, & intereſſe, quia tunc eſt neceſſaria ſaltim culpa turbantis, vt *ibidem num.*605. Limita ſecundò quando cõtra turbantem ageretur criminaliter actione iniuriarum, quia tunc eſt etiam neceſſarius dolus, vt *ibidem n.*606. 611. *& ſeqq.* vbi etiam quòd ſi agatur contra turbantem criminaliter ad pœnas ſtatutarias. 33

Et in materia ſcias, quòd dolus non præſumitur, ideò in caſu, in quo eſt neceſſarius dolus rei conuenti, & ſic turbantis, debet ille probari per actorem, vt *ibi num.*612. Plura autem indicia doli in materia poſſeſſionis turbatæ, traduntur *ibidem n.*618. *& ſeqq.* Item plures cauſæ excuſantes à dolo turbatæ poſſeſſionis, ponuntur *ibidem n.*626. *& pluribus ſeqq.* 34

Qværo II. poſtquam ſuprà vidimus interdictum hoc *vti poſſidetis* dari nedum contra turbantem, qui non poſſidet, ſed etiam contra turbantem, qui poſſidet. Et ſic quando ſumus in caſu, in quo ambo ſe poſſidere contendunt, hoc interdictum locum habere, quæro, inquam, ſi tam actor, quàm reus ſe poſſidere dicant, ambòque ſuam probent poſſeſſionem, quis nam de his duobus poſſeſſoribus in hoc interdicto præferendus erit? Pro huius quæſtionis reſolutione facias infrapoſitas concluſiones. 35

Prima ſit concluſio, quòd ſi conſtat quorum alter ex poſſeſſoribus iuſtè, vel iniuſtè poſſidet, is, qui iuſtè poſſidet, obtinebit, & præferetur iniuſtè poſſidenti in hoc interdicto. Menoch. *d.* 3. *remed. retin. poſſ. num.*719. *& n.*717. 36

Secunda ſit concluſio, quòd quando ambo iuſtè poſſident, diuerſis tamen ex cauſis, vtputa, quia vnus poſſidet vti proprietarius, alter verò vt fructuarius, tunc vterque obtinebit, quia erit condemnandus proprietarius, ne fructuarium turbet in ſua poſſeſſione, & è contra condemnabitur fructuarius ne proprietarium in ſua proprietate turbet. Menoch. *vbi ſuprà num.*716. 37

Tertia ſit concluſio, quòd quando ambo iuſtè, & ex eadem cauſa poſſident, tunc ille, qui poſſeſſionem ſuam melioribus, & efficacioribus probationibus probauit, erit alteri præferendus, vt per Menoch. *in d.* 3. *remed. retin. poſſ. n.*718. vbi de communi. 38

Meliores autem, & efficaciores probationes quænam ſint, arbitrio iudicis remittitur, vt *ibid.* per Menoch. *num.*719. Et in propoſito ſcias, quòd probatio, quæ fit teſtibus honeſtioribus, & dignioribus, dicitur eſſe melior, & efficacior, *d. n.*719. ſed an in dubio teſtes rei præſumantur honeſtiores, quàm teſtes actoris, vide *ibidem n.*723. *& ſeq.* vbi pro, & contra. Item probatio, quæ fit teſtibus veriſimiliora deponentibus, dicitur efficacior, vt *ibidem n.*721. Similiter probatio efficacior dicitur ea, quæ fit à pluribus teſtibus, *ibidem n.*722. Item ſi duo teſtes dicant vnum ex contendentibus araſſe, & coluiſſe prædium, duo verò, alij dicant alterum fructus percepiſſe, perferri debent teſtes deponentes de fructuum perceptione, vt *ibi n.*722. 39

Quarta ſit concluſio, quòd quando poſſeſſionis probatio æqualis eſt, vnus tamen, puta reus conuentus, probat de ſua antiquiori poſſeſſione, iſte, inquam, erit præferendus, quia neceſſariò iunior excludi tur 40

per antiquiorem. Roland. *cons.9.n.19. vol.3.* vbi de communi. Soc. iun. *cons.146.n.25.& seqq. vol.1.* Menoch. *in d. remed.3.retin.poss.n.725.*

41 Possessio autem antiquior, in prophanis videlicet, dicitur illa nedum quæ diutius est possessa per se, sed etiam quæ est possessa per suos antecessores. Menoch. *ibidem, num.726.*

42 Amplia hanc quartam conclusionem, vt videlicet antiquior possessio præferatur iuniori in hoc interdicto, etiam quòd iunior possessio esset cum antiquiori titulo. quæ possessio antiqua, quia adhuc antiquior possessio titulata, præfertur iuniori habenti antiquiorem titulum. Menoch. *ibidem, n.727.*

43 Limita hanc eamdem quartam conclusionem pluribus modis, & I. eam non procedere quando antiquus iste possessor sciuerit, & permiserit iuniorem possidere, quia tunc antiqua illa possessio erupta, & deperdita dicitur, & sic non erit iuniori præferenda. Menoch. *ibidem, n.726.*

44 Limita II. eam non procedere, quando possessio illa antiqua esset probata sine titulo, & possessio iunior esset probata cum titulo, quia in tali interdicto possessio iunior cum titulo non excluditur per antiquiorem sine titulo. Roland. *d.cons.9.n.13.vol.3.*

45 Contrarium quòd imò possessio antiqua sine titulo excludat iuniorem etiam titulatam, traditur per Menoch. *vbi supra n.728.*

46 Sed præsupposita vera opinione Rolandi, quòd videlicet possessio iunior titulata præferatur antiquiori titulatæ; eam tamen sublimita pluribus modis, & I. quando titulus fuisset acquisitus post adeptam possessionem, quia tunc possessio antiqua sine titulo excludit etiam iuniorem cum titulo. Roland. *d. cons.9. num.13.vol.3.*

47 Sublimita II. hanc secundam limitationem Rolandi, quòd imò etiam si titulus fuit acquisitus ante adeptam possessionem iuniorem, si tamen non fuit acquisitus ante possessionem antiquiorem, non excludet ista secunda possessio titulata antiquiorem sine titulo. Et sic tunc demum iunior possessio cum titulo excludet antiquiorem sine titulo, quando titulus istius iunioris possessionis fuerit acquisitus ante illam antiquiorem possessionem, aliàs secus. ita Roland. *d. cons.9.n.36.& 45. vol.3.* Soc. iun. *d. cons.146. num.28. part.1.*

48 Sublimita III. hanc eamdem secundam limitationem, quando titulus iunioris possessionis esset nullus, seu inualidus, quia tunc habetur pro non titulo, & sic possessio antiquior sine titulo excludit iuniorem cum titulo nullo, seu inualido. Roland. *d. cons.9.36.vol.3.*

49 Limita III. sopradictam quartam cõclusionem, quòd ad hoc vt antiquior possessor præferatur iuniori, requiritur non solùm probatio antiquioris possessionis, & sic quòd puta reus conuentus aliàs possedit antequam possideret actor; verùm etiam quòd probet se de præsenti possidere, probata enim hinc inde de præsenti possessione, tunc illa præfertur, quæ est antiquior. Secus si reus probaret se aliàs possedisse, & non de præsenti possidere, quia isto casu possessio iunior de præsenti non excluditur per antiquiorem de præterito. Soc. iun. *d. cons.146.n.30.& 37.vol.1.* Menoch. *in 3. remed. retin. possess.n.731.*

50 Limita IV. eandem conclusionem procedere, quando nedum est probata antiquior possessio, verùm etiam, quando allegatur, & capitulatur, quòd possessio iunior aduersarij est clandestina, licèt enim probata antiquiori possessione repellatur in isto interdicto ille, qui de iuniori solùm probauit, eùm præsumatur clandestina: nihilominus ista clandestinitas iunioris possessionis debet allegari, & capitulari, alioquin non excluditur per antiquiorem possessionem, Roland. *d. cons.9.n.14.vol.3.* Soc. iun. *d.cons.146.n.36. & seqq. part.1.*

51 Quinta sit conclusio, quòd quando probationes vtriusque partis æquales sunt, nec vnius possessio est antiquior altera, sed ambæ sunt æqualis temporis, tunc si vna possessio est titulata, altera verò non, possessor titulatus præfertur non titulato. Menoch. *vbi supra n.733.* vbi de communi.

52 Si verò vtraque possessio est titulata, tunc illa erit præferenda, quæ antiquiorem habet titulum, vt *ibid.* per Menoch. *num.736.& seq.* vbi etiam quomodo probetur ista antiquitas tituli.

53 Si autem possessio erit æqualis etiam in titulo, quia vnus titulus non sit antiquior altero, tunc ille possessor, qui suum titulum probauit melioribus probationibus & rationibus, erit alteri præferendus, vt *ibidem* per Menoch. *num.738.*

54 Sed quid si vtriusque probationes omninò pares sunt, & ambo, vel nullum titulum ostendunt, vel adeò parem ostendunt, vt probabiliter iudex ignorare possit, pro quo sententiam ferre debeat. quis, inquam, isto casu erit præferendus. variæ fuerunt opiniones, de quibus videas latè disputantem Menoch. *ibidem num.739. & seqq. vsque ad 780.*

55 QVÆRO III. (hæc quæstio non respicit interdictum *vti possidetis*, sed iudicis officium, quod datur pro retinenda possessione, de quo per Menoch. *in vlt. remed. retin.* fuit tamen hic posita, quia multum conuenit cum antecedenti quæst. postquam in antecedenti quæstione vidimus, quis sit præferendus de duobus super possessione contendentibus,) An liceat possessori, qui dubitat se turbari in sua possessione ab alio contendente se etiam possidere? An, inquam, ei liceat ingredi hanc suam possessionem benè armis munito, vt eam tueatur à turbatione aduersarij. Dicas quòd sic, secundùm Cæpol. Spec. Imol. & Barbat. relatus à Menoch. *in 3. remed. retin. poss. n.791. & in 6. remed, adipisc. possess. num.33.* Sed Ipse Menoch. est in contraria opinione, & concordantes allegat. Vide in materia Plot. *in l. si quando, num.109. C. vnde vi*, vbi quòd dubitans se molestari in sua possessione poterit implorare officium iudicis, & ab eo obtinere licentiam deferendi arma, & secum homines armatos conducendi ad tuendum possessionem suam, pòterítque isto casu turbantem expellere, & percutere, cum moderamine tamen inculpatæ tutelæ. Facit pro opinione Imolæ, & aliorum, de quibus suprà, quod diximus supra in prima quæst. dum tractauimus de authoritate propria rem occupantibus, *num.26.* vbi agitur, an liceat armata manu, & propria authoritate recuperare rem, de qua quis fuerat deiectus, facit etiam quod diximus *in Rep.qq.crim quæst.27.n.5.& 6.* vbi posui de occidendo pro suarum rerum defensione. Quid de eo, qui habet solùm naturalem, vel ciuilem possessionem, an possit pro illius defensione ingredientem expellere, vide Mil. *in Rep. in verb. Possessor potest illum, &c. fol.179.* Sed de hoc vide infrà *num.64. & 67.* vbi hæc simul ponenda.

56 Quando igitur dubitatur ne duo, qui super possessione contendunt, quorum neuter vult mouere iudicium, ne constituendo se actorem sibi in sua possessione præiudicet, veniant ad arma, & scandala, quid erit per iudicem faciendum, videas in materia tradita per Menoch. *in d. 3. remed. retin. possess. n.739. & seqq. vsque ad 780.* quia aliquantulum *ibi* per eum tradita conferunt. Plot. *in l. si quando num.95.& seqq. vsque ad 117.* in discursu, *C.vnde vi*, decis.Bonon.73. quam videas, quia non fuit per me visa. eumdem Menoch. *in vltimo remed. retin. poss.num.1.& seqq.* vbi est locus suus. Hercul. *de caus. de non offend. pag.11. n.13.*

num.13. & omnibus seqq. vbi pulchrè ponit materiam cum omnibus quæstionibus.

57 Dicas quòd poterit iudex hanc possessionem, super qua contenditur apud tertium, vel officium sequestrare, ista sequestratio possessionis si indebitè est concessa, potest eius peti reuocatio, vel per libelli dationem, vel per appellationem, vel per viam nullitatis, vt per Menoch. *in 6. remed. adipisc poss. num.20.* Et an appellatione pendente, quando est timor scandali, possit possessio sequestrari, dixi infrà inter fragmenta *vers. sequestrum rei, de qua litigatur, &c. & quæst 54.num.23.& seqq.* & partibus præcipere, ne ad eam possessionem vadant donec fuerit cognitum per iudicem summariè, quis verè possideat, & sic quis verè debeat esse actor, & quis reus. ita etiam traditur per Menoch. *in 6. remed. adipisc. poss. num. 12. & seq. pag.* 87. à tergo, vbi quòd potest iudex sequestrare etiam irrequisitus, vt per Plot. pulchrè ponentem materiam, & ordinem huius summarij possessorij *in d. l. si quando num.95.& seqq.106.& seq.112.& seq.* Pulchre etiam per Menoch. *in prælud. recup poss. n. 24. & seqq. vsque ad 34. & ibidem pag.61.n.194. & pag.261. num.245. & in d.3.remed. retin. poss.n.742.* vbi tamen non videtur se firmare circa sequestrationem possessionis supradictam; sed quòd imò debeat talis possessio isto casu sequestrari, & alia de ordine istius iudicij, videas per eundem Menoch. *in vlt. remed. retin. poss. per totum*, vbi est locus suus. Circa ordinem istius iudicij vide particulariter infrà *num. 68. & seqq.* & quòd admittatur sequestratio, traditur per Menoch. *in d. vlt. remed. retin. poss. n.45.* quando scilicet dubitatur de scandalo, aliàs secus, vt *ibidem* per Menoch. *n.51.& in 6. remed. adipisc. possess. n.12. & 13.* vbi quòd quando non est timor scandali, non debet fieri talis sequestratio, & *num 14.* vbi quòd ante concessionem sequestrationis debent sumi informationes super futuri scandali timore, & *num.15.& seqq.* vbi quòd iudici, seu Principi asserenti timorem scandali affuisse, non creditur, secundùm communem, & *num.18.* vbi quòd istæ informationes super futuro scandalo debent recipi parte citata, aliàs sequestratio de facto reuocatur, nisi periculum esset in mora futuri scandali, quia tunc possunt sumi informationes super scandalo, etiam sine partis citatione, vt *ibidem n.19.*

58 Aduerte tamen quòd quando iudici constat, quòd vna pars sola possidet, tunc etiam quòd esset timor armorum, non debet illius possidentis sequestrare possessionem, sed debet eum in sua possessione defendere, & alteri inhibere sub graui pœna ne eum turbet, vt per Plot. *in d. l si quando, num.116. C. vnde vi*, & si sequestrabit, dabitur à tali sequestratione appellatio, vt per Menoch. *in vlt. remed. retin. poss. n.45.& 52. de appellat.* vide *n.80.& seqq.* & cum Menoch. sentit Contard. *in l.1. C. si de moment. poss. in 16. limit. n.11.& seqq.*

59 Aduerte etiam quòd talis sequestratio permissa est ante litem motam. Si verò inchoata est lis, tunc nõ fit sequestratio, sed iudex summariis sumptis probationibus super possessione pronuntiat illam debere possidere, qui tempore litis contestatæ possidebat, seu potius detinebat, donec tota possessionis causa, & iudicium finiatur, vt per Menoch. *in vlt. remed. retin. poss. n.t.*

60 Ad obtinendam istam sequestrationem, & præceptum ne partes vadant ad possessionem, de qua contenditur, & alia in quibus suprà non datur aliqua particularis actio, seu particulare remedium; sed datur, & imploratur officium iudicis: diciturque iudicium possessorium summarium, & præparatorium. Decis Lucen. *20. n.3.1. part. possessorij plenarij*, vt per Plotum *vbi supra.* Menoch. *de recup. in prælud. n.24.& seqq. & in vlt. remed. retin. poss. n.2. & seq.* & quando, & quibus iudex hoc suum officium impartiri debeat, traditur per eundem Menoch. *in d. vlt. remed. retin. poss. in 1.& 2. quæst.* & nos infrà dicemus.

Materia istius possessorij summarij iudicij, quod est præparatorium ad possessorium ordinarium, vt dixi *in anteced n.60.* est eadem cum materia mandati de manutenendo, quia sicut mandatum de manutenendo conceditur possessori, vt manuteneatur in possessione sua, in qua turbatur, vel timet se turbari: ita & sententia ferenda super hoc possessorio, & summario iudicio, nihil aliud præcipit, nisi possessorem manutenendum, & conseruandum esse in sua possessione, vel quasi aduersario inhibendo, ne illum in sua possessione molestet, seu turbet, vt per Menoch. *in vlt. remed. retin. poss. n.44.& num.29.* quibus in locis licèt speciatim solùm loquatur quando orta est differentia possessionis post litem motam: tamen eadem est ratio quando ante litem motam, quia etiam ante litem motam si quis timeat se turbari in sua possessione, poterit iudicis officium implorare, vt sibi concedat huiusmodi mandatum de manutenendo. Pro expeditione igitur huius materiæ formabo solùm tres principales quæstiones. 61

QVÆRO igitur I. quibus cõcedatur hoc mandatum de manutenendo etiam lite pendente, & ab alio iudice, quàm ab eo, coram quo pendet lis, potest obtineri mandatum de manutenendo. Lancell. *de attent. cap.4. limit.1 n.36.& seqq.* Regula sit quòd conceditur ei, qui probat se aliquam rem possidere, & in ea possessione vel turbatur, vel turbari timet. Et sic istud mandatum conceditur possessori, non autem spoliato à possessione. Imò petens hoc iudicis officium, debet cauere se non esse spoliatum. Hæc regula sumitur ex traditis per Menoch. *in vlt. remed. retin. poss. num.29. & num.44. & num.14.* 62

Amplia hanc regulam I. vt huiusmodi mandatum de manutenendo concedatur nedum possidenti naturaliter & ciuiliter simul, sed etiam possidenti naturaliter solùm, vt per Menoch. *in vlt. remed. retin. n.15.* vide suprà *n.55. in fine, vers. quid de eo.* 63

Amplia II. vt concedatur etiam ei, qui licèt non apprehenderit possessionem, tamen in eum absque apprehensione translata est, puta in hærede in quem vigore statuti possessio defuncti continuatur, &c. quia absque alia apprehensione ei conceditur hoc mandatum de manutenendo. Menoch. *in d. vlt. remed. retin. poss. num.16.* 64

Amplia III. vt tale mandatum de manutenendo concedi etiam debeat simplici detentori pro manutentione suæ detentionis. Menoch. *vbi supra num.18. & seqq.* 65

Amplia IV. vt concedatur etiam ei possessori, cui iuris communis præsumptio aduersatur. Menoch. *in d. vlt. remed. retin. poss. num.21.& seqq.* vbi exemplificat, & declarat. 66

Limita, suprapositam regulam non procedere in ciuiliter solùm possidente, cui non est concedendum mandatum aliquod de manutenendo aduersùs naturaliter possidentem, sed potiùs ipse naturaliter possidens est manutenendus aduersùs ciuiliter possidentem, vt diximus *suprà in 1. ampliat.* & traditur per Menoch. *in d. vlt. remed. retin. poss. n.17.* vide suprà *n.55. in fine*, & ponas hic. 67

QVÆRO II. quis ordo seruandus erit in hoc summario iudicio possessorio, & sic in concessione istius mandati de manutenendo? Circa quod licèt multa, in genere tamen, fuerint dicta suprà *n.57.* nihilominus magis in specie modò attingendo materiam huiusmodi, scias primò, quòd ad obtinendum huiusmodi mãdatum non est necessaria aliqua libelli oblatio, vt per Menoch. *in d. vlt. remed. retin. poss. n.27.& seq.* Sed sufficit narrare se possidere, & in ea possessione 68

se

ſe turbari, vel timere turbari, petendo iudicis officium ſuper hoc, vt in ea poſſeſſione conſeruetur, & manuteneatur, donec cauſa plenarij poſſeſſorij diffiniatur, aduerſariúmque compelli, vt ab omni turbatione, ſi qua adeſt, deſiſtat, vt *ibidem* per Menoch. *n.* 29.

69 Forma autem iſtius mandati de manutenendo, & ſic ſententia ſuper hoc poſſeſſorio ſummario, debet eſſe conformis petitioni ſupradictæ, & ſic iudex pronunciat poſſeſſorem eſſe manutenendum in ea ſua poſſeſſione, vel quaſi, citra tamen præiudicium iurium partis, tam in petitorio, quàm in poſſeſſorio plenario, præcipítque aduerſario, ne illi turbationem inferat, vt per Menoch. *in d. vlt. remed. retin. poſſ. n.* 44.

70 Citatio eſt neceſſaria in conceſſione huius mandati de manutenendo. Menoch. *in d. vlt. remed. retin. poſſ. n.* 31 licèt aliqui *ibi* per eum relati contrarium tenuerint. Quod tamen limita duobus modis. Primò niſi eſſet periculum in mora. Secundò quando iam conſtaret aduerſarium nullum ius habere in ea poſſeſſione. his enim duobus caſibus citatio non erit neceſſaria, vt per Menoch. *d. n.* 31.

71 Litis conteſtatio ſimiliter non eſt neceſſaria in hoc iudicio poſſeſſorio ſummario, & ſic in iſta conceſsione mandati de manutenendo. Menoch. *in d. vlt. remed. retin. poſſ. n.* 32.

72 Cauſæ cognitio requiritur certè in hoc ſummario iudicio poſſeſſorio, & ſic in conceſsione huius mandati de manutenendo: ea tamen debet eſſe ſummaria, & breuis, quia in hoc iudicio ſummatim, & breui tempore eſt procedendum. Menoch. *in vlt. remed. retin poſſ. n.* 33.

73 Probationes quæ leues ſufficiunt, ſufficítque paruus numerus teſtium, imò ſufficit ſemiplena probatio, puta per famam, vel dictum vnius teſtis. Menoch. *in d. vlt. remed. retin. poſſ. n.* 34.

74 Iuramentum non eſt neceſſarium in depoſitione teſtium. Menoch. *ibidem n.* 39.

75 Publicatio teſtium ſimiliter non eſt neceſſaria. Menoch *ibidem n.* 40.

76 Repulſatio teſtium ſimiliter non eſt neceſſaria. Menoch. *ibidem n.* 41. non ideò admittitur oppoſitio contra teſtes, quòd videlicet ſint falſi, vel excommunicati, vt *ibidem n.* 43.

77 An autem probationes factæ de proprietate proſint in hoc iudicio ad confeſſionem mandati de manutendo, videas per Menoch. *in d. vlt. remed. retin. poſſ. n.* 36. vbi diſtinguit duos caſus.

78 Et an probationes factæ in hoc ſummario iudicio poſſeſſorio, in conceſsione videlicet huius mandati de manutenendo, probent etiam in poſſeſſorio plenario, videas *ibidem* per Menoch. *n.* 38. vbi ſimiliter ponit duos caſus.

79 Sententia lata ſuper hoc poſſeſſorio iudicio dicitur *interlocutoria*. Et ſic mandatum de manutenendo dicitur interloquutoriè, non autem diffinitiuè à iudice emanatum. Menoch. *in d. vlt. remed. retin. poſſ. n.* 46.

80 QVÆRO III. pro expeditione huius materiei, an appellare liceat à ſententia lata ſuper hoc poſſeſſorio ſummario, & ſic an mandatum de manutenendo recipiat appellationem?

Dicas quòd non licebit appellare, cùm ſit poſſeſſorium momentaneæ poſſeſsionis, & ideò à ſequeſtratione poſſeſsionis per iudicem facta ne partes veniant ad arma, non licebit appellare, ex Bald. *in l.* 2. *n.* 22. *C. de Epiſc. aud.* & aliis per Contard. adductis *in l.* 1. *C. ſi de momen. poſſ. in* 16. *limitat.* licèt Ang. *conſ.* 107. Duen. *reg.* 44. *in* 2. *limitat.* Maran. *ſecunda actu principali n.* 296. contrarium tenuerint, vt *ibi* per eum. vide ſuprà *num.* 58. Igitur ſi quis in tali ſequeſtratione prætendit ſe grauatum, cautela eſt, vt porrecto libello petat tale ſequeſtrum reuocari, ſi fuit factum cum cauſæ cognitione; ſi verò de facto emanauit, tunc non eſt neceſſarius libellus, quia de facto poteſt peti, vt reuocetur, vt per Contard. *in d.* 16. *limit. num.* 13. *& ſeq.* Menoch. *vbi ſupra num* 48 *& ſeq.* faciunt in propoſito tradita generaliter in ea materia, videlicet, quando appellare liceat à ſententia poſſeſſorij, & quòd à ſententia lata ſuper ſummario hoc poſſeſſorio, non ſit licita appellatio, etiam de Iure Canonico, traditur per Contard *in l.* 1. *C. ſi de momen. poſſ. in* 3. *limit. num.* 48. *& ſeqq.* & per Lancell. *de attent. cap.* 12. *limit.* 25 *n.* 26. vbi hoc declarat procedere, dummodo pars fuerit citata, & interuenerit cauſæ cognitio, aliàs ſecus.

81 Amplia I. hanc concluſionem, quòd videlicet non licebit appellare à conceſsione huius mandati de manutenendo, nedum quoad effectum ſuſpenſiuum, ſed nec etiam quoad deuolutiuum. Menoch. *in d. vlt. remed. retin. poſſ. n.* 50. Sed quòd imò quoad effectum deuolutiuum liceat appellare à ſententia lata ſuper hoc ſummario poſſeſſorio, traditur per Contard. *in l.* 1. *C. ſi de momen. poſſeſſ. in* 3. *limitat. n.* 48. *& ſeqq.* ex Benitend. *in deciſ. Bonon.* 79.

82 Amplia II. vt nec poſsit dici de nullitate iſtius ſententiæ latæ ſuper poſſeſſorio ſummario, & ſic iſtius mandati de manutenendo. Menoch. *vbi ſuprà num.* 52. vbi reſpondet ad contraria. Sed quòd imò poſſit dici de nullitate ſequeſtrationis poſſeſſionis factæ in hoc ſummario iudicio, traditur per Contard. *in l.* 1. *C. ſi de momen. poſſeſſ. in* 16. *limit. n.* 10. & Ang. *conſ.* 107. *col.* 1. & Alciat. *conſ.* 37. *n.* 14. *vol.* 6.

83 Amplia III. vt nec etiam liceat ſupplicare. Menoch. *in d. vlt. remed. retin. poſſ. n.* 53. vbi etiam reſpondet ad contraria.

84 Amplia IV. vt nec etiam aduerſùs conceſſionem huius mandati de manutenendo, & ſententiam latam ſuper hoc ſummario poſſeſſorio, ſit concedenda aliqua reſtitutio in integrum. Menoch. *ibidem num.* 54. *& ſeq.* & generaliter quòd aduerſùs ſententiam, ſeu potiùs iudicis prouiſionem, in hoc iudicio ſummario non detur reſtitutio, traditur per Contard. *in l.* 1. *C. ſi de momen. poſſ. in* 8 *limit n.* 22. ex Capyc *deciſ.* 13. Deciſ. Bonon. 79. *n.* 8. Couarr *pract. quæſt. cap.* 17. *num.* 4. *verſ. ad hæc accedit.*

85 Amplia V. vt nec etiam poſſit ab eorum iudice reuocari. Menoch. *ibid. n.* 56. *& ſeq.*

86 QVÆRO IV. redeundo propiùs ad materiam interdicti *vti poſsidetis*, à qua licet non abire, aliquantulum digreſſi ſumus, quidnam ſit probandum per actorem agentem hoc interdicto *vti poſsidetis*? Dicas duo principaliter eſſe probanda.

87 Primò eſt probanda poſſeſſio ex parte actoris in ſpecie, quòd vltimum poſſederit tempore litis conteſtatæ. Roland. *conſ.* 9. *num.* 18. *& ſeqq. vol* 3. Soc. iun. *conſ.* 146. *n.* 6. *part.* 1. Menoch. *in* 3. *remed. retin. poſſ. q.* 71.

88 Et in caſibus, in quibus lis non conteſtatur, probanda eſt poſſeſſio illius temporis, quo lis fuiſſet conteſtata. Menoch. *in d.* 3. *remed. retin d q.* 71. *n.* 558.

89 Sed an iſto caſu videatur probata poſſeſſio tempore litis conteſtatæ, eo ipſo, quòd probatur poſſeſſio de præterito, & allegatur poſſeſſio de præſenti, & ſic an habeat locum regula quòd poſſidens ante litem conteſtatam præſumatur etiam poſſidere tempore litis conteſtatæ, videas per Roland. *d. conſ.* 9. *n.* 19 *& ſeqq. vol.* 3. faciunt tradita in alio Rep. *ver. Poſſeſsio, &c.* Et dicas quòd ſufficit actori probare ſe poſſediſſe tempore turbationis, quia niſi reus probet ſe illo medio tempore poſſediſſe, tunc poſſeſſio probata tempore turbationis, præſumitur etiam continuata vſque ad litem conteſtatam, vt per Menoch. *d. q.* 71.

90 Et in materia ſcias, quòd niſi ex parte actoris probetur poſſeſſio, reus nedum abſoluitur, ſed condemnatur etiam actor, ne in futurum audeat ampliùs

ipſum

ipsum reum in sua possessione turbare, vt per Menoch. *in d. 3. remed. retin. poss. n. 780. & seqq. & n. 787.* vbi declarat.

91 Scias etiam, quòd sufficit actori probare possessionem absque titulo, vt per Menoch. *in d. 3. remed. retin. num.* 588. vbi de communi, quod *ibi* limitat non procedere, quando possessio non posset esse sine titulo, quia tunc debet etiam probari titulus, vt *ibidem num.* 589. *& seqq.* vbi exemplificat, & alia ponit ad materiam probationis tituli. Ad quam vide etiam *in decis. Pedem.* 55. vbi an sufficiat in interdicto retinendæ probare antiquiorem possessionem, an verò requiratur probatio tituli saltem colorati, maximè in beneficialibus, & quis dicatur titulus coloratus, *ibi* videas.

92 In hoc interdicto *vti possidetis* probanda est turbatio aduersarij. Menoch. *in d. remed. retin. n.* 558. Sed quando quis dicatur turbare, ponitur infrà pro primo dicto huius versiculi, adde Soc. iun. *cons.* 146. *n.* 6. 1. *par.* Roland. *d. cons.* 9 *n.* 28. *vol.* 3. *& cons.* 46. *num.* 22. *vol.* 2.

93 An autem in hoc interdicto *vti possidetis* sit probandus dolus, vel lata culpa turbantis, vide suprà *num.* 34.

94 QVÆRO V. quæ nam exceptiones opponi possint agenti hoc interdicto? Pro cuius quæstionis resolutione primò agemus de exceptione dominij, circa quam distinguendi sunt plures casus.

95 Primus casus erit quando reus excipiens de dominio, offert illud probare per testes, vel instrumenta, & tunc facias duas principales conclusiones.

Prima sit conclusio, quòd si reus non potest hanc exceptionem incontinenti probare, tunc nulli dubium quòd talis exceptio non admittitur, vt per Menoch. *in 3. remed. retin. poss. num.* 672. vbi de communi.

96 Secunda sit conclusio, quòd si reus offert incontinenti probationes super dominio, tunc maius est dubium; sed verior, & magis communis opinio est similiter quòd non admittatur talis exceptio, vt per Menoch. *ibidem in d. 3. remed. n.* 675.

97 Licèt contrarium, sed malè, tenuerint multi alij relati *ibidem* per Menoch. *num.* 673. *&* 693. vbi etiam vnus *ibi* relatus testatur de magis communi.

98 Limita I. primam opinionem, quæ videtur magis communis, quòd videlicet etiam incontinenti non admittatur exceptio dominij, probanda per testes, vel per instrumenta, non procedere primò in illis casibus, in quibus exceptio hæc dominij probanda incontinenti admittitur in possessorio recuperandæ, nam si in eo recipitur, multo fortiùs & in hoc, vt per Menoch. *in d. 3. remed. retin. poss. n* 681.

99 Limita II. parte non opponente, quia si pars non contradicit exceptioni dominij, hæc exceptio admittitur, vt *ibidem num.* 681.

100 Limita III. in beneficialibus. Menoch. *d. 3. remed. retin. poss. num.* 683.

101 Limita IV. in hærede, qui petit se confirmari in hæreditate rerum hæreditariarum quas possidet, quia contra eum opponi potest de dominio, vt per Menoch. *in d. 3. remed. retin. poss. n.* 684.

102 Secundus est casus cùm reus excipiens de dominio offert illud probare per sententiam latam in petitorio, & tunc dicas, quòd in hoc interdicto admittitur talis exceptio dominij, secundùm magis communem, de qua per Menoch. *in d. 3. remed. retin. poss. num.* 685. *& seqq.* licèt aliqui *ibidem* relati *in n.* 687. *in fin. & seq.* contrarium tenuerint, sed hanc communem declara, & limita, vt *ibidem n.* 690. *& seq.*

103 Tertius est casus quando reus vult hanc suam exceptionem dominij probare per confessionem partis aduersæ, & sic actoris, & tunc dicas posse obiici hanc exceptionem, nisi simus in beneficialibus, vt *ibidem* per Menoch. *in d. 3. remed. retin. poss. n.* 691. *& seq.*

Exceptio autem renuntiationis dominij an possit obiici agenti hoc interdicto: dicas quòd sic, siue turbatio facta fuerit antea, siue post turbationem. Menoch. *in 3. remed. retin. poss. n* 697. *& seqq.* 104

Limita I. hanc conclusionem non procedere quando talis renuntiatio fuisset metu facta, quia tunc renuntiationis exceptio non admittitur, vt *ibidem* per Menoch. *in d. 3. remed. retin. poss. n.* 700. Et quando renuntiatio est facta post turbationem, tunc absque alio præsumitur metu facta, vt *ibidem* per Menoch. *num.* 701. 105

Limita II. vt tunc demum possit opponi exceptio renuntiationis, quando scilicet de ea claré, & notoriè apparet, puta per instrumentum; secus si reus vellet, & offerret eam probare etiam incontinenti, quia tunc non esset admittendus. Menoch. *in d. 3. remed. retin. poss. num.* 702. *& seq.* 106

Exceptio spoliationis potest etiam obiici agenti hoc interdicto, vt per Menoch. *in d. 3. remed. retin. poss. n.* 704. vbi declarat, *& num.* 702. *& seqq.* vbi de magis communi. 107

Amplia I. hanc conclusionem primò procedere, vt spoliatio possit agenti hoc interdicto obiici, nedum per viam exceptionis, sed etiam per viam reconuentionis, & sic agens hoc interdicto poterit reconueniri possessorio recuperandæ. Menoch. *in d. 3. remed. retin. n.* 705. vbi de communi. 108

Sed dubitatur circa hanc ampliationem, quando scilicet agens interdicto reconuenitur possessorio recuperandæ, an erit super vtroque pronuntiandum? Dicas quòd si actor probauit intentionem suam, videlicet se turbatum a reo indebitè in sua possessione, antequam reus reconueniens probet suum spolium, & tunc est priùs pronuntiandum pro actore agente hoc interdicto, absque eo quòd expectetur probatio rei reconuenientis. Menoch. *in d. 3. remed. retin. poss. n.* 789. Si verò è contra prius constat de intentione & spolio rei recõuenientis, quàm cõstet de intentione actoris agentis hoc interdicto, similiter priùs erit pronuntiandum super spolio, quàm super hoc interdicto Menoch. *ibidem n.* 790. Si verò de intentione vtriusque eodem tempore appareat, tunc solùm est pronuntiandum super possessorio reintegrandæ, omissu isto possessorio retinendæ, secundùm magis communem, de qua *ibidem* per Menoch. *n.* 792. *& seqq.* istud enim interdictum non datur contra turbatorem spoliatum, vt *ibidem* per eum. 109

Et in proposito scias, quòd sententia lata in hoc iudicio retinendæ non parit exceptionem contra agentem postea remedio reintegrandæ, vt per Menoch. *in d. 3. remed. retin. poss. q* 81. *n.* 805. *& seqq. &* 110
n. 808. vbi quòd sententia lata in hoc interdicto, nec etiam parit exceptionem in petitorio iudicio, & *ibi* testatur de communi. 111

Amplia II. præfatam conclusionem, vt talis exceptio spoliationis possit opponi, nedum ante litem contestatam, sed etiam posteà, vt per Menoch. *in d. 3. remed. retin. poss. num* 804. vbi de magis communi. 112

Limita I. eamdem conclusionem quòd spoliationis exceptio tunc demum opponi potest, quando reus reperitur spoliatus ab ipsomet actore; secus si diceret se spoliatum ab alio tertio, quia exceptio spoliationis sibi factæ à tertio non prodest turbatori, vt per Menoch. *in d. 3. remed. retin. poss. n.* 801 *& seqq.* 113

Limita, & declara II. quòd quando exceptio spoliationis opponitur à reo, tunc agens hoc interdi- 114

cto, licèt repellatur, & reus absoluatur; tamen non debet actor condemnari ad restituendum rem spoliatam, nisi reus in sua exceptione spoliationis etiam petierit sibi rem restitui, vt per Menoch. *in d. 3. remed. retin. poss. num.* 803. licet secus sit quando spoliatio opponitur per viam reconuentionis, vt suprà diximus *in num.* 109. *in vers. si verò de intentione*, &c.

115 Exceptio criminis non potest obijci agenti hoc interdicto. Menoch *in d. 3. remed. retin. poss. n.* 711. *& seqq.* vbi ampliat, & limitat remissiue.

116 QVÆRO VI. An in hoc interdicto, *vti possidetis*, offerri debeat libellus, & qualis debeat esse forma istius libelli, & sententiæ desuper ferendæ: Dicas quòd debet offerri libellus, seu saltim qualis qualis petitio cum libelli conclusione, vt per Menoch. *in 3. remed. retin. poss. n.* 453. *& seq.*

117 Forma autem libelli in hoc interdicto talis est, vt ipse actor primò narret, & exponat se possidere, vel quasi, rem illam, in qua asserit se turbari, & inquietari: deinde narret aduersarium turbare, & inquietare. Præterea tria concludere debet, primò quòd reus à molestatione desistat: secundò quòd in futurum non molestet: tertiò quòd condemnetur ad interesse præteritæ molestationis, vt per Menoch. *ibidem n.* 455 *& seqq. & n.* 500. vbi alia ad materiam formæ istius libelli, de qua etiam per Roland. *cons.* 9. *n.* 6. *vol.* 3. & Socin. iun. *cons.* 146 *n.* 2. *&* 3. *vol* 1.

118 In hoc autem libello non est necesse, quòd actor exprimat possessionis qualitatem, an scilicet possid[illegible] ciuiliter, vel naturaliter; sed sufficit quòd dicat se possidere, nisi reus pro suo interesse ad hoc, vt deliberet, an velit credere, vel contendere, petat id declarari per actorem. Menoch. *d. 3. remed. retin. poss. num.* 457. *& seq.*

119 Item in hoc libello non est necesse exprimere locum, & tempus turbationis, nisi quando arguitur dolus aduersarij. Menoch. *ibidem n.* 459. *& seq.*

120 Item turbationis modus in hoc libello non est exprimendus, espressus tamen debet per actorem proba[illegible], bene verum est quòd quando reus petit per actorem declarari turbationis modum, vel quando in turbatione actor vult arguere dolum rei, his, in quam, casibus tenetur exprimere etiam modum turbationis, Menoch. *ibidem n.* 461. *& seqq.*

121 Forma sententiæ in hoc interdicto debet esse conformis libello supradicto: vt tamẽ particularis aliqua cognitio habeatur de hac forma sentẽtiæ, 122 † scias quòd reus conuentus hoc iudicio ne dum condemnetur ad præstandam cautionem de ipsum ampliùs non molestando, secundùm Bart. Salic. & alios relatos per Menoch *in 3 remed retin. poss n.* 811. *& seqq.* quæ cautio debet esse perpetua quando ius actoris est perpetuum; si verò ius actoris non est perpetuum, sed ad tempus, puta quia sit fructuarius, cõductor, vel inquilinus, cautio pariter erit temporalis, vt *ibid. n.* 818.

123 Et si reus fuit condemnatus, vt non ampliùs in futurum actorem perturbet in sua possessione, non est ampliùs audiendus, etiam quòd asserat se turbare, & habere ius in possessione illa ex noua causa, quia per sententiam latam in hoc interdicto imponitur reo perpetuum silentium, vt per Menoch. *in d. 3. remed. retin. poss. n.* 8[illegible]9 vbi tamen hoc declarat.

1[illegible]4 Item reus per sententiam in hoc interdicto condemnatur nedum ad sistendum authoritate, &c. sed etiam ad damna passa pro præterita turbatione, vt *ibidem* per Menoch *n* 822. quòd *ibi* declarat non procedere, quando contra agentem turbantem constaret de spoliatione; sed an teneatur ad fructus perceptos, vide infrà *n.* 147.

125 Et in proposito scias quòd sententia lata super hoc interdicto dicitur diffinitiua, & non interlocutoria, vt per Menoch. *in d. 3. remed. n.* 739. *& seqq.*

126 Item scias quòd hæc sententia lata in hoc interdicto prodest nedum actori ipsi, sed etiam eius hæredibus, vt per Menoch *in d. 3. remed. retin poss. q.* 100.

127 Sed licèt hæc sententia prosit etiam hæredibus actoris, tamen non potest etiam exequi contra hæredes rei, nec ipsos afficit, nisi quo ad damna & interesse, in quibus fuit ipse reus defunctus condemnatus, vel nisi sit lapsum tempus 30. annorum, quia his duobus casibus exequi potest etiam contra hæredes rei conuenti, vt *ibidem* per Menoch. *num.* 828. *& seqq.* vbi etiam alia in materia.

128 Pro complemento istius Interdicti, *vti possidetis*, quærendum est vltimo loco de multis alijs quæstionibus in materia contingibilibus.

129 Primò igitur quæro, an hoc interdictum *vti possidetis*, quod est retinendæ, possit cumulari cum interdicto, *vnde vi*, vel alio interdicto recuperandæ, vide super hoc Menoch. *in d. 3. remed. retin. poss. q.* 64.

130 Et an possit hoc interdictum, quod est possessorium, cumulari cum petitorio, vide Menoch. *in d. 3. remed. q.* 66. vbi distinguit plures casus.

131 Et quando hoc possessorium cumulatur cum petitorio, an, & qua forma iudex pronuntiare debeat, scilicet an prius super possessorio, quàm petitorio, & è contra, vel super vtroque simul, vide eundem Menoch *in d. 3. remed. q.* 94. vbi distinguit plures casus.

132 Et quando possessorium est cumulatum cum petitorio, & fertur sententia pro reo in petitorio, & pro actore in possessorio, an interim sententia lata in possessorio erit exequenda, videas per Menoch. *in d. 3. remed. retin. poss n* 845 *& seqq. & n.* 849. *& seq.* vbi distinguit plures casus.

133 Et an actor contendens super hoc interdicto possessorio, proponendo petitorium censeatur ei renuntiasse, ita quòd reus in possessorio omnino absolui debeat, videas per Menoch. *in d 3. remed retin. q.* 68.

134 Et an possit hoc interdictum, *vti possidetis*, cumulari cum actione criminali descendente ex turbatione facta, videas per Menoch. *in d. 3. remed. retin. poss. q.* 69.

135 Et an possessorium recuperandæ intentatum post hoc interdictum, quod est retinendæ, illud suspendat, nec ne, videas per Menoch. *in d. 3. remed. retin. poss num.* 669. *& seq.*

136 Secundò quæro in hoc interdicto, quis dicatur actor, & quis reus? Dicas quòd vterque censetur actor, & vterque reus. Menoch. *in d. 3. remed. retin. poss. num.* 16. *& num.* 760.

137 Tertiò quæro, an hoc interdicto conuentus, sicut tenetur ad damna, & interesse, vt suprà vidimus *in num.* 124. ita etiam teneatur ad fructus? Dicas quòd sic, quia tenetur etiam ad fructus perceptos ante litem contestatam, vt *ibi*, per Menoch. *n.* 286. *& seqq.*

138 Quartò quæro, quisnam erit iudex competens in hoc iudicio? Videas super hac quæstione Menoch. *in d. 3. remed. retin. poss. n.* 316. *& seqq.* vbi quando agitur de possessione rei prophanæ, & *n.* 324. *& seqq. vsque ad* 376. vbi quando agitur de possessione rei beneficialis, seu Ecclesiasticæ, *& num.* 377. *& seqq. vsque ad n.* 448. vbi quando agitur de possessione rei feudalis, & in vnoquoque capite plures *ibi* per eum casus distinguuntur.

139 Quintò quæro, an interdictum hoc *vti possidetis*, sit summariè, vel plenariè tractandum? Dicas quòd est summarium, dilatio tamen danda ad probandum, non debet esse nimium breuis. Item probationes debent esse plenæ tam ex parte actoris, quàm rei, debétque assignari terminus ad producendum omnia, & opponendum contra producta. Menoch. *in d. 3. remed. retin. poss. n.* 448. *& seqq* Item admittitur Procurator ad comparendum tam ex parte actoris, quàm

ex

ex parte rei, *ibid. n. 451. & seq.* Item in hoc interdicto est contestanda lis, vt *ibidem* per Menoch. *quæst. 70.*

140 Sextò quæro, quando quis dicatur possessorem turbare? Plena exempla tam iudicialis, quàm extraiudicialis turbationis traduntur per Menoch. *in d. 3. rem. retin. poss. n. 467. vsque ad* 506. & inter alia scias quòd si conuentus reus comparet in iudicio, & negat actorem possidere, dicitur eo ipso quòd istud negat turbare ipsum actorem, vt per Soc. iun. *cons. 146. n. 20. par. 1.* Roland. *cons. 9. n. 10. & seqq. vol. 3.* super quæ videas Menoch. *vbi suprà*, qui late ponit materiam.

141 Septimò quæro, quanto tempore præscribatur hoc interdictum *vti possidetis*? Dicas quòd hoc interdictum quandoque est perpetuum, & nunquam præscribitur, quandoque durat ad 30. seu 40. annos, vt *ibid.* per Menoch. *n. 706. & seq.* Sed quādo agitur hoc interdicto ad damna, & interesse pro præterita turbatione, tunc præscribitur ista actio spatio vnius anni, vt *ibid. n. 708.* qui annus est vtilis, hoc est, incipiens currere, cùm experiundi datur facultas, & à die possessionis adeptæ per aduersariū, & non antea, *ibid. n. 708. & seq.* & finito isto anno nō datur ampliùs aliqua restitutio, vt *ibid. n. 851.*

142 Octauò quæro, an à sententia lata super hoc interdicto possit appellari?

Dicas quòd sic. hæc tamen appellatio non suspendit exequutionem. Menoch. *in d. 3. remed. retin. poss. num. 845. & seq.* vbi etiam remissiuè de materia.

143 Item aduersùs sententiam latam in hoc interdicto datur minori restitutio in integrum. Menoch. *ibid. n. 851. & seqq.* vbi de communi, quod non procedit quando læsio esset modica, pro qua non daretur isto casu restitutio *ibidem num. 862.*

QVÆSTIO XIII.

Opinio communis; seu magis communis quæ dicatur, & quando attendenda, & de materia.

SVMMARIVM.

1. *Opinio communis quid sit.*
2. *Opinio communis ex quibus constituatur, & quando dicatur, & num. seqq.*
7. *Opinio magis communis quæ dicatur, & ex quibus constituatur, & num. seqq.*
11. *Opinio communis attendenda.*
12. *Sed quid si contrarium tenuerit Innoc. Spec. Archid. seu alius insignis Doctor.*
   Item quid si contrarium tenuerit glossa n. 14.
13. *Glossæ authoritas, & num. 15.*
16. *Opinio communis an attendatur si contra eam sit alias iudicatum.*
17. *Vel contraria sit consuetudine approbata.*
18. *Iudex qui non sequitur communem in iudicando, ad quid teneatur.*
19. *Quid si iudicauerit ignorans communem.*
20. *Quid in foro conscientiæ.*
21. *Quid si contra communem sit opinio præceptoris.*
22. *Quid in arbitro, seu arbitratore.*
23. *Quid si iudex ex causa vult recedere à communi opinione.*
24. *Sententia contra cōmunē an sit notoriè iniqua, ac nulla.*
25. *Quid si contra communem tenuerit aliquod Collegium, & nūm. 26.*
27. *Collegij authoritas.*
28. *Quid si contra communem adest decisio Rotæ.*
29. *Decisiones Afflicti cuius sint authoritatis.*
30. *Rotæ authoritas.*
31. *Quid si communis opinio est sine lege, & ratione.*
32. *Vel sine lege tantùm, sed bene cum ratione.*
33. *Communis opinio an sit seruanda in casu æquiparato.*
34. *Litigans contra communem ad quid teneatur.*
35. *Consulens contra communem ad quid teneatur.*
36. *Quid si sunt plures communes opiniones, & num. seqq.*
44. *Quid si in contrarium est magis communis.*
45. *Communis opinio an debeat attendi in legendo, disputando, & imprimendo, & num. 46.*
47. *Quid si contra communem adsunt plures authoritates Doctorum.*
48. *Quid si communis opinio sit in genere, & à remotis.*
49. *Quid si communis opinio est contra potestatem clauiū.*
50. *Quid si est contra casum legis, & num. 51.*
52. *Vel contra regulam iuris, & num. seqq.*
55. *Quid si opinio contra communem est verior, vel melioribus rationibus fundata.*
56. *Doctores sæpe sequuntur communem, vt aues, & n. seqq.*
61. *Quid si communis opinio est contra authoritatem Sancti, & num. 62.*
65. *Quid si opinio contra communem est æquior, & n. seqq.*
66. *Quid si opinio contra communem est pro matrimonio, dote, pia causa, testamento, & similibus, & n. seqq.*

QVÆRO I. pro expeditione huius quæstionis, quid sit communis opinio? Dicas quòd communis opinio est probata sententia de iure non aperto ab omnibus, vel à peritioribus. Vel sic: Communis opinio est de iure controuerso à plerisque, vel illustrioribus probata sententia. Vel sic: Communis opinio est de iure à multis iuris peritis, vel omnibus, vel plerisque, vel grauioribus probata sententia. Has omnes diffinitiones refert, & reprobat Corat. *in tract. com. opin.* excepta vltima diffinitione *in pag. 16. n. 1. & seqq.* 1

2 Opinio communis constituitur ex numero, & authoritate Doctorum, vt per eumdem Corat *ibidem pag. 21. n. 1. & seqq.* Lancell. *in Bren pag. 189. num. 25.*

Sed qui numerus Doctorum faciat communem opinionem, variæ in hoc puncto fuerunt Doctorum sententiæ.

3 Prima fuit sententia eorum, qui voluerunt opinionem approbatam à glossa, & alio amico Doctore, dici communem, & hanc tenuerunt plures relati à Corat. *in tract. de com. opin. pag. 24. num. 1. & seqq.* vbi tamen *n. 8. & seqq* eam impugnat, & faciunt in proposito infrà dicenda *num. 13.*

4 Secunda fuit aliorum sententia, qui voluerunt, quòd opinio glossæ, cum qua pertranseant tres alij Doctores, dicatur communis, de qua per eumdem Corat. *pag. 25. n. 11. & seqq.* Viui. *pag. 130. in fine*; sed reprobatur ab eodem Coratio *ibidem num. 15. & seqq.*

5 Tertia fuit opinio nouiter excogitata ab eodem Coratio *in pag. 27. num. 19. & seqq.* quòd videlicet communis opinio constituatur ad minus ex numero septem Doctorum, inter quos sit authoritas Innocentij, Hostiensis, Speculatoris, Bartoli, vel alterius eximij Doctoris. Aliter sit necessarius ad constituendam communem opinionem maior numerus septenario, secundùm pondus, & authoritatem eorum, qui eam sequuntur, vt *ibi* per eum.

6 Item quæro, quænam authoritas Doctorum requiratur ad constituendam communem opinionem? Videas pro resolutione huius dubij ea, quæ infrà dicentur in sequenti quæstione, in materia, Doctoris authoritas quanta sit, & Corat. *in tract. de com opin.* qui plenè examinat materiam *in pag. 64. & seqq. vsque ad* 113. & regulariter omnes Doctores in eo quod dicunt, & firmant, faciunt numerum ad constituendum communem opinionem, vt *ibid.* per Corat. *pag. 64* à tergo, *n. 1.*

QVÆRO II. principaliter, quæ dicatur magis communis opinio? Tacias pro resolutione huius quæ-

ſtionis duas concluſiones. Hæc materia eſt ponenda infrà *ſub num.*44.

7 Prima ſit concluſio quòd magis communis opinio cognoſcitur per numerationem authorum vtriuſque partis, eaque eſt magis communis, quæ maiori Doctorum oumero fulcitur, vt per Corat. *in tract. com. opin. pag.*32. à tergo, *num.*3. *&* 4.

8 Secunda ſit concluſio quòd ea opinio, quæ habet Doctores maioris authoritatis, dicetur magis communis. Corat. *d. com. opin. pag.* 33. *num.*5.

9 Sed circa primã cõcluſionem quæro quinã exceſſus Doctorũ faciat magia cõmunem opinionẽ? Diſtinguas in hunc modum, aut ſumus in quæſtione ſterili, quæ paucos habet Doctores, eã pertractãtes, puta octo, vel decẽ, & hoc caſu omnia exceſſus etiam vnius Doctoria faciet magis cõmunem opinionem, vt *ibid.* per Corat. *pag.*34.*n.*7. *& ſeqq.* ſi verò ſumus in quæſtione ampla, io qua plurea ſcripſerũt authores, puta quindecim, vel viginti, tunc duorum Doctorum exceſſus ſufficiet ad conſtituendã magis cõmunem opinionem, vt *ibid.* per Corat. *in pag.*35. *num.*10. *& ſeqq.* Quòd ſi iſta quæſtio fuerit pertractata à maiori numero Doctorum, quàm quindecim, ſeu vigioti, puta triginta, vel quadragiota, tunc non ſuffi:iet exceſſus duorum Doctorum, ſed debet excedi ſaltim in vno pro ſingulis decem, ita vt ſi pro vna parte adſiot trigiota Doctores, ad hoc vt eontraria efficiatur magis communis, neceſſe eſt vt habeat 33. Doctores, vt *ibid.* per Corat. *pag.*35.*n.*13.

10 Circa ſecuodam concluſionem quæro, qui exceſſus authoritatis conſtituat magia cõmuoẽ? Dicas quòd ſi numerus eorũ, qui vtramque opinionem tuentur, eſt æqualis, tunc quilibet exceſſua authoritatis conſtituit magis cõmunem opinionẽ, vt per Corat. *ibid. pag.*36. *n.*14. *& ſeqq.* ſi verò numerus Doctorũ non eſt æqualis, vt, ex vna parte eſt maior Doctorũ numerus, ex alia verò maior authoritas, tunc quinã exceſſus authoritatis conſtituat magis cõmoõẽ opinionẽ, pulchrè tractatur *ibid.* per Corat. *pag.*37.*n.*17. *& ſeqq.* His ita præmiſſis,

QVÆRO III. quando cõmunis opinio ſit attendenda? Ad hanc materiam vide Nao. *in* 1. *p. decret. c.*27. *rub. fin. incip. Quæ opinio diligenda, n.*1. *& ſeqq. fol.*240.

11 Regula ſit quòd opinio cõmunis ſemper eſt attendẽda, vt per Corat. *in tract. de com. opin. in præfat. n.*12. *& plurib. ſeqq.* vbi etiam altiùa exorditur, qua ratione factum ſit, vt cõmunis opinio ſit attendenda, *& n.*30. *& ſeqq.* vbi quòd cõmonis opinio æquiparatur legi, & cõſuetudini, *& n.*42. vbi quòd communis opinio præſumitur vera, *& n.*48. latè hãc regulã firmat, & reſpõdet ad cõtraria idẽ Corat *ibid. pag.*120.*n.*4. *& ſeqq. per totũ n.*26. & ad huius regulæ confirmationẽ videas tradita per Zuni. *in conſ. pro vxore, n.*43. *& ſeqq.* Math *ſing.*103. *in addit. pag.*313. *col.*2. Diaz *reg.* 106. vbi ampliat, & limitat remiſſiuè. Viui. *pag.*127. *&* 130. *in fin.* Cotta *pag.* 625. *& ſeq.* Alciat. *de præſumpt. reg.*1. *præſumpt. in addit.* Breu. *pag.*187.*n.*21. *& ſeqq.* vbi multa in materia. Turz. *opin.*160. Roland. *conſ.* 97. *num.* 12. *& ſeqq. vol.*3.

12 Amplia hanc regulam pluribus modia, & I. vt communis ſit attendenda, etiã quòd contrà tenuerit Innocentius, Speculator, Archidiaconus, ſeu alius illuſtris Doctor. Breu *pag.*88. *in* 3. *ampl.* Corat. *de com. opin. pag.*140.*n.*16. *& ſeqq.* vbi etiam reſpondet ad cõtraria.

13 Amplia II. quòd licèt opinio gloſſæ ſit omnino attendenda, vt per Corat. *pag.*142. *num.*24. ac cæteros omnes Doctores antecellat, vt *ibid.* per Corat. *pag.*141. *n.*22. dicanitque gloſſa idolũ Aduocatorum, vt *ibi in pag.*143.*n.*1427. & qui eam ſequitur veritati inhærere dicatur, vt *ibid. pag.*25.*n.*14 prout hæc, & alia videreporteris de authoritate gloſſæ apud Viui. *pag.*130 *& ſeq.* Nouell. *reg.*6. *pag.* 10. Roland. *conſ.*94.*n.*25. *vol.*1. *& conſ.*14.*n.*41.43.44. *vol.*3. *& conſ.*73.*n.*13. *eodem vol.* Nouell. *de iure protim. in pag.*157.*n.*75. *& ſeqq.* Cephal. *conſ.* 16.*n.*31. *& conſ.* 32.*n.* 8. *vol.*1. vide *in n.*15. Roland. qui exornat, *conſ.*28. *num.*29. *& ſeqq. vol.*4.

Opinio tamen cõmunia eſt attendenda, etiam quòd eontra eam tenuerit gloſſa, vt per Viui. *pag.*130. *& ſeq.* & Corat. *pag.*141.*n.*21. *& ſeqq.* vbi etiam refert, & reprobat contrarium tenentes. 14

Gloſſæ enim authoritas, licèt ſit magna, tamen non eſt neceſſaria, ſed ſolùm probabilis, vt *ibid.* per Corat. *pag.*143.*n.*25. Item gloſſæ authoritas noo attendenda quãdo eſt contra legẽ, vel cõſuetudinẽ, vt *ibid. in n.*26. 15

Amplia III. vt communis opinio attendi debeat, etiam quòd contra eam fuerit aliàs iudicatum. Breu. *pag.*188. *in* 5. *ampliatione.* Corat. *in pag.*156. *num.*82. 16

Limita, hanc ampliationem non procedere quãdo toties fuiſſet iudicatum contra communem, vt fuerit eontra eam inducta conſuetudo: opinio enim conſuetudine firmata præfertur communi, vt per Corat. *in d. pag.*156.*n.*82. *& pag.*162.*n.* 97. *& ſeqq.* Sed an credatur Doctori teſtanti de conſuenidine, vide *in ſeq. q. n.*51. *& ſeqq vſque ad* 60. & *ibi* tradita ponas hîc. 17

Amplia IV. vt iudex qui in iudicãdo non ſequitur cõmunem opinionẽ, teneatur in ſyndicatu ad damna, & intereſſe partibus, faciatve item ſuam, vt per Corat. *in tract. de com. opin. pag.*206.*n.*25. *& ſeqq. & pag.* 208. *num.* 34. *& ſeqq. & pag.* 209.*n.*38 *& ſeqq.* Viui. *pag.*127. à tergo, & ad materiã huius ampliationis præter infrapoſita videas tradita *in Rep. quæſt. criminalium, q.*10.*n.*9. *& ſeqq.* adde pro hac quarta ampliatione Lamberten. *de contract. eorum*, &c. *gloſſ.*1. *num.*180. 18

Amplia hãc quartã ampliationem pluribus modis, & I. quòd ſiue dolo, ſiue per imperitiã, & ignorantiam cõtra cõmunem iudicauerit iudex, ſemper faciat litem ſuam, vt *ibid.* per Corat. *pag.*211.*n.*44. Sed in hoc an iudex ignorans cõmuoem opinionem excuſetur ſi contra eam iudicauerit, vide eumdem Corat. latè diſputantem, & diſtinguentem *in pag.*218. *num.* 1. *& ſeqq.* 19

Amplia II. vt etiam in foro conſcieotiæ iudex teneatur in iudicando ſequi cõmonẽ opinionẽ, vt *ibid.* per Corat. *pag.*129.*n.*17. *& ſeqq. & pag.*213.*n.*51. *& ſeq.* 20

Amplia III. vt iudex teneatur ſequi cõmunẽ opinionẽ, etiã quòd cõtratiũ tenuerit eius præceptor Corat. *pag.*144.*n.*29. *& ſeq. & pag.*207.*n.*29. *& ſeq.* vbi refert, & reptobat cõtrarios. Breu *pag.*188. *in* 7. *ampliat.* 21

Amplia IV. vt etiam arbiter, ſeu arbitrator teneatur ſequi communem opiuionem. Corat. *pag.* 19. à tergo, *num.*1. *& ſeq.* 22

Limita I. hanc quartam ampliationem nõ procedere quando iudex ex cauſa vellet in iudicando recedere à communi opinione, quia poteſt, vt per Lancell. *in Bre. pag.*189. *in* 31 *limit.* Corat. *pag.*180.*n.*146. *& ſeqq.* vbi hoc limitat procedere in iudicibus maioribus, ſecus in minoribus, & *ibi* etiam ponit quòd cauſa iuſta recedẽdi à communi opinione remittitur iudicis arbitrio. 23

Limita II. vt licèt ſentẽtiã iudicis lata cõtra commonẽ opinionẽ veniat retractanda, & dicatur iniqua, non tamẽ reputatur notoriè iniqua, ſeu nulla, vt per Lancell. *in Breu. pag.*189. *in* 12. *limit.* & per Corat. *pag.*201. *num.* 10. *& ſeq. vſque ad* 25. vbi etiam reſpondet contrarium tenentibus, inter quos fuit Viuius *in pag.*131. Sed in hoc aduerte, quòd ſi communis opinio nullum habeat contradictorẽ, tunc ſententia lata contra eam dicetur etiam notoriè iniqua, & nulla, vt *ibid.* per Corat. *pag.* 204.*n.*18. ſi verò habeat aliquos magnos contradictores, & difficultates, tunc non dicetur notoriè iniqua, ſeu nulla, ita etiam concordando cõtraria tradit Coorard. *in l.* 1. *C. ſi de mom. poſſ. in* 9. *limit. n.*50. *& ſeqq.* quibus adde Lamberten. *de contract. eorum. gloſ.*1.*n* 177. *& ſeqq.* vbi refutatis contrariis dicit in iure dubio ſentẽtiam latam contra communẽ opinionem non eſſe ipſo iure nullam, & ita teſtatur ſecundùm aliquos *ibi* per eum allegatos de communi. 24

Amplia

25 Amplia V. vt communis opinio sit attendenda etiam quòd contra eam consuluerit ac tenuerit aliquod Collegium, puta Bononiēse, Perusinum, & simile. plures enim de Collegio habentur loco vnius, & ideo non faciunt communem opinionem, nec ei præferuntur, vt per Corat. *in pag.* 22. *n.* 8. *& pag.* 146. *n.* 35. *& seq.* vbi etiam refert, & reprobat contrarium tenentes.

26 Limita, hanc ampliationem non procedere in loco ipsius Collegij, nam si maior pars Doctorum illius loci sit de Collegio, opinio per Collegium firmata erit in eo loco communi opinioni præferenda, non in eo, in quo consuluerunt casu, sed in alio postea occorrenti, vt *ibi* per Corat. *pag.* 148. *n.* 52. *& seq.*

27 Et in proposito aduertas, quòd Collegij authoritas est magna, & æquiparatur authoritati vnius Doctoris antiqui, vt per Corat. *pag.* 148. *n.* 51. *& num.* 50. vbi quòd consilium Collegij habet multo maiorem præsumptionem consilio simplicis Doctoris.

28 Amplia VI. vt cōmunis opinio sit attendenda etiam quòd in contrarium tenuerit decisio Rotæ Romanæ, vt per Corat. *pag.* 149. *n.* 54. *& seqq.* vbi etiam refert, & reprobat contrarium tenentes Viui. *pag.* 128. *& seq.* vbi de magis communi, & facit in proposito, quia stylus Rotæ non seruatur extra Rotam, vt *in q.* 82. *num.* 15.

29 Aduerte tamen quòd in regno Neapolitano, & in locis ei subiectis, decisio Afflicti attenditur plusquam communis opinio, vt per Viui. *pag.* 129. & per Corat. *pag.* 151. *num.* 65. *& seqq.*

30 Bene verum est quòd authoritas Rotæ est magna, sed quanta sit, & de materia, videas apud Corat. *d. pag.* 149. *n.* 54. *& seqq.* Viui. *pag.* 128. *& seq.* Vant. *de nullit. pag.* 126. *num* 121.

31 Amplia VII. vt communis opinio attendatur, etiam quòd Doctores eam tenentes nullam pro ea adducant legem, seu rationem. ista est vera, & practicata sententia, de qua per Corat. *pag.* 174. *num.* 128. *& seqq.* licet contraria opinio sit communis, vt *ibi* per eum. Vide in proposito tradita *in seq quæst. n.* 2. *& seq.*

32 Hinc inferri potest quòd multo magis attenditur communis opinio, quæ nititur aliqua ratione, licet non in lege expressa, vt *in Breu. pag.* 188. *n.* 13. & per eundem Corat. *pag.* 171. *num.* 120. *& seqq.* vbi quòd ita practicatur, licet contrarium communiter teneatur.

33 Amplia VIII. vt communis opinio in vno casu seruari debeat, & etiā in altero ei æquiparato, vt per Corat. *pag.* 179. *n.* 141. *& seqq. & num.* 143. vbi hoc ampliat procedere etiam aliàs in isto casu.

34 Amplia IX. vt litigans contra communem opinionem debeat in expensis condemnari, vt per Corat. *pag* 189 *n.* 2. *& seq.* vbi respondet ad contraria, *& pag.* 191. *num.* 10. vbi id limitat quando essemus in secunda instantia, quia si in prima fuit iudicatum contra communem, non debet quis in secunda instantia in expensis condemnari, ex eo quòd contra communem litigauit qui prima sententia ipsum excusat.

35 Amplia X. vt Doctor consulens contra communem opinionem teneatur parti consultæ, & contra quam consuluit ad damna, & interesse, siue dolo, siue per ignorantiam consuluerit, vt per Corat. *pag.* 193. *n.* 1. *vsque ad num.* 14. vbi respondet ad contraria, & facit litem suam, vt *ibidem d. n.* 14. *& seqq.* & ad supradicta tenetur etiam in foro conscientiæ, vt *ibi pag.* 197. *num* 18. *& seq.* Insuper Doctor contra communem consulens, tenetur stare illi eidem consilio in causa propria, si casus eidem contingeret, vt *in pag.* 197. *n.* 16. *& seq.* Et in materia aduertas quòd nedum Aduocatus patrocinans cōtra communem incurrit sopradictas pœnas, sed etiam ille, qui consultus contra communnem decisiuè respondit, vt *in pag.* 200. *num.* 3. *& seqq.*

36 Limita supradictam regulam pluribus aliis modis,

& I. eam non procedere quando in contrarium adesset alia communis opinio, quia isto casu neutra istarum communium seruanda erit, vt per Corat. *in d. tract. de com. opin. pag* 137. *n.* 2. *& in præfat n.* 37. Sed pro resolutione huius limitationis facias immediatè subsequentes regulas.

Prima sit regula quòd quando vnus, vel duo Doctores dicunt vnam opinionem esse communem, tres verò, vel quatuor dicant contrariam communem, tunc erit attendenda illa communis, de qua isti plures Doctores testantur. Corat. *pag.* 118. a tergo, *num.* 16. 37

Seconda sit regula quòd si vnus Doctor antiquus dicit vnam opinionem communem, iunior verò dicit contrariam communem, erit attendenda attestatio illius Doctoris iunioris, quia semper vltima communis est attendenda. Corat. *pag.* 118. *num.* 10. 38

Tertia sit regula quòd quando vnus Doctor allegat plures authoritates pro vna opinione, quampostea dicit communem: alius verò Doctor dicit communem contrariam, allegando paucos Doctores; erit attendenda illa communis opinio, pro qua Doctor plures allegauit authoritates. Corat. *pag.* 118. *n.* 11. *&* 14. 39

Quarta sit regula quòd communis opinio, de qua testatur aliquis Doctor in aliqua materia, ab ipso principaliter, & plene disputata, præfertur illi communi opinioni, de qua testatur alius Doctor in materia incidenter, & non principaliter per ipsum tractata. Corat. *d. pag.* 118. *n.* 12. *& seq.* faciunt infra dicenda *in seq quæst. num.* 3c. *& seqq.* 40

Quinta sit regula quòd ea opinio, quæ est verioribus, & melioribus rationibus fundata, erit præferenda alteri communi non ita bonis rationibus fundatæ, Corat. *de com. opin. pag.* 184. *n.* 165 *& seqq.* quòd totum pendet iudicis arbitrio, & ideo bonum erit in conflictu duorum communium opinionum contrariarum habere iudicem fauorabilem, & iste dicetur casus pro amico: vt *ibidem* per Corat. *pag.* 185. *n.* 172. *& seqq.* Viui. *pag.* 129. Breu. *pag.* 189. *in* 14. *limit.* faciunt infrà dicenda *num.* 55. *& seqq.* 41

Sexta sit regula quòd quādo sunt duæ cōmunes cōtrariæ, earum cōmunis erit attendenda, quæ habet pro se aliqua iuris regulā, seu præsumptionē. pura ea, quæ fauet possessori, doti, matrimonio, Ecclesiæ, & similibus, vt *ibid.* per Corat. *pag.* 184. *n.* 168. *& seqq.* & faciunt in proposito tradita infrà *n.* 66. *& in seq. quæst. n.* 26. 42

Vltima sit regula quòd istis omnibus deficientibus poterit iudex Principē cōsulere, vt *ibid. pag.* 185. *n.* 169. *& seqq* vel partes ad cōcordiam compellere, & per mediatatē diuidere, vt per eundem Corat. *ibid. pag.* 185. *num.* 171. *& seq & n* 177. *& in Breu. pag.* 190. *num.* 19. 43

Limita II. eandem regulam vt tunc demum communis sit attendenda, vt in contrarium sit magis communis, quia magis communis opinio erit semper attendenda, & non communis, vt per Corat. *in tract. de communi opin. in præfat. n.* 18. *& seqq. pluribus, & n.* 45. *& pag.* 137. *num.* 1. *& seq.* Tiraq *opin.* 160. sed quæ dicantur magis communis opinio, vide Sū *n.* 7. 8. 9. *&* 10. & *ibi* tradita pon. s hic. 44

Limita III. vt communis opinio solùm attendi debeat in iudicando, & consulendo; secus in legendo, disputando, & imprimendo. tunc cōmunis opinio non est necessariò attendenda. Corat. *pag.* 120. *n.* 1. *& seqq.* 45

Sublimita, quando disputando adduceretur aliqua communis opinio extra quæstionem, de qua disputatur, quia tunc etiam disputando communis opinio est seruanda, ne transeatur de genere in genus disputationis. Corat. *pag.* 120. *n.* 2. *&* 3. vbi declarat hanc sublimitationem non procedere quando decisio quæstionis, de qua disputatur, omnino dependeret ab illa communi allegata. pro sublimitatione adde Menoch. *de arb. quæst. lib.* 1. *quæst.* 380. *num.* 16. 46

47 Limita IV. quia communis opinio non attenditur quando contra eam reperiuntur plures authoritates Doctorum, vt per Corat. *pag*.137. *num*.1. *& seqq.* sed contrarium videtur asserere *in pag*. 207. *num*.28. Crederem quòd si contra communem adsint tot authoritates Doctorum,quæ faciant alteram cõmunem, puta septem, vt suprà diximus *num*.5. tum posse procedere opinionem secundo loco nuper relatam, per ea quæ suprà diximus *in* 1. *limit*. si verò contra communem non sint tot authoritates Doctorum,vt contrariam faciant communem, tunc crederem primam opinionem sine dubio procedere, quòd videlicet communis opinio sit attendenda,quamuis in contrarium habeat aliquas authoritates Doctorum.

48 Limita V. quòd communis opinio in genere, & à remotis, non præfertur authoritatibus Doctorum In speciæ loquentibus. Corat. *de com. opin. pag*. 138. *n*.5.*& seqq.& n*.9.*& seqq*. Breu.*pag*.189. *in* 13.*limit*.

49 Limita VI. quia communis opinio non præfertur opinioni quæ fauet potestati clauium. Corat. *pag*.136.*n*.85. Breu.*pag*.188.*in* 5. *ampliatione*.

50 Limita VII. vt communis opinio non attendatur quando contra eam adest casus legis expressus. ita Corat. *pag*.177. *n*. 137.

51 Sublimita, hanc ampliationem non procedere quando iste textus fuit consideratus à Doctoribus tenentibus communem opinionem, & illi responsum,licèt malè, quia tunc adhuc attenditur communis opinio, vt *ibidem* per Corat.*pag*.177.*n*.136.

52 Limita VIII. quia opinio communis contra regulam iuris non attenditur. Corat. *pag*.177.*n*.134.

53 Sublimita, hanc limitationem non procedere quando regula esset in genere,& communis esset in specie,quia tunc opinio communis attenditur etiam, quamuis sit contra regulam iuris, Corat.*pag*. 176. *n*.131.*& seq*. & faciunt superiùs tradita *in* 5.*limit*.

54 Sublimita secundò quando illa regula fuisset considerata à Doctoribus tenentibus communem, quia tunc communis,etiam quòd sit contra regulam iuris, attenditur. Corat. *d. pag*.176. *num*.133.

55 Limita IX. quia opinio communis non attenditur,quando conuincitur viua & vrgenti ratione, vel contraria, melioribus, & efficacioribus oritur rationibus. Roland. *cons. vlt. num*. 49. *& seqq. vol*. 1. Alciat. *de præsumpt. reg*. 1.*præsumpt*. 51. *n*. 3. *in addit. cons. crim*. 116.*n*.19. *& seqq. pag*. 156. Decisio Pedem. *in præfat. n*. 11. Corat. *de com. opin. pag*.137.*n*. 86. *& seqq*. Math. *sing*.103.*in addit.pag*.311.*col*.2.*& sing* 110. *in addit. pag*.314.*col*.4. Villalob. *C. num*. 107. Cotta *pag*.616.Hier. de Monte *quæst*.1.*n*.37.

Multo magis non attenditur communis opinio quando euidenter est erronea,& falsa, vt per Corat. *pag*.171.*n*.117. *& seqq*. Roland. *cons.vlt. in fine vol*.1. Breu. *pag*. 188. *in* 1. *limit*. Menoch. *de arbitr. quæst. pag*.519. à tergo,*n* 21. quicquid in contrarium dixerint Viui. *pag*. 127. à tergo, & Lancell. *in Breu. pag* 188.*in* 4. *ampliatione*, dum dicunt communem opinionem esse attendendam, etiam quòd contraria esset verior; sed contra Viui tenet etiam Hier. de Monte *quæst*.1.*num*.37. & Bursat. *cons*.346.*n*.51.*vol* 4.

56 Ratio supradictæ limitationis est,quia communes opiniones plerumque efficiuntur per adhæsionem complurium Doctorum,qui diuersis temporibus non communicato inuicem consilio,nec diligenti aliqua veritatis indagatione adhibita, hanc, vel illam opinionem amplectuntur,quasi aues, aut oues imitati, quarum vna quando volet, aut quò cursum dirigit, omnes aliæ sequuntur, vt per Corat. *de com. opin. in præfat. n*.3. *&* 4. Villalob. *C. num*.107. Roland. *cons. vlt. n*.50.*vol*. 1. Alciat. *de præsumpt.pag* 192.

57 Sublimita I. hanc nonam limitationem pluribus modis,& primò eam non procedere quando rationes vigentes pro opinione contra communem fuerunt consideratæ à Doctoribus, tenentibus communem, tunc enim etiam quòd sint bonæ, & efficaces, tamen non præferuntur communi opinioni, vt per Corat. *de communi opin. pag*.161.*num*.92.

Sublimita II. quia licet communis opinio non attendatur vbi contraria est fundata melioribus rationibus,id tamen debet intelligi quando clarè apparet de veritate & bonitate istarum rationum,vt scilicet sint tales vt penitus eam opinionem contra communem veram ostendant; secus si essemus in dubio, puta quòd tales rationes viderentur veræ, & essent solùm apparentes ac probabiles, ita tradit Corat. *vbi suprà in pag*.156.*n*.80.*& seq*. 58

Et in proposito,an rationes vrgentes pro communi opinione dicantur veræ, & claræ, an verò dubiæ, seu probabiles, dic quòd remittitur arbitrio iudicis,vt *ibidem* per Corat. *pag*.161.*n*.93. vbi de communi. Matth.*sing*. 103. *in addit. pag*. 311. *col*. 2. Cotta *pag*.616. Menoch. *de arb. quæst pag*. 519. à tergo, *n*.21. 59

Sublimita III. quia si communis opinio habeat pro se aliquam legem,seu consuetudinem, tunc ea attenditur, etiam quòd contraria sit melioribus rationibus fundata. vbi enim habemus legem,vel consuetudinem, frustrà quærimus rationes, vt *ibi* per Corat. *pag*.160.*n*.91.*& seq*. 60

Limita X. supradictam principalem regulam non procedere,quando contra communem adesset aliqua authoritas, stante roborata authoritate veteris, vel noui Testamenti, quia tunc communis non attenditur, vt per Corat. *in pag*. 159.*num*.69. *& seq*. Breu. *pag*.189 *in* 8. *limitatione*. 61

Sublimita hanc decimam limitationem procedere in materia spirituali,& concernente peccatum, puta iuramenti,vsurarum,& similium; secus verò in materia mere legali,quia tunc seruanda esset communis opinio, vt *ibidem* per Corat. *d.pag*.133. *n*. 73.*& seqq*. 62

Limita XI. quia communis opinio quæ capit rigorem,non attenditur,quãdo contrarium sapit æquitatem ita tenuerunt plures relati in Corasio *in pag*.164. *n* 100.*& seqq*.licèt idem Corat.*ibid.n*. 104.*& seqq*.contrarium teneat. Tob.Non.*cons*.94.*n*.11. *& cons*.31.*n*.11. 63

Sublimita I. hanc limitationem procedere solùm quando æquitas vigens contra communem opinionem est à iure informata, aliàs secus, vt *ibidem* per Corat. *pag* 164. *n*.106. Breu. *pag*.189.*in* 9. *limit*. 64

Sublimita II. non procedere quando talis æquitas fuit considerata a Doctoribus tenentibus communem, quia tunc communis est seruanda, etiam quamuis sit rigorosa. Corat. *d. pag*.164.*n*.108. 65

Limita XII. quia communis opinio non attenditur quando contraria fauet alicui causæ fauorabili, pora matrimonio,piæ causæ, doti, testamento, & similibus, secundùm magis communem opinionem, de qua per relatos à Coratio *in pag*.166.*num*.109.*& seqq. & pag*.120.*n*.112. Breu. *pag*. 188. *in* 6. *limit*. vide *in seq. quæst. n*. 26. 66

Contrarium quòd imò communis opinio attendatur, etiam quòd contraria respiciat aliquam ex supradictis causis fauorabilibus, tenuit idem Corat. *in pag*. 169.*n*.110. *& seqq*. vbi dicit ita seruari in practica, & refert etiam concordantes. addo Cottam *pag*.616. vbi sequitur de matrimonio. 67

Si vis tenere primam opinionem,ea limita nõ procedere quando communis est fundata melioribus rationibus, vel quando fulciretur in aliquo textu.quia tunc ea attenditur, etiam quòd contraria respiciat aliquam causam fauorabilem.Corat.*pag*.170.*n*.113.*& seq*.*& n*.114. *& seq*. vbi eam limitat duobus aliis modis,quos *ibi* videas per eum. 68

QVÆST.

Qvæstio XIV.

Doctoris authoritas quanta ſit, & an Doctori teſtanti de communi opinione, ſeu conſuetudine, credendum ſit, & de materia.

Svmmarivm.

1 Doctoris authoritas non neceſſariâ, ſed ſolùm probabilis eſt, vt vno ore concludunt omnes *in l. 1. ff. ſi cert. pet.* teſte Neuizan. & Coratio *in tract. de communi opin. in præfatione, num. 21.* Farinacij Repert. iudic. de materia vide Duen. *reg.* 66. Villalob. *in communi opin. lit. A. num.* 61.

Doctori etiam excellenti, & nihil pro ſua opinio- 2
ne alleganti, nō creditur. Doctoris enim opinio nulla
lege, aut ratione fulcita nihil operatur, vt per relatos
à Corat. *vbi ſupra in pag.* 174. *num.* 179. vbi de com-
muni, *& pag.* 19. *num* 13. vbi ſimiliter de communi.
Grat. *reſp.* 94. *num.* 43. *vol.* 2. Marſil. *ſing.* 136. *num.* 4.
& conſ. 33. *n.* 33. Anconitan. *de mercat. pag. mihi* 100.
num. 6. Anch. *quæſt.* 34. *num.* 6. *par.* 1. facit text. *in §.
conſideremus, in Auth. de trien. & ſemiſſ. in l. illam, C.
de collat.*

Contrarium quòd imò Doctori nihil alleganti 3
credatur, ſed non tantum, quantum ſi allegaret, tenet
idem Corat. *pag.* 174. *d. num.* 129. vbi dicit ſe credere
ita ſeruari in practica. concordant ſuperiùs DD. *n.* 1.

Doctorum alij ſunt antiqui, alij medij, alij verò 4
moderni. Antiqui Doctores ſunt illi, qui floruerunt
vſque ad annum ſalutis 1140. Medij ſunt, qui floruerunt
à 1240. vſque ad annum 1400. Moderni verò, qui
floruerunt ab anno 1400. vſque ad præſentem diem.
hæc latè, & pulchrè ponit, & deducit Corat. *in tract.
de communi opin. in pag.* 48. *n.* 22. *& ſeqq.*

Doctori antiquo magis creditur, quàm moderno, 5
& antiquorum opinio debet præferri opinioni mo-
dernorum. Corat. *vbi ſuprà pag.* 45. *num.* 8. *& ſeqq.
plurib.* antiqui enim ſunt præſtantiores modernis,
pōdere, numero, & menſura, vt *ibi n.* 9 *& pag.* 60. *n.* 76.

Intellige, vt ſcilicet antiquus Doctor, ac eius 6
opinio præferatur moderno, quando ſumus in dubio,
quænam iſtarum opinionum ſit verior. quòd ſi appa-
ret opinionem modernorum eſſe veriorem, ac melio-
ribus rationibus fundatam, ipſumque modernum eſſe
peritiorem, tunc modernus Doctor ac eius opinio
præfertur antiquo, & antiqui opinioni, vt *ibidem* per
Corat. *pag.* 46. *num.* 15. *& ſeqq.*

Sed quæro quantum Doctori antiquo credatur 7
pluſquam mediis, ac modernis. Dicas quòd vni Do-
ctori antiquo tantum creditur, quantum duobus
modernis, & duobus mediis: Doctori autem medio
tantum creditur, quantum duobus modernis. Corat.
ibidem pag. 38. à tergo, *& pag.* 48. *num.* 10. *& ſeqq. vſque
ad* 31. vbi latè hæc deducit, & declarat.

Doctori ſimiliter ſeniori magis creditur, quàm 8
iuniori, opinio enim in ſenectute firmata præfertur
opinioni firmatæ in iuuentute. Corat. *ibidem pag.* 49.
n. 31. *& ſeqq. & pag.* 60. *num.* 76. Duen. *reg.* 208. *incipit,
Doctor antiquior*, vbi etiam de materia.

Limita primò hanc concluſionem, quando ſenex 9
ſtuduiſſet in iuuentute, ſecus ſi in ſenectute, quia tunc
nec ipſius opinio præfertur opinioni iunioris: vt
ibidem per Corat. *pag.* 50. *n.* 35. *& ſeq.*

Limita ſecundò, niſi conſtaret vel iuniorem eſſe 10
peritiorem, vel eius opinionem melioribus rationi-
bus fundatam, tunc enim iunioris opinio erit præfe-
renda opinioni ſenioris, vt *ibidem* per Corat. *pag.* 51.
num. 37.

Doctori peritiori magis creditur, quàm minus pe- 11
rito. Corat. *pag.* 43. *num.* 1. *& ſeqq.* faciunt ſuperiùs
dicta *num.* 6. *&* 10.

Doctior autem, & peritior quis dicatur, & ex 12
quibus peritia, ac doctrina colligatur, ſeu præſuma-
tur, plures facit inſpectiones Corat. *pag.* 53. *num.* 45.
& ſeqq. vſque ad 67. & tandem *in pag.* 59. concludit
id totum iudicis arbitrio remitti, & *ibi* ponit quo-
modo debeat iudex ſuum arbitrium regulare.

Doctori conſtanti in ſuis opinionibus magis cre- 13
ditur, quàm ſibi contradicenti, & contrarianti, maxi-
mè in conſulendo. Corat. *pag.* 58 *num.* 67. *& ſeqq.*

Aduerte tamen quòd licèt Doctori ſibi contrario 14
minus credatur, quàm ſibi non cōtrario, tamen opinio

Doctoris contrarij adhuc est attendenda, licèt minus, vt per Corat. *pag.*70. *n.*20. *& pag.* 73. *num.*33.

15 Sed quæro quænam sit opinio Doctoris varij & contrarij? Distinguas in hac quæstione principaliter duos casus.

Primus erit casus, quando Doctor fuit contrarius, & varius in diuersis actibus, & operibus, puta si in lecturis tenuit vnam opinionem, consulendo autem tenuit aliam. Et in isto primo casu facias infrapositas conclusiones.

16 Prima sit conclusio quòd opinio firmata per Doctorem in consiliis, præfertur opinioni firmatæ in lecturis, secundùm magis communem, quæ latè deducitur à contrariis, per Corat. *in pag.*77. *num.*44. *& seqq. vsque ad num.* 62. Amplia, hanc conclusionem procedere etiam quòd lectura sit facta post consilium, vt *in pag.* 81. *n.*58. Fallit primò quando opinio in lecturis firmata fuerit plenè, & latè discussa, in consiliis verò solùm incidenter, & obiter dicta, tunc enim præfertur opinio firmata in lecturis, vt *ibidem pag.* 81. *num.* 59. Fallit secundò quando opinio lecturæ esset fundata melioribus rationibus, vt *ibidem num.* 60. Fallit tertiò quando expressè apparet quòd Doctor legendo, reprobauit opinionem aliàs firmatam in consiliis, & ab ea voluit recedere, vt *ibid. n.*61.

17 Secunda sit conclusio, vt opinio firmata in tractatibus præferatur opinioni firmatæ in consiliis. Corat. *pag.* 81. à tergo, *n.*62. *& seqq.* vbi respondet ad contraria; & hanc conclusionem limita tribus modis, vt *ibidem pag.*83. *n.*63. *& seqq.* Similiter opinio firmata in tractatu, erit præferenda opinioni firmatæ in lecturis, vt *ibidem n.* 69. Item opinio firmata in tractatu, erit præferenda opinioni firmatæ in singularibus additionibus, regulis, & similibus, vt *ibidem pag.*85. *num.*72.

18 Tertia sit conclusio, vt opinio Doctoris firmata in additionibus, regulis, singularibus, & similibus, non præferatur aliquo pacto opinioni firmatæ in consiliis, vt per Corat. *pag.* 83. *n.* 68. Bene verum est quòd opinio firmata in istis singularibus, &c. præfertur opinioni firmatæ in lecturis, vt *ibidem num.*70. *& seq.* Et in materia aduerte quòd opinio firmata in singularibus, præfertur opinioni firmatæ in additionibus, regulis, & similibus, vt *ibidem pag.*85. *n.*73.

19 Secundus est casus principalis, quando Doctor fuit sibi varius & contrarius in eodem actu, seu opere, puta in vno consilio tenet vnam, in alio tenet aliam opinionem, vel si in vna parte tractatus tenet affirmatiuam, in alia verò tenet negatiuam, & similia, & tunc facias infrà positas regulas, seu conclusiones.

20 Prima sit regula quòd opinio firmata in consilio decisiuo præfertur opinioni firmatæ in consilio facto ad instantiam partis. Corat. *de communi opin. pag.*86. *num.* 74. *& seq.*

21 Secunda sit regula quòd opinio per Doctorem pleniùs, & latiùs disputata, præfertur opinioni incidenter, seu simpliciter positæ. *ibidem* Corat. *pag.*86. *n.*76. *& pag.*87. *num.*78. & faciunt inferiùs dicenda *num.*30. *& seqq.*

22 Tertia sit regula quòd opinio firmata per Doctorem in pluribus locis, præfertur opinioni firmatæ in paucioribus locis. Corat. *de com. opin. pag.*86. *num.*77.

23 Quarta sit regula quòd opinio firmata tempore posteriori, si de ista posterioritate cõstat, præfertur opinioni firmatæ tempore anteriori. Corat. *pag.*87. *n.*79.

24 Quinta sit regula quòd opinio in qua Doctor distinguit, præfertur opinioni in qua non distinguit. Corat. *pag.*87. *num.* 80. *& seqq.* Doctori enim distinguenti multum creditur tanquam magis propinquanti veritati, vt *in Breuiario pag.* 190. *n.*31. Cephal. *cons.*68. *n.*18. in dubio enim opinio distinguens magis tenenda est. *glos. vlt. in fine, in cap. scientes, extra de censib.* & est receptissima opinio, vt *in decis. Lucen.* 30. *n.*80. *& seqq. part.*1. vbi exornat.

Sexta sit regula quòd opinio æqua, & benigna, præfertur opinioni rigorosæ. in dubio enim æquior opinio sequenda est, prout communiori calculo scribunt Doctores, vt *in decis. Lucen.* 19. *num.*84. *par.*1. & per Corat. *pag.* 88. *n.*85. vide *in anteced. quæst. n.*63. *& seqq. & in num.* 41. 25

Septima sit regula quòd quando nulla supradictarum qualitatum adest, tunc ea opinio attenditur, quæ conuenit cum aliqua iuris regula, vtputa quæ est pro possessore, pro dote, & similibus. Corat. *pag.*89. *n.*86. vide *in anteced. quæst. n.* 66. *& seqq.* 26

Octaua sit regula quòd quando pro vna opinione adest vna ex supradictis qualitatibus, pro alia verò opinione adest altera qualitas, tunc attenditur opinio quæ propriorem pro se habet qualitatem. Corat. *pag.*89. *n.*87. Efficaciores autem, & minus efficaces qualitates sunt, prout suprà prius, & posterius fuerunt dispositæ, vt *ibidem* per Corat. *d. n.* 87. *& seq.* vbi alia in materia. 27

Sed pro pleniori cognitione huius materiæ quæro, an liceat Doctori variare & mutare opinionem? Dicas breuiter quòd si nedum in consiliis, verùm etiam & in lecturis, quia prudentis est mutare consilium. ista est vera, & communis opinio, quæ latè defenditur per Corat. *in pag.* 70. *num.* 19. *& seqq. vsque ad n.* 34. vbi etiam refert contrarios. Imò variatio est licita, & permissa, etiam pluries, & iterato, vt *ibid. pag.*72. *n.* 30. Benè verum est quòd de honestate, & decentia Doctor non debet sibi ipsi contrariari, variando enim non potest euitari falsitatis suspicio ob linguarum malignitatem, vt *ibid. pag.*73. *n.* 31. *& seq.* 28

Quæro etiam in materia, an liceat Doctori qui in vna causa consuluit pro vna parte, in eadem causa pro contraria consulere? 29

Resolutiuè dicas quòd sic, si ipse Doctor mutat opinionem, vel ex facti qualitate, vel quia meliùs considerauit iura partis suæ. Imò videns sæpiùs consuluisse pro eo, qui non fouet ius, debet omnino illius partes & defensionem deserere, poteftque contrariæ parti, & defensioni adhærere, secundùm communem, & veram opinionem, quæ latè defenditur per Corat. *pag.*74. *n.*34. *& seqq. vsque ad* 51. vbi tamen *in n.*41. dicit quòd de honestate hoc fieri nullo modo permittitur, & ideo tamquam ab igne Doctor à tali consultatione cauere debet, vt *ibi* per eum posoi *in §. inquisitio, quæst.* 4. *limitatione* 3. 20. *notab. prope finem.*

Doctori plenè disputanti aliquam quæstionem magis creditur, quàm Doctori aliquid obiter, seu simpliciter firmanti. Imol. *concl.* 36. *lib.* 2. Roland. *cons.* 44. *n.*35. *vol.* 4. Corat. *pag.* 65. *n.* 2. *& seqq. vsque ad n.*18. vbi etiam de materia, in quo scias quòd duæ in proposito reperiuntur Doctorum opiniones. Vna fuit opinio quòd Doctores aliquid incidenter, & perfunctoriè firmantes, non debent connumerari in communi opinione facienda, & propterea eis in nihilo credendum, vt per Aym. *cons.* 25. *num.* 9. Corat. qui alios refert, *in pag.*65. *num.* 2. *& seqq.* vbi quòd hæc recepta opinio, sequitur Alciat. *de præsumpt. reg.* 1. *præsumpt.*51. *num.*4. 30

Contrarium, quòd imò & Doctores qui obiter, & perfunctoriè aliquid dicunt, faciunt numerum in communi opinione facienda, & sic eis credatur, prout tenuerunt plures alij relati per Corat. *in pag.*66. *n.*6. *& seqq.* vbi quòd hæc opinio seruatur in practica. 31

Pro resolutione huius quæstionis distinguas in hunc modum. Aut sumus in Doctoribus, qui non sunt soliti disputare, vt est Glos. & alij Doctores antiqui, & similes, qui aut raro, aut nunquam disputant, 32

tant, & hoc casu dicas, quòd Doctores etiam non disputantes, & simpliciter aliquid affirmantes, faciunt numerum in communi opinione facienda, & sic eis credendum, vt per Corat. *pag.* 68. *num.* 10. *& seq.* Aut sumus in Doctoribus qui semper disputant, vt sunt interpretes in lecturis, & alij huius generis, & tunc dicas quòd isti non faciunt numerum in communi opinione, in eo quod obiter, & simpliciter dicunt, nec eis aliquid traditur: vt *ibid.* per Corat. *num.* 12. *& seqq.* vide suprà *n.* 2. *& seq.* Sed quid in Doctoribus qui quandoque disputant, quandoque non, vide *ibid.* per Corat. *n.* 17. hæc distinctio declaratur & limitatur nonnullis modis, de quibus per eundem Corat. *ibid. pag.* 68. *n.* 10 *& seqq. vsque ad num.* 18.

33 Licentiato aliquid asserenti in suis scriptis plenè creditur ac si esset Doctor. Corat. *de com. opin. pag.* 100. *n.* 121. *& seqq.*

34 Scholari similiter aliquid asserenti in suis scriptis, si talis assertio fundatur in lege, seu ratione, creditur sicut Doctori. Corat. *pag.* 102. *n.* 126. *& seqq.*

35 Doctori qui plures libros scripsit, & imprimi curauit, magis creditur, quàm ei qui nihil, vel minus scripsit. Corat. *pag.* 52. *n.* 39. *& seqq. & pag.* 59 *n.* 74.

36 Limita I. procedere dummodo cuius scripta sint approbata, quia si non erunt probata, non erit hic Doctor præferendus ei, qui non reliquit aliqua scripta, vel ea quæ reliquit sunt approbatiora. Corat. *pag.* 52. *n.* 42, 44. *& pag.* 59. *n.* 73.

37 Limita II. quia si vnus Doctor plenè tractauit materiam aliquam particularem, erit in ea materia præferendus etiam aliis, qui plura scripserunt in aliis, & diuersis materiis, puta in materia pignorum Neguf. reuocandæ donationis Tiraq. & similib. vt per Corat. *pag.* 52. *n.* 41.

38 Doctori honestis moribus induto, & probo magis credendum, quam alteri, qui non sit talis honestatis, & probitatis. Corat. *pag.* 43. *n.* 3. *in fine, & seqq.*

39 Doctori referenti duas opiniones, & neutram expressè approbanti, an credatur tacitè ipsum approbasse opinionem vltimo loco relatam, videas in hac materia Corset. *sing. pag. mihi* 180. Diaz *reg.* 514. Soc. iun. *consil.* 14. *n.* 10. *vol.* 1. Curt. iun. *cons.* 29. *n.* 12. Aret. *cons.* 163. *Diligenter, & maturè, col.* 7. Ias. *in l. placuit, col.* 1. *in fine, pag.* 121. à tergo, *C. de iud.* Dec. *in l. cùm fundus, §. seruũ ff. si cert. petat. pag.* 79. *cons. crim.* 125. *n.* 7. *& seqq. vol.* 1. Neniz. *in silua, pag.* 193. vbi facit regulam cum quinque limitationibus. Et dicas quòd opinio vltimò relata tacite censetur approbata, vt per Corat. qui alios refert *in pag.* 94. *num.* 99. *& pag.* 96. *num.* 105. *& seqq.* vbi etiam declarat, & limitat Zunt. *in cons. pro vxore, n.* 606. *& seqq.* 611. *& seqq. & num.* 98.

40 Amplia hanc conclusionem procedere, etiam quòd Doctor in fine quæstionis dixerit *cogita*, quia adhuc censetur tacitè approbasse vltimam opinionem. Corat. *pag.* 93. *n.* 96. *& seqq.*

41 Limita I. quando prima opinio separet æquitatem; secunda verò rigorem, quia isto casu prima opinio, & non secunda censetur approbata. Corat. *pag.* 95. *n.* 100. faciunt superiùs de ea *in anteced. q. n.* 63. *& seqq.* & in hac eadem *q. n.* 25.

42 Limita II. quando pro prima opinione essent adductæ meliores, & efficaciores rationes, quia similiter tunc prima censetur approbata. Corat. *pag.* 95. *n.* 101. faciunt tradita *in anteced. q. n.* 55. *& seqq.*

43 Limita III. quando secunda opinio fuisset à Doctore relata, non simpliciter, sed per aliquam dictionem aduersatiuam, puta *licèt*, vel *quamuis*. quia isto casu prima opinio approbata intelligitur, vt per Corat. *pag.* 95. *n.* 102.

44 Limita IV. quando Doctor refert vnam opinionem simpliciter, & postea dicit, *Alij tamen dicunt*, &c. vel *quidam contrarium volunt*, & similia. hoc enim casu prima opinio approbata censetur. Corat. *pag.* 95. *n.* 103. Hippol. Riminald. *cons.* 7. *n.* 43. *& seqq. lib.* 1.

Doctoris dictum intelligitur secundùm leges, & 45
authoritates, quas allegat Corat. *in tract. de com. opin. pag.* 107. *n.* 130. Bar. *in l. non solùm, § si liberationis verba, ff. de liberat. leg. & in l. cùm quidam, circa medium. ff. de his quibus vt indignis.* Io. Andr. *in c. cùm nuntius, paulo ante finem, extrà de testib.* Rom. *in rubr. de arbitr.* 3. *col. in fine, & cons.* 211. *col. fin. & cons.* 76. *In causa, &c.* Bello. *cons.* 16. *n.* 10. Dec. *cons.* 189. *n.* 1. *vers. respondetur tripliciter.* Ioan. Bapt. Zilet. *in addit. ad Maran. in spec. p.* 6. *pag. mihi* 262. *col.* 2. concordantes etiam allegat Hier. de Monte *q.* 2 *n.* 4. *lib.* 1. Zunt. *in cons. pro vxore, n.* 200.

Hinc infertur quòd Doctori aliquid asserenti, & 46
pro sua assertione allegauti authorem, qui id ad quod allegatur non dicat, non creditur. Corat. *pag.* 97. *n.* 109. *& seqq.* vbi declarat.

Doctori incerto, prout sunt illi, qui opuscula sine 47
authoris nomine in lucem proferunt, non tantum creditur, quantum Doctori certo, quia ista opuscula vt plurimum sunt modicæ authoritatis. Corat. *pag.* 111. *n.* 159. *& seqq.*

Doctori testanti de communi opinione creditur, 48
vt *in Breu. pag.* 189. *n.* 26. & ista est vera, & communis opinio, quæ latè defenditur per Corat. *in tract. de com. opin. pag.* 113. à tergo, *n.* 1. *& seqq.* licèt Cagnolus *ibi in num.* 1. relatus contrarium tenuerit, & de communi etiam Menoch. *de arb. quæst. casu* 360. *n.* 94. licèt ipse videatur contrarium tenere.

Intellige vt hæc conclusio procedat solùm præ- 49
sumptiuè, & quò ad transferendum onus probandi contrarium in aduersarium, non autem verè. Corat. *pag.* 116. *n.* 8. *& seq.* Hercul. *de negat. n.* 302. *propè finem.* Menoch. *d. casu* 360. *n.* 94.

Et in materia scias quòd Doctore asserente vnam 50
opinionem esse communem, sed contrariam esse veriorem, & æquiorem, tacitè innuit illam communem in practica seruari. Corat. *pag.* 105. *num.* 136. *& seqq.* vbi etiam de materia.

Doctori autem testanti de consuetudine, an, & 51
quando credatur super hac materia, Menoch. *de arb. quæst. casu* 360. *n.* 94. Ias. *in l. filius à patre, n.* 29. *ff. de lib. & posth. & in l. de quibus, num.* 29 *ff. de leg. & in rub. C. de iure emphyt. n.* 62. *& in l.* 2. *n.* 58. *C. eodem.* Corn. *cons.* 83. *n.* 10. *vol.* 4. *& n.* 14. Capyc. *decis.* 176. *n.* 20. *&* 23. Boss. *in tit. de metall. num.* 8. Paul. de Montepico *in §. Titia, de leg.* 2. *n.* 20. Carer. *in l. obseruare curabis, C. quorum appell. n.* 51. Cæpoll. *cons.* 58. *n.* 2. *vers. & ideo, & in apostil.* Dec. *cons.* 275. *n.* 4. *& cons.* 142. *num.* 5. Soc iun. *in* 2. *vol. consil. in Repert. vers. Doctorib.* Decis. Bonon. 65. *n.* 12. *& seq* & omnino *in decis.* 95. quas videas, quia per me non fuerunt visæ.

Vna fuit Doctorum opinio in proposito quòd Do- 52
ctori testanti de consuetudine non credatur, & ista est communis, & magis communis, de qua testantur plures relati à Corat. *in pag.* 114. *n.* 4. & à Gabr. *pag.* 12. *col.* 2. *vers. Contrarium, & pag.* 113. *n.* 2. vbi etiam quòd si sint plures Doctores testantes de consuetudine, eis tamen non creditur, & faciũt pro hac opinione rationes relatæ per Hier. de Monte, *q.* 57. *n.* 2. *lib.* 1. Hercul. *de caut. pag.* 52. *n.* 6. relati per Lamberteng. *de contract. glos.* 11. *n.* 10. Virg. Boccac. *in consilii. Mareb. glos.* 5. *n.* 25. *in fine*, vbi de magis communi, & quòd ita seruatur in curia, & etiam sequitur Rota Mohed. *dec.* 209. *&* 276. sed loquitur in Doctore legente. Adde pro hac eadem opinione Honded. *cons.* 110. *n.* 19. vbi de magis communi, & approbata in Rota, & vbi alios refert concordantes.

Altera fuit opinio contraria, magis vera, & magis 53
communis, quòd videlicet Doctori testanti de con-

ſuetudine ſit credendum, vt *ibidem* per Corat. *pag.* 114. *n.* 4. *& ſeqq.* Gabr *pag* 12. *col.* 1. *&* 2. Aym. *conſ.* 166. *n.* 9. vbi de magis communi, *& conſ.* 325. *n.* 1. vbi tamen videtur loqui in pluribus Doctoribus, & quòd vni Doctori non credatur, ſed pluribus teſtantibus de conſuetudine, videtur de mente Hier. de Monte *q.* 27. *n.* 5. *&* 6. vbi videtur requirere numerum decem Doctorum; ſed quòd vni tantùm credatur, refutatis contrariis, tenet Lamberten. *d. gloſ.* 11. *n.* 12. 22. *& ſeqq. & n.* 33. vbi bene dicit quòd quando plures Doctores teſtantur de conſuetudine, ea dicitur notoria. Quod non ſic eſt, quando vnus tãtùm de ea teſtatur, teſtantibus pluribus de conſuetudine. Alex. de Neuo *conſ.* 84. *num.* 19. Viui. *pag.* 54. vbi de magis communi: Cotta *pag.* 347. Villalob. C. *n.* 180. Duen. *reg.* 243. *n.* 2. vbi de communi. Ruland. *conſ.* 72. *num.* 20. *& ſeqq. & conſ.* 87. *n.* 12. *vol.* 1. Hercul. *de negat. n.* 301. vbi etiam de magis communi, ac de veriori, & magis communi teſtatur Lambert. qui eam à contrariis defendit, *de contract. gloſſ.* 11. *num.* 11. *& ſeqq.*

54 Limita I. hanc vltimam opinionem, quæ videtur magis communis, vt ſcilicet Doctori teſtanti de conſuetudine credatur præſumptiuè tantùm, donec per partem aduerſam fuerit probatum contrarium. Corat. *pag.* 115. *n.* 5. *& pag.* 117. *n.* 8. *in fine*, vbi de magis cõmuni. Aym. *conſ.* 166. *n.* 9. vbi etiam de magis communi, *& conſ.* 325. *vol.* 1. Viui. *in pag.* 54. vbi de magis communi. Hercul. *de negat. n.* 302. *verſ.* 2. *reſtringitur.* Stracc. *de mercat. tit. de decoctor. v. penè, n.* 6. & in propoſito vide Hier. de Monte *q.* 27. *n.* 5. vbi quòd dictum Doctoris teſtantis de conſuetudine facit præſumptionem adeò vehementem, vt transferat onus probandi contrarium in aduerſarium. Lamberteng. *ibid. n.* 29. *& ſeq.*

55 Limita II. vt credatur Doctori teſtanti de conſuetudine illius tantùm loci, in quo Doctor ille diu verſatus eſt Roland. *conſ.* 94. *num.* 22. *vol.* 4. comprobat Hippol. Riminal. *conſ.* 245. *n.* 41. *& ſeqq. lib.* 3. Lamberteng. *de contract. d. gloſ.* 11. *n.* 26. *& ſeqq.* vbi hoc ſublimitat non procedere, quando Doctor expreſsè teſtaretur de generali conſuetudine. Honded. *conſ.* 120. *n.* 19. *&* 20. vbi loquitur etiam in Doctore teſtante de vniuerſali conſuetudine. Corat *pag.* 115. à tergo, *n.* 6. Gabr. *pag.* 13. *col.* 1. *n.* 3. Hercul. *de negatiua n.* 302. *verſ. quintò reſtringerem.* Stracca *d. n.* 6.

56 Limita III. dummodo iſte Doctor ſit excellens, aliàs ſecus. ad idem Lamberteng. *de contract. d. gloſ.* 11. *n.* 21. Hercul. *de negat. num.* 302. vbi etiam quòd in dubio non præſumitur Doctor excellens, & *ibi* ponit remiſſiuè, quis dicatur Doctor excellens, & in propoſito vide Hier. de Monte *q.* 27. *n.* 5. vbi quòd Doctori magnæ authoritatis atteſtanti de conſuetudine ſtandum eſt ſecundùm magis communem.

57 Limita IV. vt credatur Doctori teſtanti de conſuetudine quæ conſiſtit in iure, ſecus de conſuetudine quæ conſiſtit in facto. Hercul. *de negat. n.* 302. *verſ.* 3. *reſtringerem.* Et hæc limitatio eſt magna, ſi eſt vera, & ferè deſtruit totam regulam; ſed quòd imò Doctoribus teſtantibus de conſuetudine quæ ſit facti, credendum ſit, refutatis contrariis rationibus, videtur tradi per Hier. de Monte *d. q.* 27. *n.* 2. *& ſeqq.* ac etiam videtur de mente Lambert. *in d. gloſ.* 11. *n.* 14. *&* 15.

58 Limita V. vt credatur Doctori, qui teſtatur de conſuetudine quæ fit tempore ſuo, ſecus ſi de conſuetudine anteriori. Hercul. *de negat. n.* 302. *verſ. quartò reſtringerem.*

59 Doctori ſimiliter teſtanti de communi vſu loquendi creditur. Aym. *conſ.* 166. *n.* 9. *& conſ.* 325. *n.* 1. Hercul. *de negat.* 302. *prope finem.*

60 Gloſſæ authoritas quanta ſit,
61 Rotæ authoritas quanta,
62 Collegij authoritas quanta,
} vide *in antec. quaſt.*

Hoſtienſis authoritas quanta ſit, 63
Ioan. Andreæ authoritas quanta, 64
} Cephal. *conſil.* 113. *n.* 5.

Caſtrenſis authoritas quantá ſit. Menoch. *de recuperand. poſſeſſ. pag.* 287. *n* 475. 65

Baldus fuit ſibi multum contrarius, & de eius authoritate per Menoch. *de recup. poſſ pag.* 265. *n.* 288. *& ſeqq.* Cephal. *conſ.* 59. *n.* 11. *col.* 1. 66

Bartoli authoritas. Viu *pag.* 128. Ferrat. *caut* 9. *n.* 1. *in fine.* 67

Opinio etiam vnius Doctoris defendentis teſtamentum, & teſtatoris voluntatem, præfertur opinioni plurium illud impugnãtium. Deciſ. Lucen. 29. *n.* 8. *p.* 1. 68

Deciſiones autem Neapolitanæ quantæ ſint authoritatis, videas Viu. *in com. opin. pag. mihi* 129. *in paucis.* 69

QVÆSTIO XV.

Probatio quando debeat de neceſſitate concludere, item quando ſufficiat præſumptiua probatio. Quid operetur præſumptio iuris, ſiue iuris, & de iure, quando probationes ſint iudici arbitrariæ, & quid de ſtatuto mandante imperfectas probationes haberi pro perfectis, & multa ſimilia in propoſita materia hîc traduntur.

SVMMARIVM.

1. *Probatio debet de neceſſitate concludere, & n.* 2. 3.
4. *Fallit in antiquis. vbi etiam quod dicatur tempus antiquum.*
5. *Fallit in iis, quæ ſunt difficilis probationis, & num.* 7.
6. *Qui ſint caſus difficiles probationis.*
Quid vbi proceditur ſola facti veritate inſpecta, &c. num. 39
Quid in Principe, Senatu, vel Rota, n. 40.
Quid ſi præſumptio eſt leuis, n. 45.
8. *Probationes omnes iudici arbitrariæ.*
10. *Amplia in arbitro.*
11. *Amplia etiam in criminalibus.*
Iudex quando poſſit non adhibere fidem teſtibus plenè, &c. n. 9. *&* 12.
Et an iſte caſus ſit in ſententia exprimendus, ibidem.
13. *Statuti mandantis imperfectas probationes haberi pro perfectis, tota materia, & num. ſeqq.*
21. *Præſumptiua probatio dicitur euidens.*
22. *Præſumptio iuris dicitur liquidiſſima probatio.*
23. *Præſumptio iuris transfert onus in contrarium.*
24. *Præſumptionem contra ſe habens debet probare per multum concludentes probationes.*
25. *Præſumptiones an ſufficiant vbi probatio requiritur à ſtatuto, & quid ſi regulariter pro forma, ibid.*
26. *Quid ſi requiritur conditionaliter.*
27. *Quid ſi ſpecialiter.*
29. *Quid in materia obiectiua.*
Præſumptio iuris debet allegari, n. 28.
30. *Præſumptio iuris, & de iure, reddit aduerſarium confeſſum.*
31. *Sed an recipiat probationem in contrarium, & num. ſeqq.*
40. *Præſumptiua probatio admittitur in iis, quæ ſunt modici præiudicij.*
41. *Quid in cauſa ciuili ardua.*
42. *Præſumptio iuris, & de iure quæ ſit, & quæ præſumptio hominis.*
43. *Sententia lata ex præſumptiuis probationibus an*

transeat

transeat in iudicatum, & an exequi debeat.

44. *Præsumptio natura transfertur ad onus probandi, & de materia.*

45. *Præsumptiones hominis an sufficiant ad condemnandum.*

1 PROBATIO an, & quando debeat de necessitate concludere, nec probario incerta, dubia, & obscura releuet probantem præter infraposita, videas tradita in simili *in Repert. qq. criminal. in q. 55.* item *& in tract. de test. pag. 135.* vbi agitur de testis depositione dubia, & incerta, & plures limitationes in materia traduntur per Diaz *reg. 601.* Ias. *in l. non hoc, C. vnde cognat. pag. 34.* Marsil. *sing. 206.* Breu. *pag. 129. col. 1.*

2 Regula sit quòd omnis probatio debet de necessitate concludere, & ideo probatio obscura, incerta, & dubia non releuat probantem, *l. non hoc. C. vnde cognat. c. in præsentia, de probat.* latè hanc regulam exornat, & ex ea infert Ias. *in d. l. non hoc, num. 2. & seqq. vsque ad n. 15. pag. 53.* Corn. *cons. 165. num. 1. vol. 3.* Io. de Amic. *cons. 40. n. 1. & cons. 50. num. 4. & cons. 73. n. 6. & cons. 79. n. 6.* Dec. *cons. 109. n. 3.* Nouell. *reg. 216. n. 40.* Hercul. *de negat. n. 73.*

3 Hinc est quòd testium depositio incerta, & ambigua non prodest, vt dixi in Natta *de testib. pag. 135.* & est repetitum *in 28. oppos. num. 36. pag. 318.* à tergo, *& ibid. n. 35.*

4 Limita hanc regulam pluribus modis, & I. illam non procedere in antiquis, in quibus leuiores requiruntur probationes, & indicia, & coniecturæ habentur pro concludenti probatione, de quo etiam per Tob. Mar Monticell. *in Repert. test. pag. 389. col. 1. vers. fin. & col. 2. vers. 2. & pag. 390. col. 1. vers. antepen.* vbi propterea quod vnus testis cum aliis adminiculis probat in factis antiquis, *& col. 2. vers. 3. 5. 6. & 7.* Put. *decis. 61. n. 2. lib. 2.* vbi quòd in antiquis sufficit semiplena probatio in iis, quæ sunt leuis præiudicij, secus si nō leuis præiudicij. Pro primo dicto quòd in antiquis præsumptiones sufficiant, & coniungantur, addo Mascard. *concl. 1223. n. 3. & seqq. vsque ad num. 8.* vt per Menoch. *de arbit. qq. casu 115. per tot.* vbi etiam quòd de istis coniecturis statur arbitrio iudicis. Aym. *de antiq. temp. pag. 99. n. 10. & seqq.* vbi etiam de materia. Siluan. *cons. 105. n. 16.* Quod autem dicatur tempus antiquum in materia probationis, dicas esse centum annorum, secundùm communem opinionem, de qua Grassus *in com. opin. lib. 1 cap. 5. q. 3. tom. 2.* licèt aliqui ibi per eum relati minus tempus statuerint. Et cum Grasso magis communem esse testatur Ceph. *cons. 250. num. 18.* Contrarium quod sit 60. annorum, dempto tempore litis, tenuit Rota sæpius, vt per Paul Grassum *in theorem. 22. n. 3. in fine, & num. 4.* An fama probet in antiquis, dixi *in Repert. crim. quæst. 81. num. 2. & 28.* Et an testes de auditu probent in antiquis, dixi *in Repert. de testibus quæst. 15. num. 14.* pro primo dicto adde Mascard. *conclus. 1221. n. 32. & seq.* vide quæ dixi *in qq. crimin. in tit. de inhibit. q. 47. n. 112. & seqq. lib. 2.* Vide Menoch. *casu 3. de arb.* vbi quòd dicatur tempus antiquum in materia probationum.

5 Limita II. illam non procedere in casibus, qui sunt difficilis probationis, in quibus similiter præsumptiones, & coniecturæ habentur pro concludenti probatione: vt per Mandell. *cons. 83. num. 11.* Nouell. *in cons. 25. num. 12. & cons. 8. num. 137.* Nouell. *reg. 160. in 3. fall. & reg. 162. in princip.* Hercul. *de negat. n. 16. & 17.* vbi infert, *& n. 309. & n. 317. & sub n. 314.* Ioseph. Ludou. *in com. opin. conclus. 14. vers. solent etiam sufficere, &c.* Mascard. *conclus. 1223. n. 13. & 14.* Boer. *decis. 101. n. 8.* Aym. *cons. 73. n. 19.* Paris. *cons. 75. num. 18. & seqq. vol. 1.* & faciunt in proposito huius limitationis quæ dicuntur *in Repert. qq. crim. q. 55. n. 10.* adde pro hac limitatione Mascard. *de probat. lib. 3. concl. 1221. n. 25. & seqq. vsque ad n. 30. & conclus. 1124. n. 8.* Limita, dummodo aliæ probationes deficiunt, & quando ex natura actus aliæ probationes haberi non possunt, aliter secus *n. 14.*

Sed quæro in proposito, qui dicantur casus difficilis probationis? 6

Dicas quòd ea dicuntur esse difficilis probationis, quorum probatio à communiter accidentibus aliter haberi non potest. Hercul. *de neg. num 310.* Item casus difficilis probationis qui sint, remittitur arbitrio iudicis, vt per Menoch. *de arb. quæst. casu 116. num. 1. & per tot.* vbi plura afferuntur exempla, in quibus probatio dicitur esse difficilis probationis. puta ætatis, filiationis, metus, voluntatis, interesse, de quibus in suis locis particularibus dictum est, & in materia huius versiculi adde quæ dixi in simili *in Rep. qq. crim q. 54. n. 11.*

Sublimita supradictam secundam limitationem, vt videlicet præsumptiones sufficiant in iis, quæ sunt difficilis probationis, non quoad plenam probationem, sed solùm quoad transferendum onus probandi contrarium in aduersarium, vt per Hercul. *de negat. num. 311.* 7

Limita III. supradictam regulam, quia licèt probatio omnis debeat de necessitate concludere; tamen an probatio concludat, nec ne, remittitur arbitrio iudicis, omnes enim probationes sunt iudici arbitrariæ. Sarmien. *select. interpret. lib. 1. cap. 1. n. 12. vers. illud contrarium est* Decis. Auenionen. *91. num. 8.* eaque dicitur plena, & sufficiens probatio, quæ iudicis animum ad perfectam credulitatem trahit. *l. 3. §. tu magis, & l. ob carmen, §. fin. ff. de test. & l. quingenta, ff. de probat.* Bartol. & alij *in l. admonendi, ff. de iur. iur.* Menoch. *de arb. quæst. casu 90. n. 2.* Gram *decis. 34. n. 47.* Boer. *decis. 101 n 8.* Dec. *cons. 595. n. 8. & cons. 647. n. 7.* Mandell. *cons. 99. n. 7. & seqq.* Villalob. *P. n. 313.* Soc. *cons. 89. n. 14 vers. Præterea, &c. vol. 1.* Hercul. *de negat. num. 314.* Breu. *pag. 167 n. 22.* Cotta *pag. 407.* 8

Hinc est quòd iudex potest dare fidem testibus non plenè deponentibus. Ceph. *cons. 287. n. 45. & seq. vol. 2.* & è contra minus credere perfectis probationibus testium, seu instrumentorum, si ita sibi videbitur, vt per Menoch. *d. casu 90. in discursu.* Gramm. *d. decis. 34. n. 47.* Curt. iun. *cons. 52. n. 8.* Mandell *cons. 99. n. 7. & seqq.* Villalob. *P. n. 313.* Ceph. *cons. 287. n. 45.* In quo vide Moron. *de fide, &c. pag. 147. n. 9.* vbi quòd iudex potest dare fidem præsumptiuis probationibus. Pro generali dicto huius versiculi adde Lamberteng. *de contract. gloss. 12. num. 36.* & Monticell. *in Repertor. test. pag. 439. col. 1. vers. 1. 2. & 3. & col. 2. vers. 2.* Mascard. *conclus. 310. num. 5.* vbi quòd quanta fides sit testibus adhibenda, iudicis arbitrio relinquitur. 9

Amplia I. hanc limitationem, vt probationes omnes sint arbitrariæ, etiam arbitro, vt per Hercul. *de negat. n. 314.* 10

Amplia II. vt sint arbitrariæ, etiam in criminalibus, sicut loquitur Gram. *d. decis. 34. n. 45.* licèt contrarium voluerit Lancellot. *in Breu. pag. 167. n. 22.* 11

Sublimita tamen, quia quando iudex non adhibet fidem testibus clarè, & plenè deponentibus, vel è contra, id debet facere; ex causa enim non existente iudex tenetur credere testibus, nisi pars aduersa aliud probet, vt per Monticell. *in Repert. test. pag. 439. col. 2. vers. fin. & pag. 440. col. 1. vers. 1.* & hanc causam inserere in actis, aliàs tenebitur in syndicatu, vt per Menoch. *d. casu 90. num. 5. & de recup. poss. pag. 271. n. 342. & seqq.* Gram. *decis. 34. n. 47.* Breu. *pag. 167. num. 22.* Hercul. *de negat. num. 315.* vbi in proposito numerat multas causas, quibus iudex potest moueri ad non credendum, plenis probationibus, vel è contra. Adde pro sublimitate 12

tatione concord. *in l.1.C.si de mom.poss.n.60.in 9.limit.* Sarmien. *select.interp.lib 1.cap.1.n.12.vers.illud certum est* Lambertten.*de contract.gloss.12.num.38.* Monticell. *in Repert. test.pag.439.col.2.vers.30.* Tiraq.*de pœnis, in probat.n.65.*

13 Limita IV. quia licèt de iure probationes debeant esse validæ perfectæ, & concludentes: statutum tamen, vel consuetudo facere potest, vt inualida, & imperfecta probatio habeatur pro valida, & perfecta. duo exempla istius statuti ponuntur per Mascard. *conclus.1222 num.9 & 10.* vbi dicit quòd isto casu talis probatio imperfecta, validata à statuto, habet vim præscriptionis iuris, & de iure, si ad id statuendum moti fuerint statuentes ex causa, & euidenti necessitate, vt per Diaz *reg.140.* Felin. *in c.2.de probat.num.6. & seqq.* vbi etiam de materia. Menoch.*de arb.quæst.25. n.2.lib.1.* & aduerte quòd ideo dixi *ex causa, & euidenti necessitate*, quia generaliter in omnibus casibus, quòd probatio de iure imperfecta, habeatur pro perfecta, id statutum, seu consuetudo facere non potest, vt per Tiraq.*tract. de ind.in reb.exig pag.28.* à tergo, *vers. Huic adstipulatur*, vbi particulariter ponit exemplum in iis, quæ sunt modici præiudicij.

14 Et è contra statutum, vel consuetudo exigens probationem, quod, vel quæ regulariter à iure requisita, valet, & tenet, vt per eundem Felin. *in d. c.2 num.4.& seq de probat.* vbi ponit etiam limitationes.

15 Infertur ex hac quarta limitatione, quòd vnicus testis plene probat, si ita mandet statutum, vt dixi *in tract.de testib. vers.testis vnicus,&c.*

16 Infertur etiam quòd valet statutum mandans stari iuramento alicuius, vt per Soc.*reg.380.* vbi etiam, an isto casu iuramentum recipiat probationem in contrarium, de quo videas in alia materia, videlicet, Damnum passi iuramento quando credendum, &c. *in Rep. contract.q.35.cap.2.*

17 Sublimita I. hanc quartam limitationem non procedere in statuto volente credi testi falso, vel malam rationem reddenti, quia huiusmodi statutum non valet, vt dixi *in tract.de testibus*, in suo loco.

18 Sublimita II. in statuto, seu consuetudine præstante facilitatem delinquendi. Felin. *d. c.2.num.8 de probat.*

19 Sublimita III. supradictam limitationem non procedere in criminalibus, in quibus statutum non potest facere, vt probatio valida habeatur pro valida, si ex eo sequi posset mors hominis: puta in statuto dictante quòd fuga faciat plenam probationem. Felin. *in d c.2.sub d.n.8.de probat.* vbi tamen sublimitat, nisi huiusmodi statutum esset introductum ex causa vrgenti, & necessaria.

20 Et in materia scias quòd statutum dictans stari dicto alicuius, intelligitur iurato. & non alias. Menoch. *de recup.poss pag 289.num.498.* De materia huius statuti Marsil.*sing 402.*

21 Limita V. quia licèt probatio omnis debeat esse liquida, & concludens: ea tamen probatio, quæ fit ex præsumptionibus, & coniecturis, dicitur clara, euidens, & lucidissima. Aduerte quòd Doctores hic allegati, credo, intelligant de præsumptione iuris, sed quòd de præsumptione hominis, dixi infrà *num.45* & quod ex coniecturis legitimis apparet, dicitur euidenter constare, & sufficit ad condemnandum in ciuilibus. Mascard.*conclus.1220. num.6.* vbi etiam loquitur in præsumptione hominis, de qua particulariter dixi infrà *num.45.* & quòd in ciuilibus præsumptiones sufficiant, tradit Mascard.*conclus.1222.n.85.* vbi de communi. *l.licet Imperator, in princ ff de leg.1.* Diaz *reg.128. & reg.598.* Ias.*in l.non hoc,n.15 C.vnde cognati,pag.33.* Aym.*de antiq temp.pag.100.n.36 & seqq.* Menoch *de arbitrar. quæst. casu 115.n.5 & seqq.* Tiraquell. *de ll. connub gloss.7.n.164.165.& 16 .pag.505.* Aym.*cons.275.* Cotta *pag.459.* Felin. *in rubr. de probat. n.2.* faciunt in proposito tradita *in Repert.qq.crim.q.51.n.20.* Moron. *de fide,pag.247.num.7.& 9.* & faciunt in similí tradita in criminalibus *q. 3.num.42.* In hac materia vide Menoch *de præsumpt. lib.1. q.36.& 37.* vbi latè, an præsumptio dicatur probatio, de hoc vide Mascard.*de probat.lib.1.in præfat.q.10.n.38.in fine, & seqq.* vbi pro, & contra, & postea distinguit, & an probatio resultans ex pluribus præsumptionibus dicatur vera probatio, *& q.58.* vbi, an dicatur probatio euidens, & legitima.

Præsumptio enim iuris dicitur liquidissima probatio. de hoc vide etiam *in antecedenti num.* & ponit Mascard *de probat.lib.1.q.10.n.40.in præf.* exornat Mascard. *conclus.1221.n.11.& seqq. vsque ad num.16.* Pacian. *de probat.lib 1.cap.8. num.2. & 4.* Ias.*in l.non hoc, sub n.15. C.vnde cognati, pag.34.* Lanfranc. *in tit.de test. deposit. num.24.in fine, in addit.* Nouell.*reg.160.* Aym. *de antiq. pag 100. n 38.* vbi etiam quòd habet vim notorij, *& pag 172. n.45.* Hercul.*de negat.n.4.* Menoch *de recup. poss.pag.278.num.400.* Tiraq *in l.si vnquam, in verbo donatione largitus, num.153.& seqq.C.de reuocat.donat.* Cephal.*cons.82.num.4 vol.1.* 22

Item præsumptio iuris transfert onus probandi contrarium in aduersarium, nulli enim dubium est, quod iuris præsumptio tollitur contraria probatione, vt dixi infra *in vers. præsumptio, inter diuersa, n.11.* quæ ponas *hic.* Item nulli dubium, quòd iuris præsumptio admittit probationem in contrarium, vt per Mascard *de probat.lib.1.q.10. num.47 in præfat. & conclus. 1221.num 87. & 88.* vbi etiam ponit quando ista probatio in contrarium debeat esse per testes, vel per scripturam. Menoch. *de recuperanda poss. pag. 103. n.6.* Marsil.*sing 442.* Couarr.*variar resol.pag.450.n.1.* Villalob. *P. num. 314.* de hac materia vide Menoch. *de præsumpt. lib.1. q.33.pro 1.dicto.* Mascard *conclus.1222. num 2 & num.41.* vbi ampliat etiam quòd aduersarius debeat probare negatiuam. Ad comprobationem huius regulæ vide plura per Fulu.Pacian. *de probat lib 1. cap.8.n.1.& seqq.* vbi ampliat, siue quis sit actor, siue reus, & siue affirmet, siue neget. & latiùs de materia *d.lib.1.cap.11. per tot.* 23

Et volens probare contra præsumptionem iuris, debet pleniores, & clariores probationes in medium afferre. late exornat Aym. *de antiq temp. pag.152.c.11. n.46.& 47.videl.in 2.part.* Osasc.*cons.66.n.3.* vbi benè Mascard. *cons 230.n.48.& seq.* vbi quando non sufficiunt præsumptiones hominis. Pacian.*de probat.lib....* Hercul. *de negat. num. 4.* faciunt dicta *in Repert. contract.vers. verisimile,&c.n.8.* Cephal. *cons.138. n.18. & cons.241.num.87.* Moron. *de fide, &c. pag.232.num.11.* Menoch.*de præsumpt.lib.1.q.31. num 8 & 9.* vbi etiam quòd testes debent esse omni exceptione maiores, & idem per Mascard *conclus 1221.num.10.* dixi aliquid *in tit.de oppos.contra testes,q. 3.num.239. & seq.* Mascard. *d q.10.num.38.& d.conclus.1221.num.6.* 24

Amplia hanc quintam limitationem, vt vid licet præsumptio dicatur liquidissima probatio. & probatio resultans ex pluribus præsumptionibus dicatur sufficiens, & euidens, etiam quod sumus in casu statuti exigentis liquidissimas probationes. ad idem Mascard.*de probat.lib. 5.conclus.1221 num. 14.& seqq.vsque ad n.19.lib.1.in præfat q.10. n.45. & 47.* vbi etiam quòd idem si lex, seu statutum requirat probationem per instrumentum. adde Mascard. *d.concl.1221. num.39. & 4.* licet aliqui *ibi* relati contrarium dixerint. Sed contrà *in 1.dicto.* idem Mascard. *d.q.10. num 76.* vbi de communi, & facit *num.2 .* Item contrà *in eod.1.dicto.* idem Mascard.*conclus.1221.num.1 . & seqq. vsque ad num.25.* Concordare potes vt *in seq. numeris.* item *num.25.& seqq. vsque ad n. 36.* vbi affert pro concordia quinque distin 25

distinctiones. Menoch. *de recuperand. possess. pag.* 278. *n.*400. Aym. *de antiq. pag.* 100. *num.* 35. *& seqq.* Menoch. *de arbitr. quæst. casu* 115. *lib.* 2. Roland. *de lucro dot. q.* 75. *num.* 20. *& seqq.* Tiraq. *de retract. donat. in verb. donatione largitus, sub num.* 133. Sed vide *num.* 26. *& seq.* Tiraq. *de ll. connub. pag.* 486. *n.* 47. vbi ampliat etiam quòd lex requirat probationem pro forma.

26 Sublimita I. hanc quintam limitationem non procedere vbi probatio requiritur à lege, vel à statuto conditionaliter, puta si probaueris, &c. quia tunc præsumptiua probatio non dicitur concludens, seu euidēs, vt per Natt. *cons.* 202. *n.* 9. *lib.* 1. *& cons.* 29. *n.* 3. Felin. *in rub. de probat. n.* 3. vbi hoc declarat non procedere quando essemus in materia, quæ de sui natura non posset nisi præsumptiuè probari. Vide ad materiam huius sublimitationis Menoch. *de præsumpt. lib.* 1. *q.* 37. pro sublimitatione addo Mascard. *d. q.* 10. *n.* 77. vbi de communi, *& conclus.* 1221. *n.* 21. *&* 23.

27 Sublimita II. quando probatio specialiter à lege, seu statuto requireretur, quia tunc similiter præsumptiua probatio non dicitur sufficiens. Paris. *in cons.* 104. *num.* 9. *& seq. vol.* 4. vide suprà *num.* 25.

Sublimita III. quia præsumptio iuris debet allegari, & non allegata non habetur pro concludenti probatione. Roland. *cons.* 9. *num.* 20. *& seqq. vol.* 3. vide in materia huius sublimitationis Soc. iun. *cons.* 22. *num.* 19. *vol.* 1. vbi quòd quando talis præsumptio non oritur ex facto allegare debentis, non est necesse eam allegare, & *ibi* ponit exemplum. Vide etiam in materia Villalob. *in com. opin. litt. P. n.* 291. Turzan. *opin.* 157. Hercul. *de negat. n.* 48. *& seq.* In hac materia vide omnino Mascar. *conclus.* 1221. *n.* 89 *& omnibus seqq.* vbi facit conclusionem cum omnibus limitationibus.

29 Sublimita IV. in materia obiectiua, iu qua nec præsumptio iuris dicitur liquida probatio, nec præsumptiua probatio dicitur euidens, seu concludens, secundùm Hercul. *de negat. num.* 50. latè Paris. *cons.* 104. *vol.* 1. *per tot.* fallit *in princip. num.* 4.

30 Limita VI. supradictam principalem regulam multo magis procedere in præsumptione iuris, & de iure, quæ nedum habetur pro concludenti probatione, verùm etiam reddit aduersarium confessum, & conuictum, vt per Marsil *sing.* 116. *& in rubr. de probat. n.* 145. Brun. *de indic. & tort. in* 4. *q.* 1. *p. n.* 16. & faciunt demum *in Rep. qq. crim. in materia*, appellare quando possit confessus, & conuictus, &c. ideo partes iudicis non sunt nisi in ipsum condemnando. Menoch. *de præsumpt. lib.* 1. *q.* 97. *n.* 1. *&* 3. Mascard. *de probat. lib.* 1. *q.* 10. *n.* 50. *in præfat. & lib.* 3. *conclus.* 1222. *num.* 2. *&* 5. faciunt in simili tradita *in Repert. crim. q.* 55. *n.* 46.

31 Et ideo communiter dicitur quòd præsumptio iuris, & de iure non admittit probationem in contrarium, Mascard. *de probat. lib.* 1. *q.* 10. *num.* 49 *in præfat. & lib.* 3. *conclus.* 1222. *n.* 3. *&* 4. Caret. *in pract. in* 1. *tract. de appellat. §. quartus casus est, n.* 3. *& seqq.* vbi dantur quinque limitationes, de quibus etiam videas per Decian. *cons.* 64. adden. ad Mandell. *cons.* 770. *litt. D.* vt per Nouel. *reg.* 160. *in princ.* Soc. *reg.* 314. *cons. crim.* 129. *num.* 34. *pag.* 147. Roland. *cons.* 88. *num.* 9. *vol.* 3. vbi de communi. Menoch. *de præsumpt. lib.* 1. *&* q. 60. fallit hæc conclusio vltra infraposita pluribus aliis modis, de quibus per eundem Menoch. *ibidem q.* 63. vbi an admittatur probatio in contrarium per quinque testes, *& q.* 64. vbi quo tempore admittatur probatio contra præscriptionem iuris, & de iure, *& q.* 70. *& seqq.* vbi latè, an, & quando detur restitutio in integrum, & hoc videre etiam poteris Oddum *in tract. de restit. in integrum.*

32 Sublimita I. in probatione resultante in confessione partis, quæ admittitur etiam contra præsumptionem iuris, & de iure. Mascard. *de probat. conclus.* 344. *n.* 3. *lib.* 1. *& concl.* 1222. *n.* 11. *& seqq. vsque ad n.* 17. *lib.* 3. Nouell. *reg.* 160. *in* 1. *fall.* Soc. *reg.* 314. *in* 1. *fallens.* Turz. *opin.* 5. vbi de communi, & *ibi* etiam declarat Hercul. *de neg. n.* 196. *in medio, & in fine.* Villalob. *C. n.* 148. Cotta *pag.* 156. Roland. *d. cons.* 88. *d. n.* 9. *vol.* 3. Decis. Pedemont. 10. *n.* 3. vbi idem de ficta confessione, ita etiam ampliat Mascard. *conclus.* 1222. *num.* 17. vbi de confessione ficta, vel præsumpta. Maran. *in spec. pag.* 281. *n.* 22. Villalob. *in com. opin. liter. C. num.* 148. *& seqq.* vbi ampliat, & limitat, prout etiam ampliat, & limitat Menoch. *de præsumpt. lib.* 1. *q.* 61. 62. & Mascard. *de probat. d. q.* 10. *num.* 51. *& seq.*

Sublimita II. in probatione quæ fit per instrumentum publicum, quæ etiam admittitur contra præsumptionem iuris, & de iure. Soc. *reg* 314. *in* 2. *fallen.* Mascard. *d. q.* 10. *n.* 72. 33

Sublimita III. in persona honesta, & bonæ famæ, quæ admittitur ad probandum contra præsumptionem iuris, & de iure, ad hæc vide Menoch. *de præsumpt. lib.* 1. *q.* 64. Mascard. *de probat. d. q.* 10. *n.* 73. Aym. *d. antiq. car.* 82. *n.* 16. Mandell. *cons.* 95. *num.* 9. Decis. Pedem. 71. *n.* 27. vbi tamen de hoc dubitatur. 34

Sublimita IV. quia cùm non admittatur probatio directa, non admittitur probatio per indirectum. Soc. *reg.* 314. *in* 6. *fall.* ad materiam vide Menoch. *de præsumpt. lib.* 1. *q.* 65. *per tot.* vbi latè Mascard. *d. q.* 10. *n.* 65. 35

Sublimita V. parte non opponente Soc. *d. reg.* 314. *in* 4. *fall.* declara vt per Menoch. *de præsumpt. lib.* 1. *q.* 68. Mascard. *d. q.* 10. *n.* 63. *& seq. & conclus.* 1222. *num.* 18. *& seq.* 36

Sublimita VI. fauore publicæ vtilitatis. Soc. *regul.* 314 *in* 5. *fall.* Mascard. *d. q.* 10. *num.* 74. 37

Sublimita VII. in probatione notoria, & euidenti, puta per inspectionem oculorum, quæ similiter admittetur contra præsumptionem iuris, & de iure. Soc. *d. reg.* 314. *in* 7. *fall.* ad materiam vide Menoch. *de præsumpt. lib.* 1. *q.* 67. & Mascard. *de probat. d. q.* 10. *n.* 55. *& seqq.* 38

Adde in materia quòd vbi proceditur sola facti veritate inspecta, tunc probatio persuasiua sufficit, nec requiritur quòd de necessitate concludatur, per ea quæ dicam infrà *q.* 34. *n.* 28. & hæc poterit esse VII. limitatio ad regulam. Addo ad hanc limitationem Mascard. *conclus.* 1221. *n.* 86. 39

Princeps, Senatus, & Rota etiam in causis arduis, ac etiam in materia obiectiua, possunt coniungere plura indicia ad condemnandum. Vig. Boccac. *in const. March. gloss.* 4. *num.* 79. & hæc erit VIII. limitatio ad regulam suprà positam *num.* 2. 40

Sublimita VIII. in iis, quæ sunt modici præiudicij, in quibus quòd præsumptiua probatio admittatur, ponit Tiraq. *in tract. de iud. in reb. exig. pag.* 29. *sub vers. quid cùm tractatur.* Menoch. *de præs. lib.* 1. *q.* 40. *num.* 4. *& seqq.* vbi quòd in causa ciuili ardua præsumptiones non sufficiunt: secus in causa ciuili non ardua, *n.* 1. *& seqq.* ad quæ vide quæ dixi *in Repert. crimin. q.* 55. *num.* 20. *& num.* 44. vbi ponit, an, & quando in ciuilibus præsumptiones plures coniungantur ad faciendam plenam probationem. 41

Præsumptio iuris quæ sit, & quæ etiam sit præsumptio iuris, & de iure, vide benè declarantem Menoch. *de præsumpt. lib.* 1. *q.* 3. *&* 4 *per tot.* Mascard. *de probat. lib.* 1. *q.* 10. *num.* 31. *& seqq. & n.* 48. *in præfat. & q.* 1221. *n.* 1. *lib.* 3. vbi de præscriptione iuris, *& concl* 1222. vbi de præsumptione iuris, & de iure, & quæ dicatur præsumptio hominis, posui *in Repert. crim. q.* 55. *sub n.* 38. Aliqua exempla iuris, & de iure ponuntur *ibi* per Menoch. *q.* 97. *n.* 2. *& seq.* hæc materia etiam ponitur per Doctores allegatos *in Rep. crim. vers. indicium n.* 27. vbi propriè videtur locus suus. posui *in tit. de indic. q.* 36. 42

Adde quòd in casu, in quo sententia potest ferri ex præsum 43

præsumptiuis probationibus; tunc non transit in iudicatum, sed quandocumque retractatur per superuenientes contrarias probationes, vel præsumptiones. quod quando verom sit, ponit Menoch. *de præsumpt. lib.* 1. *q.* 95. *&* 96. vbi etiam, an talis sententia ex præsumptionibus lata exequi debeat. vide Mascard. *conclus.* 1220. *n.* 15. *& seqq. & conclus.* 1224. *num.* 19.

44 Præsumptio naturæ quæ dicatur, ponunt Doctores allegati *in Repert. crim. vers. indicium, num.* 27. transfert onus probandi contrarium in aduersarium, sicut præsumptio iuris. Mascard. *de probat. conclus.* 1219. *n.* 6. Limita primò, quando contra præsumptionem naturæ adest diffamatio, *n.* 19. Limita secundò quando ageretur de præiudicio tertij, *num* 20. *&* 21. vbi declaratur hæc secunda limitatio. Vide in materia Fulu. Pacian. *de probat. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 6. *& seqq.* vbi quòd talis præsumptio dicitur præsumptio iuris, & transfert onus probandi contrarium, &c. & *ibi* ponit plura exempla huius præsumptionis.

45 Dixi suprà *num.* 21. quòd præsumptiua probatio dicitur euidens, & sufficiens ad condemnandum, quod sine dubio habet locum in præsumptione iuris, vt suprà *num.* 22. Sed quid in præsumptionibus hominis, dic, quòd in ciuilibus sufficiunt ad condemnandum. Mascard. *concl.* 1223. *n.* 20. vt per Mascard. *concl.* 1220. *num.* 1. 3. *&* 6. & facit ratio, quia si in criminalibus hoc procedit, vt dixi *in Repert. crim. q.* 55. *sub num.* 38. ergo multo magis in ciuilibus, quod intelligas, si sit vrgens, secus si leuis: vt per Mascard. *concl.* 1221. *n.* 3. *&* 31. & dixi *in crim. q.* 55. *num.* 45. vide Fulu. Pacian. *de probat. lib.* 1. *c.* 9. *num.* 10. vbi remissiuè, quæ dicatur illa hominis præsumptio adeò violenta, vt sufficiat ad condemnandum. Sed quæ nam dicatur præsumptio hominis, quæ transferat in aduersarium onus probandi contrarium, vide *ibid. d. cap.* 9. *n.* 1. *& seqq. vsque ad num.* 11.

QVÆSTIO XVI.

De Appellationibus non recipiendis.

SVMMARIVM.

1. *Appellare in criminalibus quando liceat.*
   Materia generalis, ibid.
2. *Appellationis remedium etiam diabolo non denegandum.*
3. *Appellare quando liceat ab interloquutoria, & n.* 4. 5. 6. 7. *&* 45. *cum seqq.*
8. *Quid si pronuntiatur super exceptione peremptoria.*
9. *Quid si pronuntiatur super legitimatione personæ.*
10. *Appellans friuole ab interloquutoria non appellat amplius à diffinitiua.*
11. *Appellare an liceat ab expensarum condemnatione, & num.* 62.
12. *Quid à condemnatione super damno dato.*
13. *Quid à causa alimentorum, &* 14. 15. 16.
17. *Quid à futuro grauamine.*
18. *Quid à delatione iuramenti decisorij.*
19. *Quid à sententia incompetentis iudicis.*
20. *Quid à sententia excommunicationis.*
21. *Quid à consilio sapientis.*
   Quid à sententia peritorum, ibid.
21. *Quid, quando quid committitur arbitrio iudicis, & n.* 44. 47. *& seqq.*
23. *Quid à sententia Principis, vel Senatus.*
24. *Quid in contumace.*
25. *Quid in causa census.*
26. *Quid in causa dotis.*
27. *Quid in Saluiano interdicto.*
28. *Quid in sententia arbitri.*
29. *Quid in causa possessorij.*
30. *Quid in causa attentatorum.*
31. *Quid in secundo decreto.*
32. *Quid à delatione iuramenti in supplementum.*
33. *Quid in remedio l. si quis in tantam.*
34. *Quid in notorijs.*
35. *Quid à denegatione restitutionis in Integrum.*
36. *Quid ab exequutione sententiæ, & num.* 52. *& seqq.*
37. *Vel à decreto de exequendo, & n.* 38. 39. 40.
41. *Quid in condictione indebiti.*
42. *Quid in actione triticaria.*
43. *Quid si iudex non procedit de iure, & n. seqq.*
55. *Quid à sententia lata contra administratorem.*
56. *Quid à sententia syndicatus.*
57. *Quid in causis summarijs ex celeritate desiderantibus.*
58. *Quid in tribus conformibus.*
59. *Quid fauore paupertatis, & num.* 60.
61. *Quid à reiectione appellationis.*
62. *Quid in expensis.*
63. *Quid si appellationi fuerit renuntiatum.*
64. *Quid si causa fuerit semel effecta appellabilis.*
65. *Quid in causa mercedis.*

HABES in materia similem quæstionem *in Repert. quæst. crimin. q.* 80. vbi posui casus, in quibus datur appellatio in criminalibus. In ciuilibus autem causis an, & quando denegetur appellatio, & in quibus casibus, præter infraposita, vide Soc. *reg.* 16. Diaz *reg.* 35. Duen. *reg.* 45. Breu. *pag.* 200. *n.* 9. vbi enumerantur 80. casus. Couarr. *pract. quæst. pag* 165. *col.* 2. Alfon. *collect. n.* 171. vbi remissiuè. Et in pluribus casibus esse prohibitam appellationem remissiuè, tradit Lancellot. qui plures allegat *in tract. de attent. cap.* 12. *limit.* 53. *num.* 48. 1

Appellationis remedium etiam Diabolo, si esset in iudicio, non esset denegandum. Rota *de dolo, & contumac. dec.* 16. *n.* 3. *pag.* 42. *in nouis, incip. Cum inra alias* 354. Paris. *cons.* 28. *ad resolutionem, n.* 11. *lib.* 4. *per c. cum inter, de except. & cap. cum speciali, de appell.* & ideo in dubio appellationi deferendum esse dicunt omnes Doctores, teste Lancell. *de attent. cap.* 12. *in iurium ampliatione, n.* 11. vbi concordantes allegat, Franc. *in c vt debitor, sub n.* 41. *vers. in eadem glos. de appell.* latè exornat Tiraq. *in tract. le mort saisit le vif, in* 6. *p principali, n.* 9. *& seq.* Adde pro primo dicto, quòd videlicet appellationi in dubio deferendum, Roland. *cons.* 34. *n.* 4. *vol.* 3. quod intellige procedere quando sumus in casu, in quo de iure appellatio admittitur, secus si in casu, in quo à iure est prohibita appellatio, puta si sumus in possessorio, in exequutione, & similibus. tunc enim in dubio non est appellationi deferendum, vt per Lancell. *ibid. n.* 16. quod allegat Alciat. *cons.* 68. *Gubernatorem, sub n.* 8. *lib.* 6. Menoch. *de recup. poss. pag.* 153. *num.* 318. Breu. *pag.* 200. *num.* 7. Et ideò appellatio semper admittitur, nisi reperiatur expresse prohibita. gl. *in l. restituere, ff. de rei vend.* cum aliis, de quibus per Brunor. *suo cons. crim. n.* 104. *&* 207. vbi exornat materiam, & illam gl. communiter approbationi tradit Lancell. qui concordantes allegat *in tract. de attent. c.* 12. *in quinta ampliat. n.* 8. *& seqq.* regula enim, à quocumque grauamine dari appellationem, traditur in Decis. Pedem. 61. *n.* 6. 2

Appellare an liceat à sententia interloquutoria, & an talis appellatio debeat interponi infra decem dies, posui infrà *q.* 53. Item an pendente termino decem dierum ad appellandum possit post interloquutoriam aliquid innouari, dicá infrà in materia attentatorum. Appellandi termino durante, & generaliter non pendente appellatione ab interloquutoria, an possit aliquid innouari, dixi *in materia, appellatione pendente nihil innouari* 3

innuendum, vbi videas, & *ibi* tradita multum conferunt ad ea, quæ hic ponuntur. Marbes. *sing.* 39. *& in addit.* Duen. *reg.* 52. Breu. *pag.* 185. *n.* 12. *& pag.* 108. *n.* 16. *& seqq.* vbi etiam quomodo iudex debeat in tali appellatione procedere, & pronuntiare. Myns. *obseru* 43. *cent.* 4. *& obseru.* 46. *eadem cent.* 4. vbi de effectu huius appellationis speciali titulo, *de appellat.* §. *in quibus*, *n.* 28. *&* 29. *& ibi* Ioan. Andr. *in addit.* Menoch *n.* 5. vbi remissiuè quòd decem concurrere debent ad hoc vt ab interloquutoria appellatio recipiatur.

4 Quando per sententiam interloquutoriam infertur damnum irreparabile per diffinitiuam, tunc datur appellatio ab interloquutoria. Contard. *in l.* 1. *C. si de mom. poss. in* 1. *limit. n.* 4. *& in* 5. *limit. n.* 13. *& seq* vbi exemplificat. vide infrà *n.* 9. Adde pro hac eadem conclusione Lancell. *de attent. c.* 12. *in* 1. *limit. n.* 92. *& seqq.* vbi *n.* 97. hoc ampliat procedere etiam quòd damnum sit reparabile, vel cum difficultate, *& n.* 100. vbi quòd quando damnum est irreparabile, tunc potest iudici volenti exequi suam sententiam post appellationem impunè resisti; sed de hoc vltimo dixi *in Repert. crim. vers. iudici resistens, num.* 3. & faciunt ad hanc materiam tradita *in q.* 18. *num.* 77. *& seqq.* & quæ dicentur in alia materia, videlicet appellatione pendente ab interloquutoria, per quam infertur damnum irreparabile, an aliquid attentandum, &c. Adde pro principali conclusione Menoch. *casu* 489. *cent.* 5. *n.* 3. & quando sententia interloquutoria dicatur continere damnum irreparabile, vide Myns. *obseruat.* 88. *cent.* 3.

5 Item ab interloquutoria datur appellatio, quando interloquutoria præiudicat exequutioni futuræ. Contard. *in d.* 1. *limit n.* 81.

6 Item admittitur appellatio quando interloquutoria tangit negotium principale. Contard. *d. t. limitat. num.* 82. *& in* 5. *limit. num.* 7. *& seqq. & n.* 14. vbi exemplificat. vide *num.* 8. & eundem Contard. *in d.* 5. *limit. n.* 8. vbi quòd si interloquutoria fertur super aliquo de substantialibus libelli, vel super aliqua exceptione peremptoria, tunc dicitur concernere materiam causæ, & tangere negotium principale. vide *in num.* 8. *&* 45. vbi de interloquutoria habente vim diffinitiuæ.

7 Item admittitur appellatio ab interloquutoria lata in iudicio possessorio, de quo videas *infra* in suo loco particulari, an & quando liceat appellare in iudicio possessorio, &c.

8 Item admittitur appellatio ab interloquutoria, in qua pronuntiatur super aliqua exceptione peremptoria, quia isto casu dicitur interloquutoria tangere negotium principale, & ei esse præiudiciale, & sic intrant suprà tradita *n.* 6. concord. *ibid. in* 5. *limit. n.* 7. *& seqq.* vbi specialiùs exemplificat.

9 Item admittitur appellatio ab interloquutoria, per quam pronuntiatur aliquam personam esse legitimam, puta si fertur super legitimatione personæ iudicis, Procuratoris, tutoris, fideiussoris, & similium, aut testis, aut quia iudex pronuntiat testem admittendum. his enim casibus, cùm damnum dicatur irreparabile per sententiam à diffinitiua, intrant suprà tradita *n.* 4. & ideo datur appellatio, vt per concord. *in d.* 5. *limit. n.* 13. *& seq.*

10 Et in materia scias quòd si quis friuolè appellet à sententia interloquutoria, tunc non potest appellare ampliùs à diffinitiua in casibus, in quibus aliàs licita esset appellatio, vt per Contard. *in d. l.* 1. *C. si de mom. poss. in* 5. *limit. n.* 17.

11 Appellare an liceat à sententia condemnationis expensarum. Rom. *sing.* 85. Couarr. *pract. quæst. c.* 27. *sub num.* 5 *pag.* 192. à tergo. Et quid si fuerit excessum, vide quæ infra in simili dicuntur de appellatione ab exequutione ratione excessus. Quòd à taxatione expensarum sit licitum appellare, & quòd interim nihil sit procurandum, aliàs fuisse decisum in Rota, testatur Lancellot. *de attent. cap.* 12. *n.* 108. *& seqq.* vbi videas, quia videtur de hac conclusione dubitare, quod intellige si excessus exprimatur in appellatione, aliàs secus. Afin. *in pract.* § 32. *cap.* 8. *n.* 3. *& n.* 62.

12 Appellare an liceat à sententia damni dati, & similibus, celeritate, repræsentationibus. Rom. *sing.* 781.

13 Appellare an liceat in causa alimentorum, vide *in Repert. decis. Rota manuscript. vers. appellatio*, in discursu. Bart *in l. Mela, ff. de alim. & ciba. legat.* Bart. & Alberic. *in l. final. ff. de appellat. recip.* Specul. *in tit. de appellat.* § *in quibus, num.* 11. Natta *cons.* 108 *num* 1. Lancellot. *de attentat in* 3. *part. cap* 28. *num.* 66. *& seq.* vbi quòd si alimenta petantur officio iudicis, tunc non detur appellatio; secus si iure ordinario.

14 Regula sit quòd in causa alimentorum appellare non licet. Menoch. *in l. final. num.* 819. *C. de edict. diu. Adr. tollen.*

15 Fallit quoad effectum deuolutiuum, iuxta quem semper datur appellatio à sententia lata super alimentis, licèt secus quoad suspensiuum, vt *ibidem* per Menoch. Caputaq. *decis.* 118. *lib.* 1. cum aliis, de quibus per Contard *in l.* 1. *C. si de mom. possess. n.* 54 *& seqq in* 3. *limit.* Quoad effectum suspensiuum non datur appellatio in causa alimentorum, vt per Lancellot. *de attent. part.* 2. *cap.* 11 *in* 14. *limit. n.* 6. decis. Pedemont. 25. *n.* 10.

16 Fallit secundò quando petuntur alimenta præterita, quia tunc datur appellatio, etiam quoad effectum suspensiuum. Menoch. *ibi sub num* 175. Contard. *d. num.* 54. *& seqq.* Caputaquen. *d. decis.* 118. *lib.* 1. vbi quòd à die litis motæ alimenta reputantur futura, & idem traditur per Lancellottum *vbi suprà n.* 7. *&* 8. vbi, & generaliter quòd in causa alimentorum futurorum non datur appellatio, quoad effectum suspensiuum.

17 Appellare quando liceat à futuro grauamine, Diaz *reg.* 42. Paris. *cons.* 28. *n.* 7. *&* 8. *car.* 34. *vol.* 4. Spec. *de appellat.* §. *in quibus, n.* 18. *&* 32. vbi quando liceat appellare ante sententiam.

18 Appellare an liceat à delatione iuramenti decisorij, Myns. *obseruat.* 14. *cent.* 1. faciunt quæ infrà in simili traduntur in materia iuramenti in supplementum? Dic quòd à iuramento delato non potest appellari, secus à relato, secundùm communem, de qua in decis. Pedemont. 61. vbi ita concluditur, refutatis contrariis, & idem tradit Paul Granat. *theorem.* 10. *n.* 19. *lib.* 1.

19 Appellare an liceat à sententia incompetentiæ iudicis. Myns. *obseru.* 31. *cent* 3. vide aliquid suprà *num.* 9. Dic quòd sic, vt *ibi* Mynsing. Luc. Per. *in formula Capitolini fori, tit. de reiect. appellat. num.* 7. *& seq.* glos. *in Auth. Habita, C. ne fil. pro patre.* Felin. *in cap. qualiter, & quando, num.* 9. *vers. & pro hoc optimè facit, extrà de accusat.* Franc. *in cap. cum cessante, num.* 18. *extrà de appellat.* faciunt in simili tradita *num.* 65. Adde pro eadem conclusione Roland. *cons.* 35. *vol.* 4. *per totum*, vbi quòd ista est communis, quidquid dixerit in contrarium Salic. *in d. Authent. Habita, & num.* 4. vbi quòd talis appellatio est facienda in scriptis, & cum causa grauaminis, *& num.* 5. vbi quòd nisi appelletur, transit in iudicatum, *& num.* 6. vbi quòd per statutum prohibita, non censetur exclusa appellatio super incompetentia, vel competentia iudicis.

20 Appellare an liceat à sententia excommunicationis. Cæpol. *cent.* 80. *num.* 2.

21 Appellare quando liceat à consilio sapientis, seu sententia peritorum, decis. Bonon. 87. Vide in materia q. 93. *n.* 5.

22 Appellare an liceat quando quid committitur arbitrio iudicis. Diaz *reg.* 40. vide infra *num.* 44. Couarr. *variar. resol. lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 3. *& 5.* Menoch. *de arbit. quaest. quaest.* 70. *per tot. lib.* 1. vbi etiam quid si fuerit excessum in sententiando, quomodo probetur iste excessus, vide *in Repert. crimin. quaest.* 22. *cap.* 1. *num.* 27. vbi, an in arbitrariis iudex argui soleat, posui *in tit. de delictis, & poenis.*

23 Appellare an liceat à sententia Principis, Senatus, vel Praefecti praetorio. Rolan. *cons.* 94. *n.* 1. *& seq.* Imol. *concl.* 15. *lib.* 4. posui *in q.* 101.

24 Appellare quando possit contumax, omnino Rota *decis.* 2. aliàs 49. *de dolo, & contum. in nouis*, & *ibi in addit.* vbi distinguit quatuor casus. An autem ab expensatum condemnatione contumax appellet, vide *in num.* 61. Soc. *reg.* 73. 74. Villalob. *pag.* 6. *in princip.* Roland. *cons.* 47. *num.* 30. *& cons.* 94 *num.* 14. *vol.* 3. *& consil.* 60. *num.* 24. *& seqq. in discursu, vol.* 2. Natta *cons.* 444. *in discursu.* Alphons. *collect. num.* 176. vbi quòd fictus contumax appellat. quid de contumacee rustico, vide Menoch. *casu* 194. *num.* 49. *& seqq.* quid de fesso vigore statuti, *in Repertor. qq. crimin. quaest.* 80. *num.* 8. Crauett. *in addit. ad Vestr. lib.* 7. *cap.* 3. *num.* 53. *& seq.* vbi quòd fictus contumax appellat, secus verò contumax, & quando principalis est contumax verus, tunc nec eius Procurator appellare potest, licèt non è contra, vt *ibi* per eum. Quis autem dicatur verus contumax, vide *in fragmen. vers. contumax, num.* 11. vbi tradita ponas hic.

25 Appellare an liceat in causa census, Bouius *de censib. art.* 79. *pag.* 188. & dicas quòd si intentatur petitorium, licitum est appellare, secus si possessorium. Contard. *in l.* 1. *C. si de mom. possess. in* 2. *limitatione*, §. 8. *n.* 51. *& seq.*

26 Appellare licèt regulariter non liceat in causa dotis: id tamen intelligitur quoad effectum suspensiuum, secus quoad deuolutiuum. Menoch. *in l. final. num.* 829. *C. de edict. diu. Adr. tollen.* Vide Lancellot. *de attent. part.* 3. *cap.* 14. *quaest.* 1. *num.* 51. Gratian. *decis.* 120. *num.* 4. Afflict. *decis.* 261. *num.* 1. *vers. Item in dote.* Decis. Pedem. 25. *num.* 10. Bal. Nouell. *de dote, part.* 9 *priuil.* 7. Lopez *in cap. per vestras*, §. 15. *num.* 4. *vers. Aduerte, de donat. inter virum, & vxorem.*

27 Appellare an liceat in Saluiano interdicto, vide *in suo loco particulari.*

28 Appellare an liceat à sententia arbitri, vide *infrà quaest.* 17.

29 Appellare an liceat à sententia lata super possessorio, vide *in suo loco.*

30 Appellare an liceat à sententia attentatorum, vide *in materia attentatorum*, videlicet *in fragmentis num.* 12. *vers. attentata*, quae ponas hic.

31 Appellare an liceat ab interloquutoria secundi decreti. Dic quòd sic, vt per Contard. *in l.* 1. *C. si de mom. possess.* 5. *limit. n.* 10.

32 Appellare an liceat à delatione iuramenti in supplementum, vide *in materia iuramenti in supplementum, in q.* 75. *n.* 19.

33 Appellare an liceat in remedio *l. si quis in tantam, C. vnde vi.* vide *in materia possessory, & in tit. de vac. ac diuers. quaest. q.* 100. *num.* 43. *in fine, in* 2. *ampliat.*

34 Appellare an liceat in notoriis, vide *in materia notorij etiam in criminalibus.*

35 Appellare licet à denegatione restitutionis in integrum. Contard. *in l.* 1. *C. si de mom possess. in* 8 *limitatione, num.* 49. & est text. *in l.* 1. *C. si sup. in integr. restitut. postuletur.* & si minor non appellatur, isto casu restituetur ad appellandum. Boccac. *gloss.* 8. *num.* 189.

36 Appellare an liceat ab exequutione sententiae, vltra infraposita vide omnino Iacob. Laur. *in tract. de ind. super cap.* 8. *num.* 1. *& seqq.* Caepol. *caut.* 2. *num.* 1. *& caut.* 44. *per tot.* Breu. *pag.* 101. *vers.* 6. *quando, &c.* Duen. *reg.* 41. *in num.* 40. *&* 51. *& seqq.* Dicas quòd ab exequutione non licet appellare, text. vbi notanter omnes, *in l. ab exequutore ff. de appellat. & in l. ab exequutione, C. quorum appellat. non recipiuntur.* Rota *decis.* 45 aliàs 346. *si appelletur, de appellat.* in nouis, & est communis opinio, de qua post Alexand. *in cons.* 95. *Visis, n.* 5. *lib.* 2. testatur Abbas *cons.* 54. *Praesupposita, in princ. lib.* 1. quos, & alios concordantes addocit Lancellot. *de attent. c.* 12. *limitat.* 53. non obstante dicta oppositione fieri potest exequutio absque vitio atteotatorum, ad quam materiam vide Alinium *in praxi* §. 41. *cap.* 18. Imò appellans ab exequutione dicitur temerè appellare, & punitur, vt dixi *in fragmen. vers. appellatio. num.* 50.

Et an liceat appellare à decreto, seu pronuncia de 37 exequendo, dicas quòd non, vt per Felin. *in c. quo ad consultationem num.* 10. *&* 13. *de re iud.* Capyc. *decis.* 1. *num.* 17. in qua materia vide Roland. *cons.* 43. *vol.* 1. *per totum.* Diaz *reg.* 43. Alphon. *collect. n.* 173. vbi temissiuè dicas quòd à decreto exequutorialium appellatio si non est friuola, suspendit exequutionem. Peregr. *dec.* 2. *num.* 196. *&* 107. vbi de natuta vide, &c. *n.* 40. Quòd à decreto de exequendo liceat appellare, tenuerunt plures relati per Gabriel. *tit. de appellat. lib.* 1. *conclus.* 4. *num.* 1. & hanc opinionem esse communem, testantur Salic. *in loco* per Gabr. *citato.* Aemilian. *cons.* 148. *num.* 2. Mynsinger *cons.* 47. *Factum tale, num.* 18. Sed contraria opinio, quòd videlicet non sit licita appellatio, non solùm est communis, vt per Gabriel. *ibid. num.* 2. qui etiam alios concordantes allegat, & de dicta communi testantur Alexand. *cons.* 95. *Visis, num.* 5. & Mandell. *cons.* 14. *Praesupposito, in princip. lib.* 1. Verùm etiam est magis communis opinio, sicuti testantur Petr. Calephat. *inter cons. matrimonialia, cons.* 76. *in causa exequutionis, num.* 16. Bero. *cons.* 32. *in causa exequutionis, num.* 5. *lib.* 3. *& ibid. num.* 17. Crauett. *in addit. ad Vestrium in praxi, lib.* 7. *cap. vlt. n.* 43. cum pluribus aliis, de quibus per Lancellot. *de attent. cap.* 12. *in* 53 *limit. num.* 16. *& seqq.* vbi infert quòd si non datur appellatio à proouncia de exequendo, multo minus dabitur appellatio à commissione de exequendo. Et *ibi num.* 20. tradit cautelam, quòd ad tollendum omne dubium iudex non declarat, neque decernit exequutionem, sed tantùm illi committit, vt *ibi* per eum; quando tamen sententia esset lata contra vnum, & iudex decerneret exequutionem contra alium, datur appellatio, vt dixi *infra q.* 46. *n.* 25. *& q.* 47 *sub n.* 24. vide in materia *in fin. n.* 54. *& n.* 60.

Et an liceat tertiò appellare ab exequutione, seu il- 38 lius decreto, vide infra *q.* 46. *n.* 15. & latiùs *q.* 47. *n.* 24. *& seqq* praesertim *in d. n.* 24.

Et an appellatio impediat exequutionem, vide in 39 alia materia, *Appellatione pendente, &c.*

Et licèt regulariter ab exequutione non detur ap- 40 pellatio, tamen ab excessu. vide infrà *n.* 53. latè Contard. *in l.* 1. *C. si de mom. possess. in* 19. *limitatione num.* 1. *& seqq.* & est text. *in l. ab exequutore, C. quorum appellat.* quod amplia, etiam quòd quis iurasset non appellare. Contard. *ibid. num.* 3. & in proposito scias quòd isto casu modus exceditur quadrupliciter. tripliciter excedi modum in exequendo, dixit Lancell. *de attent. c.* 12. *limit.* 53. *n.* 18. videlicet ratione rei, ratione temporis, & ratione reiectarum exceptionum, quae poterant exequutioni obiici. Primò respectu rei, in qua fit exequutio. Secundò respectu quantitatis, pro qua fit exequutio. Tertiò respectu temporis, in quo fit exequutio. Quartò, respectu causae, puta si iudex reiecit exceptiones de iure opponi solitas exequutioni: ita declarat gloss. ord. *in d. l. ab exequutore, vers. excedat*, quam sequitur Bellam. *in c. nouit. n.* 5. *de appell.* Vnde

Vnde si quis opponat aliquas exceptiones, quæ de iure possunt exequutioni opponi, de quibus in alio Repert. *in iudic. ver. exequutio.* tunc si iudex, illis non obstantibus, tacitè eas reiiciendo pronunciet sententiam fore exequendam, datur appellatio, & idem tradit Capyc. *decis.* 1. *in causa domini Comitis, sub n.* 17. *vers. & dicit Bart. in aliis*, de quibus Lancellot. *de attentat. cap.* 12. *limit.* 53. *num.* 31. *& seq.* vbi ex hoc infert quòd tales exceptiones debent esse oppositæ ante pronuntiationem de exequendo, quia tunc datur appellatio à pronuncia de exequendo facta, non obstantibus dd. exceptionibus. Vnde secus si facta pronuncia tales exceptiones deducuntur in appellatione, vel in commissione appellationis, vel oppoauntur aduersùs dictam pronunciam, & commissionem de exequendo, quia tunc si reiiciuntur, non dicitur modus excedi, & propterea nó datur appellatio, vt *ibi* per eum, qui in id allegat Bero *cons.* 51. *In causa, n.* 16. *&* 17. *lib.* 3. & idem traditur per Lancellor. *de attent. c.* 12. *limit.* 53. *n.* 27. 38. *& seqq.* vbi generaliter dicit quòd in omni casu, in quo ab exequutione datur appellatio, est in ea inserenda causa, secundùm communem, de qua per Bero *consil.* 106. *Quatuor casus, n.* 11. *lib.* 3. & ista expressio causæ debet esse specifica, & non per relationem ad acta, vt *ibid.* per Lancell. *num.* 40. *&* 41. vbi quòd non est necessaria expressio causæ, quando ex facie decreti, & pronunciæ de exequendo constaret de grauamine, puta quia in ea sit expressa iniusta causa, quia dicitur excedi modus in exequendo, ex traditis *ibi* per Contard. *n.* 4. allegat inter alios Ant. *in d. l. ab exequutore*, & Cæpol. *cant* 44. & faciunt in proposito tradita generaliter in alio Repert. *in iudic. vers. exceptio quando a iudice non admittitur, &c.* Hæc intelligas primò procedere in exceptionibus quæ non requirunt altiorem indaginem, & in quibus offertur incontinenti probatio, quia si hæc non admittuntur, datur appellatio à pronuncia de exequendo, secus in aliis, vt per Contard. *in d.* 19. *limit. n.* 25. *& seqq.* Secundò intellige, vt quando appellatur ab exequutione ratione excessus, debet in appellatione inseri causa, & ea quidem rationabilis, aliàs iudex non retardat exequutionem, vt *ibid.* per Contard. *num.* 25. *& seqq.* Tertiò intelligas, quòd quando ratione excessus datur ab exequutione appellatio, tunc exequutio solùm suspenditur quo ad id, in quo exceditur, si excessus exprimitur. Si autem non exprimitur, tunc in totum suspenditur exequutio ratione dubitationis. Contard. *ibid. in* 19. *limit. n.* 32. *& seq* Item scias quòd iudex appellationis non statim debet inhibere, nisi priùs de causis in appellatione expressis ei constiterit. Contard. *ibid. num.* 35. Item scias quòd si nuncius faciat exequutionem in vna re, cùm haberet mandatum de exequendo in alia re, vel si faceret exequutionem in re magna, cùm sufficeret parua, tunc dicitur excedi in exequutione. Salyc. *in d. l. ab exequutore, C. quorum appellat.* Bart. *in l. ab exequutore, n.* 2. *ff. de appellat. recip.*

41 Appellare an liceat in actione condictionis indebiti, vide *in q.* 18. *num.* 6.

42 Appellare an liceat in actione triticaria, vide *in q.* 18. *num.* 7.

43 Appellari potest, & ad superiorem reclamari, quando iudex non procedit secundùm iuris regulas. gloss. *in cap. super iis, de accusat. l. si qua pœna*, & ibi Bart. *in fine ff. de verb. signif.* cum aliis, de quibus per Brunor. à Sole *in suo cons. crim. n.* 118.

44 Appellare non potest quis vbi aliquid committitur fidei, & arbitrio iudicis, & vbi iudex non seruat regulas, iure datur appellatio. Virgin. de Boccac. *in consil. Marches. gloss.* 6. *n.* 153. *in fin.* Anchar. *q.* 5. *p.* 2. Idem si causa fuerit commissa conscientiæ iudicis, vide *in num.* 47. *& seqq.* Sed quid importet hæc clausula,

Committimus conscientiæ tuæ, dixi infrà *q.* 44. *cap.* 1. *n.* 21. *& ibid. n.* 1. Idem si fuerit commissa libero iudicis arbitrio. Simonecell. *de decreto lib.* 1. *tit.* 1. *n.* 8 *ibid. n.* 3. Limita prædicta primò procedere in causis leuis, & modici præiudicij, secus vbi agitur de magno præiudicio *ibidem num* 5. *& seqq.* Lancellot. *de attent. cap.* 12. *in* 11. *limit. n.* 6. *&* 53. vbi loquitur quando aliquid est commissum conscientiæ iudicis, in magnis enim datur appellatio ab arbitro. Magon. *decis. Lucen.* 35 *n.* 50 *& seq.* vbi quòd magnum dicitur præiudicium, si læsio consistit in dimidio. posui in impunien. *titul. de delict. & pœn. q... n... limit.* 2. quòd licèt non possit appellare, tamen benè conceditur recursus ad Principem, si petitur, vt *ibidem num.* 8. & per Lancellot. *de attent. cap.* 12. *in* 10. *limitat. num.* 16. vbi loquitur in casu, in quo aliquid est commissum conscientiæ iudicis, & faciunt tradita *infrà* tradita *quæst.* 19. *num.* 2. *& seqq.* posui in impunien. *titul. de delict. & pœnis quæst... num...* vide supra *num.* 12. & infr. *num.* 47. *& seqq.* & quæ *ibi* tradita sunt, licèt specialiter loquantur quando aliquid est iudicis conscientiæ commissum, tamen possunt ex eius ratione generaliter extendi ad omnes clausulas quibus appellatio tollitur.

Addendo iis quæ suprà *num.* 3. *& seqq.* tradita sunt 45
de appellatione a sententia interloquutoria, scias quòd si sententia interloquutoria habeat vim diffinitiuæ, tunc licitum est ab ea appellare, sicut à diffinitiua, ad tradita per Lancellot. *de attent appellat. pendente, cap.* 11. *in* 1. *limit. num.* 51. *& seqq* & faciunt suprà tradita *num.* 6 *&* 8.

Item adde quòd licèt regulariter ab interloquutoria appellare non liceat, si tamen appellatio fuerit 46
per iudicem admissa, sustinetur, vt per Lancellot. *de attent. appellat. pendente, cap.* 12. *in* 1. *limitat. num.* 66. *& seqq.* vbi multa in materia iudicis deferentis appellationi interloquutoriæ. Et faciunt in proposito tradita in alia quæstione appellatione pendente ab interloquutoria, quando aliquid innouandum, in limitat. videlicet *in quæst.* 55. *n.* 79 *& seqq.* & similiter infrà tradita *in appellatione à sententia possessory, q.* 18. *num* 70. *& seqq. & quæst.* 19. *num.* 35. Et quid si appellans ab interloquutoria non responderit de apostolis, vel terminum ad petendum apostolos, & pro illis ad tedemdum præfixerit, vel ad prosequendam appellationem concesserit, an isto casu censeatur appellationem ab interloquutoria admisisse, vide *ibid.* per Lancellot. *num.* 58 *& seqq* Et quid si appellatio ab interloquutoria fuerit admissa, si & in quantum, vide *infr. inter fragment. in materia appellationis admissa, si & in quantum.*

Addendo iis quæ suprà tradita sunt *num* 44. facias 47
regulam quòd à sententia iudicis, cuius onerata est conscientia, non datur appellatio, & ideo ea non obstante, poterit talis iudex suam exequi sententiam, vt per Lancellottum *de attent cap.* 12. *in* 10. *limit num.* 6. *& seqq.* vbi ex hoc infert quòd exequutio, & alia gesta huiusmodi appellatione pendente, non reuocantur vti attentata. ad quod inter alios allegat Ægid. *decis.* 18. *incip. Oneratio conscientia* Pro primo dicto adde Virg. Bocc. *in consil. Marcheg. gloss.* 3. *num* 6. *in fine.* ad hanc materiam vide Menoch *de arbitr. qq. quæst.* 70. *lib.* 1. vbi propriè loquitur in iudice, cuius fuit onerata conscientia, & faciunt tradita *quæst.* 41. *cap* 1. *num.* 21. vbi de potestate huius clausulæ, *Committimus conscientiæ tuæ*, & faciunt tradita in impunien. *titul. de delict. & pœn. quæst... num...* vbi posui an detur appellatio à sententia iudicis, cuius arbitrio aliquid est commissum. Anchar. Regien. *quæst.* 5. *part.* 2. vbi etiam de materia. Vide ad hanc materiam quæ plenè scripsit Iacob. Laurent. *in tractat. de iudice suspecto, cap.* 9.

48 Limita hanc conclusionem I. licèt isto casu appellatio non operetur effectum suspensiuum, an benè operabitur deuolutiuum, vt *ibidem* per Lancellot. *num.* 5. *&* 10. licèt aliqui *ibi* per eum relati contrarium dixerint, quòd videlicet sit isto casu prohibita appellatio, etiam quoad deuolutiuum effectum. Ideo licèt isto casu attentata huiusmodi appellatione pendente non reuocentur remedio attentatorum, reuocantur tamen per viam iustitiæ ordinariæ certificata appellatione, vt *ibi* per Lancellottum *num.* 9.

49 Limita II. quando non est simpliciter onerata conscientia iudicis, sed est adiunctum aliquod aliud verbum iustitiam importans. puta si sit dictum, ad iudicium conscientiæ suæ, & similia, quia tunc ab illius sententia licitum est appellare, vt per Lancell. *d. cap.* 12. *d.* 10 *limit. n.* 11.

50 Limita III. quando iam superior recepisset appellationem interpositam ab huiusmodi iudice, si ita sibi visum fuerit, ex aliqua rationabili causa, quia tunc ille iudex cuius conscientia in iudicando onerata fuit, non potest ampliùs suam sententiam exequi, vt *ibidem* per Lancellot. *d.* 10. *limitat. num.* 12. *cap* 12.

51 Limita IV. quando iudici, cuius conscientia onerata fuit per iudicem *ad quem*, fuit inhibitum, nam tunc similiter non poterit suam sententiam exequi, vt *ibi* per Lancellottum *d.* 10. *limitat. num.* 14.

52 Addendo aliqua iis, quæ suprà *num.* 36. *& seqq.* tradita sunt de appellatione ab exequutione, scias quòd quando ab exequutione datur appellatio, tunc vel appellans potest cogi ad cauendum cum idoneo fideiussore de restituendo exequutionem, &c. vel contra ipsam conceditur sequestratio possessionis, & fructuum, si sit res immobilis; si verò mobilis, sequestratur ipsa res, etiam quòd nulla adest suspicio dilapidationis, nec etiam quòd quis appeller ab excessu, vt per Lancellot. *cap.* 12. *in tractat. de attentat. in* 12. *limitat. num.* 19. *& seq. & limitat.* 53. *num.* 30. & faciunt generaliter tradita infrà inter fragmenta *vers. sequest-um rei de qua litigatur, &c.*

53 Item ad ea quæ suprà *num.* 40. *de excessu exequutionis* tradita sunt, adde Lancellot. *de attentat. cap.* 12. *limitat.* 53. vbi *num.* 22. facit regulam quòd ratione excessus conceditur appellatio ab exequutione, allegat Rotam *decis.* 45. aliàs 46. si appelletur de appellatione in nouis. Lanfranc. *decis.* 341. *incip. Exequutor*, vbi de communi. Ftanc. Marc. *decis. Delphinat.* 100. *incip. Quæritur*, *num.* 1. Paris. *cons.* 28. *Ad resolutionem*, *num.* 12. *lib.* 4. vbi quòd in qualibet causa mundi, in qua modus exceditur, appellatio admittitur. Amplia hanc regulam etiam in exequutore Apostolico, à cuius exequutione si modum excessit, datur appellatio, secus si non excessit, vt *ibidem* per Lancellot. *num.* 24. *&* 37. *& ibid. num.* 25. vbi quòd talis excessus non præsumitur nisi probetur, *& num* 26. vbi quòd appellatio ratione excessus non nisi semel conceditur, *& num.* 29. vbi quòd iudex *à quo* cognoscere debet, an modus in exequutione fuerit excessus, vide *in num.* 40. Adde quòd ad appellandum ab exequutione requiritur mandatum speciale, vt dixi *in q.* 77. *n.* 22.

54 Item ad ea, quæ suprà tradita sunt de pronuncia de exequendo *num.* 37. adde quòd à mandato de exequendo, & illius pronuncia licitum est appellare, si fuit relaxatum parte non citata. Sed de hoc dixi infrà inter fragmenta *vers. exequutio*, &c.

55 Appellare an liceat à sententia lata contra administratorem ad reddendas rationes, dixi infrà *q.* 41. *num.* 48.

56 Appellare non licet à sententia diffinitiua syndicatus, sed benè ab interloquutoria ante diffinitiuam prolata. Lancell. *de attentat. appellatione pendent. cap.* 12. *limitat.* 20. ad materiam vide Viui. *in comm. opin. pag. mihi* 117. *in paruis*, *in* 1. *impress.* Rondinel. *de syndic. pag.* 138. *n.* 183. Doct. *in l. nulli, C. quorum appell. in q.* 101.

Appellatio non conceditur in causis quæ celeritatem desiderant. Lancellottus *de attentat. appellatione pendente*, *cap.* 12. *limitatione* 43. *num.* 14. vide *suprà num.* 12. 57

Appellare an liceat post tres conformes, dixi inter fragmenta, *vers. Res iudicata*, *num.* 20. vbi tradita punas *hic* in extensione huius quæstionis. 58

Appellare an liceat à sententia lata ad fauorem pauperis, & an isto casu appellatio operetur effectum suspensiuum, dixi *quæst.* 55. *num.* 109. 59

Addendo aliqua suprà iam traditis *num.* 37. scias quòd licèt secundùm magis communem opinionem non detur appellatio à pronuncia de exequendo, de qua præter suprà allegatos *d. num.* 37. testatur Roland. *cons.* 43. *num.* 5. *lib.* 1. tamen de statuto vrbis *lib.* 1. *pag.* 566. admittitur appellatio à pronuncia de exequendo, vt *in forma Capitolini fori*, *pag. mihi* 440. *n.* 10. *lib.* 8. *cap.* 1. 60

Appellare licet à reiectione appellationis. Natta *consil.* 529. *num.* 5. *lib.* 3. Cephal. *cons.* 185. *num.* 2. *lib.* 2. quos & alios refert, & sequitur Contard. *in l. t. C. si de moment. possess. quæst.* 1. *num.* 30. Pet. *in formula Capit. fori*, *titul. de reiect. appellationis*, *num.* 5. & faciunt suprà prædicta *num.* 19. An autem si quis non appellet à reiectione appellationis, talis reiectio transeat in iudicatum, vide infra *in fragmentis*, *vers. Appellans num.* 14. An autem pendente appellatione à reiectione appellationis, quando scilicet iudex reiiciens appellationem causam remiserit iudici *à quo*, possit index *à quo* suam sententiam exequi, vide infrà *in fragment. vers. Appellationi*, *n.* 28. *in discursu.* 61

Ad ea quæ suprà tradita sunt *num.* 11. adde Asin. *in pract.* §. 32. *cap.* 20. vbi *n.* 1. dicit quòd ab omissa expensarum condemnatione non licet viatori appellare, quando victus in totum à sententia appellauit; si verò victus vel non appellauit, aut appellauit in parte, & partibus, tunc victori ab omissa expensarum condemnatione licitum est appellare, vt *ibidem num.* 2. Ab expressa autem expensarum absolutione licitum est appellare, etiam quòd victus simpliciter, & in totum appellauerit. *d. num.* 2. *vers. Quo verò ad secundum.* In expensis autem iure actionis, & ex contractu debitis ab omissa condemnatione non est opus appellare, quia etiam post sententiam, & rem iudicatam possunt peti, vt dixi inf:à *quæst.* 31. *num.* 11. & tradit Asin. *d. num.* 2. *in fin. & num.* 3. vbi an contumax ab expensarum condemnatione appellare possit. A taxatione autem expensarum appellatio non datur, sed benè ab excessu, & in appellatione quantitas excessus exprimi debet, aliàs tamquam incerta non valet, vt per Asin. *d.* § 32. *cap.* 21. *pag.* 467. 62

Appellare non licet quando fuit appellationi renunciatum pacto partium, dixi infrà *vers. Appellatio*, *num.* 29. & appellationi renunciatur non solùm expressè per pactum, sed etiam tacitè redeundo coram iudice *à quo*, vt pariter dixi infrà *vers. Appellatio*, *num.* 31. quæ omnia accommodes hic in extensione huius quæstionis. 63

Appellare licet quis non possit in casu à iure prohibito, id tamen limita, quia causa semel effecta appellabilis, semper remanet appellabilis, vt dixi infrà *vers. appellatio*, *n.* 34. vbi tradita ponas hic in extensione huius quæstionis. 64

Appellare an liceat in causa mercedis Rota 65

Florent.

Florent. Magon. *decis.* 12. *num.* 11. vbi quòd sic, sed non quo ad effectum suspensiuum.

Qvæstio XVII.

Appellare an liceat à sententia arbitri.

Svmmarivm.

1. *Generalis materia, & n. 24. & seqq.*
2. *Pœna in compromisso quando exigi possit, & n. 5. 27.*
3. *Reductio petitur propter enormem læsionem.*
4. *Vel propter manifestam iniquitatem.*
5. *Secus si læsio non adest, vel iniquitas. vide num. 21. & seqq.*
6. *Et quæ dicatur in proposito læsio enormis, & n. 7. 38.*
8. *Quid si in compromisso adsit iuramentum.*
9. *Et an sit necessaria non solutio.*
10. *Quid si laudum fuit probatum, vel emologatum, num 36.*
11. *Quid si fuerit renunciatum, & n. 23. 32. & seqq.*
12. *Quid si statutum tollat reductionem, vel mandet laudum exequendum, n. 29.*
14. *Læsio est probanda.*
15. *Reductio an impediat exequutionem, & n. 24. 39. 40.*
   Quid in obligatione camerali, ibid.
   Quid si arbiter notificasset partibus animum suum, num. 17.
16. *Quanto tempore talis reductio sit ponenda vt præscribatur.*
18. *Quid in arbitris iuris.*
19. *An liceat appellare à sententia lata super reductione, vel laudo.*
20. *Coram quo iudice petenda reductio.*
21. *Et quanto tempore duret talis instantia.*
22. *An liceat appellare à laudo ratione excessus.*
23. *Si expressè renuncietur enormissimæ læsioni, an possit quis appellare, & n. 11.*
   Et quid si apponatur in renunciatione clausula denationis, ibid.
24. *Attentata reductione pendente an reuocentur.*
25. *Offerens cautionem de restituendo an obtineat exequutionem laudi.*
26. *Reductio requirens altiorem indaginem, an exequutionem impediat.*
27. *Reductio an peti possit vbi in compromisso adest pœna.*
28. *Exequutio laudi an fieri debeat, non obstante reductione, si ita partes in compromisso conuenerunt.*
30. *Quid si exequutio sit petita ante petitam reductionem.*
31. *Calumniosa reductio exequutionem non impedit.*
   Nulla datur cautela ad impediendam reductionem, &c. n. 40. sed contrà n. 23. 37.
   Arbitrium amplissimis clausulis non potest præiudicare vltra sextam partem, n. 6.
32. *Quando constat de dolo arbitri, tunc datur appellatio, etiam quod sit renunciatum enormissimæ læsioni, & num. 23.*
34. *An detur reductio si arbitro est data facultas procedendi de facto.*
   Et quid si arbitro est data facultas enormiter lædendi, & vni auferendi, nec alteri dandi, &c. ibid.
36. *Quid si consensus est geminatus.*

1 IN materia huius quæstionis videas Alphan. *collat. num.* 170. vbi remissiuè. Maran. *in specul.* 2. *act. vltim. in princip. num.* 255. *& seqq.* Alexand. *in l. qui Roma, §. duo fratres, num.* 9. *&* 18. *&* Farinacij Repert. iudic. *in addit. sub litt. A. ff. de verb. obligat. & cons.* 119. *vol.* 2. *& cons.* 46. *vol.* 4. *& in l. Iulianus, ff. de cond. indeb.* Papien. *in forma libell. ad pœnam ex compromisso, per totum.* vide *in Repert. sub verb. pœna compromissi apposita an possit exigi.* in quo videas Sarmien. *select. interpret. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 7. vbi quòd si reductio fuit iniustè petita, ita vt sententia arbitri non emendetur, potest exigi pœna contenta in compromisso. vide aliquid infrà 2
num. 27. *& num.* 5. *& in materia pœnæ conuentionalis quæst.* 99. *num.* 14. vbi an, & quando pœna possit exigi à contraueniente laudo. adde Afin. *in pract. iudic.* § 32. *cap.* 2. *in* 1. *limitat. num* 3. *pag.* 209. vbi quod iusta litigandi causa excusat à pœna compromissi, & *ibi* concordantes allegat. Adde in eadem materia Cæpol. *caut.* 83. & omnino *in caut.* 199. Ferrat. *caut.* 8 Mynf. *obseru.* 33. *cent.* 1. Villalob. *A n.* 135. *& seqq. & R. n.* 14. omnino Couarr. *variar. resolut. lib.* 2. *cap.* 12. *n.* 1. *& seqq. pag.* 551. Imol. *conclus.* 8. *lib.* 4 Cephal. *cons.* 121. *vol.* 1. Duen. *reg.* 140. & faciunt *supr. q.* 16. *num.* 22. *&* 44. & ad materiam vide etiam *l. num.* 29. *& seqq.* & Andr. Gail. *obseru.* 150. *lib.* 1. & omninò Iacob Lautent. *in tract. de ind. susp. sub cap.* 7.

3 Regula sit quòd à sententia arbitri stante enormi læsione datur reductio ad arbitrium boni viri, iura, & allegationes ponit Imol. *d. conclus.* 8. *lib.* 4. & Menoch. *de arbitr. quæst.* 2. *cas.* 73. *lib.* 2.

4 Vbi secundùm omnes concludit nullam dari in iure cautelam cautelæ. faciunt in simili tradita *in Repert. contract. quæst.* 48. *num.* 19. vide *in decis. Rotæ Lucen.* 27. *num.* 1. *& seqq. part.* 1. vbi dicit, quòd stante enormi læsione semper potest peti reductio, non obstantibus quibuscunque remediis, & cautelis; & ibi testatur de magis communi, & seruata opinione vide *in num.* 37. per quam huiusmodi reductio impediatur stante enormi læsione, in quo videas Sarmien. *select. interpret. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 7. vbi quòd nullo modo fieri potest, vt stante enormissima læsione excludatur quis à reductione ad arbitrium, &c. etiam quòd in compromisso ad sint plenissimæ, & pœnales renuntiationes. vide infrà *num.* 23. 33. 34. *&* 35. Maran. *d.* 2. *act. in vlt. num.* 253. *& seqq.* in discursu, vbi quòd si laudum contineat manifestam iniquitatem, tunc datur appellatio: vide *in q.* 44. *cap.* 2 *num.* 8. vbi an arbiter possit partes lædere, &c. & in qua parte.

5 Vnde à contrario sensu si laudum non continet enormem læsionem, nec iniquitatem, tunc appellare non licet, præsertim quando in compromisso est apposita pœna. de hoc vide *in num.* 27. & suprà *num.* 2. *& in q.* 99. *num.* 14. *& seqq.* & stipulatio cum iuramento, vt concludit Maran. *vbi suprà.* sed vide *in num.* 24. *& seqq.* vbi habetur quando possit reductio peti, etiam non facta mentione læsionis.

6 Læsio autem ad hoc vt ex ea concedatur appellatio, seu reductio, non debet esse modica, sed enormis; vt per Crassum *in com. opin. lib.* 1. *cap.* 15. *q.* 8. & per Menoch. *de arbitr. q.* 2. *casu* 73. *lib.* 2. vbi pulchrè in proposito declarat, quæ dicatur ista enormis læsio. vide in proposito *in q.* 44 *cap.* 2. *num.* 8. vbi quòd arbiter cum quibusuis amplissimis clausulis non potest præiudicare vltra sextam partem, de qua etiam dixi aliquid *in num.* 34. vide *in num.* 38.

7 Amplia I. supradictam regulam, quòd videlicet à sententia arbitri stante enormi læsione concedatur reductio pluribus modis, & primò vt procedat etiam non obstante iuramento. Maran. *vbi suprà.* Crass. *in commun. opin. vbi suprà*, & hanc opinionem sequuntur omnes Doctores allegandi *in seqq. ampliationibus*, quos videas, & faciunt generaliter tradita *in*

num. 24. vbi quòd tota est cautela, & partes omnia in compromisso donent arbitris, & postea arbitri sententiando, & laudando quæ ipsi velint retrodonent partibus, & sic vides inuentam cautelã ad impediendam petitionem reductionis. Secundò quando aliquo modo constare posset de dolo arbitri, vide *in n.* 32. *& in Repert. contract. quæst.* 48. *n.* 15. *& seqq.* vbi generaliora, & quando enormissimæ læsioni renuntiari possit, vide *in n.* 32. 33. 34. *&* 35. In materia adde Lancellott. *de attent. cap.* 16. *n.* 41. *& seqq.* vbi secundum Angel. *in cons.* 172. concludit quòd simplex renuntiatio facta per partes reductioni non detrahit, nec impedit quin peti possit reductio in duobus casibus, quando est illatum grandius grauamen, & adest enormis læsio.

24 Pro magis perfecta resolutione huius quæstionis particulariter in dubium reuoco, An exequutio laudi impediatur per petitam reductionem ad arbitrium boni viri, in quo præter ea, quæ sparsim in antecedentibus numeris tradita sunt, vide Lancell. *de attent.* 2. *part. c.* 16. *per totam*, vbi præter infrà posita latè ponit etiam, an, & quando reductione ad arbitrium boni viri pendente reuocentur attentata, præsertim *n.* 52. *vers. videtur tamen, & seqq.* & quidem dico quod regulariter exequutio impeditur per reductionem ad arbitrium boni viri, secundùm veriorem, æquiorem, & magis communem opinionem, quam tenet, & confutatis aliis opinionibus, quas recitat, defendit Lancell. *d. cap.* 16. *num.* 1. *& seqq. vsque ad n.* 25. tu verò vide *in num.* 39. *&* 40.

25 Amplia I. supradictam resolutionem, vt exequutio impediatur per reductionem huiusmodi, & quòd instans pro exequutione vellet dare cautionem de restituendo in euentum succumbentiæ. Lancellott. *de attent. cap.* 16. *n.* 10. licet aliqui *ibi* per eum relati *n.* 7. *& seq.* contrarium dixerint.

26 Amplia II. vt reductio ad arbitrium boni viri impediat exequutionem, etiam quòd requirat altiorem indaginem, nec possit breui tempore expediri. Lancellott. *d. cap.* 16. *num.* 10. licèt aliqui *ibi* per eum relati *num.* 8. contrarium dixerint. hæc ampliatio procedit quando partes non renuntiarunt reductioni; si verò partes renuntiarunt reductioni, tunc exequutio per reductionem non impeditur quando requireret altiorem indaginem, vt dicetur infra *num.* 40.

27 Amplia III. vt reductio impediat exequutionem laudi, etiam quòd in compromisso sit apposita pœna. Lancellott. *de attent. cap.* 16. *n.* 35. *& seqq.* vbi tamen dicit quod licet isto casu impediatur exequutio quo ad contenta in laudo, non sic retardatur solutio pœnæ conuentionalis. Ad quæ vide aliquid suprà *n.* 2. *&* 5. & in materia pœnæ conuentionalis *quæst.* 99. *num.* 14.

28 Limita I. eandem conclusionem non procedere quando partes expresse conuenissent, vt non obstante reductione laudum exequi debeat. nam tunc exequutionem non impediri, traditur per Lancellott. *d. c.* 16. *n.* 33. *& seq.* sed quid si partes simpliciter renuntiarunt reductioni, dixi suprà *n.* 11. *& n.* 23. meliùs *in n* 40.

29 Limita II. quando adesset statutum quo mandaretur lauda habere exequutionem paratam. nam tunc per reductionem exequutio non impeditur, vt per Lancellott. *d. cap.* 16. *n.* 37. *& seqq.* licèt nonnulli *ibi* per eum relati contrarium dixerint (quod tamen declarat procedere quãdo talis causa reductionis requireret longum tractatum, & altiorẽ indaginem) vnde secus si incontinenti, vel infra breue tempus, puta infra duos menses, vigore alterius statuti esset terminanda. nam tunc non obstante supradicto statuto exequutio impeditur, vt *ibi* per eum. quando enim statutum in laudis tollit reductionem, & recursum, non impedit exequutionem reductio concessa, quando requireret altiorem indaginem; secus si incontinenti de grauamine, & læsione offertur probatio, vt dicetur *num.* 40. qui adhuc subdit quòd etiam isto casu statuti volentis lauda habere exequutionem paratam, licèt exequutio non retardetur, debet tamen per eum qui instat pro exequutione, dari cautio de restituendo in euentum succumbentiæ. vbi enim reductio operatur effectum dissolutiuum, & non suspensiuum, semper debet dari supradicta cautio, vt *in decis. Lucen.* 27. *num.* 46. *par.* 1. & sic colligitur quòd etiam stante supradicto statuto potest peti reductio quæ operatur effectum deuolutiuum, licèt non suspensiuum. Ad quæ faciunt supradicta de statuto prohibente reductionem *n.* 12. quæ cõclusio cùm locum habeat quando statutum simpliciter mandat lauda fore exequenda, multo magis procedet, & exequutio non retardabitur per reductionem positam, quando statutum expresse mandaret lauda fore exequenda, etiam parte reclamante, vt per Lancell. *de attent. d. cap.* 16. *n.* 51. An autem exequutio impediatur stante statuto simpliciter prohibente reductionem, & recursum, vide *in n.* 40.

30 Limita III. vt supradicta conclusio procedat quando reductio sit petita ante petitam exequutionem, vnde secus si post petitam exequutionem, quia tunc dictã exequutionem non impediri traditur per Imol. *cons.* 130. in casu præmisso *col.* 2. *sub n.* 7. quem referendo sequitur Lancell. *d. c.* 16. *n.* 46. *& seqq.* vbi ampliùs dicit quòd si reductio sit petita eodem die, quo fuit facta, vel petita exequutio, adhuc illam non impediet. ad quod faciunt infrà in simili tradita de restitutione in integrum, *q.* 48. *n.* 39. & de nullitate, *q.* 50 *n.* 19.

31 Limita IV. in reductione calumniosè petita, quæ exequutionem non impedit, vt per Lancell. *d. cap.* 16. *num.* 52. & faciunt infra tradita *quæst.* 48. *n.* 31. *& seqq. & quæst.* 50. *num.* 31.

32 Addendo iam traditis suprà *num.* 11. *&* 23. scias quòd quando laudum est latum ob dolum arbitri, puta quia corruptus, tunc datur ab ea appellatio, etiam quòd sit renuntiatum specialiter enormissimæ læsioni, vt per Ceph. *cons.* 122. *n.* 8. *& seqq. vol.* 1. Rodoan. *de reb. Eccles. pag.* 482. *num.* 4.

33 Pro declaratione eorum, quæ suprà tradita sunt *n.* 11. *&* 23. Quæro iterum, an si expresè partes renuntiarunt reductioni, & recursui, possint tamen illum petere, non obstante huiusmodi renuntiatione, quando adest enormis, vel enormissima læsio?

Distinguas duos casus principales. Primus est quando partes in renuntiationibus nullam fecerunt mentionem enormis, vel enormissimæ læsionis; & tunc quòd non obstante quacumque renuntiatione facta per partes reductioni, & recursui, non censeatur renuntiatum enormi, vel enormissimæ læsioni, & consequenter posse reductionem isto casu peti, omnes conueniunt, prout præter suprà allegatos *n.* 11. *&* 23. plenè traditur *in decis. Rota Lucen.* 27. *num.* 1. *& seqq. pluribus, parte* 1. sed an isto casu impediatur exequutio, vide *in n.* 40. adde pro hac conclusione Rodoan. *de reb. Eccles. pag.* 482. *num.* 4. *& seq.*

34 Secundus est casus quando expresè renuntiatum est enormissimæ læsioni, & promissum specialiter ea non obstante reductionem non petere. Et isto casu, an possit peti reductio, duæ reperiuntur opiniones. Prima est opinio quòd adhuc possit reductio peti, quam videtur tenere Neuiz. & Sarmien. suprà per nos allegati *n.* 11. & Anchar. suprà alleg. *n.* 13. *& quæst.* 11. *n.* 13. *&* 14. 2. *p.* Vbi quòd isto casu renuntiatio enormissimæ læsionis præsumitur potius apposita de Notariorum stylo, quàm de consensu partium; *& q.* 35. *n.* 7. *par.* 2. vbi quòd datur reductio etiam quòd sit promissum non appellare, si laudum sit iniquum, traditur etiam *in decis. Rota Lucen.* 27. *n.* 6. *& plurib. seqq. parte* 1. vbi expresè concluditur talem reductionem

 posse

posse peti, etiam quòd fuerit renuntiatum læsioni, ac etiam quod arbitris fuerit data licentia lædendi in magna, vel maxima quantitate vide *in quæst.49.cap.2. n.8.* vbi posui in qua parte possint arbitri lædere partes, ac etiam quid possint vni dare, & alteri auferre. ad idem Roland. *de reb. Eccles. pag.* 483.*n.*6. ac etiam pronuntiandi de facto. de huiusmodi clausula de facto, vide infrà *quæst.* 44.*cap.*1.*n.*36. & *ibidem n.*15. dicitur quòd communis opinio, & practica ita se habet quòd per nullam renuntiationem possit prohiberi reductio ad arbitrium boni viri. Et quòd quæcumque verba generalia in compromissis videantur prolata sub confidentia discretionis arbitrorum, ad captandam eorum beneuolentiam, & non ad alium finem, & pro hac opinione faciunt generaliter tradita suprà *num.*4. vbi quòd nulla potest excogitari cautela ad impediendam huiusmodi reductionem. & an isto casu impedienda exequutio, vide *in n.*40. & in materia aduerte quòd renuntians læsioni non censetur renuntiare enormi læsioni. Item renuntians enormi, non censetur renuntiare enormissimæ. Item renuntians enormissimæ, non censetur renuntiare læsioni in totum, vt dixi *in Repert. contract. quæst.*48.*num.*16.

35 Contrariam opinionem quòd videlicet non possit peti reductio quando est specialiter renunciatum enormissimæ læsioni, tenet Cephal. *supr.* alleg *num.*11. videlicet *in cons.*121. *vol.*1.

36 Adde in materia quòd potest peti reductio à laudo, etiam quòd ante eius probationem fuerit per partes emologatum, vt *in decis. Rotæ Lucen.*27.*num.*1. *&* 6. 1. *part.* geminatus enim consensus reductionem non impedit, vt *ibidem num* 8. De emologatione laudi vide aliquid suprà *num.* 10.

37 Dixi suprà *num.* 4. nullam reperiri cautelam, qua possit impediri recursus à laudo, &c. ad quod vide Cæpol. *caut.* 109. *ver. difficile est.* vbi tamen dat aliquas cautelas ad impediendam huiusmodi reductionem, & Ferratum *casu* 8. vbi dat tres alias cautelas, quæ tamen omnes cautelæ stante enormissima læsione sunt vanæ, vt *in decis. Rotæ Lucen.* 27.*num.*23. *& seq. parte* 1.

38 Ad ea quæ suprà tradita sunt *n.*6. *&* 7. adde Rotam Lucen. *decis.* 27. *n.* 33. *& seqq.* vbi quòd læsio in sexta parte dicitur enormissima ad hoc vt petatur reductio ad arbitrium boni viri, & *ibi* concordantes allegat, quia arbiter cum quibusuis amplissimis clausulis non potest lædere vltra sextam partem, vt per Suarez *in com. opin. litt. A. n.* 241. dixi *in quæst.* 44. *cap.*2.*n.*8. Ad quod vide etiam *in Repert. contract. quæst.* 48. *n.* 3. vbi etiam habetur, an læsio in sexta parte dicatur enormis. Aduerte tamen quòd Ioseph. Ludouic. *in d. decis.* 27.*n.*34. *& seq.* 1. *parte*, dicit quòd etiam, & magis communis opinio est isto casu remitti iudicis arbitrio quæ in proposito dicatur læsio enormissima. & hanc secundam magis communem opinionem sibi magis placere dicit. ad quod faciunt similiter tradita *in Repert. contract. d. quæst.*48.*n.*2. & propterea infertur *in d. decis.* 27.*n.*36. aliquando læsionem dici enormissimam in proposito infra sextam partē, quando ageretur inter pauperes. & *ibid. n.*38. dicit quòd multo magis dicetur læsio enormissima si erit vltra dimidiam, de quo dixi etiam aliquid suprà *n.*10. & multo magis dicitur læsus enormissimè, si in totum læditur, vt *ibid. d. n.*38. *vers. quando postea*, &c. Ad hanc materiam vide omnino Roduan. *de reb. Eccles. pag.*483.*num.*7. *& seqq. vsque ad numerum* 19. & generaliter tradita *in Repert. contract. quæst.*48.*num.*1. *& seqq.*

39 Pro faciliori declaratione eorum quæ suprà tradita sunt *num.*24. *& seqq.* iterum in dubium reuoco, An, & quando reductio impediat exequutionem laudi? Ad quod meliùs respondendo, ac specialiùs distinguendo, quam fecerit Lancell. *supra* alleg. *n.*24. qui generaliter loquitur, dicas quòd si sumus in casu in quo reductio non est prohibita à statuto, nec illi partes in compromisso renunciarunt, tunc dubium non est, quòd si requirat altiorem indaginem, semper exequutio impeditur; sicut impediretur per appellationem sententia diffinitiua. Imò non solùm isto casu concessa reductione, & petita, sed nec etiam pendente termino reductionem petendi, laudum exequi potest. ita traditur *in decis. Rotæ Lucen.* 17.*n* 40. *& seqq.* 1. *part* & in hoc primo casu procedunt, iudicio meo, suprà tradita per Lancellottum *num.*24.25.26. *&* 27.

Si verò sumus in casu, in quo statutum tollit appellationem, & recursum à laudo, vel dicto recursui fuerit per partes renuntiatum, tunc licèt non obstante tali statuto, & renuntiatione reductio concedatur, vt dixi suprà *num.*11. *&* 12. tamen non impeditur isto casu exequutio, nisi de læsione, & grauamine in continenti ex actis, vel notoria offeratur probatio. si enim altiorem requireret indaginem, tunc exequutio non impediretur, vt *in d. decis. Lucen.* 27.*n.*43. *& seqq.* vbi respondendo ad contraria, & distinguendo, concordat opiniones contrarias, & cum hac distinctione cōcordant suprà tradita *sub n.*29 vbi de statuto volente lauda esse exequenda. & ita intelligas etiam suprà tradita *n.*26. Incontinenti autem dicitur de grauamine, & læsione constare, quando ex actis colligitur, puta si laudum esset latum ab eo, qui non est arbiter, vel si laudum esset latum vltra contenta in compromisso, vel extra instantiam. his enim, & similibus casibus dicitur incontinenti de grauamine, & læsione constare. quia de ea ex eisdem actis. vt per Ioseph Ludou. *d. decis.* 27.*n.*53. *& seqq.* vbi *num.*59. per hoc reprehendit Paris. *in cons.* 45.*n* 94. *lib.*1. dicentem posse doceri de enormissima læsione, etiam ex nouiter deductis. 40

Statuto disponente quòd à sententia arbitri non possit appellari, supplicari, nec de nullitate agi, nec aliquo modo excipi, non per hoc censetur prohibita restitutio in integrum. Roland. *in cons.* 68. *num.* 33. *vol.*3. faciunt generaliter tradita *in fin. quæst.*19.*num.*21. 41

QVÆSTIO XVIII.

Appellare vtrùm liceat à sententia lata in possessorio.

SVMMARIVM.

1. *Materia generalis.*
2. *Appellare non licet in iudicio possessorio.*
3. *Quid in aliis interdictis adipiscenda, retinenda.*
4. *Quæ sint iudicia momentanea possessionis.*
5. *Quid in interdicto* vnde vi.
6. *Quid in condictione indebiti.*
7. *Quid in actione triticaria.*
8. *Quid quando locator agit contra conductorem.*
9. *Quid in remedio* l. final. C. de acquir. possess.
10. *Quid in remedio* l fin. C. de edict. diu. Adr.
11. *Quid in remedio possessorio inducto à statuto.*
12. *Quid in spolio attentatorum.*
13. *Quid quando agitur de possessione rerum incorporalium.*
14. *Quid in interdicto de aqua quotidiana, & æstiua.*
15. *Quid ab inordinato processu.*
16. *Vel quando peruertitur ordo causa ad causam.*
17. *Quid si iudex admittit exceptionem dominij, quam non debeat admittere.*
18. *Quid si iudex pronunciat prius super petitorio, quàm super possessorio.*
19. *Quid si actor non probauit nisi vnum extremum, & num.* 20.

21. *Quid*

21. *Quid in sententia notoriè iniusta.*
22. *Quid si appellationis causa est in promptu, & num.* 23.
24. *Quid à sententia interloquutoria, & n.* 25.26.27.
28. *An concedatur restitutio in integrum, & num. seqq.*
33. *An possit dici de nullitate, & num. seqq.*
39. *Quid ratione mixturæ, & pluribus seqq. & num.* 40. *vbi quot modis dicatur possessorium mixtum, & quid si in libello cumulatur petitorium, d.n.* 40. *& quæ sint iudicia mixtæ naturæ, n.* 41. *& mixtum inducatur per reconuentionem, n.* 42. *& an per exceptiones de proprietate, n.* 43. *& pluribus seqq. & quid si opponatur exceptio præscriptionis, n.* 44. *& quid si iudex in sententia non faciat mentionem de exceptione proprietatis, n.* 46.47. *vbi quòd mixtura cognoscitur ex verbis dispositiuis sententiæ, & non ex narratiuis. & quid si non principaliter, sed incidenter de proprietate tractetur, num.* 52. *& seq. & quid si actor suspendat petitorium, & agat solùm ad possessionem, num.* 54. *&* 55. *vbi quòd mixtura inducitur etiam ex probationibus. & quando inducatur ex titulo, num.* 56.
57. *Appellare an liceat quando agitur super hæreditate.*
58. *Quid in remedio legis* si quis in tantam. C. vnde vi.
59. *Quid si in sententia adest complicitas causarum.*
60. *Quid si iudex pronunciat super possessorio, & nullitate, & num.* 61.
62. *Quid si pronuntiatur talem immittendum quia hæres, vel dominus.*
An per adiectionem causæ in sententia, causa efficiatur appellabilis, ibid.
63. *Quando in sententia adest complicitas causarum separabilium, an in totum detur appellatio, vel in parte.*
64. *Quid ratione fructuum, expensarum, & interesse, & num. seqq.*
70. *Quid si à iudice admittatur appellatio, & n.* 71.71.
73. *Quid ratione excessus, & num.* 74 75.76.
77. *Quid si damnum illatum per sententiam sit irreparabile, & num.* 78.79.80.
81. *Quid si agatur de possessione herbarum, nemorum, aquarum, & similium præter vniuersitates.*
82. *Quid si possidens facit in re possessa melioramenta.*
83. *Quid si agatur de possessione alicuius castri, seu fortilicij, & num.* 84.
85. *Quid si sententia fertur ratione caducitatis, & n.* 86.87.
88. *Quid de supplicatione, recursu, seu querela.*
89. *Quid de iure canonico, & num.* 90.91.
92. *Quid in remedio canonis reintegrandæ, & n.* 93.94.95.
96. *Quid in sententia lata per dolum iudicis.*
97. *Quid in sententia lata ad fauorem rei, & num. seqq.*
100. *Quid si possessio prouenit ex contractu.*
101. *Quid in possessorio iuris.*
102. *Quid in possessorio iurisdictionis.*
vel alicuius castri, num. 103.
vel feudi, num. 104.
vel in fauorem primogeniti, num. 105.
vel quando agitur de aliquo officio, num. 106.
vel census, num. 107.
108. l. 1. C. si de mom. poss. *an sit odiosa.*
109. *Exequutio non impeditur per appellationem in iudicio possessorio.*
Appellare an liceat in possessorio quo ad effectum deuolutiuum, ibid.
Appellatio quando isto casu operetur officium suspensiuum, ibid.
110. *Iudex num statim possit exequi suam sententiam.*
Pendente tempore ad appellandum, an sententia exequi possit, ibid.
111. *Attentata pendente appellatione quomodo reuocentur.*
112. *Causa semel appellabilis semper sit appellabilis.*
113. *Causa grauaminis an sit exprimenda in appellatione à sententia possessorij, & num. seqq.*
117. *Appellare an liceat in possessorio summariissimo.*
118. *Appellatio an sit admittenda quis cognoscere debeat.*
119. *Ægidiana an tollat appellationem in casibus à iure permissis.*
110. *Ægidiana an tollat effectum deuolutiuum.*
121. *Ægidiana an sit producenda.*
122. *Ægidiana an sit fauorabilis.*
123. *Ægidiana an habeat locum in terris mediatè Ecclesiæ subiectis, & an comprehendat forenses litigantes in Rota.*
114. *Appellare an liceat colono, seu alio detentatori.*

HÆc quæstio potius tractatum, quàm quæ- 1
stionem exigeret, quia satis amplam habet materiam. Ideo si plures præter infrascriptas cupis videre ampliationes, & limitationes, recurras ad Contard. *in l.* 1 *C. si de mom possess.* quem non potui totum percurrere, variis negotiis impeditus. Virgin. Boccac. *in Ægidiana.* Achill. Personal. *in suo tract. de interdict. retinen. & adipisc. poss.* qui diffusissimè ponunt materiam, & præter hos videas etiam Maran. *in spec. in* 2. *actu vltime par. n.* 294. *& seqq. pag.* 196. *& pag.* 197. *num.* 301. *& seqq. & pag.* 61. *n.* 44. Vestr: *in pract. lib.* 7. *pag.* 153. *& seqq.* Rip. post alios *in l.* 4. *§. condemnatum, ff. de re iud.* Grat. *resp. vlt.* 2. *par.* Couarr. *pract. quæst. cap.* 23. *num.* 7. *decis. Bonon.* 17. *& decis.* 79. Cotta *in memor. pag.* 40. *ver. appellare non licet.* Villalob. *A. n.* 131. Duen. *reg.* 44. Paris. *cons.* 108. *num.* 20. *car.* 177. *vol.* 1. Roland. *cons.* 77. *vol.* 2. Menoch. *de recup. possess. pag.* 154. *num.* 319. *& seqq. & pag.* 306. *num.* 640. *& seqq.* vbi loquitur in materia *reintegrandæ,* de quo vide infrà *num.* 91. *decis. Pedem.* 131. *num.* 3.

Regula firmanda, est negatiua, quòd videlicet à 2
sententia lata super possessorio appellare non licet, ita præter alios post longam disputationem concluditur *in decis. Pedem.* 25. *n.* 1. *& seqq.* quam *ibi sub num.* 5. dicit magis communem, & propterea est textus expressus *in l.* 1. *C. si de mom. poss.*

Quæ regula nulli dubium quòd habet locum in 3
omni interdicto adipiscendæ, recuperãdæ & retinendæ, cùm sint iudicia momentaneæ possessionis. gl. *in d. l.* 1. *super ver. moment.* Caputaq *decis.* 127. *lib.* 1. cum aliis, de quibus per Contard. *in d. l.* 1. *in ampliat. seu quasi, n.* 3. *& seqq. & n.* 34. *& seqq.* vbi in proposita enume-
ratione declarat quæ sint iudicia momentaneæ pos- 4
sessionis. sequitur Lancellott. *de attent. cap.* 12. *limit.* 25. *num.* 10. vbi inter alios allegat Caput. *decis.* 222. *incip. Ægidiana, lib.* 1.

Hinc est quòd nec etiam licet appellare in inter- 5
dicto *vnde vi,* cùm sit momentaneæ possessionis. Peregr. *decis.* 201. *in fine.* Contard. *in d. l.* 1. *in ampliat. seu quasi, num.* 8. *& seqq.* quod limita, nisi in tali interdicto ageretur ad pœnam, vt infrà dicemus in materia *l. si quis in tantam, num.* 58.

Hinc etiam est quòd in condictione indebiti non 6
datur appellatio, quia dicitur iudicium possessorium, quando videlicet agitur ad recuperandã possessionem rei quæ non erat tradentis, vel quando agitur ad recuperationem possessionis translatæ ex contractu nullo. his enim casibus dicitur agi de possessione, & ideo appellatio non admittitur. Contard. *in ampliat. seu quasi, num.* 36. *& seqq.* vbi respondet ad contraria.

Hinc quoque est quòd in actione triticaria, quan- 7
do puta agitur contra eum, qui codicem alienum mihi subtraxit, quem bona fide possidebam, ad effectum vt illius possessio mihi restituatur, similiter cùm tale iudicium sit possessorium, non admittitur appellatio. Contard. *in ampl. seu quasi, n.* 66. *& seqq.* vbi id limitat non procedere quando reus referret quæstionem dominij, & sic super dominio pronuntiaretur, quia tunc daretur appellatio, vt *ibi* per eum.

Hinc

8 Hinc etiam est quòd quando locator agit contra conductorem ad restitutionem possessionis rei locatæ, ex remedio *l si quis conductionis, C. locat.* non datur appellatio, cùm sit possessorium momentaneum, vt suo loco diximus.

9 Hinc etiam est quòd in remedio *l. fin. C. de acquir. possess.* quod est momentaneum, non datur appellatio, ex Contard. *in amplias. seu quasi, num.* 82. *& seqq.* vbi alia ad materiam.

10 Hinc etiam est quòd in remedio *l. fin. C. de edict. diu. Adr. toll.* vt suo loco dixi, non datur appellatio.

11 Hinc etiam est quòd si à statuto inducitur aliquod remedium possessorium, similiter in eo non dabitur appellatio, ex Contard. *in ampl. seu quasi, n.* 130. *& seqq.*

12 Hinc etiam est quòd in iudicio spolij attentatorum non datur appellatio, vt dixi in materia attentatorum.

13 Hinc etiam est quòd quando tractatur de possessione rerum incorporalium, similiter non datur appellatio, vt per Contard. *in amplias. seu quasi, num.* 140. *& seqq.*

14 Hinc etiam est quòd non licet appellare à sententia lata super interdicto de aqua quotidiana, & æstiua. quia tale interdictum nullam habet admixtam causam proprietatis. Contard. *in tit. de Ægid q.* 5.

15 Limita supradictam regulam pluribus modis, & I. non procedere quando in iudicio possessorio peruertitur ordo causæ ad causam, quia tunc ab inordinato processu datur appellatio, vt per Contard. *in d. l. 1. C. si de mom possess. in* 18. *limit. num.* 1. *& seqq* Menoch. *in l final num.* 808. *C. de edict. diui Adr. tollen.* & an isto casu pendente tempore ad appellandum possit aliquid innouari, videlicet in materia appellandi, termino durante ad aliquid innouandum, &c.

16 Exempla autem huius limitationis, & sic quando dicas peruerti ordinem causæ ad causam, plura traduntur per Contard. *d. 18. limit. n.* 13. *& seqq.*

17 Et inter alia illud potest poni exemplum, quando
iudex admittit exceptionem dominij in casu, in quo
non debebat admittere, & sic quando pronuntiauit
18 prius super petitorio, quàm super possessorio, tunc
enim licet appellare. Contard. *d. 1. limitat. n.* 1. *& seqq.*
vbi videas.

19 Exemplum aliud est, quando actor qui duo extrema probare debet, non probauit nisi vnum, tunc enim reo licebit appellare à sententia contra ipsum lata. Contard. *ibidem n* 6. *& seqq.* vbi videas.

20 Declara prædicta procedere si pars opponit aliàs parte non opponente, ista ordinis peruersio non reddit sententiam iniquam, & per consequens non admittetur appellatio, vt *ibidem* per Contard. *num.* 11.

21 Limita II. quando sententia lata super possessorio, est euidenter & notoriè iniusta, tunc datur appellatio, vt per Contard. *in* 11. *limitat. decis Pedemont.* 25. *n.* 13. *&* 22. vbi quòd quando ex eis dicta sententia est notoriè iniqua, tunc per appellationem etiam in iudicio possessorio impeditur exequutio. Quando autem sententia dicatur notoriè iniqua, vide in alio loco, videlicet, sententia notoriè iniusta, &c. & quòd isto casu appellatio operetur effectum suspensiuum, traditur per Menoch. *in l. final. num.* 840. *& seqq.* 850. *& seqq.* 874. *& seq. C. de edict. diu. Adr. tollen.* Vide in proposito tradita *quæst.* 19. *num.* 24. *&* 45. & quòd propterea attentata huiusmodi appellatione pendente veniant reuocanda, tradit Lancell. *de attent. cap.* 12. *limit.* 25. *n.* 15.

22 Limita III. quando appellatur à sententia lata super possessorio, si appellationis causam appellans in continenti iustificet, & sic quando appellationis causa est in promptu, tunc appellatio conceditur, vt per Contard *in* 12. *limit. dec. Pedem.* 25. *n.* 13 *&* 22. vbi quòd isto casu appellatio operatur etiam effectum suspensiuum.

Sed quando in continenti dicatur iustificari causa appellationis, vide in materia incontinenti, &c. & in proposito dicas quòd statur iudicis arbitrio, vt per Contard. *d.* 12 *limitat. num.* 7. 11. *& seqq. & num.* 14. vbi quòd si ex actis euidens nullitas, aut iniquitas resultat, tunc appellationis causa dicitur esse in proposito, & idem traditur *d. decis. Pedem.* 28. *num.* 13. *&* 22. Vide eundem Contard. *d.* 12 *limit. num.* 15. vbi quòd dicitur isto casu sufficere iustificare causam grauaminis infra tres dies, *& n.* 16. *& seqq.* vbi aliqua alia in materia. 23

Limita IV. quia licèt à diffinitiua non detur appellatio in iudicio possessorio, benè tamen datur ab interloquutoria, puta à quocumque grauamine illato ante diffinitiuam, puta si pronuntietur libellum non procedere, vel exceptionem obstare, vel non obstare. Contard. *in d. l. 1. C. si de mom possess. in* 5. *limit. num.* 1. *& seqq* & faciunt in proposito superiùs generaliter tradita in materia, appellare quando liceat ab interloquutoria, &c. adde pro hac limitatione *decis. Pedemont.* 25. *num.* 13. *in fine*, vbi exemplificat in reiectione probationum, vel admissione testium admittendorum, & similia. 24

Sublimita I. hanc limitationem vt non procedat 25
quando præiudicium quod infertur per sententiam interloquutoriam in possessorio potest reparari per iudicium petitorium; quia tunc qua ratione non potest appellari à diffinitiua, eadem ratione, & fortiori, non datur appellatio ab interloquutoria. Contard *d. 5. limit. num* 4. *& seqq.* sed quando isto casu præiudicatum dicatur reparabile, vel non reparabile per sententiam diffinitiuam, vide in materia suprà, appellare quando liceat ab interloquutoria, &c. videlicet *quæst.* 16. *num* 3. *& seqq.* vide *in num.* 27.

Sublimita II. vt non procedat quando senten- 26
tia interloquutoria tangeret negotium principale, & sic iudicium possessorium, quia tunc qua ratione non licet appellare à sententia diffinitiua, minus licebit ab interloquutoria tangente negotium principale. Contard *d. 5. limit. num.* 7. *& seqq.* sed quando interloquutoria dicatur tangere, vel non tangere negotium principale, dixi suprà *q.* 16. *n.* 3. *& seqq.*

Sublimita III. in casu in quo non est interdicta ap- 27
pellatio in iudicio possessorio, de quibus infrà dicetur in limitationibus huius regulæ, quia tunc ab interloquutoria in eo iudicio lata non datur appellatio, cùm damnum per eam illatum possit per appellationem à diffinitiua resarciri, & sic supradicta conclusio non procedit nisi in casu, in quo interloquutoria fertur super possessorio, à quo non datur appellatio. Contard. *d. 5. limit. n.* 12. & faciunt suprà tradita *n.* 27.

Limita V. quia licèt denegetur appellatio à sen-
tentia lata super possessorio, non tamen denegatur 28
restitutio in integrum, secundùm receptam ab omnibus opinionem, de qua per Contard. *in* 8. *limit. n.* 1. *& seqq. & n.* 10. *&* 13. Menoch. *in l. final. n.* 906. *& seqq. C. de edict. diu. Adr. toll.*

Sed an hæc restitutio concedatur in iudicio pos-
sessorio summarissimo, dixi in materia interdicti *vti* 29
possidetis.

Et ad obtinendum hanc restitutionem, an & quo- 30
modo, & quæ læsio probari debeat, Contard. *ibid. n.* 23. *& seqq.* & dixi in materia restitutionis in integrum.

Aduerte tamen quòd regulariter in possessorio 31
spolij non datur appellatio ab eius sententia, nec etiam restitutio in integrum. Put. *decis.* 17. *de restit. in integrum* Contard. 8. *limit. n.* 48. *& seqq.* vbi tamen dicit quòd quando constaret de bono iure petentis restitutionem, & iusta causa petitionis, Rota solet concedere restitutionem etiam in possessorio spolij, vt per Ptolomæum *decis.* 89. & aliàs, de quibus *ibi* per eum.

An

32 An autem, & quando per restitutionem isto casu impediatur exequutio, vide in sua quæstione particulari, videlicet *in quæst.48.n.10.& seqq.* & Menoch.*in d. l.fin.n.96.& seqq.C.de edict.diu. Adr.*&c.

33 Limita VI. quia aduersùs sententiam latam super possessorio dari potest appellatio de nullitate. Contard.*in 7 limit.n.1.& seq.*Menoch.*in l.fin.n.881.& seqq. C.de edict.diu.Adr.tollen.*Anchar.*q.4.n.12.p.2.*

34 Amplia quòd etiam facta exequutione potest dari appellatio de nullitate sententiæ, & exequutionis, & omnia perviam nullitatis retractari. Contard. *d.7. limit.num.*18.

35 Et ideo innouata pendente quæstione nullitatis retractantur ex priuilegio attentatorum, si nullitas deducatur simul cum appellatione; si verò deducatur absque appellatione, tunc non habet locum reuocatio attentatorum, sed expectatur sententia super nullitate, & ea obtenta omnia reuocantur cum restitutione fructuum. Contard. *d.7. limit. num.54.& seq.* vide *in num.seq.*

36 Sublimita I. hanc limitationem quòd nullitas isto casu non impediet exequutionem, nisi deducatur per viam exceptionis, & sit vel euidens ex eisdem, vel incontinentur offeratur probatio, ita colligitur ex traditis per Contard.*d.7. limit. num.30. & seqq. 56. & seqq.* & in materia vide suprà *num. antecedenti*, & tradita in sua materia, videlicet, nullitas quando impediat exequutionem,&c. *quæst.50. n.12.* & Menoch. *in l.fin.n.881.& seqq.C.de edict.diu.Adr.tollen.*

37 Sublimita II. procedere quando principaliter agitur de nullitate, secus si incidenter. Contard. *d.7. limit. n.1.& seqq.* sed quando incidenter, & quando principaliter nullitas dicatur deducta, vide in alio Repertorio *in ind.ver.nullitas.*

38 Sublimita III. quia licèt possit dari appellatio de nullitate talis sententiæ, non tamen potest appellari ab ea, quia nulla, vt crediderunt Menoch.& alij, quos refert & reprobat Contard. *d.7.limit.n.9.& seqq.*

39 Limita VII. quia quando possessorium habet annexam causam proprietatis, tunc ratione mixturæ datur à tali sententia appellatio. Contard. *in 1. limit. in princ.* vbi plures affert rationes,*& num.45.* vbi quòd ratione mixturæ Ægidiana non habet locum, *decis. Pedemon.25. num.10.& seqq.& num. 22.* vbi quòd isto casu appellatio operatur etiam effectum suspensiuum, & *ibi* exemplificat iudicia habentia annexam causam proprietatis. faciunt ad hanc limitationem, quæ infra de complicitate traduntur *in 8.limit.* & ideo isto casu attentata pendente huiusmodi appellatione, tradit Lancellot.*de attent.c.1.limit.25.n.14.*

40 Et in proposito huius limitationis aduertas ad multa: & primò quòd secundùm Bal.*in l incerti,n.12. C. de interd.* iudicium possessorium dicitur quatuor modis, primò per modum cumulationis, quando scilicet actor in libello cumulat petitorium,& possessorium simul. Contard. *in 2.limit.§.4.num.1. & 12.* & faciunt tradita in alio Repertorio *in ind. vers. forma libelli possessory*, &c. & in materia cumulationis actionum; sed quid si mixtum datur in libello, sed non in sententia, an attendatur libellus, vel sententia, vide *infr.n.46.vers.limita secundò,vt tunc demum*,&c.

41 Secundò per modum mixti iudicij, quando scilicet iudicium intentatum de sui natura sapit proprietatem, nec de eo potest tractari, quin de proprietate agatur, & terminetur. Put. *decis. 293. lib.2.* Contard. *d.2.limit.§.4.num.12.& §.7.per tot.* in discursu. vbi ponit plura exempla possessorij mixti ex natura, in quibus per mixturam datur appellatio, prout in interdicto de itinere, actúque priuato, in interdicto de locis sacris, & religiosis, in matrimonio carnali, in spoliato agente ad recuperationem beneficij, & aliis casibus, de quibus *ibi* per eum, in quibus agens possessorio non potest obtinere nisi probet dominium, seu titulum,*& in d.2.limit.§.8.* vbi optimè declarat quando possessorium mixtum naturâ admittat appellationem.

Tertiò iudicium possessorium efficitur mixtum per modum naturæ petitionis, seu reconuentionis. Bald. *in d.l.incerti,n.12. C. de interd.* & ideo si reus conuentus possessorio reconueniat actorem super petitorio, tunc vtrumque iudicium debet terminari eodem processu. Contard.*d.2.limit.§.quinto,n.30.& seq.* 42

Quartò iudicium efficitur mixtum per modum exceptionis, quando scilicet reus possessorio conuentus excipit de dominio, quod incontinenti offert probare, tunc si iudex contra reum pronuntiat, datur appellatio, quia possessorium, est factum mixtum, excipiendo de proprietate, vt per Coorard. *d.2. limit.§.4.n.1.& seqq.& §.6.num.1.& §.5.n.11.* 43

Hinc infertur quòd si per reum opponitur agenti exceptio præscriptionis, in casu, in quo de iure venit admittenda, vt suo loco dixi in materia agendi remedio reintegrandæ, quæ exceptio obstet, & iudex ea omissa pronuntiet contra reum, dicitur per exceptionem factum iudicium mixtum, & ideo dabitur appellatio, secus in casu, in quo de iure non venit talis exceptio admittenda, quia tunc non inducitur excipiendo aliqua mixtura, vt *in seq. num.* & per Contard. *d.2. limit. §. 4. num. 13.& seqq.* vbi alia in materia. 44

Limita hanc conclusionem I.quòd videlicet per exceptionem proprietatis iudiciū possessorium efficitur mixtum, procedere quando reus offert incontinenti super tali exceptione probationem, quia si probatio non offertur in continenti,& sic exceptio dominij esset temeraria, & non admittenda,tunc non inducitur per exceptionem aliqua mixtura. quia non debet esse in potestate rei mutare iudicium actoris. *l.1. §.1.ff. si pars hered. petat.* Contard. *d. 2. limit. §. 4. num. 1. & seqq.* 45

Limita II.vt tunc demum per exceptionem dominij inducatur mixtura appellabilis, dummodo iudex etiam super ea in sententia expressè pronuntiet, quia si de ea non fit mentio in sententia, tunc nulla inducitur per exceptionem mixtura. Contard. *d. 2. limit.§ 5.num.*18.Sed contrarium quòd non sit necesse quòd super ea pronuntietur in sententia, & quòd sufficiat eam tacitè omissam, traditur per eumdem Contard. *d.2.limit.§.6.n.1.& seqq.& §.4.num.1.& seqq.* Pro prima opinione adde eumdem Contard.*d.2.limit. §.quinto,num.12.& seqq.* vbi latè quòd ad iudicandum possessorium mixtum nec ne, ad effectum concedendi, vel non concedendi appellationem, non attenduntur libellus, exceptiones, seu probationes, sed ipsa sententia, & ideo si sententia sit lata solùm super possessorio, & quòd in libello & probationibus sit actum de petitorio, non dabitur tamen appellatio vt *ibi* per eum, quia ad hoc vt iudicium dicatur mixtum, necesse est vt causa petitorij tota finiatur, & tractetur, vt *ibid.* per Contard. *d. §. quinto, num. 18.* Concorda has contrarias opiniones in hunc modum, aut probationes fuerunt plenè receptæ super petitorio deducto in libello, vel in exceptionibus, aut non fuerunt plenè receptæ. Primo casu, quia iudici debatur constare, & liquere de proprietate ante sententiam, si de ea in sententia mentionem non facit, dicitur ipso iure nulla, & succurritur reo, nedum per viam nullitatis, sed etiam appellationis. Secundo verò casu secus.ita colligitur ex traditis per eumdem Contard.*d.§.5. num.21.& seqq* & dicetur infrà *n. 55.* vbi agetur qnando ex probationibus indicatur mixtura, & faciunt pro hac limitatione infrà tradita *n.48.* 46

50.

50.53.55. & 87. & in proposito scias quòd an in sententia sit pronuntiatum super possessorio solùm, vel petitorio, attenduntur verba non narratiua, sed dispositiua, vt per Contard. *d. §.5. in 2. limit. num. 19. & in tit. de Ægidiana, quæst. 7.*

48 Limita III. quòd per exceptionem proprietatis tunc demum inducatur mixtura, & sit locus appellationi, si iudex ea non obstante pronuntiat, vt dixi suprà *num.* 46. super possessorio solùm, quando videlicet talem exceptionem reiicit, ea ratione quòd non sit vera, secus quia non est probata. Primo enim casu datur appellatio, quia in iudicio petitorio illa exceptio non potest ampliùs deduci, & sic infertur victo damnum irreparabile. Secundo verò casu appellatio non admittitur, quia id quod modò non probauit in iudicio possessorio, probabitur in petitorio, vt per Contard. *d. 2. limit. §. 6. n. 4. & seqq.* vbi *n.* 10. dicit quòd si excipienti fuerit datus terminus ad probandum, & nihil probet, tunc quia non potest aliquid amplius probare in petitorio, habetur ac si illa exceptio fuisset reiecta vti non vera, & sic erit locus appellationi, *& num.* 8. vbi quòd ad cognoscendum, an exceptio sit reiecta vti non vera, vel vti non probata, inspiciuntur acta, *& num.* 9. vbi quòd in dubio exceptio præsumitur reiecta, quia non probatur.

49 Limita IV. quia ad hoc vt per exceptionem dominij inducatur mixtura, necesse est vt talis exceptio fuerit in principio opposita, & super ea fuerit facta litis contestatio, puta quando reus dicit, Nego te debere immitti, quia sum dominus, & quòd opposita fuerit per iudicem admissa, aliàs secus. Contard. *d. 2. limit. §. 6. n. 11. & seqq.* vbi exemplificat materiam.

50 Limita V. quia ad hoc vt exceptio dominij opposita faciat ex mixtura caussam appellabilem, necesse est vt super ea fuerit plenè cognitum, & discussum, quia tunc non potest de ea in alio iudicio petitorio tractari. Vnde secus si de ea non fuit cognitum, & discussum. Contard. *d. 2. limit.* §. 6. *num.* 18. & faciunt superiùs tradita *num.* 46. & 48. & infrà *num.* 53. 55. 87. Sed quando dicatur plenè, vel non plenè cognitum, dicetur infrà *num.* 55. vbi agetur de mixtura iudicata ex probationibus.

51 Limita V. vt tunc demum probatio exceptionis dominij reddat possessorium mixtum, si est legitimè facta, secus si nulliter. Contard. *d. 2 limit.* §. 6. *n.* 18. *& seqq. in num.* 35.

52 Limita VI. vt tunc demum causa proprietatis reddat iudicium possessorium mixtum, si de ea principaliter tractetur, secus si incidenter, Contard. *d. 2.*

53 *limit. §. v. per tot.* vbi etiam tradit plures regulas, ad cognoscendum quando incidenter, & quando principaliter agatur super proprietate, *& §. 8. num.* 19. Sed contrarium quòd etiam quòd incidenter tractetur de causa proprietatis, adhuc sit locus mixturæ, & appellationi, traditur per eumdem Contard. *d. 2. limit. in princ. num. 1. & seqq.* Concorda has contrarias opiniones quòd si de dominio, & proprietate plenè cognoscitur, tunc possessorium dicitur mixtum, etiam quòd de petitorio incidenter tractetur, & ita procedat hæc secunda opinio: si verò non plenè, sed summariè cognoscitur, tunc disputatio incidenter orta super proprietate nullam inducit mixturam. Contard. *d. 2. limit. §. 7. num 19. & seqq. & 24 limit. 40. & 41. & quæst. 15. num. 27. & seqq.* & faciunt suprà tradita *num.* 46. 48. 50. 55. & 87. quando autem plenariè, vel summariè dicatur cognitum, vide infrà *n.* 55.

54 Limita VII. hanc materiam mixturæ, quòd licèt, vt suprà dixi, ea inducatur vel ex libello, vel ex natura iudicij, nihilominus si actor omisso, vel suspenso petitorio agat solùm ad restitutionem possessionis, & de proprietate non disputet, tunc mixtura nullam operatur appellationem. faciunt tradita *num.* 86. Contard. *d. 2. limit. §. 3. n. 10. & seqq. & §. 5. n. 14. & §. 9. n. 2. & seqq.* vbi *num.* 2. primò intelligit hoc procedere quando causa proprietatis est diuisibilis à possessione, vt in remedio *l. si quis in tantam.* secus si esset indiuisibilis. quia tunc pars non potest agere ad solam possessionem, nec superaddendo petitorium tollit mixturam naturalem, & indiuisibilem, vt *ibi* per eum.

Et pro complemento huius materiæ scias quòd mixtura inducitur etiam ex probationibus, & ideo si in iudicio possessorio sumantur probationes plenariæ, & sufficientes petitorium tangentes. dico *plenaria*, quia summariæ non sufficiunt, vt dixi suprà *n.* 48. 49 50. & 13. *& num.* 87. tunc à sententia lata in iudicio possessorio, in quo fuit plenè de dominio cognitum, licitum est appellare, secus si summariè. Contard. *d. 2. limit. §. 9. n. 4. & seqq. & quæst. 15. num.* 27. intelligas alio modo vt suprà *n.* 51. Plena autem causæ cognitio dicitur adhibita quando in procedendo fuit seruatus ordo, vel quando probationes sunt plenæ, & quòd testes plenè probant; summaria verò, per quam sola quædam præsumptio inducitur, vt per Contard. *in q. 15. n. 41. vers. vnde in specie.* 55

Item scias quòd possessorium non dicitur mixtum ex eo quòd in eo tractetur de titulo, quia titulus non dicitur causa proprietatis, sed causa possidendi, & ideo non subuertit naturam possessorij. Contard. *d. 2. limit. in princ. num. 6. & seq. §. 1. per tot.* vbi exemplificat plures casus, in quibus disputatio super titulo non subuertit naturam possessorij, *& §. 7. num. 14. & §. 8. num. 19. & omnibus seqq.* in discursu, & in proposito vide Roland. *cons.* 41 *num. 3. & seqq. 16. & seq. vol. 3.* & aduerte quòd prædicta procedunt quando producitur solus titulus causa iustificandi, seu colorandi possessionem, quòd si plenariè super eo probationes recipiantur, tunc ex titulo inducitur causa appellabilis, vt per Contard. *d. 2. limit. § 9 num. 4. & seqq. & quæst. 15. num. 27. & seqq.* & faciunt superiùs tradita *num.* 46. 48. 50. 53. & 55. vbi etiam quando dicantur plenæ probationes receptæ. 56

Item scias quòd quando de hæreditate ac titulo hæreditatis principaliter agitur, ac de possessione incidenter, admittitur appellatio. Contard. *d. 2. limit. §. 20. per tot.* vbi loquitur in casu statuti volentis quòd possessio defuncti continuetur in hæredes, & *num.* 21. intelligit hoc procedere quando controuertitur super hæreditate inter ambas partes, appellásque quæstionem hæreditatis refert; secus si fateretur aduersarium hæredem, quia tunc agitur de sola possessione, & ideo appellatio non admitteretur, vt *ibi* per eum, qui nonnulla ponit in materia. Si verò agitur principaliter de possessione, & incidenter de titulo hæreditatis, tunc appellatio non conceditur. Contard. *d. 2. limitat* §. 1. vbi exemplificat quando principaliter, & quando incidenter agatur de titulo hæreditatis. vide in hac materia *num* 60. 61. 57

Vltimò in materia mixturæ scias quòd in remedio *l. si quis in tantam*, datur appellatio, quia eo casu spolians non solùm condemnatur ad restitutionem possessionis rei inuasæ, sed etiam priuatur eius dominio, vel condemnatur ad eius existimationem, & ideo est mixtum, quia fertur sententia super proprietate. Contard. *d. 2. limit. in princ. n. 8. & seqq. & §. 3. num. 1. & seqq.* vbi de communi. Peregr. *dec.* 201. *in fine.* Et ideo si intentans hoc remedium agat solùm ad possessionem, omissa pœna, tunc non dabitur appellatio. Contard. *d. §. 3. num. 10. & seqq.* & faciunt suprà tradita *num.* 54. in materia quando liceat appellare. de remedio *l. si quis in tantam*, vide Menoch. *de recup. possess. pag 153. n. 316. & seqq. per totam q.* & dixi *in tit. de var. ac diuers. quæst. q. 100. num. 43. in fine, in 12. ampliat.* 58

Limita

59 Limita VIII. quia quando in sententia adsunt duæ causæ, quarum vna recipiat appellationem, alia non, tunc ratione complicitatis à tali sententia datur appellatio. Cresc. decis. 110. Vetall... Cot. 15. Put.
60 tit. de Ægidiana, decis. 7. Contard. in 2. limit. vbi affert plura exempla limitationis, & inter alia latè disputat, an, & quando ratione complicationis detur appellatio à sententia, in qua pariter iudex pronuntiat super possessorio, & super nullitate. Adde pro hac limitatione *decis. Pedem. 25. n. 22.* vbi quòd quando iudex pronuntiat super petitorio, & possessorio simul, tunc appellatio impedit exequutionem. quod declara vt in simili *decis. 47. per tot.*

61 Sed quid si pronuntiat iudex talem immittendum, quia dominus, vel hæres, an per hoc dicatur in sententia declaratus dominus, vel hæres, ita quòd dici possit in sententia causam dominij, & possessionis insimul esse complicatam.

Dicas quòd si in processu est plenè cognitum de illa causa, tunc licèt enumeratiuè prolata, dicitur tamen complicata, quia in sententia verba enunciatiua per modum causæ prolata stant dispositiuè, & sic admittitur appellatio, secus si non fuit de ea in processu plenè cognitum. Contard. *in 24. limit. num. 45. & seqq.* Quando autem dicatur plenè cognitum, vide *supra num. 55.*

62 Et generaliter quòd in possessorio per adiectionem causæ quæ respiciat proprietatem possessoriam efficiatur petitorium, & sic quòd detur appellatio, probatur ex traditis per Contard. *in q. 15. n. 6. 8. & seqq* quod intellige quando de petitorio deducto per modum causæ fuerit plenè cognitum, secus si summariè. Contard. *ibid. num. 22. & seqq.* & quando dicatur plenè, vel summariè cognitum, vide *supra n. 55.*

63 Et in materia aduertas quòd quando complicitas causæ, seu mixtura petitorij, & possessorij, est annexa, tunc nulli dubium quòd ab vtraque causa datur appellatio: sed si causæ sunt separabiles, & capitula separata, tunc tot videntur sententiæ, quot capita, seu causæ, & ideo non est inconueniens quòd à causa respiciente proprietatem detur appellatio, secus à causa respiciente possessionem, & ita alias videtur decisum per DD. d. Rota, teste Contardo *in 1. limit. num. 31.* Sed contrarium videtur decisum per eosdem Doctores, teste eodem Contard. *in 24. limit. n. 20.* quòd videlicet etiam quòd causæ recipiant separationem, adhuc ab vtraque detur appellatio, vide quæ in simili traduntur *in seq. limit.* de quo etiam suprà *num. 59. & 60.*

Limita IX. quando in sententia in qua quis con-
64 demnatur nedum ad possessionem rei, sed etiam fructuum, seu expensarum tunc enim datur à tali sententia appellatio, quia per condemnationem fructuum & expensarum infertur irreparabile damnum in iudicio petitorio. Salic. *in l. 1. ad fin. C. si de mom. poss.*

65 Sublimita hanc limitationem procedere, vt detur videlicet appellatio solùm respectu fructuum, seu expensarum; secus quoad possessionem, quia quoad illam non retardatur exequutio, nec datur appellatio, sed dantur refutatorij, vt per Contard. *in 1. limit. n. 22. & seqq.* ex Crescen. *decis. 120. & decis. 149. lib. diuersorum.* cum aliis decisionibus, de quibus *ibi* per eum. Menoch. *in l. final. num. 869. & seqq. C. de edict. diu. Adr.* &c.

66 Intellige, hanc sublimitationem procedere quando fructus petuntur accessoriè, & in consequentiam rei petitiæ, tunc enim inducitur mixtura, & ideo quoad possessionem non datur appellatio. Vnde secus si æquè principaliter fructus petuntur, ac possessio rei, quia tunc ratione complicationis etiam quoad possessionem, datur appellatio. Contard. *d. 1. limitat. num. 46. & seqq.* fructus autem dicuntur æquè principaliter, & non accessoriè petiti, quando cumulantur cum petitione rei, vel quando petuntur fructus promissi per stipulationem, *ibidem num. 46. & seq.* vel quando petuntur fructus ante litem contestatam; sed in hoc vltimo contrarium est verius, quia etiam quòd petantur fructus ante litem contestatam, tamen dicuntur accessoriè, & non principaliter petiti: vt *ibidem num. 53. & seq.* licèt aliqui *ibi* per eum relati contrarium dixerint.

Et in materia scias quòd quando in libello acces- 67
soriè petuntur fructus & expensæ, seu damna, & interesse, tunc si iudex in sententia de illis mentionem non facit, datur quoad istos fructus, expensas, & damna appellatio. Contard. *d. 1. limit. num 9.* si verò petantur fructus debiti inte actionis, tunc si de illis in sententia non fit mentio, datur respectu eorum appellatio, quia possunt in alia instantia peti. Ita videtur ex mente Contard. *ibidem num. 60. & seqq.*

Item generaliter scias quòd quæ suprà dicta sunt 68
de fructibus, & expensis, habent locum etiam in damnis, & interesse. Contard. *d. 1. limit. num. 67. & seqq.*

Item scias quòd appellatio concessa respectu 69
fructuum impedit exequutionem respectu fructuum recollectorum, secus quo ad pendentes. nam in pendentibus fiet exequutio vigore sententiæ latæ in possessorio. Contard. *d. 1. limit. n. 68. & seqq.*

Limita X. quia licèt à sententia lata super pos- 70
sessorio non detur appellatio, si tamen à iudice admittatur, sustinebitur in hac materia, quando scilicet appellatio, quæ aliàs non debet admitti, admissa tamen sustineatur, vide inferentem, ampliantem, & limitantem Lancellott. *de attentat. cap. 12. in 1. limit. num. 58. & pluribus seqq.* & faciunt suprà tradita *quæst. 16. num. 46. & quæst. 19. num. 33.* & tradita in alia quæstione, videlicet quando appellatione pendente, cui iudex detulit, aliquid innouari possit, *quæst. 55. num. 80. & seqq.* vt per Contard. *in 13. limit.* vbi etiam infert ad plura, & si in appellatione non est expressa causa, tunc si iudex illi detulit, omissio causæ non nocet. Contard. *quæst. 1 num 50. & seqq.* In materia huius limitationis vide Menoch. *de recup. possess. pag. 155. num. 331.* vbi facit regulam, & declarat quòd parte non opponente admittitur appellatio à sententia possessorij, traditur *in Breu. pag. 201. vers. 25. in causa.*

Sublimita, hanc limitationem procedere si aduer- 71
sarius non appellauit ab ista admissione appellationis, aliàs secus. Contard. *in d. 13. limit. n. 4. & seq. 13. & seq.* sed an sufficiat sola contradictio partis absque eo quòd appellet ab huiusmodi delatione, vide *ibidem num. 25. & seqq. 40. & seqq.* vbi quòd ista contradictio, seu appellatio à delatione sufficit quòd fiat infra decem dies à tempore delationis.

Sed quid si appellatio fuerit admissa si & inquan- 7
tum, vide in suo loco particulari in materia appellationis admissæ si & inquantum.

Limita XI. quia à sententia lata super possesso- 73
rio licebit appellare si iudex modum excederet, vel in condemnando, vel in exequendo. *l. ab exequutione. C. quorum appellat.* cum aliis, de quibus per Contard. *in 19. limit. n. 1. & seqq.* & faciunt in proposito superiùs tradita *quæst. 16. num. 40.* vbi multa videas in proposito præter infraposita.

Multis autē modis excessus in proposito cōsideratur, 74
de quibus per Contard. *d. 19 limit.* in discursu, & vide omnino *suprà d. q. 16. n. 40.* & inter alios in proposito

modus exçedi, quando Iudex condemnat ad æſtimationem rei, cùm debuiſſet condemnare quanti intereſt poſſidere ſi res reſtituatur. Contard. *d. 19. limit. num.* 12.

75 Sublimita I. hanc limitationem procede dummodo in appellatione Inferatur cauſa exceſſus, & ea quidem rationabilis, quia ſi non exprimatur cauſa, vel exprimatur, ſed irrationabilis, tunc iudex ei non deferr vti per malitiam interpoſitæ, nec exequutionem tardat. Contard. *d. 19. limit. n. 15. & ſeqq.*

76 Sublimita II. quia iſto caſu per appellationem ſuſpenditur ſolùm exequutio quoad id in quo exceditur ſi exprimatur quantitas exceſſus: ſi autem non exprimatur, tunc in totum ſuſpenditur exequutio ratione dubitationis. Contard. *d. 19. limit. n. 32. & ſeqq.*

77 Limita XII. quando grauamen illatum per ſententiam in poſſeſſorio eſſet irreparabile in iudicio petitorio, quia tunc dabitur ab ea appellatio. Contard. *in 1. limit. n. 1. & ſeqq. deciſ. Pedem. 15. n. 22.* vbi quòd iſto caſu appellatio operatùr etiam effectum ſuſpenſiuum, & idem traditur per Menoch. *in l. final. n. 867. & ſeqq. C. de edict. diu. Adr.* &c. ad hanc materiam vide ſuprà tradita *q. 16. n. 4.* & adde quòd quando damnum eſt irreparabile, tunc iudici volenti exequi ſuam ſententiam poſt appellationem poteſt impunè reſiſti, vt dixi *in Repert. crim. verſ. iudici reſiſtens, n. 3.* vbi eſt locus ſuus.

78 Amplia vt idem ſit ſi in parte poſſit reparari, & in parte non, quia ad hoc vt denegetur appellatio, oportet damnum eſſe reparabile in totum. Contard. *d. 1. limit. n 6.*

79 Amplia etiam vt idem ſit ſi damnum ſit difficilis raparationis, quia iſto caſu difficultas, & impoſſibilitas extimantur. Contard. *in 1. limit. n. 7. & ſeqq.* Menoch. *in d. l. fin. n. 866. & ſeq.* Lancellott. *de attent. cap. 11. in 1. limit. num. 97.*

80 Sed quando dicatur damnum eſſe irreparabile, multa exempla præter inſtapoſita videas *ibid.* per Contard. *n. 73. & ſeqq.* & dicas quòd remittitur arbitrio iudicis, vt *ibid. n. 13. & 100.* ex Bal. *in conſ. 151. lib. 1.* vide eundem Contard. *ibi n. 14.* vbi quòd quando id quod eſt probandum, poteſt probari per confeſſionem partium, vel per teſtes præſentes, vel per inſtrumenta, tunc damnum dicitur facilis reparationis dupliciter, primò reſpectu difficultatis probandi in iudicio petitorio: ſecundò reſpectu difficultatis in exequendo ſententiam ferendam in petitorio, vt *ibidem.* in petitorio *d. n. 14.* & damnum tunc dicitur irreparabile, quando continet factum, quod pro infecto haberi poteſt, vt per Lancellott. *c. 12. in 1. limit. n. 96.*

81 Hinc eſt quòd quando ſententia fuit lata inter duas vniuerſitates ſuper poſſeſſorio herbarum, nemorum, aquarum & ſimilium, in quibus vtplurimum propter temporis antiquitatem probationes ſunt difficiles, in iſto, inquam, caſu datur appellatio, vt per Contard *in 2. limit. n. 15. & ſeq.* vbi de magis communi, licèt Couarr. *ibi* per eum allegatus contrarium dixerit.

82 Hinc eſt quòd ſi quis expenſas, & melioramenta fecerit in re aliena, & in poſſeſſorio conuincitur, cùm pro dictis expenſis, & meliotamentis non habeat niſi retentionem, nec alia via ſit ipſi ſuccurſum, & ſic damnum ſit irreparabile in petitorio, dabitur à tali ſententia ſuper poſſeſſorio lata appellatio. Contard. *d. 1. limit. num. 17. & ſeqq.*

83 Hinc eſt quòd ſimiliter conceditur appellatio à ſententia alicuius caſtri, ſeu fortilicij, ita muniti, vt de facili recuperari non poſſit per ſententiam ferendam in petitorio. Contard. *d. 1. limit. n. 79. & ſeqq.* Vnde ſecus ſi caſtrum non eſſet difficilis recuperationis, puta etiam vel quando eſſet ſub Principe ita potenti, vt facilè poſſit mandare exequi ſententiam latam in petitorio: vel ſi actor petat dare fideiuſſorem de reſtituendo in euentum ſuccumbentiæ in petitorio; Iſtis enim caſibus denegatur appellatio, vt *ibidem* per Contard. *n. 83. & ſeqq.* vide *in n. 103. & q. 13. n. 2.* ad materiam, *deciſ. Pedem. 26. n. 6. & 18.*

84 Hinc etiam eſt quòd ſi victor ſit adeò potens, vt probabiliter iudex arbitretur vt exequutione facta in poſſeſſorio poſſeſſionis, recuperatio ſit propter actoris potentiam vel difficilis, vel deſperata, tunc, inquam, non denegabit appellationem. Contard. *d. 1. limit. n. 86. & ſeqq.* vbi in propoſito exemplificat qui dicantur iſti potentiores, de quibus vide aliquid in materia ceſſionis factæ potentiori.

85 Limita XIII. quia appellatio conceditur à ſententia lata in poſſeſſorio, in qua iudex pronuntiat, actorem immittendum eſſe in poſſeſſionem præter caducitates cauſatas culpa rei conuenti. talis enim ſententia non dicitur lata ſuper momentanea poſſeſſione, ſed ſuper caducitate, & ſic eſt priuatiua non ſolùm poſſeſſionis, ſed etiam dominij, & per conſequens mixta. Contard. *in 15. q. n. 1. & ſeqq.*

86 Sublimita non procedere quando ageretur ſolùm ad poſſeſſionem, licèt in libello fuerit facta etiam mentio caducitatis, quia tunc non datur appellatio. Contard. *d. q. 15. n. 2. & ſeqq.* & faciunt ſuprà tradita *num.* 54.

87 Et ideò ſi de caducitate non fuit plenè cognitum, & probatum, non inducitur ex ea mixtura appellabilis, quia poterit deduci poſtea in plenario iudicio petitorij Contard. *q. 15. n 22. & ſeqq* & faciunt ſuperiùs tradita *n.* 46. 48. 50. 53. 55. & quando dicatur plenè, vel non plenè cognitum, vide ſupra *n.* 55.

88 Limita XIV. quia licet à ſententia poſſeſſorij ſit prohibita appellatio, non tamen eſt prohibita ſupplicatio, recurſus, ſeu querela ad Principem. Contard. *in 8. q.* in diſcurſu. Dixi *ad Principem*, quia coram eodem iudice non admittitur ampliùs nec querela, nec ſupplicatio, vt *ibi* per eum, qui reſpondet ad contraria; hæc tamen ſupplicatio exequutionem non impedit, vt *ibid. n.* 41. Cætera, in propoſito huius limitationis videas in alia quæſtione, videlicet appellatione prohibita, an ſit prohibita ſupplicatio, &c. & Rolan. *conſ. 38. n. 10. & ſeqq. vol. 2.*

89 Limita XV. de iure Canonico, ſecundùm quod licitum eſt appellare à ſententia lata in poſſeſſorio, ſecundùm communem, de qua per Contard. *in 3. limit.*

90 Amplia vt de iure Canonico appellatio operetur nedum effectum deuolutiuum, ſed etiam ſuſpēſiuum. Cōtard. *d. 3. limit. n.* 3. & iſtud communiter, vt per Lancell. qui concordantes allegat *de attent. c. 1x. limit. x5. n. 18. & ſeqq.* vbi ex hoc infert quòd de iure canonico attentata huiuſmodi appellatione pendente reuocantur, etiam quòd non ſit inhibitum, ac etiam quòd iudex *à quo* appellationem reiiciat. Contrarium quòd non operetur effectum ſuſpenſiuum niſi in caſu euidentis iniuſtitiæ, traditur per Menoch. *in l. final. n. 840. & ſeqq. C. de edict. diu. Adr.* &c. & an de iure Canonico pendente tempore ad appellandum poſſit ſententia lata in poſſeſſorio exequi, dixi in materia attentatorum pendente tempore ad appellandum.

91 Amplia nedum in beneficialibus, ſed etiam in profanis. Contard. *d. 3. limit. n. 3. & ſeq.*

92 Amplia etiā vt de iure Canonico liceat appellare in quocumque remedio, etiā reintegrandæ. Contard. *d. 3. limit n. 5. & ſeqq.* & particulariter an in remedio canonis *reintegranda* concedatur appellatio, vide Contard. *in ... limit.* vbi in particulari ponit ad regulam noſtram limitationem, & etiam tractat. & Menoch. *de recuper. poſſ. pag. 306. n. 640. & ſeqq. & deciſ. Ped. 25. in fine*, vbi quòd quando intentatur remedium canonis *reintegranda* coram iudice ſeculari, tunc à tali ſententia datur etiam appellatio, & impeditur exequutio.

Amplia

93 Amplia nedum in foro Ecclesiastico, sed etiam in foro ciuili in terris subiectis Sedi Apostolicæ, mediatè, seu immediatè. Contard *in 3.limit.n.9. & seqq.*

94 Sublimita, quia habemus hodie Ægidianam, prout in suo loco dicemus, quæ omnia reduxit ad ius ciuile, vt per Contard. *in 3. limit. num. 12.& seqq.* ideo vigore Ægidianæ etiam de iure Canonico prohibita est appellatio, vt per Lancell. *de atten.c...limit.25.n.30.*

95 Sublimita etiam in sententia lata contra notorium spoliatorem, à qua nec etiam de iure Canonico datur appellatio. Contard *d.3 limit.n.35.& seqq.* ad cuius limitationis materiam vide quæ dicuntur in materia notorij. adde pro hac sublimitatione Lancellottum *d.c.12.limit.25.n.25.*

96 Limita XVI. in sententia lata per dolum iudicis, vel latam culpam, à qua nedum conceditur appellatio, verùm etiam illa nunquam transit in iudicatum, vt per Contard. *in 10.limit.* vbi etiam *n.21.* quòd talis sententia potest rescindi ope restitutionis.

97 Limita XVII. in sententia lata ad fauorem rei contra actorem, quando videlicet negatiuè pronuntiatur actorem non esse immittendum, vt per relatos per Contard. *in 17.limit.n.1.& in 2.limit. §.6. n.31. & seqq.* vbi videas.

98 Contrarium, quòd immo nec actori licet appellare, præterquam in remedio *l.fin. C.de edict.diui Adr.* &c. vel quando per talem sententiam inferretur damnum irreparabile in petitorio, vel quando esset mistum, & similia, tradit idem Contard. *d.17. limit. num. 4. & omnibus seqq.* allegans inter alios Put. *decis.315.lib.2.*

99 Et an in causa, in qua actori datur appellatio, si secunda sententia feratur contra reum, reo appellare liceat, vide *num.112.*

100 Limita XVIII. quando sententia fertur super possessorio prueniente ab aliquo contractu. vide super hac limitatione Conrard *in suo loco.*

101 Limita XIX. in possessorio iuris. Vide super hac limitatione Contard. *in suo loco*, quem non potui impeditus videre.

102 QVÆRO I. pro complimento huius materiæ, an sit locus appellationi in possessorio iurisdictionis?

Dicas quòd non, & Ægidiana in isto casu etiam habet locum. Chassaneus *decis.78.* Achil. *decis.19. in tit. de appellat.* Put. *tit. de Ægidiana.* Contard. *in 2. limit.§.8.n.20.& seqq.* licèt Caputaquen. *decis.414.lib.1.* & alij *ibi* per Contard. allegati *num. 21.* contrarium tenere videantur.

103 Similiter non est licita appellatio quando agitur de possessorio alicuius castri. Rota *dec.7.lib.6.diuersorum.* Contard. *d.§.8.n.30. & seqq.* & quid si castrum sit munitum, & difficilis recuperationis, vide suprà *n.83.*

104 Idem in possessorio feudi. Contard. *d.§.8.n.34. & seqq.* vbi respondet ad contrarium.

105 Idem in sententia lata in fauorem primogeniti in iudicio possessorio. Contard. *d.§.8.n.39 & seqq.*

106 Idem in iudicio possessorio, in quo agitur de aliquo officio concedendo. Cont. *d.§.8.n 42.& seqq.*

107 Quid in causa census, vide suprà *q.16 n.15.*

108 QVÆRO II. An *l.1.C.si de mom.possess.* quæ prohibet appellatio à possessorio iudicio, sit fauorabilis, vel odiosa.

Dic quòd est odiosa, & propterea non extendenda. Contard. *in ampliat.seu quasi,n.1.& seqq.* vide *in n.122.* & ponas hic.

109 QVÆRO III. An appellatio interposita à sententia lata in possessorio impediat eius exequutionem, & sic quando operetur effectum deuolutiuum, & suspensiuum simul, & quando deuolutiuum tantùm, in quo præter particulariter tradita in ampliationibus, & limitationibus suprà, vide Dilect. *de art. testam. caut.* 21.n.7. *de acquir. vel repud. hared.* vbi quòd per hanc ampliationem non impeditur exequutio. Idem tenet Lancellott. *de attent.c.12.limit.25.n.1. & seqq.* vbi plures adducit concordantes, qui dicunt magis communem esse, quia talis appellatio non operatur effectum suspensiuum. Maran. *fol. 196. n.294. & seqq.* subdens non posse appellari a sententia possessorij de iure ciuili, ad effectum retardandæ exequutionis, & idem traditur per Gozad. *cons.50. n.4.* Paris. *cons.108. n.20. vol.1.* vbi quòd appellatio à sententia possessorij non habet effectum suspensiuum, & quòd ita seruatur in omnibus terris immediatè subiectis Sedi Apostolicæ. Menoch. *in l.fin.num.828.C.de edict.diu.Adr. tollen.* vbi quòd est licita in possessorio appellatio quo ad effectum deuolutiuū tantùm, secus quod ad suspensiuum, & *ibi* testatur de communi. Sed vide eundem *ibid. num. 874. & seqq.* vbi pulchrè concludit quòd in casibus, in quibus à sententia possessorij de iure permittitur appellatio, intelligitur etiam permissa quoad effectum suspensiuum: sed contrarium quòd nec etiam in iis casibus per appellationem impeditur exequutio, traditur *in decis. Pedem.25.n.15.& seqq.* vbi id limitat aliquibus modis. Quòd si vigore statuti liceat à sententia possessorij appellare, tunc operabitur appellatio quoad effectum suspensiuum. Menoch. *de recuperan.poss.pag.155. n.351.* Sed contrarium respondendo ad contraria traditur *in l.fin.n.835. & seqq. C. de edict. diu. Adr.tollen.* in quo omnino vide Lancell. *de attent. c.12.in limit.53.num.52.& seqq.* & vide infrà *q.19. sub n.49.* & è conuerso, si à statuto prohiberetur appellatio, tunc nec admittitur quo ad effectum deuolutiuum. Menoch. *in d.l.fin.n.875.* faciunt tradita *q.19.n.22.*

Vnde sententiam possessorij iudex statim potest exequi. An autem pendente termino ad appellandum sententia lata in possessorio possit exequi, vide in materia appellandi termino durante, &c. non obstante appellatione, nisi appellans interponat iustam, & probabilem causam. Contard. *q.1.n.4.& q.4.n.5.&* 16. Quòd si friuola apponatur causa, tunc non debet in exequutione supersedere, *ibidem, n.11.& seqq.* si autem iudex dubitat an causa sit rationabilis, vel friuola, tunc similiter debet supersedere in exequutione *ibidem n.41. & seqq.* Quòd si iudex sit inhibitus, stante inhibitione indistinctà, appellatione pendente, isto casu reuocantur, vt per Lancell. *de attent.c.12. limit.25.n.17.& 34.* vbi hoc limitat in inhibitione emanata in vim commissionis cum clausula quatenus Ægidianæ locus non sit, quia tunc, ea non obstante, iudex *à quo* potest suā sententiam exequi, & ita dicit aliàs fuisse sententiatum coram Otod in vna Romana de Madalenis sub die 4. Martij 1569. tunc indistinctè nō exequitur. Contard. *q.1.n.6.& q.3.n.3 & q.4. n.11.* Imò statim præsentata commissione appellationis iudex *à quo* debet supersedere in exequutione, etiam quòd sit notorium appellationem non esse admittendā, vt per Contard *d q.1.* 110

Igitur attentata per iudicem *à quo* pendente appellatione interposita, quæ de iure erit legitima, & admittenda, statim reuocantur, vt per Conrard. *in q.4.per totam*, in discursu; secus si appellatio non erat admittenda, quia tunc non reuocantur, vt *ibi* per eund. qui plura congerit in propusito, quòd regulariter attētata pendente appellatione à sententia lata super possessorio non reuocentur, tradit Lancellottus, qui concordantes allegat *de attentatis appellatione pendente, cap.12. limit.25.n.1.& seqq.* 111

QVÆRO IV. An in materia de qua agitur, habeat locum regula illa quòd causa semel effecta appellabilis, sæpè sit appellabilis, vide Cōtard. *in tit.de Ægid.q.4.* vbi respondendo ad cōtraria concludit, quòd si à sententia lata super possessorio cōcedatur actori ex aliqua causa appellatio, puta si sit notoriè iniqua, & similia. 112

Si secunda sententia sequatur ad fauorem actoris contra reum, reuocando primam, non datur isto casu reo appellatio, & sic non habet regula supradicta locum.

113 QVÆRO V. an in appellatione à sententia possessorij sit exprimenda causa grauaminis? Dicas quòd sic. Contard. *in 3. limit. n. 27. & seqq. & q. 1. per tot.* in discursu, vbi præter infraposita multa ponit in materia, & faciunt tradita *in alio Repertorio in iudicijs, vers. Appellatio sine causa.*

114 Amplia I. vt talis causa non debeat esse friuola, sed iusta, & rationabilis. Contard. *q. 1. n. 11. & seqq. & n. 55. & seqq.* vbi etiam quando dicatur friuola, & quando rationabilis.

115 Amplia II. vt talis causa debeat etiam esse probata, aliàs non releuat. Contard. *d. q. 1. n. 54. & seqq.* In quo aduertas quòd causa est exprimenda in appellatione, non ad illius substantiam, sed ad hoc, vt sciat iudex an debeat appellationi deferre, nec ne, & ideo quoad iudicem *a quo* sufficit in appellatione causam allegare, erit tamen necessaria eius probatio quoad

116 iudicem *ad quem*, qui postmodum cognoscet an causæ expressè sint probatæ, & legitimè, & sic probatio causæ debet fieri coram iudice *ad quem*, non autem coram iudice *à quo*, ita colligitur ex traditis per Contard *in 19. limit. n. 27. & seq.*

Et in materia scias quòd non licet iustificare appellationem ex causa in appellatione deducta, vt per Contard. *in 2. q.* licet benè ex pluribus causis expressis sufficiat iustificare vnam, vt *ibi* per eum.

117 QVÆRO VI. an liceat appellare in possessorio quod summariissimum vocatur, vide *supr. q. 12. n. 80. & seqq.*

118 QVÆRO VII. ad quem iudicem spectet cognitio, an sit deferendum, nec ne, appellationi interpositæ a sententia possessorij?

Dic quòd iudex *à quo* cognoscet, an sit deferendum, vel non, appellationi huiusmodi; sed an appellatio sit legitima, & admittenda, cognoscet iudex *ad quem*, vt per Contard. *q. 1. per totam*, in dicursu, vbi etiam, an, & quando iudex *à quo* debeat, vel non debeat deferre appellationi, & quæ causæ cognitio requiratur in huiusmodi discussione, & quomodo procedatur, materia *ibi* per eum tractatur.

119 Vltimò, & pro complimento materiæ scias quòd Ægidiana, quæ tollit appellationem in causa possessorij ad hoc vt aliquid operetur vltra ius commune, dici potest quòd eam tollere censeatur, etiam in casibus aliàs à iure permissis, ex traditis per Contard. *in ampliat. seu quasi. n. 110 & seqq.* Sed contrarium quòd imò Ægidiana nihil aliud facit, nisi quòd tollat impedimentum iuris Canonici, de hoc dixi suprà *n. 94.* illaque reducit ad ius commune ciuile, & per consequens quòd recipiat omnes ampliationes, & restrictiones, quas recipit *l. 1. C. si de mom. poss.* traditur per eundem Contard. in materia Ægidianæ, *q. 1 per totam*, vide *in quast. 19 num. 3.*

120 Ægidiana an tollat effectum deuolutiuum, vide suprà *num 109.*

121 Ægidiana non est necesse quòd producatur. Contard. *tit. de Ægid. q. 2.* allegat Caputaquen. *decis. 442.*

122 Ægidiana an sit fauorabilis, vel odiosa, Contard. *tit. de Ægid. q. 3.* vbi pro, & contrà. vide suprà *n. 108.*

123 Ægidiana non habet locum in terris mediatè Ecclesiæ subiectis. Contard. *tit. de Ægid. q. 6.* vbi hoc intelligit procedere quando litigatur in iisdem terris, secus si litigatur in Vrbe in Rota, quia tunc tales litigantes etiam quòd in temporalibus non essent subiecti Papæ, tamen constitutione ligantur, vt *ibi* per eum, vbi hoc sublimitat, quando litigaretur in Rota in secunda instantia. nam si prima instantia fuit in terris, mediatè tamen Papæ subiectis, etiam quòd litigetur in Rota in secunda instantia, tamen non habet locum Ægidiana, attenditur enim isto casu statutum primi iudicis, non secundi. vide *in q. 19. n. 28.*

Adde in materia quòd in possessorio intentato contra detentatorem, puta commodatarium, colonum, & similes, datur appellatio, vt per Menoch. *in l. final. n. 865. C. de edict. din. Adr.* &c. in quo videas Coutard. *in suo loco*, quem non potui impeditus videre. 124

QVÆSTIO XIX.

Appellatione prohibita, quidnam prohibitum censeatur.

SVMMARIVM.

1. *Appellatio an possit prohiberi à statuto, vbi etiam an a consuetudine.*
2. *Materia generalis huius quæstionis.*
   Appellatione prohibitâ an censeatur prohibita supplicatio, recursus, seu querela, ibid. & pluribus seqq. vbi de tota materia.
20. *Appellatione prohibita ab Episcopo, non trahitur ad Vicarium.*
21. *An ad restitutionem in integrum.*
22. *An quo ad effectum deuolutiuum.*
23. *An ad casus in quibus de iure est permissa appellatio; & num. 42. 47. & 50.*
24. *An ad sententiam notoriè iniustam.*
25. *Vel quam appellans incontinenti offert iustificare.*
26. *An ad sententiam latam per dolum iudicis.*
27. *An ad nullitatem.*
28. *Appellationis prohibitio an liget non subditos.*
29. *Clausula* Appellatione remota, *quid operetur, & n. 36. & seqq. n. 43. & seqq.*
30. *Appellationis prohibitio an trahatur ad tertium appellantem.*
31. *An ad excessum.*
32. *An ad sententiam interlocutoriam.*
   An ad emergentia, n. 34.
33. *Et quid si index detulit appellationi, & n. 38.*
35. *Appellatio quando censeatur tacitè prohibita.*
43. *Appellatio non potest prohiberi nisi per Principem superiorem.*
49. *Statutum an possit concedere appellationem à iure prohibitam.*
50. *Appellatione prohibita, non censetur prohibita appellatio ex iusta causa, & n. 23. 42. 47.*
   Appellationis prohibitio intelligitur de appellatione friuola, non de alys, n. 47.
51. *Appellatione prohibita, non censetur prohibitum iudicis officium.*
52. *Item nec appellatio super incompetentia iudicis.*

APPELLATIO potest prohiberi à statuto, & quid econtra, an statutum possit concedere appellationem vbi aliàs est à iure prohibita, vide *in n. 49.* & tale statutum de consuetudine valet. Clar. *in pract. q. 94. vers. caterùm in hoc ducatu*, & quòd statutum, seu consuetudo possit appellationem tollere, tradit Lancellottus *de attent. appellatione pendente, c. 12. limit. 48. per totam*, super qua materia vide Capol. *caut. 45. & 179.* Duen. *regula 43.* Mynsf. *obseru. 14. cent. 1.* Rolan. *cons. 86. num. 16. vol. 1.* Couarr. *pract. quæst. pag. 168. n. 6.* vbi latè, & an Princeps, seu alius inferior Principe possit prohibere appellationem, vide *in num. 43.* 1

Appellatione prohibita an censeatur prohibita supplicatio, seu recursus ad Principem, præter allegatos *in hoc 2. num.* vide Rolan. *cons. 38. per totum*, vbi latè de materia, 2

materia, & de multis differentiis, & quæ sit differentia inter recursum, supplicationem, querelam, & reclamationem,& quid ista verba significent, remissiue tradit Lancell. *de attent. cap.* 19. *num.* 1. *& seqq.* vbi quòd verbum *recursus* est generale, comprehendens omnia supradicta, ac etiam appellationem, vt *ibi* per eum, & generaliter de materia *appellatione prohibita*, quidnam prohibitum censeatur, vide Cæpol.*caut.*80. *n.*2. Paris. *cons.*54.*num.*39.*cas.*73.*vol.*3.Natta *cons.*172. *n.*11.*lib.*1. Corset.*sing. vers. querela* 11. Marsil. *sing.*88. 288. *&* 295. Diaz *reg.*719. Foller. *in practic.crim.vers. pœnis debitis feriantur,n.*83.*decis. Bonon.*78.

3 De appellatione, & recursu vide Contard.*in l.* 1.*C. si de mom.possess.quæst.*8. *num* 11.& Menoch *de arb.quæst.* *q.*70. *num.* 18.*& seqq.* Rolan. *cons.* 94. *num.*1. *& seqq.*

4 *vol.*1.*per totum*, vbi, An valeat argumentum de supplicatione ad appellationem, & è contra, de quo vide etiam *in num.* 14. & apud Petr. Caball. *resol. crim. casu* 109. *num.* 1. *& seqq.*vbi, an recursus habeat etiam effectum suspensiuum.

5 Regula sit quòd appellatione prohibita, non censetur prohibitus recursus, seu supplicatio. Menoch *d. q.*70. *n.*18. *& seqq.* Contard. *d.*8.*q.* qui multa generaliter, & particulariter congerit in proposito. Rolan. *cons.*94. *num.*1. *& seqq. vol.* 1. & est communis, vt per Lancell. *de attent. cap.*19. *num.* 23. Plot. *cons. crim. diu.*130.*n.*64.*& seqq.* Petr. Caball. *resol.crim. casu* 109. *num.* 1.

6 Amplia hanc regulam, quòd videlicet appellatione prohibitâ non censetur prohibita supplicatio, vt procedat siue appellatio prohibeatur ratione personæ iudicis, siue ratione causæ, siue ratione personæ, & causæ simul, ita colligitur ex traditis per Menoch. *in l.fin.n.*895.*vsque ad* 903.*C.de edict.diu. Adr.tollen.* Sed aduertas quòd supplicatio, seu querela interponi, & dari potest, aut coram Principe, aut coram iudice, qui tulit sententiam: si coram Principe, nulli dubium quòd nunquam censetur prohibita, & habet tam latas

7 habenas, quantum Principi concedenti placeat. Si verò coram iudice tunc prohibetur appellatio, propter dignitatem personæ iudicis, non censetur prohibita supplicatio, seu recursus Si autem ratione causæ prohibetur appellatio, tunc censetur prohibita supplicatio coram iudice, & solùm grauato datur recursus, seu supplicatio ad Principem, secundùm magis communem, de qua per Contard. *d.q.*8. *per totam*, in discursu, vbi respondet ad contraria.

8 Limita I. quia per supplicationem non impeditur exequutio. Menoch. *in d.l.fin.num.*904. *C. de edict. diu.* &c.*& de arb.quæst.q.*70.*n.*18.*& seqq.* Contard.*d.quæst.*8. *n.*41. Lancell. *de attent. cap.* 19. *n.*16. vbi allegat concordantes, & respondet ad contraria, *& num.* 27. vbi ampliat etiam quòd Princeps contrarium rescribere, *& n.*29.vbi limitat respectu expensarum, pro quibus non potest fieri exequutio recursu pendente, *& n.*30. vbi quòd similiter impeditur exequutio, quando recursus fuisset parti intimatus, & desuper citatio facta, *& n.* 31. vbi similiter limitat in recursu concesso ab eodem iudice, de quo dixi suprà *n.*7. quia tunc similiter illo pendente iudex non potest exequi suam sententiam, cùm illi videatur detulisse, *& num.* 34. vbi quòd licèt non impediatur exequutio, debet tamen instans pro exequutione præstare cautionem de illam restituendo in euentum succumbentiæ, dummodo peratur à parte, vt *ibi* per eum, qui *n.*36. subdit isto casu sufficere iuratoriam cautionem.

9 Limita II. quando vrgeret eadem ratio in supplicatione, quæ in appellatione. non eadem ratione, quia fuit prohibita appellatio, censetur etiam prohibita supplicatio. Menoch.*in d.l.fin.n.*93.903.

10 Limita III. in re iudicata, aduersum quam nec etiam admittitur supplicatio. Menoch *in d.l.fin.n.*905. quod intelligas, si supplicatio porrigatur coram eodem iudice, quia nulli dubium quòd Princeps possit concedere reuisionem rei iudicatæ, vt per Contard. *d. quæst.*8 *num.*28.*& seqq.*

Limita IV. in contumace, qui si non potest appellare, nec poterit etiam supplicare: vt per Menoch. *in d.l.fin.n.*905.*C.de edict. diu. Adr.tollen.* 11

Sed quomodo est procedendum in ista causa reuisionis concessæ per supplicationem, videas per Benintend *decis. Bonon.* 78. Menoch. *de arbitr. quæst.q.* 70. 12
*n.*27.vbi quòd causa recursus regulatur secundùm terminos causæ appellationis Contard. *d.q.*8. *n.*36. vbi 13
quòd regulariter secundùm appellationem quoad exercitij & determinationis tempus, & idem traditur per Lancell.*de attent.c.*19.*n.*11. *& seq.* vbi concordantes allegat Menoch *de arb.q.*70. *n.*27. Rolan. *cons.* 94.*n.*1.*& seqq.vol.*1.*per totum*, vbi an valeat argumentum de appellatione ad supplicationem, aduerte quòd falsum est quòd recursus succedat loco appellationis, & quòd illius vim habeat, vt per Lancell. *de attent. c.*19.*n.*7.*&* 21.vbi respondit ad contraria, quòd videlicet intelligantur de recursu & reductione à sententia arbitri, non autem ad recursum de quo in casu nostro, qui detur appellatione prohibita, & è contra, ne *ibi* etiam habetur, an in supplicatione possint adhiberi nouæ probationes, de quo etiam videas Contard.*d. q.*8.*n.*17. vbi quòd isto casu habet locum regula, *non deducta deducam*, & sic non est necesse quòd iustificetur ex eisdé actis, super quo particulari vide Menoch. *de arb.qq.q.*71.*per totam*, & generaliter tradita *in vers. appellatio,n.*25.*in fragmentis*.quæ autem sit forma talis supplicationis, traditur per Rolan.*cons.*38.*n.*19. *&* 20. & dicas quòd debet continere causam grauaminis. 17
Probatur *in c.*1.*n.*10.*de restit.in integrum lib.*6. Et quanto tempore duret instantia supplicationis, videas per Rolan. *d cons.*94.& Contard.*d q.*8.*n.*36.Marsil.*sing.*84. *Stante*,&c. Rom. *cons.*325.*n* 14.& quòd hæc supplicatio possit quandocumque offerri, traditur per Contard. *d. quæst.*8. *n.*35. De hoc, an videlicet supplicatio, 18
& recursus ad Principem debeat infra decem dies interponi, sicut appellatio, posui infrà *in quæst.* 53. *in*... *ampliatione*, *& ibid.num.* 39. vbi quòd à sententia lata 19
in hac causa recursionis, non est vlterior appellatio admittenda.

Appellatione prohibita ab Episcopo, non censetur 20
prohibita ab eius Vicario. Rom. *sing.*76.

Appellatione prohibitâ an censeatur prohibita re- 21
stitutio in integrum Aym.*de antiq.tempor.cap.*109.*n.*58. *& seqq.* Cephal.*cons.*103. *n.*129 *& cons.*40.*n.*62. *vol.*1. & dicas quòd prohibitio appellationis non extenditur ad restitutionem in integrum, Rolan. *cons.*68. *n.*3. *vol.*3. vt per Menoch *in l.fin. num.*967. *C. de edict.diu. Adr.tollen.* Quod amplia, etiam quòd verba prohibitiua sint generalia, & præcisa, vt per Contard *d. l.*1.*C.si de mom.poss.*8.*limit.n.*4. *&* 5.ac etiam quòd prohiberetur omnis recursus, & supplicatio, & quòd victus non possit aliquod grauamen allegare, vt *ibid.* per Contard. *num.* 25. & faciunt in proposito tradita in alio Repertorio *in iudicijs, vers. restitutio in integrum*, nunquam censetur prohibita, nisi expressè dicatur. Item & quæ infrà dicentur de materia & nollitate prohibita,&c.& *in q.*20.*num.*6.*& suprà quæst.*17. *num.*41.

Appellationis prohibitio intelligitur tam de effe- 22
ctu suspensiuo, quàm deuolutiuo, vt per Rolan.*cons.* 76.*n.*17.*vol.*2. vide suprà *q.*18. *n.*109. *& hic n.* 19. facit pro hac eadem conclusione Lancell. *de atten. cap.*22. *limit.*53.*n.*58. & quid è contra, an concessa appellatio à statuto intelligatur etiam quoad effectum suspensiuum, dixi *in num.*49.

23 Appellationis prohibitio facta à statuto in casu, quo etiam de iure est prohibita appellatio, ad hoc vt statutum aliquid operetur, trahitur etiam ad alios casus speciales, in quibus appellatio erat permissa, vt per Contard. *in l.1. C. si de mom. possess. in ampliat. seu quasi, n. 131. & seqq.* & faciunt superiùs tradita *q.* 18. *n.*119. vide *in n.*42. *&* 47.

24 Appellatione prohibitâ, non censetur prohibita à sententia notorie iniusta. Rolan. *cons.* 29. *num.* 37. *vol.*1. Plot. *in l. si quando, num.* 255. *C. vnde vi.* Contard. *ibid. in* 9. *limit. num.*4. *& seqq.* Adde pro hac eadem conclusione Lancellot. *de attent. cap.*12. *in* 8. *limit. num* 25. *& seqq.* & faciunt infrà tradita *num.*45. *& suprà quæst.*18. *num.*21. Plot. *cons. crim. diu.*130. *num.*64.

25 *& seq. & in impress. quæst.*101. *num.*112. item non censetur prohibita illa appellatio, cuius causam appellans offert se incontinenti iustificaturum. idem Contard *ibid. in* 12. *limit. num.*3. Quando autem dicatur incontinenti iustificari causa appellationis, faciunt generaliter tradita *in q.*73. vbi an, & quando probatio dicatur fieri incontinenti.

26 Appellationis prohibitio non intelligitur à sententia lata per dolum iudicis, seu partis. Plot. *in l. si quando n.* 276. *C. vnde vi.* Contard. *in d. l.1. C. si de mom. possess. in* 10. *limit.* vbi extendit etiam ad latam culpam, vide infrà *num.*46.

27 Appellatione prohibita, an censeatur prohibita nullitas. Plot. *cons. crim. diu.*130. *num.*64. *& seq.* vide in impressis *quæst.* 101. *num.* 11. & quæ per Vestr. *in practic. pag.*247. à tergo, *num.*6. *&* 152. *num.* 24 Plot. *in l. si quando, num.*254. *C. vnde vi.* Menoch. *in d. l. fin. C. de edict. diu. Adria. n.* 880. vbi quòd non est prohibitum posse dici de nullitate, & idem traditur per Anchar. *q.*4. *n.*11. *& seqq p.*2 vide *in num.*48. Dic quòd appellatione prohibita non censetur prohibita nullitas. Vestr. *in practic. lib.*8. *c.*2. *num.*6. & *ibi* Granat. *in addit. num* 24. vbi de communi; quam limitat non procedere quando nullitas insimul cum appellatione intentaretur, quia non potest.

28 Appellationis prohibitio facta à statuto non ligat non subditos, etiam si litigarent in dominio statuentium. Dec. *cons.*97. *In casu, col.*1. vide suprà *quæst.* 18. *num.*123.

29 Clausula, *Appellatione remotâ*, quid operetur, Corset *sing. pag.* 143. *ver. clausulas.* Paris. *cons.* 8. *num.*27. *cas.* 18 *vol.* 1. Myns. *obseru.*3. *cent.*1. Couarr. *in pract. pag.* 169. *in* 3. *col.* Rolan. *cons.*7. *num.* 79. *vol.* 3. vbi quòd clausula, *Appellatione remota*, operatur vt non possit appellari in casibus à iure permissis, infértque quòd licet in causa possessorij in aliquibus casibus appellari liceat; non tamen licebit stante dicta clausula, *& cons.*98 *num.*23. *vol.*2. vbi quòd hæc clausula apposita in causis, in quibus de iure non admittitur appellatio, & in causa possessorij, operatur vt in illis causis nec etiam admittatur appellatio vbi alias admitteretur. Dic quod tollit effectum suspensiuum, non deuolutiuum, vt per Contard. *vbi suprà in* 13. *limit. num.*16. Contrarium quòd per istam clausulam tollatur nedum suspensiuus, sed etiam deuolutiuus effectus, tenent relati per Lancellot. quos & ipse sequitur *in tract. de attent. cap.*12 *limit.* 8. *num.* 2. vbi quòd hæc est inconcussa conclusio, secundùm Portium. Imolen. *cons.* 59. *Ex facto, num.*2. *lib.*2. vide suprà *num.* 22. & an operetur quoad tertium appellantem, dixi *in q.*47. *n.*28.

30 Appellatione prohibita, non censetur prohibita appellatio interponenda à tertio pro suo interesse. Menoch. *de arb. quæst. q.*9. *num.*13. faciunt infrà tradita *q.*47. *num.*28.

31 Appellatione prohibita, non censetur prohibita ratione excessiuitatis, & quomodo iste excessus probetur, habetur per Menoch. *de arbitr. quæst. q.*71. multa in materia habentur per Contard. *in l.1. C. si de mom possess. in* 19. *limit.* & faciunt suprà tradita *quæst.* 16. in materia appellationis interpositæ ab exequutione, & in impressis similiter *quæst.* 17. *num.* 31. *& q.*101 *num.*110.

32 Appellationis prohibitio simpliciter facta trahitur ad sententiam tam interloquutoriam, quàm diffinitiuam. Menoch. *in l fin. num.* 814. *C. de edict. diu. Adr.* &c. secus si prohibetur appellatio à sententia, quia tunc non censetur prohibita ab interloquutoria. *ibidem num.* 814. *&* 822. *& seqq.* vbi limitat duobus alijs modis, & faciunt de ea in alio Repertorio *in iudicijs*. in materia. sententiæ appellatione quidnam veniat, vide *in num.*34.

33 Appellationis prohibitio non operatur si iudex appellationi detulit. Contard. *vbi suprà in* 13. *limit.* vbi infert ad plura in hac materia; quando scilicet appellatio, vbi aliàs non est permissa, sustineatur tamen si iudex illam admittat, vide inferentem, ampliantem, & declarantem Lancellot *de attent. cap.* 12. *in* 1. *limitat. num.*64. *& seqq.* & faciunt suprà tradita *quæst.*16. *num.* 46. *& quæst.*18. *num.* 70. & quæ infrà tradentur in materia appellatione pendente, cui iudex detulit, quando aliquid innouari possit, videlicet *in quæst* 65. *n* 80. *& seqq.* Et an appellatio censeatur admissa si iudex præfigat terminum ad illam prosequendum, vel ad reddendum pro apostolis, vel si de apostolis non respondeat, vide *ibid.* per Lancell. *num.* 58. *& seqq.* vide infrà *num.* 38 quod limita procedere, si pars non contradicit huic delationi, secus si contradicat *ibid. num.* 4. 13. *& seq.* Sed an isto casu sit necessaria appellatio ab ista admissione, ita quòd non sufficiat simplex contradictio, vide *ibidem* per Contard. *num.*25. *& seqq* & quid si appellatio fuerit admissa si & in quantum, vide in materia appellationis admissæ si & in quantum.

34 Appellationis prohibitio intelligitur quoad causam principalem, non autem quoad emergentia. Bal. *in l. si ex causa, §. nunc videndum, ff. de minor.* Franc. *in c. pastoralis num.*22. *de appellat.* Dec. *in l. pœna n.*31. *C. de pact.* vide suprà *num.* 32.

35 Appellatio tacitè censetur prohibita, quando alicui denegatur audientia, in agendo, & defendendo. Idem si sit prohibita contradictio, vel querela, vt per Lancellot. *de attent. cap.*12. *in* 8. *limit. num.* & 4. Item censetur prohibita appellatio si statutum dicat quòd sententia exequutioni non detur, vt per Lancell. *de attent. cap.* 12. *limit.* 53. *num.* 31. Adde Contard. *de moment. possess. notab.*5. *n.*18. *& seqq. fol. mihi* 95. vbi de alijs verbis, quibus tacite censetur prohibita appellatio.

36 Addendo iis quæ tradita sunt *n.*29 circa clausulam, *Appellatione remota*, &c. & de eius materia, præter infrà posita videas Lancellott. *de attentat. cap.* 12. *in* 8. *limit. per totam.*

37 Regula sit quòd iudex cui est causa commissa cum clausula, *Appellatione remota*, potest ad exequutionem suæ sententiæ procedere, non obstante appellatione interposita, qua pendente attentata non reuocantur, vt per Lancell. *in d.* 8. *limit. n.* 1. *& seq.*

38 Limita I. hanc regulam non procedere, quando iudex detulit appellationi, quia tunc non potest exequi ampliùs suam sententiam, etiam quòd causa sit ei commissa cum clausula, *Appellatione remota*, vt per Lancell *in d.* 8. *limit.* 8. & faciunt suprà tradita *n.*33.

39 Limita II. nisi iudici *à quo* fuisset inhibitum per iudicem *ad quem*. Lancell. *in d.* 8. *limit n* 9.

40 Limita III. nisi Papa, vel alius superior iudex, appellationem à iudice cum dicta clausula dato non admissam ex certa scientia admisisset, quia tunc non

non poteſt ampliùs ille iudex ſuam exequi ſententiam, & geſta poſt huiuſmodi appellationem ex certa ſcientia receptam ſunt attentata, & veniunt reuocanda, non obſtante dicta clauſula. Lancell. *de attent. appellatione pendente, cap.* 12. *in* 8. *limit. n.* 10.

41 Et iſto caſu cauſa appellationis commiſſa, cenſetur ſimiliter commiſſa cum dicta clauſula, *Appellatione remota*, etiam quòd de ea non ſit facta mentio in commiſſione appellationis, vt *ibid.* per Lancell. *n.* 7. & ſic non habet iſto caſu locum regula quòd cauſa ſemel effecta appellabilis, ſemper remaneat appellabilis, de qua nos diximus infrà inter fragmenta *verſ. cauſa ſemel effecta, &c.*

42 Limita IV. quando ſcilicet appellatur ex aliqua cauſa quæ ſit in iure expreſſa, tunc enim expreſſa illa cauſa in appellatione iudex *à quo* non exequitur ſuam ſententiam, quia clauſula *Appellatione remota*, non extenditur ad appellationem interpoſitam ex cauſa in iure expreſſa, ad tradita per Lancell. *d. cap.* 12. *in d.* 8. *limit. n.* 13. *& ſeq.* vide ſuprà *n.* 23. *& in n.* 47. *&* 50.

43 Limita V. quia ad hoc vt talis clauſula operetur, debet apponi per Principem, quia ſolus Princeps habet hanc authoritatem committendi cauſas cum clauſula, *Appellatione remota*, & nemo alius, vt per Lancel. *in d.* 8. *limit. num.* 15. *& ſeqq.* vbi de communi, & ſubdit quòd nec etiam Legatus de latere poteſt cauſas committere cum clauſula huiuſmodi. Sed hæc declara, vt per Decian. *in c. paſtoralis, n.* 2. *de offic. delegat.* vbi egregiè declarat, quis poſſit in ſcriptis hanc clauſulam apponere.

44 Limita VI. vt clauſula, *Appellatione remota*, intelligatur remouere appellationem à ſententia interloquutoria, non autem diffinitiua. Ideò iudex datus cum iſta clauſula non poteſt ſuam ſententiam diffinitiuam exequi, ſtante appellatione, & ſi exequitur vti attentata, reuocatur ſecundùm Lancell. qui concordantes allegat *d. c.* 12. *d.* 8. *limitat. n.* 20. *& ſeq.* quæ limitatio, ſi vera eſt, multum reſtringit regulam præcedentem.

45 Limita VII. quando conſtaret de notorio grauamine, ſtante videlicet notoria iniuſtitia, iudex etiam cum clauſula, *Appellatione remota*, non poteſt ſtante appellatione ſuam exequi ſententiam, vt per Lancell. *in d.* 8. *limit. n* 24. *& ſeqq.* vbi poſt alios allegat Pott. Imol. *conſil.* 59. *Ex facto, n.* 4. *lib.* 2. *& conſ.* 209. *Ex facto, n.* 54. *lib.* 4. & ita alias Rota iudicauit coram Orad. 11. Maij 1562. in vna Romana bonorum de Mattheis, vt *ibi* per eum, & ad hoc faciunt ſuprà tradita *n.* 24. *& q.* 18. *n.* 21. & eſt alia deciſio Caputaq. 83. *in cap. lata ſententia, part.* 2. faciunt infrà tradita *q.* 39. *n.* 1.

46 Limita VIII. quando iudex eſſet in aliquo dolo, vel in lata culpa. nam tunc admittitur appellatio, etiam quòd cauſa ſit commiſſa per Principem, cum clauſula, *Appellatione remota*, de conſenſu partium, vt *ibid* per Lancell. *in d.* 8. *limit. num.* 34. *& ſeqq.* & faciunt ſuprà tradita in hac eadem quæſtione *n.* 16.

47 Limita IX. quia iſta clauſula, *Appellatione remota*, operatur ſolùm quoad friuolas appellationes, non autem à iure permiſſas. Et ſic quando appellatio eſt à iure permiſſa, tunc iudex cum dicta clauſula datus non poteſt ſuam ſententiam exequi, vt per Lancell. *d. cap.* 12. *in* 8. *limit. n.* 39. *& ſeq.* vbi hoc videtur declarare non procedere quando talis clauſula eſſet à Principe appoſita, non de ſtylo generali, ſed cum maturo conſilio, quia tunc cenſetur indiſtinctè omnem appellationem remouere, ideo *ibi* videas. & faciunt in propoſito ſuprà tradita *n.* 23. 42. *&* 50.

48 Limita X. quia clauſula, *Appellatione remota*, non tollit viam querelæ ordinariæ, nec viam nullitatis. Et iſto caſu per nullitatem intentatam exequutio impeditur, non obſtante d. clauſula, vt per Lancell. *de attent. appellatione penden. cap.* 12. *in* 8. *limit. n.* 43. *& ſeqq.* & faciunt ſuprà generaliter tradita de querela *n.* 2. *& ſeqq.* & de nullitate *n.* 27.

Dixi ſuprà *num.* 1. quòd appellatio poteſt à ſtatuto 49
prohiberi, quæro modò an è contra ſtatutum poſſit concedere appellationem à iure prohibitam?

Dicas quòd ſic, vt per Lancellot. *de attent. cap.* 12. *limit.* 53. *num.* 52. *& ſeqq.* Sed an iſto caſu appellatio cenſeatur permiſſa à ſtatuto quoad effectum deuolutiuum tantùm, an verò quoad ſuſpenſiuum, etiam vide *ibidem* Lancellottum, vbi pro eo, & contrà, & faciunt ad hoc ſuprà tradita *num.* 22. vide ſuprà *q.* 18. *ſub n.* 109. *in addit.*

Adde in materia quòd appellatione prohibita, non 50
cenſetur prohibita appellatio ex iuſta cauſa interponenda. Lancell. *de attent. cap.* 12. *in* 53. *limit. num.* 57. faciunt ſuprà tradita *n.* 13. 42. *&* 47.

Item appellatione prohibita, non cenſetur pro- 51
hibitum iudicis officium, vt per Grauat. *ad Veſtr. in pract. lib.* 8. *cap.* 1. *n.* 15.

Item appellatione prohibita, non cenſetur prohi- 52
bita appellatio ſuper competentia, vel incompetentia iudicis, dixi ſuprà *q.* 16. *n.* 18.

QVÆSTIO XX.

Nullitate prohibita quidnam prohibitum cenſeatur, & de materia.

SVMMARIVM.

1. *Statutum an poſſit prohibere dici de nullitate.*
2. *Nullitatis prohibitio non trahitur ad effectum iuriſdictionis.*
3. *Nec ad nullitatem euidentem, & notoriam.*
4. *Et quid ſi ſtatutum præfigat tantum ad dicendum de nullitate.*
5. *Materia generaliter.*
6. *Et an ad reſtitutionem in integrum.*
7. *Et an ad nullitatem laudi.*
8. *Et quid ſi nullitas cauſata eſt dolo iudicis, &c.*
9. *Et an poſſit excipi de nullitate.*
10. *Et quid de officio iudicis.*
11. *Et quid de nullitate proueniente ex defectu citationis.*

NVLLITAS an poſſit à ſtatuto prohiberi, 1
videas in *Bren. pag.* 163. *n.* 6. *verſ. Item tenet, in* 2. *col. propè finem*, vbi videtur tenere quòd nullitatis exceptio non poſſit à ſtatuto prohiberi. vide Brun. *in tract. de ſtatut. & conſtitut. verb. Nullitas. verſ. lex & ſtatutum poteſt tollere nullitatem.*

Nullitate prohibita, non cenſetur prohibita nulli- 2
tas ex defectu iuriſdictionis. plures adducit concordantes Flam. Cattar. *de exequut. ſent. cap. fin. n.* 196. Aſin. *in prax.* §. 31. *cap.* 32. vbi relatis contrariis diſtinguit adhuc, non obſtante hac nullitatis prohibitione, poſſe opponi nullitatem incompetentiæ iudicis aduersùs vnicam ſententiam, ſecus aduersùs tres conformes: ſed vide *ibid. num.* 5. *in fine*, vbi generaliter videtur tenere, poſſe ſemper opponi hanc nullitatem defectu citationis. Menoch. *in l. fin num.* 890. *C. de edict. diui Adria. tollen.* Soc. iun. *conſ.* 78. *num.* 15. *lib.* 1. Roland. *conſ.* 29. *n.* 39. *& ſeqq. vol.* 1. Menoch. *de recup. poſſ. pag.* 82. *num.* 43. quem videas. Imol. *concluſ.* 14. *lib.* 4. vbi latè de materia. ad quam vide Ripam *in l.* 4. §. *condemnatum, num.* 23. *ff. de re iudic.* vbi ampliat, & limitat Vant. *tit. quis poſſit dicere de nullitate, n.* 37. *& ſeq.* Burſat. *conſ.* 74. *num.* 29. *& ſeqq. vol.* 1. Gabr. *tit. de ſtatut. lib.* 6. *concluſ.* 3. Aſin. *in practic.* §. 31. *n.* 32. per Lancell. *de attent. cap.* 18. *n.* 10. *& ſeqq.* 2. *p.* & an iſto caſu impediat exequutionem, dixi *in q.* 50.

3 Nullitate prohibita, non censetur prohibita nullitas euidens, & notoria. Soc. iun. *cons. 57. n. 38. pag 48. part. 2.* Plot. *in l si quando, n. 255. C. vnde vi.* Contard. *in l. 1. C. si de mom. possess. in 7. limit. n. 64. & seqq.* Roland. *cons. 19 num. 39 & seqq. vol. 1. & cons 83. num. 16. eod. vol.* quem videas. Contard. *d. 7. limitat. num. 67.* vbi quòd si statutum præfigit tantùm ad dicendum de nullitate, eo elapso non potest ampliùs dici, nec de euidenti nullitate, & idem tradit Lancellot. *de attentat. cap. 47. num. 131. & seq.* vbi dat quatuor limitationes. *& decis. Pedem. 21. num. 14.* Cartar. *de exeq sent. cap. fin num. 316. in fine.* Baiard *ad Clar q. 94. n. 56. & seqq.* Ad materiam statuti prohibentis nullitatem post certum tempus, vide Achill. de Grass. *decis. 56. & seq.* Franch. *in c. dilecto, n. 146. & seqq. per totam illam quæstionem, extrà de appell.* Calcan. *cons. 16. n. 56. & omnibus seqq.* & contra præmissa, quòd etiam isto casu non censeatur prohibita nullitas notoria, vide Achil. *decis. 6. n. 3.* Abbat. *cons. 55. sub num. 2. lib. 2.* Anchar. *cons 211.* Gozadin. *cons. 72. n. 12.* Ruin. *cons. 73. n. 15. vers secundò respondetur, lib. 5. decis. Pedem. 142 num. 33.* Vant. *in tit. quis possit dicere de nullitate, num. 54. & seqq.* & quando nullitas dicatur accidens, dixi in alia quæstione, videlicet, nullitatis exceptio quando impediat exequutionem, &c. quòd nullitas ex actis resultans non dicatur libera, tradit Asin. *in pract. § 21. num. 53.*

4 Nullitate prohibita, quid non prohibitum censeatur. generalis ista materia habetur per Corset. *singul.
vers. statutum, pag mihi 192.* Diaz *reg 296.* Alexand *consil. 225. num 5 & seqq vers. si qua ergo. vol. 6.* Aym. *de an-
5 tiq. car. 109 num 58 & seq.* Vant. *de nullit. tit. quis possit
dicere de nullit num. 37. & multis seqq.* Brun. *in tract. d.
statuti, & consilit. verbo Nullitas, vers. lex & statutum potest tollere nullitatem, &c* Franc. *in c. dilecto, q. 5. n. 115. cum pluribus seqq. extra de appell.* Ruginell. & Scacc *de appell.*

6 Nullitate prohibita, non censetur prohibita restitutio in integrum. Aym. *d. num 58. & seq.* etiam quòd verba statuti sint generalia & præcisa, vt per Contard *in l. 1 C si de mom possess. in 8. limit. num 4. & 5.* vide supra *q 19. num 21.* & in materia, *exceptione prohibita,* & meliùs in alio Repert. *in iudiciis, vers Restit. in integrum nunquam censetur prohibita, &c.*

7 Nullitate prohibita non censetur prohibita nullitas laudi Roland *cons. 76. n 20. vol. 1.*

8 Nullitate prohibita non censetur prohibita ea, quæ fuit facta dolo iudicis, seu aduersarij. Plot *in l si quando, n. 276. C. vnde vi.* faciunt in simili tradita in anteced. quæst. *appellatione prohibita, &c.* Adde pro hac eadem conclusione Felin. *in cap. de causis, num. 12. de offic. delegat.*

9 Statuto dictante quòd non possit agi de nullitate, non prohibet quin possit excipi de nullitate. Contard. *in l. 1. C si de mom. poss in 7. limit. n. 67. & seqq.*

10 Nullitate prohibita, non censetur prohibitum officium iudicis Roland. *cons. 19. n. 47. & seqq. vol. 1.*

11 Nullitate prohibita, non censetur prohibita illa quæ resultat ex defectu citationis. Roland. *cons. 29. num. 19 & seqq. col. 1.* & faciunt tradita *in seq. quæst. n. 2.*

QVÆSTIO XXI.

Exceptione prohibita, quidnam censeatur prohibitum, & de materia.

SVMMARIVM.

1. *Materia generalis, & num. 35. vbi datur generalis declaratio.*
   Exceptionibus aliquibus prohibitis quid prohibitum censeatur, eod. n. 1.
2. *Exceptione prohibita, non censetur prohibita exceptio defectu citationis.*
3. *Item nec exceptio nullitatis.*
4. *Item nec exceptio innocentiæ.*
5. *Item nec illa, quæ competit de iure naturæ.*
   Nec defensio. ibid.
6. *Item nec compensatio.*
7. *Item nec retentio.*
8. *Item nec officium iudicis.*
9. *Item nec exceptio non implementi.*
10. *Item nec exceptio falsitatis.*
11. *Item nec exceptio simulationis.*
12. *Item nec ea, quæ incontinenti affertur probari.*
13. *Item nec ea, quæ est notoria.*
14. *Item nec ea, quæ oritur ex eodem instrumento.*
15. *Item nec exceptio inepti libelli.*
16. *Item nec restitutio in integrum.*
17. *Item nec ea, quæ oritur facto aduersarij.*
18. *Statutum tollens exceptiones valet.*
19. *Sed non dicitur sublata exceptio, qua quis dicit sententiam non esse sententiam.*
20. *Item nec ea, quæ ex eodem, vel altero statuto oritur.*
21. *Item nec exceptio inhabilitatis personarum.*
    Nec exceptio excommunicationis, ibid.
22. *Item nec exceptio contrarietatis, & perplexitatis.*
    Item nec ea, quæ inest ex vi subiecta materia.
24. *Item nec denunciatio Euangelica.*
25. *Item nec exceptio opposita per tertium.*
26. *Item nec exceptio metus.*
    Nec exceptio quæ oritur ex dolo aduersarij, ibid.
27. *Item nec ea. quæ oritur ex alio solemni instrumento.*
28. *Item nec exceptio contra exequutionem.*
29. *Item nec exceptio recusationis iudicis.*
30. *Item nec exceptio solutionis seu compensationis.*
    Quid de exceptione nouationis. seu delegationis.
31. *Item nec exceptio Macedoniani, seu Velleiani.*
32. *Item nec exceptio vsurarum, seu cedendarum, & n. 34.*
33. *Item nec exceptio non numeratæ pecuniæ.*

EXCEPTIONIBVS aliquibus prohibitis à statuto, vel omnibus, si statutum quasdam tantùm exceptiones opponi permittat, non per hoc similes exceptiones non expressæ re ectæ intelliguntur; imò aliæ iustæ exclusæ non censentur, vt per Asin. *in prax §. 31. cap. 57.* ad quam materiam vide omnino pulchrè distinguentem Ant. de Cornario *de exeq. instrum. q. 2. 3. & 4.* quæ sint exceptiones, quæ non obstante dicto statuto opponi possunt. de hac materia vide omnino Ant. de Canario *in d tract. de exequ. instrum. num. 13. & plurib. seqq* & Bened. de Barzis *in tract. de guarentigia, in 3. part. princip. q. 1. & plurib. seqq.* Soc. *reg. 130.* Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præsumpt 48.* vbi latè habetur per Foller. *in pract. censuali, num. 73. pag. 268.* Marsil. *in rubr. de probat. n. 150.* Dec. *in c. ex parte, de offic. deleg.* vbi ponit tres limitationes, *& cons. 8. num. 7. & cons 239. num. 9.* Aym *cons. 231. num. 9.* Cæpol. *caut. 227.* Corser. *singul. vers Exceptio 1. & 2. & pag 156. ver Emphyteota, & pag 157. & 158 à tergo.* Marsil *sing. 88. & sing 79* Diaz *reg. 253.* omninò Asin. *in praxi §. 31. cap. 10. & seqq. per totum cap. 57.* vbi multa alia in materia præter instaposita. 1

Exceptione prohibita, non censetur prohibita exceptio defectu citationis non interuenientis. Imol. *concl. 43. lib. 1. pag. 269. in 6 ampliat.* Marsil. *sing 75* quæ videas. vide *in seq num.* & suprà *q. 20 num. 11.* adde pro primo dicto huius versiculi Asin. *in praxi §. 31. c. 27.* 2

Exceptione prohibita, non censetur prohibita exceptio nullitatis. Villalob. *E n. 114.* Asin. *in praxi, §. 31. c. 31. decis. Pedem. 129. n 8.* vbi quòd exceptione prohibita contra instrumentum, non censetur prohibita illa, quæ respicit instrumenti substantiam & validitatem, 3

puta

puta quòd inſtrumentum eſt nullum, vt *ibidem, & deciſ.*142.*num* 4.

4 Exceptione prohibita, non cenſetur prohibita exceptio innocentiæ. Marſil.*ſing.*58. quem videas. Aſin. *in praxi* §. 31. *c.*38. vbi concordantes allegat. Matth. Gribal *in com.opin.*346.*col.*2.*verſ.lex,& ſtatutum.*

5 Exceptione prohibita, non cenſetur prohibita illa, quæ competit de iure naturæ. Marſil. *ſingul.*163. ideò exceptione prohibita, non cenſetur prohibita defenſio.

6 Exceptione prohibita, an cenſeatur prohibita exceptio compenſationis. Marſil.*ſing.*208. vide infrà *n.*30.

7 Exceptione prohibita, non cenſetur prohibita retentio. Villalob *E.num.*113.

8 Exceptione prohibita, non cenſetur probibitum officium iudicis. fallit ſi ſtatutum tolleret nedum exceptiones, ſed etiam defenſiones, quia tunc nec officium iudicis implorari poteſt, vt per Aſin. *in praxi*, §.31.*cap.*33. Roland. *conſ.*1. *num.*58. *vol.*1. *& conſ.*29. *num.*47 *& ſeqq. vol.*1. vide Aſin. *in praxi* §.31. *cap.*31. vbi relatis contrariis diſtinguendo dicit, non eſſe prohibitum officium iudicis quando aliàs quis locupletaretur cum alterius iactura: ſi verò ceſſat locupletatio cum aliena iactura, tunc nec officium iudicis implorari poteſt, vt *ibi* per eum.

9 Exceptione prohibita, non cenſetur prohibita exceptio non implementi. Roland.*conſ.*53. *n.*32. *& ſeq. vol.*1. dixi in materia exceptionis non implementi.

10 Exceptione prohibita, non cenſetur prohibita exceptio falſitatis, *conſ.crim.*129.*num.*44 *pag.*147. Aſin.*in pract.*§.31.*cap.*50.

11 Exceptione prohibita, non cenſetur prohibita exceptio ſimulationis, vide Bened. de Barzis *in tract. de guarent.*3.*parte principali, q.*2. Ant de Cornar. *in tract. de exequut.inſtrum.in* 13.*q.n.*25.*& ſeqq.* vbi pulchrè, & diſtinctè. Tiraq.*de retract.pag.*42.*n.*11. *&* 13. ad idem Aſin. *in prax.*§.31.*cap.*37. vbi amplius etiam quòd ſtatutum expreſsè exceptionem ſimulationis tollat, adhuc poteſt ad iudicem Eccleſiaſticum recurri.

12 Exceptione prohibita, non cenſetur prohibita illa, quæ incontinenti offertur probari. Roland. *conſ.*98. *n.*36.*vol.*3. Ceph.*conſ.*4.*num.*18. Roland.*conſ.*2.*num.*36. *vol.*3. Contard. *in l.*1. *C. ſi de mom.poſſeſſ. in* 12. *limit. num.*4. Quando autem dicatur exceptio incontinenti probari, poſui *in q.*73. vbi eſt locus ſuus. pro primo dicto quòd non cenſeatur excluſa exceptio quæ incontinenti offertur probari, tradit Aſin.*in prax.* §. 31. *cap.*26. vbi limitat, niſi eſſet præſumptio calumniæ.

13 Exceptione quacumque prohibita, non cenſetur prohibita exceptio notoria. Menoch. *de arbitr. quæſt. pag.*67.*n.*79. Contard. *ibid.in* 9.*limitat.num.*17.*& ſeq.* Aſin.*in prax.*§.31.*c.*25.

14 Exceptione prohibita, non cenſetur prohibita illa quæ deſcendit ex eodem fonte, ex eadem cauſa, vel ex eodem inſtrumento. Natta *conſ.*474. *n.*35.*vol.*2. Aſin. *in prax.*§.31.*cap.*30. *deciſ. Pedemont.*51. *num.*19. *&* 20. vbi ampliat etiam quòd ſit iuratum.

15 Exceptione prohibita, non cenſetur prohibita exceptio inepti libelli. Ceph.*conſ.*100.*n.*11.*vol.*1. Aſin. *in prax.*§. 31.*cap.*41.

16 Exceptione prohibita, non cenſetur prohibita reſtitutio in integrum per quæcumque generalia, & præciſa verba. Contard. *ibid.in* 8. *limitat.n.*4. *&* 5. faciunt ſuprà tradita *q.*20.*n.*6. & in alio Repert.*in indic. verſ.Reſtit.in integrum*, nunquam cenſetur prohibita, &c. adde Aſin. *in prax.* §.31.*cap.*52. vbi limitat, ſi ſtatutum diceret, modo aliquo, vel quoquo modo; ſed contra prædictam concluſionem tenet Virg. Boccac. *in conſtit. March.gloſſ.*8.*n.*155.

17 Exceptione prohibita, non cenſetur prohibita illa, quæ facto aduerſarij cauſatur. Soc.iun.*conſ.*27. *num.*3. *vol.*4. Marſil.*conſ.*89.*num.*20. Aſin.*in praxi* §.31.*cap.*56.

Exceptiones poſſe tolli à ſtatuto, & tale ſtatutum valere, tradit Aſin. qui concord. allegat *in praxi* §.31. *cap.*20. *&* 21. *num.* 1. dummodo tamen tale ſtatutum fiat ab illis, qui habent merum, & mixtum imperium, & ſic poſſint ius alterius tollere, aliàs ſecus, vt *ibi* per eum. 18

Exceptione prohibita, non cenſetur prohibita illa exceptio, qua quis puta dicit ſententiam non eſſe ſententiam, vel inſtrumentum non eſſe inſtrumentum. Aſin.*in praxi* §.31. *cap.*21. *verſ. Primò igitur, &c. deciſ.Pedem.*122.*n.*2. 19

Exceptione prohibita à ſtatuto, non cenſentur prohibitæ illæ, quæ ex capite eiuſdemmet ſtatuti, vel alterius deſcendit, etiam quòd ſit dictum, non obſtante quocumque alio ſtatuto. Non enim credendum eſt ſtatuentes voluiſſe ſe incontinenti corrigere. Aſin. *in prax.d.*§.31 *cap.*22. 20

Exceptione prohibita, non cenſetur prohibita exceptio inhabilitatis perſonæ, quòd agens erat excommunicatus. Aſin. *d.* §.31 *cap.*23. vbi nonnulla alia in materia. 21

Exceptione prohibita, non cenſetur prohibita exceptio contrarietatis, & perplexitatis. Aſin. *in praxi* §.31.*cap.*28. 22

Exceptione prohibita, non cenſetur prohibita exceptio quæ ineſt ex natura ſubiectæ materiæ. Aſin. *in prax.d.*§.31.*cap.*29. 23

Exceptione prohibita, non cenſetur prohibitum vt quis poſſit ſe tueri per euangelicam denuntiationem. *c.nouit*, cum *ibi* not. *extrà de iud.* Aſin. *in prax.* §.31. *cap.*33.*n.*8. 24

Exceptione prohibita, non cenſetur prohibita exceptio indirecta, & quæ per tertium opponitur. Aſin. *in prax.*§.31.*cap.*35. vbi concordantes allegat. 25

Exceptione prohibita, non cenſetur prohibita exceptio metus. Aſin *in prax.*§.31.*cap.*36. vbi idem quòd non cenſetur excluſa exceptio reſultans ex dolo aduerſarij, ad quod vltimum idem traditur *in cap.*43. 26

Exceptione prohibita opponendi contra publicum inſtrumentum, non cenſetur prohibita exceptio fundata in alia æquè ſolemni, & publico inſtrumento. Aſin.*d.*§.31.*cap.*40. 27

Exceptione prohibita, non cenſetur prohibita illa exceptio, quæ contra exequutionem opponitur; licet enim contra inſtrumentum opponi non poſſit, poteſt tamen contra exequutionem opponi. Aſin. *d.* §. 31. *cap.* 44. 28

Exceptione prohibita, non cenſetur prohibita exceptio recuſationis iudicis. Aſin.*in prax.*§.31.*cap.*35. poſui *in fragmen. verſ. Iudex.* 29

Exceptione prohibita, non cenſetur prohibita exceptio ſolutionis, vt per Aſin.*in prax.*§.31.*cap.*46. vbi etiam quòd ſtatutum expreſsè admittens exceptionem ſolutionis, cenſetur etiam admittere exceptionem compenſationis, ſed non exceptionem nouationis, & delegationis. 30

Exceptione prohibita, non cenſetur prohibita exceptio Macedoniani & Velleiani ſenatuſconſulti. Aſin.*d.*§.31.*cap.*48. 31

Exceptione prohibita, non cenſetur prohibita exceptio vſurarum, vt per Aſin.*in prax.d.*§.31.*cap.*49. 32

Exceptione prohibita, non cenſetur prohibita exceptio non numeratæ pecuniæ. Aſin.*in prax.*§.31.*c.*54. Soc.*reg.*27.*in* 4.*ampliatione*. in additis *verſ.Confitens per apocham*, Ant.de Canario *de exequut.inſtrum. n.*29. Iaſ. *in l.qui pecuniam, n.*2.*verſ. Quartò amplia. ff.ſi cert.pet.* Ratio iſtius concluſionis eſt, quia talis exceptio eſt apocha ſimulationis, vt dicunt DD. præfati; ſed exceptione prohibita, non cenſetur prohibita exceptio ſimulationis, vt dixi ſuprà *num.* 11. ergo nec exceptio 33

non

non num. pec. Sed hoc fallit, quando ſtatutum daret etiam exequutionem inſtrumento, & exceptiones prohiberet, tunc enim cenſetur etiam prohibita exceptio non num. pecun. vt dixi infrà *q 70. n. 21.*

34 Exceptione prohibita, non cenſetur prohibita exceptio cedendarum. Aſin. *in praxi* §. 31. *cap.* 55.

35 Aduerte ad vnum in materia, quòd quando ſtatutum excludit exceptiones, & inſuper mandat inſtrumentum habere exequutionem paratam, tunc cenſentur excluſæ omnes exceptiones ex iure prouenientes, quæ tamen non cenſerentur excluſæ, ſi ſtatutum ſimpliciter exceptiones tolleret, ſed non daret inſtrumento exequutionem, vt ſunt prænarratæ. Vbi enim inſtrumentum habet à ſtatuto exequutionem, tunc dicitur habere vim confeſſionis iuramenti, & rei iudicatæ. Ideo cenſentur excluſæ omnes illæ exceptiones, quas excludunt confeſſio, iuramentum, & res iudicata. hæc tradit Anton. de Canario *de exequut. inſtrum n. 3. in fine, & n. 5. & ſeqq. & n. 9.* & faciont tradita *q. 87. n. 8.* vbi poſui aduerſùs inſtrumentum habens exequutionem paratam, quæ exceptiones opponi poſſent.

QVÆSTIO XXII.

De remedio canonis reintegranda, 3. quæſt. 1.

SVMMARIVM.

1. *Remedinm* c. reintegranda, *quando, pro quibus rebus, & quibus, ſeu contra quos competat, vbi generaliter.*
2. *An competat ſingulari ſucceſſori.*
3. *Et an detur contra ſingularem ſucceſſorem, & n. 95. vbi de materia.*
4. *Et an detur contra titulo & bona fide poſſidentem, & num ſeqq.*
7. *Et quid ſi res ſit affecta vitio reali, vel perſonali, & num ſeqq.*
11. *An detur ei, qui ſua culpa cecidit à poſſeſſione.*
12. *An detur pro viribus incorporalibus.*
13. *An pro annuis præſtationibus.*
14. *An in beneficialibus.*
15. *An competat laicis.*
16. *An competat Clericis pro rebus Eccleſiæ.*
17. *An detur pro rebus profanis.*
18. *An detur hæredibus, vel contra hæredes, & de materia. & n. ſeqq.*
21. *An detur Prioribus Hoſpitalis.*
22. *Vel Confraternitatis.*
23. *An competat Commendatario.*
24. *An detur contra poſſidentem authore prætore.*
25. *Et quid ſi iudex non rite procedit, an dicatur quem ſpoliare, &c.*
26. *An competat Commendatario, ſeu depoſitario.*
27. *Et an ei, qui precario poſſidebat.*
28. *Et an competat ceſſionario.*
29. *An competat ſpoliato malæ fidei poſſeſſori.*
30. *An competat minori pro recuperatione rerum nulli alienatarum, & num. ſeqq.*
34. *Et an ei qui in alium tranſtulit poſſeſſionem nullam.*
35. *Et an competat pro rebus mobilibus.*
36. *Iudex competens quis ſit in hoc remedio.*
37. *Remedium hoc eſt ſummariè tractandum.*
38. *Libellus an ſit neceſſarius.*
39. *Libelli forma.*
40. *An requiratur in hoc remedio litis conteſtatio.*
41. *Quæ dilatio ſit in hoc remedio concedenda.*
42. *Remedium hoc quando cum aliis cumuletur.*
43. *Quando ſuſpendatur petitorium per iſtud remedium, & è contra.*
44. *Forma ſententiæ in hoc remedio.*
45. *An poſſit per condemnatum dari fideiuſſor de reſtituendo rem, &c.*
46. *Spoliatus, & reſtitutus ex hoc remedio non poteſt ſtatim in petitorio conueniri.*
47. *Remedium hoc quomodo præſcribatur, & num. ſeqq.*
55. *Exceptiones quæ obſtent in hoc remedio, & num. ſeqq.*
56. *Et quid ſi actor nunquam poſſedit, vel nulliter poſſedit.*
57. *Et quid de exceptione reſeruationis beneficij.*
58. *Et quid ſi Conuentus alleget ſuum authorem, &c.*
59. *Et quid de exceptione melioramentorum.*
60. *Et quæ exceptiones obſtent agenti poſſeſſorio officio iudicis.*
61. *Et quid de exceptionibus, quæ non requirunt probationem facti, ſed iuris.*
62. *Et quid de exceptione præſcriptionis.*
63. *Et quid de exceptione dominij, & num. ſeqq.*
76. *Quid ſit probandum in hoc remedio, & num. ſeqq.*
77. *Sufficit probatio duorum extremorum.*
78. *Non eſt opus probare clandeſtinitatem.*
79. *An ſit probanda ſpoliatio.*
80. *An ſpoliationis tempus.*
    Et an quod agens poſſidebat tempore ſpoliationis, ibid.
81. *Et an dominium debeat allegari ſuper bonis.*
82. *In beneficialibus quid probandum.*
83. *An ſit probanda violentia probationis.*
84. *Hæres quid debeat probare.*
85. *An admittantur probationes in petitorio.*
86. *An ſufficiat ſemiplena probatio.*
87. *Teſtis vnus an plenè probet, & num. ſeqq.*
91. *Quid de colono partiario.*
92. *Quid de teſte domeſtico.*
93. *Quid de fama.*
    Quid de teſte de vniuerſitate, ibid.
    Quid de teſte de auditu, ibid.
94. *Hoc remedium eſt pinguius aliis.*
95. *Remedij* c. ſæpè, de reſtit. ſpoliat. *materia.*
96. *In antiquis an requiratur perfecta probatio in hoc remedio.*
    Teſtis vnus de viſu iuncta fama an probet plenè, &c. ibid.
97. *Hoc remedium, ſeu aliud poſſeſſorium an competat colono.*

HOc remedium quibus, quando, contra quos, & pro quibus rebus competat, & generaliter de materia, præter infrà poſita videas quæ dicentur in alia quæſtione, videlicet, ſpoliatus quando ſit reſtituendus. Viu. *in com. opin. pag. mihi* 192. *verſ. Remedium, & ſeqq.* Plot. *in l. ſi quando, C. vnde vi, in eius Repert. verſ. Capitulum, &c. videlicet n.* 63. 65. 67. 68. 69. 70. 72. 839. & 840. Natta *conſ.* 386. 373. *num.* 35. *& ſeq.* Soc. *in l. rem quæ nobis, ff. de acquir. poſſeſſ.* Turz. *opin.* 50. & 110. multa conferunt in hac materia, de quibus *in q.* 123. vbi agitur quando ſpoliatus ſit ſtatim reſtituendus. & vide omnino Gabr. *in ſuis concluſionibus*, &, vt dixi, *in d. q.* 23. 1

Remedium *cap. reintegranda*, an competat ſingulari ſucceſſori, & ſic an tranſeat in ſingularem ſucceſſorem, videas per Menoch. *de recuperan. poſſ. pag. mihi* 231. *num.* 64. *& ſeqq.* 2

Et è conuerſo, an detur contra ſingularem ſucceſſorem, habetur per Villalob. *C. n.* 17. *& ſeq.* Menoch. *de recup. poſſeſſ pag* 236. *num.* 93. *in fine*, vide *in num.* 95. *& q.* 23. *num.* 20. 3

Et quia iſte ſingularis ſucceſſor aliquando eſt cum titulo, aliquando autem ſine titulo, & ſic aliquando cum bona fide, & aliquando ſine; ideo ſi vis ſcire, an 4

hoc

hoc remedium concedatur contra titulo, vel bona fide possidentem, videas per Viu. *vbi suprà, d. vers. remedium.* Grauat. *in addit. ad Vestr. in praxi pag. mihi 22. in princ.* omnino vide disputantem materiam Olasc. *decis. Pedemont. 93. per totam*, vbi videas & Ant. Thesaut. *in alia decis. Pedem. 29.* Dicas quòd tale remedium datur etiam contra possidentem cum titulo, secundùm magis communem, de qua per Ias. *in l. rem qua nobis, num. 19.* vbi allegat concord. *ff. de acquir. poss.* & idem, credo, traditur per Mynſ. *obseruat. 85. cent. 3.* Roland. *cons. 50. n. 11. & cons. 72. n. 7. vol. 1.* Bou. *de stat. vrb. præscript. pag. 80. n. 237.* Plot. *in l. si quando, num. 69. pag. 28 & num. 65. pag 23.* quos videas si Iasonem sequuntur, quia credo quòd teneant opinionem Iasonis. In materia vide Rubeum Alexand. *cons. 167. n. 9. & cons. 4. per totum*, vbi quòd tale remedium non competit contra titulo & bona fide possidentem. Bald. *in repet. l. Celsus, ff de vsucap. num. 48. pag. 170.* Gozad. *consil. 28. n. 36.* Idem Bald. *in 4. part. 4. partis n 5. vers. quinimo, decis. Bonon. 33.* Et hanc materiam latissimè præter alios disputat Menocb. *de recup. possess. pag. 231. n. 67. & pluribus seqq.*

5 Prima sit conclusio secundùm eundem Menoch. *ibidem num. 68. & seqq.* quòd videlicet hoc remedium datur contra singularem successorem qui habet bonam fidem, sed est sine titulo.

6 Secunda sit conclusio secundùm eundem Menoch. *ibid. n. 71. & seq.* quòd tale remedium datur contra bona fide, & titulo possidentem, si titulus superueniat post adeptam possessionem.

7 Tertia sit conclusio secundùm eundem Menoch. *ibid num. 73. & seqq.* quòd hoc remedium datur contra possidentem cum titulo & bona fide, quando res est affecta vitio personali.

8 Quarta sit conclusio secundùm eundem Menoch. *ibid. n. 77.* quòd hoc remedium datur contra titulo, & bona fide possidentem, quando res est affecta vitio reali.

9 Quinta disputatur conclusio per eundem Menoch. *ibid. n. 78. & seq.* An hoc remedium detur contra possidentem cum titolo & bona fide, si res nullo vitio est affecta, ipse tamen possidens successit authori vitioso.

10 Sexta conclusio latissimè per eum disputatur *in num. 80. & pluribus seqq.* an hoc remedium detur contra possidentem cum titulo & bona fide, qui etiam ipse habuerit causam à bonæ fidei possessore. multa hinc inde cumular, postea concludit negatiuè, quòd contra taliter possidentem non datur. & hanc opinionem negatiuam sequuti sunt multi alij, relati per Roland. *cons. 6. n. 7. vol. 3.* vbi de communi, & magis communi. Sed contrarium, quòd imò tale remedium detur etiam contra possidentem cum titulo & bona fide, & habente causam ab authore non vitioso, & bonæ fidei possessore, tenet *ibidem* per Roland. *num. 40.* vbi de magis commoni, & concordantes allegat.

11 Remedium *c. reintegranda*, an detur ei, qui sua culpa, aut facto cecidit à possessione, vide *in decis. Bononien. 10.* Roland. *cons. 50. num. 12. & 26.* vbi etiam, an præsumatur culpa, & facto suo quis cecidisse à possessione? Dicas quòd non præsumitur, vt per eundem Roland. *in cons. 72. n. 5. vol. 4. & cons. 41. n. 14. vol. 3.* & faciunt infrà tradita *n. 78. & cons. 72. n. 10. & 11. vol. 2.* Menoch. *de recuperanda possess. pag. 237. n. 95. & seqq. & pag. 318. num. 14.* vbi, an saltim ei detur officium iudicis. Ceph. *cons. 100. n. 26. vol. 1.* Plot. *in l. si quando, n. 70. & 71. C. vnde vi.* Dicas, quòd non datur. Roland. *consil. 72. n. 2. vol. 4.* vbi de communi, *& cons. 41. num. 11. vol. 3.* vt per Contrard. *in l. 1. C. si de mom. possess. in ampliatione, seu quasi, num. 41.* ex Achil. *decis. 1. tit. de reintegr.* & quid si culpa fuerit in omittendo, vide *ibidem* per Menoch. *d. pag. 237. num. 97.* & quid si fuerit negligens per decem annos quòd non accessit ad suum fundum, an ex hoc dicatur sua culpa cecidisse ab eius possessione, vide *d. decis. Bonon. 10.* & Roland. *cons. 50. n. 12. & 26. vol. 2.*

Remedium *c. reintegranda*, an detur pro iuribus in- 12
corporalibus, *decis. Bonon. 27. decis. Pedem. 99. num. 10.*
& 47. & seqq. vbi particulariter, an detur pro annuis 13
præstationibus. Menoch. *de recup. possess. pag. 256. n. 200.*
& seqq. Plot. *in l. si quando, num. 68. C. vnde vi, in q. 23.*
num. 15.

14 Remedium *c. reintegranda*, an habeat locum in beneficialibus. Roland. *cons. 23. per totum, vol. 2.* vbi etiam, isto casu coram quo iudice sit petendum, de quo videas infrà *n. 36.* & quid sit probandum isto casu, vide *n. 82. & q. 24. n. 15.*

15 Item an detur laicis, sicut Clericis. Roland. *cons. 72. n. 8 vol. 2.*

16 Et an tale remedium competat Clericis pro rebus Ecclesiæ. Menoch. *de recup possess. pag. 225. n. 13. & seqq.*

17 Et an detur pro rebus prophanis, vide Grauat. *in addit. ad Vestr. in sua praxi pag. 22. in princ.* Plot. *in l. si quando, n. 64.* vbi quòd sic, & *ibi* testatur de communi.

Remedium *c. reintegranda*, an detur hæredibus, vide 18
in q. 23. n. 24. Dic quòd datur expressa authoritas de-
functi spoliati in eius vita, vt per Ioseph. Lud. *in com.*
opin lib. 1. conclus. 16. num. 62. vel contra hæredes, vide
in q. 23. n. 21. decis. Bonon. 12. Natta *cons. 439 n. 4. vol. 2.*
vbi quòd transit ad hæredes, & *num. 5.* ponit quid de- 19
beat probare isto casu hæres. Roland. *cons. 50. n. 6. 17.*
& 25. & ferè per totum, vbi an transeat ad hæredes,
& *num. 5.* ponit, quid debeat isto casu probare hæres,
habetur *ibi* per eum, *& cons. 6. num. 14. & seq. vol. 3.* vbi
quòd transit ad hæredes, & *ibi* testatur de communi.
Aduerte tamen quòd contra illum, qui hæreditate ia- 20
cente, vel antequam hæres actualem caperet posses-
sionem hæreditaris, se intrusit in possessionem alicu-
ius rei hæreditariæ, non competit remedium, hoc
etiam stante statuto quòd possessio defuncti conti-
nuetur in hæredem, secundùm magis communem, &
practicatam opinionem, de qua per Contard. *in l. 1. C.*
si de mom possess in 2. limit. §. 20. num 17. & seq. licèt Me-
noch. & Couart. contrarium dixerint.

21 Remedium *c. reintegranda*, an competat pro rebus hospitalis recuperandis, vide Menoch. *de recup. possess. pag. 226. n. 22. & seqq.*

22 Et an competat pro recuperandis bonis confraternitatis, & similia, vide eundem Menocb. *ibid. pag. 227. n. 24. & seqq.*

23 Et an concedatur hoc remedium Commendatario spoliato à sua commenda, habetur per eundem Menoch. *ibid. pag. 228. n. 38. & seqq.*

24 Remedium *can. reintegranda*, non datur contra possidentem, authore Prætore. Gozad. *cons. 99. n 11.* Paris. *cons. 1. num. 165.* vide *in num 25.* in hac materia. An, & quando spoliatus à iudice sit ante omnia restituendus, vide per Menoch. *de recup. possess. pag. 102. & omnibus seqq.* vbi etiam de spoliato à Principe: & latè ponit materiam *l. meminerint, C. vnde vi*, quæ est clauis huius conclusionis, ad quem semper recurras in materia, & ad Gabr. *pag. 534. num. 108. & seqq.* & dicas quòd remedium *c. reintegranda*, non datur spoliato authore Prætore: vt per Roland. *cons. 6. num. 2. vol. 2.* & in simili *cons. 6. num. 1. & seq. vol. 3.* sed contrà idem Roland. *d. cons. 6. n. 10. & multis seqq. vol. 2.* Concorda has opiniones quòd prima opinio procedit quando iudex ritè procedit; secunda verò, si non ritè processit, vt dicetur *num. 25.*

25 Remedium *c. reintegranda*, an detur, quando iudex contra aliquem de facto procedit? Dicas quòd iudex dicitur quem spoliare, quando procedit minus ritè, &

iuris

iuris ordine non ſeruato, quando iudex nulliter non proceſſit, tunc datur ſpoliato authoritate iudicis remedium *c.reintegr.* Roland.*conſ.6. n.32. & ſeqq. vol.3.* ſecus ſi ritè, ſed iniuſtè, quia primo caſu competit poſſeſſorium recuperandæ: ſecundo verò caſu non; aduerte tamen quòd ſi iniquitas ſententiæ eſt notoria, & reſultans ex actis, tunc æquiparatur nullitati, & ideo competit remedium *can reintegr.* Roland.*conſ.6. num.36.& ſeqq.vol.3.* Soc.*conſ.12. n.10. & ſeq. vol.1. & conſ.18.n.32.eodem vol.* In hac materia quando quis dicatur ſpoliatus à iudice, & competat remedium *canonis reintegranda.* & an ſit ſtatim reſtituendus, vel priùs cognito de bono iure ſuper negotio principali, vide Marſil. *in practic. §.nunc videndum, num.38.* Aym. *conſil.302. per totum.* Diaz *reg.691.* Duen. *reg.189. num.2.* Villalob.*S.num.87.* Æmilian. *conſ.51.* Roland. *conſ.6. per totum* Boër.*deciſ.38.num.4.* Gemin.*conſ.146.num.1.* vbi quòd quando agitur de ſpoliatione facta a iudice competenti, debet actor probare ſpoliationem non ſolùm nulliter factam, ſed etiam iniuſtè, aliàs non poſſet obtinere. Minus etiam obtineret, ſi ſententia tranſiiſſet in iudicatum, vt *ibi* per eum. Abb.*in cap. ex inſinuatione, de procurat.n.4 verſ.ego in hoc articulo*, vbi diſtinguit quòd aut iudex ſciebat ſententiam eſſe nullam, vel errauit in iure; & tunc ſpoliatus poteſt intentare poſſeſſorium, petendo reſtitutionem: aut iudex putabat veriſimiliter ſententiam non nullam, puta ſi ignorabat Procuratorem reuocatum, & tunc non poteſt agi interdicto *vnde vi*, ſeu alio poſſeſſorio, quia iudex iſto caſu non dicitur vim inferre, ſed agi poteſt per viam nullitatis, & officio iudicis peti reſtitutio, ex allegatis *ibi* per eum, quem refert Aym.*d.conſ.302. n.1.in fine.* vide in materia Dec.*conſ.225.vel 121.n.8.& ſupra n.24.*

26 Remedium *c.reintegranda*, an competat commodatario, ſeu depoſitario pro recuperatione rerum depoſitarum, ſeu commodatarum, videas per Menoch. *de recup.poſſeſſ.pag.229.num.49.& ſeqq.* Plot.*in l.ſi quando, n.63.pag.2.*

27 Et an competat ei, qui ſpoliatur à re, quam precario nomine poſſidebat? Dic quòd ſic: ſed declara vt per eumdem Menoch. *ibid.pag.230. num 55.& ſeqq.in q.13.n.38. & ſeq.* vbi etiam quòd de ſpoliato habente ſolùm ciuilem poſſeſſionem, ex clauſula *conſtituti.*

28 Et an competat hoc remedium ceſſionario? Dic quòd ſic. Menoch.*ibid pag 230.n.59.& ſeq.*

29 Et an competat malæ fidei poſſeſſori a ſua poſſeſſione deiecto? Dicas quòd non; ſed declara vt per eundem Menoch.*pag.230.num.61. & ſeqq.* Plot.*in l.ſi quando, n.69.pag.29.*

AD hanc materiam vide præter infra posita, Felin. *in c. licèt causam, extrà de probat.* Soc. *reg.* 34. *litt. P.* & in alia patua impressione *reg.* 271. & 312. *decis. Bonon.* 11. Marsil. *singul.* 183. Nouell. *reg.* 38. Menoch. *de arbitr. qq. q.* 56. vide ad hanc materiam text. & *ibi* omnea Doct. *in c. licèt causam, de probat.* Rom. *in l. quamdiu, num.* 13. *& seqq ff. de acquir. hered.* 1

Regula sit quòd per lapsum termini censetur exclusa via probandi, prout latè defendit, & concordantes allegat Felin. *in c. licet causam, num.* 18. *extrà de prob.* & de communi testatur Soc. *d. reg.* 34. *litt. P.* & est decis. Thom. de Fastol. *causa* 33. *dub.* 61. inter decis. Rotæ *in antiq. pag. mihi* 117. *in fine, incip. Die Mercurij*, vbi inter alia allegat text. *in l. in peremptorio, & l. post edictum, ff. de iudic.* & ita etiam post longam disputationem tenuit Rota *decis.* 1. aliàs 30. *de sequestr. possess. & fruct. in nouis, incip. Fuit dubitatum, pag.* 44. & ratio est, quia dilationes sunt amputandæ, *l.* 1. *C. de dilat. c. significauerunt, & c. vltra tertium, de testibus, & c. frequens, de restit. spoliat.* finis enim litibus imponendus, ne in longum trahantur, *c. finem litibus, de dolo, & contum.* vide *in fragment. vers. dilatio, num.* 4. inter diuersa, quæ ponas hîc. faciunt etiam pro hac eadem parte quædam aliæ rationes pulchrè consideratæ, quas in proposito videas, per Rotam *de probat. decis.* 13. aliàs 465. *num.* 3. *in nouis, pag.* 48. & faciunt infrà de ea *num.* 23. 2

Contrariam partem tenuerunt multi relati à Fel. *in c. licèt causam, n.* 15. *extrà de probat.* vbi inter alia allegat gl. *in Clem. sæpe, verbo non obstante, de verb. signif.* & hanc opinionem de æquitate, & practica seniori, æquiorem, licèt contrariam veriorem, dixit Imol. *in d. c. licèt causam, extrà de prob.* & facit, quia probationes nô sunt amputandæ, sed ampliandæ, *c. quanquam* 14. *q.* 5. *l. quoniam, C. de hæret. c. quoniam frequenter, vt lit. non contest.* & probationum materia est fauorabilis. Rota *dec.* 14. aliàs 156. *tit. de appellat. in antiq. pag.* 46. & facit, quia in iudicialibus semper mora purgatur, vt suprà *q.* 28. *n.* 15. 3

Retenta prima opinione, quæ videtur verior, dicas illam multo magis procedere in lapsu termini præfixi à lege, vel statuto, vt per Felin. *in d. c. licèt causam, n.* 17. *extra de probat. in* 3. *limit.* & dicetur infrà *in hac eadem quæstione*, in materia, *probatione prohibita, &c. num.* 24. *& seqq. vsque ad n.* 28. quæ ponas hîc, & ex iis amplia, & limita hanc ampliationem. 4

Fallit

5 Fallit supradicta conclusio multipliciter, & primò quando probatio de nouo post lapsum termini superuenisset, quia tunc de æquitate quoad probandum admittitur, secundùm Felin. *ibid. n.* 18. *in* 1. *limit.* licèt de iure contrarium consuluerit Oldrad. per eum relatus *in cons.* 3. *incip. Cùm causa, &c.*

6 Quòd si è conuerso probatio antea esset nota producenti, tunc nedum de rigore, sed etiam de æquitate, ac etiam re integra, debet repelli, quoniam negligentibus æquitas non suffragatur, vt *ibid.* per Felin. *n.* 17. *in* 5. *limit.*

7 Fallit secundò in probatione quæ venit ad confirmationem probationis deductæ in termino, puta si in termino producatur copia, potest post terminum produci originale, quia illa non datur vt noua probatio, sed veteris probationis confirmatio. Bald. *in c.* 1. *in princ. de fid. instr.* Felin. *ibid. n.* 18. *in* 5. *limit.*

8 Fallit tertiò, quando terminus est lapsus facto partis aduersæ. Soc. *reg.* 34. *lit. P. in* 2. *limit.* allegat text. *in c. ex litteris, de testibus.*

9 Fallit quartò, quia si iudex vult parte citata, & ex officio, etiam post lapsum termini probationes admittere. Felin. *num.* 18. *in* 7. *limit. & in* 11. *limit.* Soc. *reg.* 14. *litt. P. in* 8. *&* 10. *limit.* Roland. *cons.* 88. *num.* 13. *& seqq. vol.* 3.

10 Fallit quintò, in probatione quæ fit per confessionem partis, prout *num.* 25. & per Felin. *in d. c. licèt causam, num.* 18. *in* 8. *limit.* Soc. *d. reg.* 34. *lit. P. in* 4. *limitat.* Myns. *obseru.* 94. *cent* 1. Maran. *in spec. pag.* 282. *num.* 23. Marsil. *sing.* 120.

11 Fallit sextò, quando terminus datus fuisset multum breuis. Felin. *d. cap. licèt causam, n.* 18. *in* 9. *limit.*

12 Fallit septimò, nisi post terminum quis vellet declarare probationem in termino factam. Felin. *ibi num.* 18. *in* 10. *limit.* Soc. *d. reg.* 34. *litt. P. in* 7. *limitat.* vbi sublimitat id procedere quando obscuritas probationis causaretur ex facto iudicis, secus si facto partis.

13 Fallit octauò, quia aduersùs lapsum termini conceditur restitutio in integrum. Thom. Fastol. *d. causa* 33. *dub.* 62. Soc. *d. reg.* 34. *litt. P. in* 1. *limit.* allegat Innoc. *in c. cùm Bertoldus, de re iudic. & in c. cùm ex litteris, de in integr. restit.* & an isto casu minori concedatur restitutio, vide infrà *q.* 49. *num.* 21. *& seqq. & in fragmentis, vers. Minor, num.* 8. & an sit concedenda rustico, seu mulieri, vide *in decis. Pedem.* 76. *per totam.* Vide in proposito quæ dicuntur *in alio Repert. in iudic. in ver. restit. &c.* & Ceph. *cons.* 7. *per totum,* vbi si probatio sit de nouo reperta, an concedatur restitutio, & an ista impediat exequutionem, &c. *q.* 48. *n.* 26. & an talis restitutio concedatur non docto de læsione, ac de bono iure in negotio principali, vide *in q.* 49. *n.* 21. *& seq.*

14 Fallit nonò in testibus, qui iurauerunt in termino, qui possunt examinari etiam post terminum. Felin. *ibi num* 19. *in* 16. *limit.* vbi late de materia, de qua videas *in alio Repert. de testib.* de hac materia ponunt Doct. *in l. si quando, C. de testib.*

15 Fallit decimò in criminalibus, de quo videas *in Repert. q.* 14. *n.* 36.

16 Fallit vndecimò in causis summariis, puta beneficialibus, & matrimonialibus. Rota *de sequestr. possess. & fruct. decis.* 2. *alias* 30. *n.* 1. *in fine, incip. Fuit dubitatum, in nomine, pag.* 44. vbi tamen videtur loqui de probatione facienda per instrumenta. Soc. *d. reg.* 34. *litt. P. in* 6. *limit.* sed contrarium voluit Felin. *ibid. num.* 18. *in* 4. *limitat.*

17 Fallit duodecimò in causis in quibus proceditur simpliciter, de plano, & lite non contestata. Rot. *d. decis.* 2. *n.* 1. *in fine,* vbi similiter videtur loqui de probatione facienda per instrumenta, & idem vbi proceditur sola facti veritate inspecta, vt *in decis. Pedem.* 1. *n.* 25.

18 Fallit decimotertiò in foro vbi proceditur de æquitate, puta in foro mercatorio. Felin. *in d. c. licèt causam, n.* 18. *in* 2. *limit.*

19 Fallit decimoquartò, quando incontinenti offertur probatio. Menoch. *de recup. possess. pag.* 48. *num.* 213. Rota *d. decis.* 2. *n.* 3. *vers. sed hoc non obstante, & vers. ad alium rationem,* vbi exemplificat in probationibus no- 20
toriis, & quæ fiunt per instrumenta, super quibus vide idem tenentem Soc. *d. reg.* 34. *litt. P. in* 11. *fallent.* Felin. *vbi suprà n.* 15. *in* 1. *limit.* vbi de materia, & *num.* 17. *in* 5. *limit. in fine,* vbi similiter de materia, *& n.* 18. *in* 3. *limitat.* vbi ampliat, etiam in probatione facienda per testes, quos quis habet paratos, subditque quòd in proposito quis dicitur incontinenti probare, si intra tres dies probet, secundùm Baldum, quem allegat *in l. vbi. C. de iudic.* Deinde sublimitat hoc procedere duobus concurrentibus, primò scilicet re integra; secundò quòd parum post terminum offeratur probatio. vide *in num.* 26. ad quam materiam vide omnino tradita *in q.* 73. vbi generaliter posui, an, & quando probatio dicatur incontinenti fieri.

21 Fallit decimoquintò in reo. Rota *d. decis.* 2. *num.* 3. *in fine, vers. secus verò posset dici,* vbi sublimitat, quando reus calumniosè distulisset probare post terminum.

22 Fallit decimosextò vbi quis fuerit impeditus. Fel. *in d. c. licèt causam, n.* 17. *in* 3. *limit. in fine,* Soc. *d. reg.* 34. *litt. P. in* 5. *limit.* vbi quòd impedito succurritur via restitutionis, quando impedimentum non poterat præuideri, aliàs secus, vt *ibi* per eum.

23 Fallit decimoseptimò, quia ad hoc vt per lapsum termini sit seclusa via probandi, iudex debet pronuntiare, quòd eo termino lapsò, ampliùs non admittatur actor ad probandum; tunc enim moram non posse purgari, dixit Felin. *in d. c. licèt causam, num.* 17. *in* 4. *limitat.* Quòd si iudex talem interloquutoriam non fecerit, poterit quis etiam post terminum probare, secundùm Cæpol. *caut.* 167. & Marsil. *sing.* 283. Sed quòd imò ad excludendam probationem post lapsum termini non sit necessaria talis pronuntiatio, seu interloquutoria, facit quia assignatio termini est quædam interloquutoria, per quam iudex tacitè videtur pronuntiare, quòd post terminum non audiatur, *l. Titia, ff. de accusat.* quæ transit in rem iudicatam quoad partes, & ideo ius quæsitum parti ex re iudicata, ne scilicet probationibus vexetur, & ne ampliùs causæ expeditio differatur, excludit eum, qui non probauit. hæc sunt verba Felin. *in d. c. licèt causam, num.* 18. *sub vers. ad idem allegat, &c.*

24 Dixi suprà *num.* 4. quòd in materia de qua agitur, idem operatur præfixio termini facta à iudice, ac facta à statuto, seu lege. in quo videre contingit, quidnam prohibitum censeatur per legem, seu statutum prohibentem probationem, ad quod præter infraposita videas Corset. *sing. pag. mihi* 186. Marsil. *singul.* 233. Soc. *reg.* 313. Hercul. *de negat. n.* 246 *& seqq.*

25 Et particulariter an probatione prohibita sit prohibita probatio per confessionem partis, vide præter authores allegatos *in anteced. num.* Roland. *cons.* 88. *n.* 8. *& seqq. vol.* 3. vide suprà *num.* 10. Dic quòd non censetur prohibita, vt per Asin. *in praxi* §. 31. *cap.* 39. vbi concordantes allegat *dec. Pedem.* 10. in discursu, vbi an lapso termino probationis admittantur positiones, quibus debeat aduersarius respondere, quòd non censeatur prohibita probatio per partis confessionem, tradit Marsil. *sing.* 110. Maran. *in spec. pag.* 282. *n.* 23.

26 Probatione autem prohibita, non censetur prohibita probatio per euidentiam facti. Cephal. *cons.* 34. *num.* 30. *vol.* 1. minus ea, quæ apparet ex inspectione oculorum. Hercul. *de negat. n.* 246. *& seq.* Breu *pag.* 163. *num.* 6. *vers. hinc est, &c.* Cotta *memor. pag.* 189. & quid de probatione notoria, vide suprà *n.* 2. pro primo dicto Lambert. *de contract. gloss.* 8. *n.* 71.

Proba

27 Probatione autem omni prohibita, excepta instrumentali, quidnam prohibitum censeatur, vide Cæpol. caut. 253. Arnob. sing. 49. Marsil sing. 157. Mynsf. obseruat. 5. cent. 1. Roland. cons. 88. num. 8. & seqq. vol. 3. vbi quòd non censetur prohibita probatio per confessionem partis, & n. 10. & seqq. vbi declarat. Item non censetur prohibitum quin testes recipiantur officio iudicis, ibidem per Roland. n. 13. & seqq. Item non censetur prohibitum quin pars possit probare per testes & instrumenta simul. Mascard. conclus. 932. num. 4. & 5. vbi declarat ibidem n. 16. & seqq. Item quoad crimen non censetur prohibitum quin possit per testes probari, vt per Mascard. conclus. 461. n. 3. & n. 7. & seq. vbi declarat, dummodo testes sint legalissimi. Item non censetur prohibita probatio per quinque testes, quia illa æquiparatur probationi instrumentali. ibid. n. 4. & seqq.

28 Adde supradictis Menoch. de arbit. quæst. q. 36. vbi pulchrè declarat, an contumax dato sibi termino ad opponendum, eo elapso adhuc admittatur contra processum iam perfectum, & hæc poterit esse tertia fallentia ad regulam.

29 Sublimita, omnes præcedentes fallentias non procedere, quando elapsus esset terminus datus ad probandum omne id, quod quis potest per omne genus probationis, quia tunc non admittitur ad deducendam aliquam aliam probationem, etiam priuilegiatam, vt infrà in fragmentis vers. terminus, num. 4.

Quæstio XXX.

De præscriptione annuæ præstationis.

Summarium.

1. *Annua præstatio quomodo præscribatur per non solutionem in fauorem debitoris.*
2. *Vnica præscriptio an sufficiat quo ad omnes præstationes.*
3. *Et è conuerso, quomodo præscribatur per diutinam solutionem in fauorem creditoris recipientis, & num. 11. & 12.*
4. *Emphyteosis quomodo præscribatur.*
5. *Et quis debeat probare non solutionem, & n. 9.*
6. *Quid in censu.*
7. *Præscriptio in materia an currat cum mala fide, & num. seqq.*
8. *Debitor, seu eius heres nunquam præscribit annuam præstationem, sed tantum singularis successor.*
10. *Quid in legato annuo.*
11. *Solutio diutina, quem contractum ostendat præcessisse.*
12. *Contra rusticum quomodo præscribatur census, seu annua præstatio per recipientem.*
In petitorio quomodo præscribatur annua præstatio, ibidem.
Quid in possessorio, ibid.

1 Annua præstatio, an, & quomodo, & quanto tempore præscribatur, vide Mynsf. obseru. 13. centur. 3. Bou. de statut. prascript. pag. 96. num. 123. & seq. & pag 118. n. 220. & seqq. Balb. de prascript. pag. 69. q. 4. & seqq. dec. Tholos. 341. Guido Papæ decis. 406. Boër. decis. 336. vide infrà in discursu quæstionis.

2 Et particulariter, an in annua præstatione vnica tantùm sufficiat præscriptio, etiam pro futuris præstationibus, an verò requirantur præscriptiones, quot sunt annuæ præstationes? Dicas quòd vnica tantùm sufficit præscriptio. Corn. cons. 43. n. 4. & 7. lib. 2. & cons. 1. num. 1. lib. 3. Aym. cons. 57. num. 8. lib. 1. Soc. cons. 81. num. 5. lib. 3. Boët. decis. 336. per totum. Mohed. decis. 223. Put. decis. 257. lib. 1. quos videas si id dicant, licèt contrarium videatur tenere Soc. iun. consil. 80. num. 24. lib. 3.

Et è conuerso, an diutina solutio alicuius annuæ præstationis inducat in fauorem recipientis præscriptionem, vide Soc. reg. 81. vide aliquid infra num. 11. & 12. Diaz reg. 26. Villalob. I. num. 109. 115. & seqq. & quid in rustico soluente, vide in materia rusticis in quibus excusetur, &c. vide infrà q. 64. n. 73 & hic n. 12. Quomodo per solutionem annuæ præstationis recipiens illam præscribat, vide Redoan. de reb. Eccles. pag 441. num. 17. & 18. vbi generaliter loquitur in colono, emphyteota, ac etiam in censuatio, & pag. 442. sub n. 19. 3

Emphyteosis per quanti temporis non solutionem præscribatur, vide Hercul. de negat. num. 26. vers. secundo infertur. Balb. de præscript. pag. 71. in 8. quæst. Tiraq. de præscript. pag. 10. glos. 12. Redoan. de rebus Eccles. pag. 441. n. 14. 15. & 16. & pag. 500. num. 26. In quibus locis reperies etiam, quis debeat probare non solutionem, de quo particulariter vide vltra Balb. Herc. & Tiraquel. proximè allegatos, Natt. cons. 486. num. 3. & seqq. & cons. 627. num. 3. & seq. & quæ infrà dicentur num. 9. & faciunt dicta in alio Repert. in contract. vers. solutio non præsumitur, & c. num. 6. & Gabr. in concl. 10. pag. 17. n. 38. 4 5

Census autem, an, & quanto tempore præscribatur, vide Balb. de præscript. pag. 70. num. 1. in 5. q. & n. 3. & seqq. Paris. cons. 13. num. 12. & seqq. vol. 4. Foller. in pract. censu. pag. mihi 180. & seq. vide Doct. suprà allegatos num. 1. Bened. Bon. in tract. de censib. pag. 120. n. 69. & pag. 123. vbi quòd priuati census nunquam præscribuntur. Bouius de statut. præscript. pag. 96. num. 123. & pag. 117. n. 220. & seqq. Et in istis locis ponitur etiam an currat ista præscriptio cum mala fide. Et quando dicatur esse isto casu in mala fide, vnà cum aliis quæstionibus in materia præscriptionis census recurras ad suprapositos authores, & inter alia Bou. vbi supr. & idem Bouius n. 221. & 224. vbi dicunt quòd debitor principalis census, siue eius hæres nunquam per non solutionem præscribunt, quia sunt in mala fide, vnde secundùm eos præscriptio hæc non potest habere locum, nisi in tertio possessore, ac singulari successore, qui esset in bona fide. Quis autem debeat probare non solutionem census in huiusmodi præscriptione, vide Aym. cons. 111. num. 11 Natta cons. 486. n. 3. & seqq. & cons. 627. n. 3. & seqq. & dixi etiam suprà n. 5. & in Rep. contract. vers. solutio, n. 6. 6 7 8 9

Legatum annuum quomodo & quanto tempore præscribatur, vide præter suprà allegatos n. 1. Villalob. P. num. 284. Aym. de antiq. car. 205. num. 36. & seq. Foller. in pract. cens. pag. 180. n. 92. Mynsf. obser. 13. cent. 3. Bou. de statut. præscript. pag. 118. num. 223. & seq. Balb. de præscript. pag. 69. q. 4. & seq. 10

An autem diutina solutio annuæ præstationis faciat præsumere contractum emphyteoticum, vel censualem, vide in Rep. contract. q. 11. n. 17. 11

Si quis soluat per biennium censum, seu annuam præstationem recipiens, habet probatam quasi possessionem percipiendi, & ab obtinendum in possessorio sufficit solutio biennalis. Ad obtinendum verò in petitorio alij dicebant sufficere solutionem decem annorum, præterquam in rustico, in quo requiritur solutio 30. annorum. Verius tamen est quòd in petitorio census, seu annua præstatio per recipientem non præscribitur minori spatio 30. annorum, siue soluens sit rusticus, siue non, vt per Redoan. de reb. Eccles. rub. 16. num. 75. & seqq. pag. 107. Vide suprà generaliter tradita num. 3. & de rustico, quæ infrà dicam q. 64. num. 73. 12

QVÆSTIO XXXI.

Expensarum condemnatio, seu absolutio, quando, & ex qua causa fieri debeat.

SVMMARIVM.

1. *Victus victori in expensis condemnatur.*
2. *Nisi iustam litigandi causam habuerit, & innumeris alleg. in seq. vers.*
   In curia Romana, & in Rota, iusta causa litigandi non excusat, ibid.
3. *Materia generalis huius quæstionis.*
   Causa autem iusta litigandi quæ sit, generaliter, d. num. 2.3.5.9.16.20.21.22.31.41.
4. *Quid de eo, qui succubuit ex nouo iure actori superueniente, & d.n.1.*
   Petens plus deberi, an debeat in expensis condemnari, eod.n.4.
5. *Et quid de petente debitum ante tempus.*
6. *Quid in eo, qui in secunda instantia succumbit ex nouiter deductis.*
7. *Quid in eo, qui habuit per se vnicam sententiam.*
8. *Condemnatio expensarum in causa appellationis intelligitur etiam de expensis primi iudicij.*
9. *Contumax quando in expensis condemnetur.*
10. *Quid si quis in parte probauit, in parte non.*
11. *Quid si quis in parte condemnatur, in parte absoluitur.*
12. *Quid in actore.*
13. *Quid in hærede.*
14. *Quid in criminalibus.*
15. *Quid in eo, qui habebat pro se vnum testem, vel semiplenam probationem.*
16. *Causa iusta non excusat à refectione sportularum.*
17. *Cedens liti, an aufugiat expensarum condemnationem.*
   Quid de eo, qui in iudicio fatetur debitum, ibid.
   Quid de eo qui lite pendente soluit summam petitam, ibid.
18. *Cautela ad effugiendum expensarũ condemnationem.*
19. *Qui consilio alicuius Doctoris credidit an excusetur.*
   Quid de eo, qui audiuit ab aliquo viro fide digno, ibid.
20. *Causa iusta non excusat si statutum mandat refici expensas. & an hoc statutum sit odiosum, n.48. vbi alia ad materiam huius statuti.*
21. *Idem si sunt in instrumento promissa. vel debeantur iure actionis, ibid. vbi etiam de materia.*
22. *Quid in sententiis interloquutoriis.*
23. *Quid de expensis factis ab emptore contra euincentem.*
24. *Quid in rustico.*
25. *Dic, quòd remittitur iudicis arbitrio.*
26. *Causa iusta inducitur ex varietate opinionum.*
27. *Quid in eo. qui habebat plures testes, sed non idoneos.*
28. *Et quid si testes promiserint velle testificari, & postea nihil deposuerunt.*
29. *Et quid in eo. qui litigat causa honoris, & n.50.*
30. *Vel iussus à Principe.*
31. *Iudici asserenti se absoluere ex iusta causa non creditur.*
32. *Mutans iudicium condemnatur in expensis.*
33. *Salarium Aduocati, qui gratis seruiuit, an possit repeti.*
   Expensa Procuratoris, & Aduocati, quæ, & quando repetuntur, ibid.
34. *Et quid de salario Notarij, qui noluit aliquid recipere.*
35. *Et quid de Aduocato litigante, an ei debeantur expensæ quas fecisset, nisi fuisset Aduocatus.*
36. *Iudex facit litem suam non condemnando victum in expensis.*
   Expensarum condemnatio an fiat parte non petente, ibid.
   Victus non condemnatus in expensis, censetur absolutus, ibid.
   Iudex an possit repetere à victo expensas quas de suo restituit victori, quia omisit condemnare victum in ipsis, ibid.
37. *Quid in Doctore temerè litigante.*
38. *Quid coram arbitro.*
39. *Mendacem non excusat iusta causa litigandi.*
40. *Quid in fisco, seu Ecclesia.*
41. *Quid de eo, qui succubuit ex nouo iure actori superueniente.*
   Quid in eo, qui iustam litigandi causam habuit pro rata temporis, & pro alia rata iniustam, ibid.
42. *Quid de eo, qui succumbit propter delatum iuramentum litis decisiuum.*
   Quid si succumbat per delationem iuramenti suppletorij, ibid.
43. *Iuramentum calumniæ non excusat ab expensis.*
44. *Quid in persona valdè honesta, & spectata fides.*
45. *Victus non tenetur ad expensas quando vincens ex aliquo priuilegio expensas non soluisset, etiam quòd succubuisset.*
46. *Probabilis error excusat à refectione expensarum.*
47. *Idem si victus habuit pro se præsumptionem scripturæ.*
51. *Expensarum appellatione an veniant etiam damna, & interesse.*

VVLGARIS est in iure regula. quòd victus victori in expensis condemnatur. Ceph. qui allegationes ponit *cons.* 265. *num.* 18. Corat. *in tract. de com. opin. pag.* 189. *n.* 3. (ad quam materiam vide præter infrascripta, *in fragmentis, vers. expensa* 11. Asin. *in sua praxi*, §. 32. *per tot.* vbi multa alia præter infraposita.) Pro hac vulgari regula est text. *in l. properandum*, § *sin autem alterutra*, vbi omnes, *C. de iudic. c. finem litibus, extrà de dolo, & conti*[illegible]*c.* plures concordantes adducit Asin. *d.* §. 32. 1

Hæc regula principaliter limitatur non habere locum quando victus habuisset iustam causam litigandi, quia tunc expensarum condemnationem aufugit. *l. qui solidum*, §. *etiam, ff de leg.* 2. Doct. *in l. properandum*, §. *sin autem alterutra*, *C. de iud.* cum aliis per Asin. *in pract.* §. 32. *in* 1. *limit.* vbi latè Menoch. *de arbitr. qq. cas.* 177. *num.* 1. & est communis secundùm Grauat. *ad Vestr. in praxi lib.* 8. *cap.* 2. *num.* 2. vbi *n.* 10. dicit quòd in curia Romana, præsertim in Rota, rarò consueuit iusta causa admitti, quem refert Lancellot. *de attent. cap.* 31. *num.* 134. 3. *part.* & idem tradit Mandos. *in reg. Canc.* 29. *de subrog. coll.* 9. 11. *num.* 4. & 12. *lib.* 2. quem refert Asin. *in praxi* §. 32. *cap.* 2. *vers. regula, n.* 1. *in fine.* 2

Dubium est, quæ dicantur istæ causæ iustæ, quibus victus ab expensis excusatur. Multæ à Doctoribus ponuntur, de quibus præter infraposita generaliter in materia condemnationis expensarum, videas omninò Asin. *in praxi, in tit. de expens.* vbi ponit regulam, ampliationes, & limitationes. Mathes. *sing.* 81. *& seq. in addit.* Marsil. *sing.* 207. Soc. *reg.* 138. *& seq.* Diaz *reg.* 274. *&* 785. Luc. Pet. *in form. capit. tit. de expensis, per tot.* in discursu omninò Marsil. *in l. patre, vel marito, num.* 25. *pag.* 60. Ias. Alex. & alios *in l. properandum*, §. *sin autem alterutrum, C. de iudic.* Firman. *in Repert. verbo causa iusta, num.* 17. *& in ver. expensarum condemnatio, num.* 19. Lanfranc. *in c. quoniam contrà, in ver. expensa, num.* 5. *& seqq. & ibi in addit.* Panorm. *in c. finem litibus, de dolo, & contum. per totum.* Maran. *in spec. pag. mihi* 126. *num.* 2. Guidop. *in tract. de appell. pag.* 41. *q.* 47. vbi latè Aret. *in* §. *hac autem omnia. Institut. de pœn. tem. litig. fol. mihi* 344 Canonistæ *in cap. vnico, de plus petit.* omninò Lancellot. *in Breu. pag.* 309. *num.* 1. *& seqq* vbi ponit regulam

regulam cum 10. ampliationibus, & 30. limitationibus late, & per Couar. *in pract. pag. mihi* 190. *num.* 1. *& seq.* Neuizan. *in cons.* 18. *num.* 17. *in fin. & num.* 18. *& in Repert. eius consiliorum, ver. expensa.* Cotra *in memor. pag. mihi* 301. *& seq* Mathes. *singul.* 3. *in addit.* vbi quando expensæ vnius sint compensandæ cum expensis alterius.

4 Particulariter autem, an petens plus debito debeat in expensis condemnari, ponam infrà *in seq. quæstione* 32.

5 Item, an agens ante diei euentum debeat in expensis condemnari, ponam similiter infrà *in seq. q.* 32.

6 Causa iusta absolutionis expensarum consideratur in eo, qui succubuit in causa appellationis, ex nouiter deductis. Felin. *cons.* 23. *num.* 13. Abb. *in d. c. finem, col.* 10. *de dolo, & contumac.* de cuius dicti veritate vide Rot. *de dol. & contumac. decis.* 251. *in nouis.*

Dicas quòd succumbens in secunda, vel in tertia instantia, excusatur ab expensis, si habuit primam sententiam pro se, vt per Lancell. *de attentat.* qui concordantes allegat *cap.* 31. *num.* 132. *& seqq.* vbi *num.* 4. hoc declarat procedere, dummodo succubuerit ex nouiter deductis, secus si ex eisdem actis prima sententia fuerit reuocata. & *num.* 139. dicit ampliùs, quòd nec excusatur & succumbens in secunda instantia, ex nouiter deductis, quando illa nouiter deducta concordabant factum proprium ipsius succumbentis. vide infrà *num.* 7. & Paul. Granut. *in theorem.* 11. *per totum.*

7 Et an dicatur iusta causa, quando quis habuit pro se vnam sententiam, vide Myns. *obseruat.* 89. *cent.* 2. Quando quis habuit contra primam sententiam, tunc sine dubio, & indistinctè succumbens in secunda instantia in expensis venit condemnandus; secus si primam habuit sententiam fauorabilem, quia excusatur in secunda instantia, si in ea succumbit, ex nouiter deductis; secus si succumbas ex eisdem, quia prima sententia non excusat, hæc tradit Asin. *in practic.* §. 32. *vers.* 5. *ampliatur,* & dixi supra *n.* 6. idem Asin *d.* §. 32. *cap* 5. *num.* 2. *pag.* 459. vide Paul. Granut. *theorem.* 11. *per totum.*

8 Et in materia scias, quòd iudex appellationis, qui confirmando primam sententiam condemnat victum in expensis, intelligitur condemnasse etiam in expensis primi iudicij, nisi appareat, quòd in eo habuerit iustam causam litigandi. Marsil. *d. quæst. pag. mihi* 65. *num.* 74. & Asin. *in* §. 32. *vers.* 7. *ampliatur, &c.* Sed ad hanc materiam vide omninò Paul. Granut. *theorem.* 6. *per totum.*

9 Contumax autem an audiatur non refectis expensis. Dicas quòd non, concordan. allegat Asin. *in pract.* §. 32. *in* 62. *ampliat. & ibidem cap.* 25. *pag* 469. quòd expensæ contumaciæ possunt peti duplici via secundùm magis communem, primò per officium iudicis mercenarium: secundò per rationem in factum descendentem ex edicto prætoris, si quis ius dicenti non obtemperauerit. Imò de istis expensis statur iuramento partis. Plot. *in l. si quando, num.* 673. *C. vnde vi, pag* 384. Quod amplia etiam in minore contumace. Item amplia tam in reo, quàm in actore. Item amplia tam coram iudice, quàm coram arbitro, seu arbitratore. Menoch. *de arbitr. qq. q.* 36. *decis. Pedemont.* 9. *num.* 2. vbi quòd contumax, siue verus, siue fictus, etiam non verus contumax, hoc est, ille, qui in iudicio non comparuit, nisi post secundam, vel tertiam citationem, non auditur nisi refectis expensis. Asin. *in practic.* §. 32. *in* 62. *ampliat. in vers.* 1. *ampliatur, &c.* non auditur nisi refectis expensis, & hoc remissiuè ibi ampliatur 12. modis. Quas autem expensas debeat reficere contumax, videas per Menoch. *de arbit. qq. casu* 154. &

Farinacij Repert. iudic.

per Asin. *in practic.* §. 32. *in* 62. *ampliat. vers. expensæ autem, num.* 4. *& vers.* 2. *ampliatur, &c.* vbi quid de contumace absente. Absens ex iusta causa in expensis non condemnatur, & absentia ex iusta causa excusat ab expensis. Asin. *d.* §. 32. *in* 32. *limitat. & vers.* 3. *ampliatur, &c.* vbi quòd nec isto casu iusta causa contumacem ab expensis excusat, & idem in 2. sublimitatione primæ limitationis principalis, *pag.* 445. *in* 1. *col. & vers. quintò ampliatur,* vbi quòd contumax refectas expensas non repetit, etiam quòd in causa principali obtineat, & *vers.* 6. ampliatur, vbi quòd in contumace expensarum condemnatio nouam citationem non requirit. & *in* 26. *limitatione,* vbi quòd contumax qui non potuit comparere, excusatur ab expensis. adde Gabr. *tit. de expen. conclus.* 2. *num.* 11. vbi quòd quando actor plura principaliter petit, & in parte obtinet, in parte autem non, tunc vel neuter est condemnandus, vel alter alteri pro rata victoriæ: secus si actor totum petit, cùm pars tantùm deberetur, quia tunc ipse actor in totum est condemnandus, per ea, quæ dicam *in seq. quæst.* 32. *num.* 17. vide Asin. *in pract.* §. 32. *in* 63. *ampliat.* vbi quòd quando actor proponit plura capitula, siue separata, siue coniuncta, & non obtinet nisi in parte, alter alteri in expensis condemnatur pro rata victoriæ, nisi in libello adessent clausulæ, de quibus dixi infrà *num.* 10.

Et si actor in parte probauit, & in parte non, quomodo fiat condemnatio in expensis, vide Boër. *decis.* 74. Dic quòd alter alteri pro rata victoriæ condemnatur. Asin. *in practic.* §. 32. *in* 63. *ampliat.* vbi id limitat, quando in libello adesset clausula, *Non se astringens, &c.* vel fuerit dictum, *& illud plus, & minus,* quod probabitur. Istis enim duobus casibus non actor, sed reus etiam in parte victus condemnatur in expensis, vt *ibi* per eum, & faciunt tradita infrà *in seq. num.* 10

Quando quis in parte condemnatur, & in parte absoluitur, & sic quando vterque vincit, isto casu vel fit condemnatio pro rata victoriæ, vel expensarum compensatio, si vterque pariter pro dimidia iustam litigandi causam habuerit, vt per Asin. *in pract.* §. 32. *in* 71. *ampliatione,* & idem tradit *in d.* §. 32. *cap. quinta, num.* 1. *& seqq. pag.* 458. Paul. Granut. *in theorem.* 12. *num.* 5. vbi subdit isto casu, quòd si iudex victum victori in expensis condemnat, talis sententia vti incerta non valet, quia vterque vincit, & vterque vincitur, licèt aliqui ibi contradixerint, tunc iudex pro rata victoriæ victum victori in expensis condemnat. Luc. Pet. *in form. capit. tit. de expen. num.* 38. *& seqq.* vbi declarat materiam. faciunt suprà tradita *in anteced. n.* & quæ infrà dicentur *in seq. q. de petente plus debito, q.* 32. *n.* 17. 11

Et an iusta litigandi causa excuset actorem ab expensis, vide Dec. *in l. qui in alterius, ff. de reg. iur.* vbi etiam quid de hærede actore, & Alciat. *reg* 3. *præsumpt.* 44. *num.* 2. Ceph. *cons.* 165. *num.* 19. *& seqq.* vbi quòd in actore vix reperiri potest iusta litigandi causa. Quòd etiam hæres illius, qui non habuit iustam litigandi causam, debeat in expensis condemnari, concordantes allegat Asin. *in pract.* §. 32. *vers.* 4. *ampliatur.* 12 13

In criminalibus autem quomodo fit facienda expensarum condemnatio, posui *in Rep. crim. q.* 60. *n.* 9. *& seqq. & n.* 32. 14

Iustam autem causam litigandi an dicatur habuisse ille, qui habebat vnum solum testem, vel qui semiplenè tantùm probauit, vide Viuian. *in com. opin. car. mihi* 303. *verb. per vnum testem, in paruis.* Firman. *in Repert. verb. Actor, num.* 158. Menoch. *de arb. qq. cas.* 177. *n.* 8. *& 9.* Marsil. *singul.* 485. vbi quòd excusatur 15

I ab

ab expensis,& idem per Asin. in practic. §.32. in 5. limitatione.

16 Iusta litigandi caosa nunquam excosat à refectione sportularum,licèt ab aliis expensis excuset.Firman. in Rep.ver.expensarum condemnatio,n.19.in fine. Sed aduerte quòd id procedit ex consuetudine quarumdam ciuitatum,secus de iure communi,vt per Asin.in pract. §. 32. in 5. sublimit. 1. limitationis principalis, pag.448. in 1.col.in princ.

17 An autem cedens liti debeat in expensis condemnati,vide per Bal.in l.postquam, num.12.C.de pact.Io.de Amicis cons.148.n.3.Cotta in memor.pag.mibi 513.Dic quòd adhuc in expensis condemnatur. Asin. pract. §.32.vers.2. ampliatur,&c. vbi plures xdducit concordan. & ex hoc duo inferri possunt. Primum quòd condemnatus ex sua propria confessione adbuc in expensis condemnatur.Secundum quòd soluens summam petitam, adhuc condemnatur in expensis. De primo vide Asin.ibid.in 55.& 56. ampliat. De secundo vide eundem in 57.ampliat. Et de primo, hoc est, de confitente,an debeat in expeosis condemnari,declara vt per eundem Asin. ibid.in 15.limitat. de materia Menoch. 3.remed.retin.poss.num.656.658.& seqq. ita etixm tradit Lambert.de contract.sorum.gloss.1.n.130.& seqq. vbi respondendo ad contraria istud ampliat etiam in Doctore,qui ab alio Doctore consilium petiit,& fuit malè consultus.

18 Cautela, quibus libellans aufugit condemnationem expensarum,ponitur per Cæpol.in caut.84.

19 Iusta litigandi causa est habuisse consilium à doctissimo viro,ita Nouell. reg.234. in quo videas Menoch de recup poss. pag mibi 180.n.x7.& pag 194.n.36. Corat.de com.opin.pag.mibi 190.n.7.& 8.vbi hoc limitat non procedere, quando istud consilium esset vel contra legem, vel consuetudinem, aut communem opinionem, & ita etiam limitat Menocb. de arb. qq. casu 177.n.3.4.5.12.& 13.vbi ponit materiam.xd qood faciunt tradita in Rep.crim.q.51.num.15. vbi agitur,an quis excusetur à dolo,ex eo qoòd viro fide digno crediderit.qoòd talis credulitas excuset ab expensis,trxdit Asin.d.§.32.in 8.limit.& n.12.vbi,an excusetur delinquendo ille, qui pro non delicto habebat consilium alicuius Doctoris, vide Asin. in practic. §. 32. pag.448.vers tertiò limitat,& vers.secundò limitat, vbi si quis babet pro se consilia duorum Doctorum qui non sint Aduocati, causa autheuticx,& sigillata excusaunt ab expensis.

20 Causa iusta litigandi non excusat ab expensis, quando mandat tefici expensas, cons.crimin.118.n.46. vers.vnum tamen,vol.1.in magnu, & est magis communis,teste Gabr.tit.de expens.concl.1. lib.2. vbi etiam refert contrarios.Luc.Pet.in form.capit.n.25.& seqq. vbi tamen contrarium ipse sustinet in cxsu nostri statuti Romani.Sed vide Asin.in pract.§.32.in 3.sublimit. 1. limitationis principalis, pag. 445. in 2. col. & seqq. vbi, hinc inde relatis rationibus & xuthoritatibus contrariis, dicit in num. 9. magis receptam esse opinionem, quòd non obstante dicto statuto iusta litigandi causa excuset: sed contrà Marsil. consil. 44. num. 27.

21 Similiter iusta litigandi causa non excusat, vbi expensæ sunt in instrumento promissæ, & sic quando veniunt iure actionis reficiendæ. Cephal. cons. 265. num. 21. Asin. in practic. §. 32. in 1. sublimit. 1. limitationis principalis, pag. 444 col. x. vbi plures adducit concordan. Luc. Pet. in forma capit. tit. de expens. num. 5. Imò eo casu tales expensæ vigore promissionis poterunt peti etiam quòd victus à iudice sit absolutus ab expensis, non enim talis absolutio ad has expensas in contractu promissas extenditur, vt per Asin. in 1. sublimitat. 1. limitationis principalis, num. 3. §. 32. Item & possunt peti, si earum omissa est condemnatio,etiam per sententiam,& rem iudicatam. Asin.d.§.32.cap.20. n.2. in fine, &c. vt per Asin.in pract.§.32.in 49. ampliat. vbi hoc declarat vno modo.

De condemnatione expensarum in sententiis interloquutoriis, an, & quando, & quomodo sit fxcienda, vide Felin. in c. ad audientiam, il 2 col. 10. vers. cogitabam, de restript. pag. mibi 157. Dic qoòd etiam in sententiis interloquutoriis victus victori in expensis condemnatur. Amplia vt isto casu nec iusta litigandi causa excuset. Asin. in pract. §. 3x. in sublimitatione prima limitationis principalis, pag.447, vt per Asin. in practic. §. 32. in 18. ampliat. vbi id verum dicit in articulo facti, secus in articulo ioris. Nisi forsan reus pertinax cxlumniosè se opponeret, & negotium differret. nam tunc in expensis condemnatur etiam in articulo iuris, vbi xmpliùs dicit, quòd succumbens in interloquutoria soluit expensas, nec illas recuperat, etiam quòd obtineat in diffinitiua. Imò sententia expensarum in interloquutoria potest fieri in quacumque parte iudicij ante diffinitiuam, si fuerit omissa in sententia interloquutoria, vt ibi in 11. ampliatione. & isto casu, si non appellauit xb interloquutoria, nec etiam potest appellare à condemnatione expensxrum, quæ fiet ratione interloquutoriæ in ipsa diffinitiua sententia, vt in d.18. ampliat. num.1.in fine, & idem tradit Asin. d. §. 32. cap. 20. in fine, pag.466. & in 13. ampliatione. qnòd victus tenetur soluere expensxs, ac etiam quòd iudex suam interloquutoriam reuocet. 22

Expensarum condemoationem xufugit èmptor, qui defendit, ne res empta euincatur, quia alixs non posset agere de euictione, & sic habet iostam causam litigandi, maximè si sit minor, quix condemnatur eius tutor, & non minor. Ceph.cons.116.num.1x. & seqq.vol.1. 23

Expensarum condemnationem ao aufugiat rusticus. Menoch. de arb.quæst.casu 194.n.28. vbi quòd rusticitas non excusat,& idem tradit Asin. in pract.§.3x. in 52.ampliat. 24

Caosæ iustæ litigandi quæ sint, relinquitur arbitrio iudicis.Menoch.de arbitr. quæst. casu 177. num.x. Asin.in pract.pag.448.num.2. 25

Iusta litigandi caosa dicitur tunc inesse, quando adesset magna varietas opinionum, ita quòd nesciretur quænam sit communis opinio, quia tonc nnn debet quis in expensis condemnari. Menoch. d. casu 177. num.6. & 7. Sed si scitur, quæ sit communis opinio, tunc noo excusatur succumbens, etiam quòd pro se hxberet opinlonem alicuius Doctoris: at vbi non adest communis opinio, tunc xuthoritas alicuius Doctoris tenentis suam opinioocm excusat. hæc Asin. in practic. §. 32. pag. 448. vers. 2. principaliter, &c. & pag. 449. in vers. quartò limitatur, &c. & in pag. 454. in 27. limitatione, vbi quòd pariter excusatur in decisione legis dubiæ, & quæ varios habet intellectus, & lecturas. Sed vide in materia omnino Asin. d. §. 32. cap. 35. pag. 472. vide ad materiam Paulum Granutium theorem. 11. num. 10. 16

Iustxm etixm litigandi causam dicitur habere ille, qui intentionem suam probauit testibus, licèt illi testes deinde fuissent reiecti, puta vti communicati, & falsarij, quia non debet in expensis condemoari, nisi scienter horum testimonio vsus fuerit. Menoch. d. casu 177. num. 10. & idem tradit Asin. d. §. 32. in 6. limitat. 27

Item iusta litigandi causa est cùm testes extra iudicium iactabant se velle testificam in fauorem eius, 28

qui

qui succubnit. Menoch. *d. casu* 177. *n.* 11. Asin. *in* §. 32. *in* 7. *limit.*

29 Item iustam litigandi causam habet ille, qui ob pudorem soum, & honoris causa litigat. vide infrà *n.* 50. Menoch. *d. casu* 177. *n.* 14. Asin. *in* 9. *limit.*

30 Alia est insta litigandi causa, quando quis litigauit iussu Principis. Menoch. *d. casu* 177. *n.* 16. *& seqq.*

31 Et in materia scias, quòd iudici asserenti se absoluere succumbentem iustis de causis, non creditur. Cephal. *conf.* 265. *num.* 18. Ratio est, quia in dubio iusta litigandi causa non præsumitur, ex alleg. per Asin. *in pract.* §. 32. *in* 1. *limit. num.* 5. vbi de communi, & idem tradit *in pag.* 448. *num.* 4. & iudex debet in sententia exprimere iustam causam absolutionis, aliàs facit litem suam, vt *ibidem* per Asin. *in pag.* 448. *n.* 3.

32 Mutans iudiciom, & varians actionem, in expensis condemnatur. Bart. *in l si quis stipulatus, n.* 5. *ff. de verb. oblig. fol.* 40. Curt. iun *in l edita, n.* 237. *C. de edendo. & conf.* 165. *sub n.* 4 Paris. *conf.* 22. *num.* 1. *vol.* 4. Bellam. *decis.* 150. *in fine*, & faciunt ad hæc infrà dicenda *q.* 33. vbi agitur de sententia, quando debeat esse conformis libello, quandóve libello continente vnam causam possit sequi condemnatio alia probata, vide Asin. *in d.* §. 32. *in* 14. 15. *&* 16. *ampliat.* vbi quòd mutans, seu emendans libellum, in expensis condemnatur, etiam quòd sit mulier. Sed hæc declara, vbi *ibi*, & quid de eo, qui intentauit petitorium, & eo relicto ad possessorium conuolat, vel e contra, vide *ibidem* per Asin. *in* 60 *ampliat.*

33 Quæro in hac materia expensarum, an veniant reficiendæ illæ expensæ, quas victor fuisset factutus, nisi eius Aduocatus seruiret gratis. Expensæ factæ in Aduocatis, & Procuratoribus regulariter reficiédæ. Asin. *in pract.* §. 32 *in* 66. *ampliat.* vbi quòd quantæ debeant refici, est iudici arbitrarium, licet Ægid. Bellam. *ibi* allegatus dixerit quòd vni Aduocato, nisi fortasse valdè elaborandum esset, in prima instantia sex aurei sufficerent, in aliis verò tres, Procuratori autem in prima quatuor, in reliquis tres, nisi ei gratis inseruisset, & salarium donasset. Videas in hac materia Villalob. *in com. opin litt. A. n.* 60. *& litt. S. n.* 6. *&* 7. Viui. *in com. opin. pag. mihi* 10. a tergo, *in parum*. Dicas, quòd quando Aduocatus, vel Procurator gratis seruiuit, vt si aliquem ad antidora obligaret, tunc eius salarium potest repeti. Grat. *resp.* 108 *n.* 7. *vol.* 1. Tiraq. *de retract. pag. mihi* 344. *n.* 11. *& seqq. & pag.* 635. *num.* 5. *& seqq.* Marsil. *de quæst. n.* 69 *pag. mihi* 64. Mascard. *in pract. tit. de expen. num.* 30. *pag. mihi* 312. Multò magis tale salarium potest repeti, si Aduocatus, seu Procurator gratis seruiuit, sed sub spe remunerationis. Abb. *in cap. finem, in* 14. *col. de dolo, & contum.* Spec. *de except.* §. *fin. vers. quid si victor.* Vnde secus si Aduocatus gratis, animo donandi, ac sine vlla spe antidoralis obligationis, seu remunerationis, seruiuit, quia tunc repeti non potest, secundùm Bal. *in addit. ad Spec. tit. de sent. vers. quidam nobilis*, & Bar. *in l. si domus, ff. locat.* Sed pro pleniori huius articuli cognitione videas *in decis. Perus.* 11. *part.* 2. per Rotam, vbi relatis opinionibus contrariis dicitur communiter Doctores tenere, quòd semper isto casu huiusmodi salarium repetitur, etiam quòd expressè appareat, quòd Aduocatus seruiuerit animo donandi, quia semper præsumitur seruitium factum, vt recipiens remaneat naturaliter ad antidora obligatus, & idem relatis contrariis opinionibus tradit Asin. *in pract.* §. 32. *in* 66. *amplias.* Et isto casu taxatio non fit ad rigorem, sed vel in dimidio salarij, vel in tertia parte, plus, aut minus, arbitrio iudicis. Nisi forsan Aduocatus gratis seruisset pauperi, pro quo amore Dei patrocinari tenetur. nam tunc nullæ reficiuntur expensæ, vt *ibi* per eum. In causa autem euictionis, vbi in instrumento venditor promisit reficere omnes expensas, tunc indistinctè huiusmodi expensæ veniunt reficiendæ, secundùm Bald. *in l. fin. C. de fruct. & lit. expens.*

34 Similiter expensæ, quas Notarius causæ noluit recipere ob reuerentiam partis, non reficiuntur a victo. Ang. *in d. l fin. C. de fruct. lib. & lit. expens.* Nisi quatenus est obligatus ad antidora, quia tunc est habenda ratio eius, quod versatur in dicta obligatione, vt *ibidem* per Bar. Bal. & Angel. quòd tales expensæ non reficiantur, tradit Asin. *in pract.* §. 32. *in* 20. *limit.*

35 Item expensæ, quas Aduocatus proprius in causa sua fecisset, nisi esset Aduocatus, non possunt repeti, vt *in d. dec. Perus* 33. *part.* 2. quod declara, vt per Bart. & Doct. *in d. l fin. C. de fruct. & lit. expens.* Marsil. *in l. patre, vel marito, n.* 70. *ff de quæst.* Mynf. *obseru.* 2 *cent.* 1. *&* 68. *cent.* 4. Villalob. *A. n.* 60. Dicas quòd huiusmodi expensæ non possunt repeti vti expensæ; debent tamen resarciri loco damnorum, & interesse, quia scilicet interim ille Aduocatus, vel Procurator in causa propria alias causas neglexerit, & hæc est magis communis opinio, de qua per Mynf. *d. obseruat.* 68. ad cuius dicti veritatem vide late, & eleganter Asinium *in praxi* §. 32. *in* 19. *limitat.* vbi relatis contrariis, dicit communem esse, quòd tales expensæ debeant refici, quem, & alios refert Lancell. *de attent. cap.* 31. *in* 3. *part. n.* 153. *& seqq.*

36 Adde in materia, quòd iudex non condemnando victum victori in expensis, facit litem suam. Lancell. *d. cap.* 31. *n.* 108. Sed an hæc condemnatio debet fieri ex iudicis officio parte non petente, dicam infra inter fragmenta *vers. expensarum condemnatio, num.* 2. Pro primo dicto quòd iudex non condemnando faciat litem suam, adde Asin. *in pract.* §. 32. *in* 39 *ampliat. sub num.* 5. vbi id intelligit, parte petente, alias secus. & ideò ipse tenetur resarcire victori expensas, quas si resarcierit, non potest illas à victo, & succumbente io lite repetere, nisi simus in expensis, quæ debeantur iure actionis, vt *ibidem num.* 6. *& seqq. vsque ad num.* 12. Sed ad hoc vltiorum vide *in Rep. crimin. q.* 20. *num.* 53. iudex enim non condemnando victum in expensis, censetur illum absoluisse, nisi contrarium ex statuto caueatur, vt per Asin. *d.* §. 32. *in* 22. *limitat.* Pro primo dicto, quòd videlicet iudex teneatur de suo, si omiserit victum in expensis condemnare, tradit idem Asin. *d.* §. 32. *cap.* 20. *pag.* 465. *n.* 2. & an ab omissa condemnatione liceat appellare, vide suprà *q.* 16. *n.* 11 *&* 62.

37 Doctor temere litigans non videtur excusandus ab expensarum condemnatione, etiam ex iusta caosa, secundùm alleg. per Lambert. *de contract. eorum, &c. gl.* 1. *n.* 136. sed contrarium verius, vt *ibid. n.* 137. ad quod faciunt tradita infrà *q* 64. *n...* vbi quando iuris ignorantia Doctorem excuset, &c.

38 Expensarum condemnatio fit etiam coram arbitro. Asin *in pract.* §. 32. *vers.* 5. *ampliatur*, &c. vbi concordan. allegar.

39 Mendax in expensis condemnatur, etiam quòd aliàs esset absoluendus ex iusta causa. Asin. *d.* §. 32. *in* 21. *ampliat.* ad quod faciunt generaliter tradita in materia mendacij, infrà *q.* 97.

40 Expensarum condemnationem non aufugit nec fiscus, nec Ecclesia, quia in hoc nullum à iure priuilegium habere reperiuntur. Asin. *d.* §. 32. *in* 51. *ampliat.*

41 In expensis condemnandus est reus victus, etiam quòd actor obtinuerit ex nouo iure, lite pendente superueniente, & à principio bonum ius non foueret. Asin. *ibid. in* 58. *ampl.* vbi respondet ad contraria. Sed vide eumdem Asin. *ibid. in* 1. *limit. n.* 6. *&* 7. vbi quòd si quis pro rata temporis habuerit iustam litigandi causam, pro rata autem non, non potest in expensis condemnari, nisi pro factis eo tempore, q o

iustam non habuit litigandi causam. ideò considera.

45 In espensis condemnandus est etiam ille, qui soccumbit per delationem iorisiurandi decisiui, §. *studium, post medium, in Auth. de trien. & semiss.* cum aliis per Asin. *in pract.* §. 35. *in* 70. *ampliat.* secus si succumbat per delationem iuramenti suppletorij, tunc enim non condemnatur in expensis, vt *ibid.* per Asin. *in* 14. *limit.* & hæc eadem ponit Paul. Granut. *theorem.* 10. *num.* 11. *& seqq.*

43 In espensis condemnandos est etiam ille, qui iuramentum calumniæ præstitit. ioramentum enim calumniæ non excusat ab expensarum condemnatione, secundùm communem, & obseruatam opinionem, de qua *ibid.* per Asin. *in* 73. *ampliat.* licèt glos. Bar. & alij *ibi* allegati contrarium dixerint, & cum Asin. de communi etiam testatur Paul. Granut. *theorem.* 10. *n.* 15. *lib.* 1.

44 In expensis condemnandus non est persona valdè honesta, & spectatæ fidei, ac religiosa, etiam quòd succumbat. non enim præsumitur calumniose litigasse. Asin. *in pract.* §. 32. *in* 13. *limit.*

45 In expensis condemnandus non est victus, quando altera pars ex aliqoo priuilegio, etiam quòd succubuisset, expensas non soluisset. Asin. *in practic.* §. 32. *in* 18. *limit.*

46 In expensis condemnandus oon est victus, quando adest probabilis error. probabilis enim error dicitur iusta causa absolutionis expensarum, vt per Asin. *d.* §. 32. *in* 29. *limit.*

47 In expensis condemnandus non est qui scripturæ præsumptionem pro se habuit, tali enim præsumptione quis ab expensis excusatur. Asin. *d.* §. 32. *in* 30. *limit.*

48 Statutum quòd victus victori in espensis condemnetur, odiosum est. Asin. *d.* §. 32. *c.* 28. *pag.* 469 & *ibidem*

49 *c.* 31. vbi quòd stante hoc statuto, si iudex omittat expensarum condemnationem, non per hoc sententia dicitur nulla, nisi statutum vlteriùs prohibendo procedat.

50 Ad ea, quæ suprà tradita sunt *num.* 29. adde Asin. *in pract. d.* §. 32. *cap.* 32. vbi quòd si quis iniuriam sibi, vel suis illatam prosequitur, honoris causa ab expensis escusatur, etiam stante statuto, quòd victus victori in expensis condemnetor. Nisi forsan statutum vteretur signo vnioersali, puta dicendo quòd quilibet victus, &c. tunc enim comprehendit etiam illum, qui suam, vel suorum iniuriam honoris causa prosequutus est, vt *ibi* per eum.

51 Expensæ sicut sunt reficiendæ per victum, an etiam sint reficienda damna, & interesse passa per litem, vide Ant. Thesaur. *decis. Pedem.* 67. *per tot.*

QVÆSTIO XXXII.

Petens plus debito, vel debitum ante tempus, ad quid teneatur, & de materia.

SVMMARIVM.

1. *Agere ante diei euentum, quando liceat.*
2. *Et quid de fideicommissario agente ante conditionis euentum.*
3. *Petens debitum ante tempus malè agit.*
   Et condemnatur in expensis, ibid.
4. *Ee debitori duplicantur induciæ.*
5. *Petens plus debito amittit iura sua.*
6. *Condemnatur in expensis, & n. 7. 10. & seqq. vbi de materia.*
   Reus quando possit negare totum pro parte, n. 6. 10. & seqq. & n. 24.
8. *Et quid si negatio sit conditionalis ad petita, vt petuntur, &c.*
9. *Positio continens plus debito, an possit tota negari.*
10. *Si petatur totum, & probetur de parte, quomodo debeat sequi condemnatio.*
23. *Reus negando totum cum partem deberet, an excusetur à mora.*
25. *Creditor exigendo debitum iam solutum quomodo punitur, & n. 27.*
26. *Debitor in diem, an possit ante tempus conueniri, vt in die soluat.*

PETITIO potest continere plos debito, vel 1
in tempore, vel in quantitate. Videamus modò primo loco de petitione, quæ continet plus debito in tempore, & si vis scire, an, & quando quis possit petere debitum ante tempus, & agere ante diei euentum, videas Ferrar. *in pract. sub forma libell in action. reali, in glos. deducendo, n.* 3. *fol. mihi* 58. Afflict. *decis.* 279. *n.* 3. Rip. *in l si ita stipulatus, n.* 91. *pag.* 119 *ff. de verb. oblig. & n.* 88. *& in l. in illa, n.* 10. *ff. eod. pag. mihi* 104. Soc. *reg.* 190. Firman. *in Repert. vers. exceptio dilatoria, n.* 39. *&* 40. Villalob. *A.* 74. vbi, agens ante tempus quomodo puniatur, de quo etiam infra *num.* 4. *& seq.*

Et particulariter, an fideicommissarius conditiona- 2
lis possit agere ante conditionis euentum, ad hoc vt hæres condemnetur ad restitutionem, eueniente postea conditione, traditur per Marzar. *de fideic. q.* 61. & an fideicommissarius ante conditionem possit cogere hæredem grauatum ad satis dandum de restituendo in euentum conditionis, dixi *in Repert. vlt. volunt. vers. hæres grauatus, n.* 10.

Petens debitum ante tempus agendo, malè dicitur 3
agere. *l. vnica, in fine, ff. quando dies vsusfr. legat. ced.* & propterea, tunc debitor est absoluendus ab instantia, & creditor io expensis condemnandus, vt per Mascar. *in pract. in tit. de expen. damn. & inter. n.* 15.

Et non solùm in expensis condemnatur, verùm 4
etiam debitori duplicantur induciæ. §. *hodie, Instit. de except. c.* 1. *in fine, de plus petit.* Firman. *in Repert. ver. debitor sub conditione, n.* 19. quod intelligas dummodo per debitorem conuentum id opponatur ante litem contestatam, aliàs enim non duplicantur ioduciæ, vt per Aret. *in* §. *appellantur, n.* 37. *Instit. de except.* Sed dubium est, an duplicentur induciæ temporis, quod superest, an verò tota dilatio. quòd duplicetur tantum tempus, quod superest, disputat ad vtramque partem Iacob. de Beluis. *in pract. iud. crim. sub tit. de fuga reorum, num.* 34. *pag. mihi* 43. & *ibi* ita concludit, & idem tradit Abb. *in d. c.* 1. *n.* 14. *de plus petit.* vbi omninò videas Anchar. Sed quòd imò sit duplicanda tota dilatio, tradit Aret. *in* §. *si quis agens, n.* 7. *Inst. de action.* licèt dicat videri Bar. sentire contrariom, vbi etiam Ias. *in pag.* 142. *vers. sed hæc quidem,* dixit hanc Aretin. opinionem esse magis communem, quòd videlicet sit duplicanda tota dilatio.

Petens autem plus debito in quantitate, an, & quãdo 5
iura sua amittat, videas per Roland. *cons.* 71. *n.* 17. 39. *& seqq. vol.* 1. regulariter sic *l.* 3. *C de plus petit.* Bar. *in l. si seruus,* §. *bona, n.* 3. *ff. de condict. furt.* Vide omnes Doct. *in d. l.* 3. *C. de plus petit.* & coostit. March. *cap.* 74. *lib.* 4.

Et an reo sit licitum negare totum, cùm partem 6
tantùm deberet, dic qoòd sic, vt per Asin. *in pract.* §. 35. *in* 10. *limit.* de materia omninò Berous *cons.* 188. *lib.* 3. videas per Doct. *in l.* 1. *ff. de verb. oblig.* Couarr. *lib.* 1. *var. resol. cap.* 2. *circa num.* 3. *& seqq.* omninò Gabr. *in tit. de expens. conclus.* 2. Doct. *in cap. vnico, de plus petit.* Diaz *reg.* 564. Marsil. *in rubr. de fideiuss. n.* 339. & faciunt infrà dicenda, *in seqq. numeris.* Dicas quòd reo, qui partem debet, non est licitum totum negare. Gabr. *vbi suprà n.* 1. *in fine,* vbi de magis communi. Sed an per hæc debeat in expensis condemnari, vide infrà *n.* 7. 10. *& seqq.*

Et

7 Et quando actor petit plus debito, reus verò totum negat, quis isto casu, & quomodo debeat in expensis condemnari, vide Doct. suprà allegatos *in n. anteced.* præsertim Gabr. *tit. de expens. d. concl.* 2. Menoch. *de arb. quæst. casu* 177. *n.* 15. Luc. Pet. *in pract. capit. tit. de expens. n.* 18. *& seqq.* Firman. *in Rep. vers. Actor, &c. n.* 34. vide infrà *n.* 11. *& seqq.* Dicas particulariter quòd reus negando totum, excusatur ab expensis in totum. Ias. *in l. properandum §. sin autem alterutrum, num.* 17. *C. de indic.* Bar. *in l. qui solidum, n.* 1. *ff. de leg.* 2. Dec. *in l. non potest videri improbus, num.* 3. *ff. de reg. iur.* Aret. *in §. si quis agens, num.* 8. *Instit. de action.* Menoch. *de arbitr. qq. casu* 177. *n.* 15. vbi de communi, & qòòd ab ea vti inuetetata, & recepta in iudiciis nec obriocri posset, vt recedatur, de quo vide infià *n.* 15. *& seqq.* Imò isto casu actor petendo totum, & sic plus debito, in expensis condemnatur, vide infrà *n.* 11. *& seqq.* Paris. *cons.* 104. *num.* 13. *vol.* 3. quod declara vt eondemnetur in eo quod pluris petiit pro rata quantitatis indebitè, & non vltrà. Salic. *in d. § sin autem alterutra, num.* 25. & *ibidem* Alex. *n.* 24. & Luc. Pet. *vbi suprà n.* 40. *& infrà n.* 12.

8 In quo particulariter scias, quòd quando reus negando dicit conditionaliter se ad petita prout petuntur non teneri, tunc indistinctè est licita talis negatio. Paris. *d. cons.* 104. *n.* 16. *vol.* 3. quem refert Gabr. *d. conclus.* 2. *n.* 21. vide infrà *n.* 19.

9 Positio autem continens plus debito, an possit sine periurio tota negari, videas per Doct. *in l.* 1. *§. si stipulanti ff. de verb. oblig.* Couar. *var. resol. lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 5. vbi disputat ad partes Gabr. *vbi supra n* 2. vbi pro, & contrà, & quòd debitor, qui soluit, si non potest probare solutionem, numquid cum iuramento possit negare debitum, absque incursu periurij. Dic quòd non, per Decian. *in tract. crim. lib.* 6. *c.* 11. *n.* 57. *post med. vers. sed & id notandum est.*

10 Si petatur totum, & non probetur, nisi de parte, an sequi debeat condemnatio super parte solùm verificata, vide *in seq. quæst. n.* 3.

11 Ista materia condemnationis expensarum rei, & actoris, quando actor petit plus debito, & reus totum negat, cùm partem deberet, admodum intricata est, vt dicit Gabr. *tit. de expens. d. conclus.* 2. *in princ.* Ideò illam distinguendo quoad potero faciliorem reddere conabor: primò enim distinguendum est inter actorem, & reum. Si loqoimur de actore, tunc facias regulam, quòd actor petens plus debito in quantitate, condemnatur in expensis. Gabr. qui alios refert *d. concl.* 2. *n.* 11. & nos aliquos citauimus suprà *sub num.* 7. *vers. Imò isto casu*, quos ponas hîc, & est de mente Asin. *in practic. §.* 32. *in* 61. *amplias.* vbi id limitare videtur, quando in libello adesset clausula, *Non se astringens, &c.* vel clausula, *Peto talem quantitatem, & plus, & minus, quod probatum fuerit.* his enim doobos casibus non actor, sed reus condemnatur in expensis, etiam quòd fuerit plus debito petitum, vt *ibi* per eum. Sed pro priocipali dicto, quòd petens plus debito, in expensis condemnetur, tradit idem Asin. *d. §.* 32. *in* 79. *amplias.*

12 Limita I. hanc conclusionem, vt videlicet actor non debeat eoodemnari in totum, sed solùm in eo, quod pluris petiit pro rata quantitatis indebitæ, & non vltrà, per ea, quæ similiter suprà adduxi sub *d. n.* 7. *in fine, vers. quod declara*, quæ ponas hîc.

13 Limita II. in actore, qui aliqua probabili ratione doctus totum petit, credens illud sibi deberi, quia tunc excusatur ab expẽsis. Gabr. *d. concl.* 11. vbi de communi.

14 Limita III. quia licèt actor petens plos debito, debeat io expensis condemnari, fit tamen compensatio eius expensarum cum condemnatione expensarum rei. Sed de hoc dicetur infrà *n.* 17.

15 Si autem loquimur de reo, tunc tres reperio principales Doctorum opiniooes.

Prima, quòd reus negando totum simpliciter, licèt partem tantùm deberet, excusetur ab expensis in totum. hanc opinionem tenuerunt multi per nos relati sub *num.* 7. *vers. Dicas particulariter*, quos ponas hic, quibus addo relatos à Gabr. *d. conclus.* 2. *num.* 10. Asin. qoi & concordan. allegat, *in pract. §.* 32. *in* 10. *limitat.* vbi in fioe illam limitat non procedere, quando actor offerret se esse paratum etiam partem debitam recipere.

Secunda, & eoutraria opioio est illorum, qui dixerunt reum isto casu debere in totum in expensis condemnari, & hanc tenuerunt multi relati à Gabr. *vbi suprà in d.* 2. *concl. n.* 15. 16

Tertia, & media quædam opinio datur illorum, qui isto casu dixerunt, quòd index debet alterum alteri in expensis pro rata victoriæ condemnare, vel expensarum compensationem facere, & sic neminem condemnare, & omnes absoluere, & hanc opinionem tenuerunt plures relati per Gabr. *vbi supra num.* 12. 13. *&* 16. & faciunt suprà per nos tradita *q.* 31. *n.* 11. quæ tamen opinio non videtur placere Gabr. *ibi n.* 14. vbi dicit quòd quando vterque vincit, tunc fit compensatio expensarum, quando scilicet plura sunt principaliter petita per actorem, & in parte illorum obtinet, in parte autem non. secus si totum petitur, si pars tantùm debeatur. 17

Si vis tenere hanc secundam & tertiam opinionem, illas limita pluribus modis & 18

Primò vt procedat prout loquitur quando reus totum negasset, vnde secus si exciperet tantùm de parte indebita, & actor non acceptet partem debitam, quia tunc reus sustinendo litem in totum excusatur ab expensis. Gabr. *vbi suprà n.* 17.

Limita II. quando negatio non esset simplex, sed conditionalis, videlicet si dixerit, ad petita prout petuntur non teneri, &c. quia tunc reus in totum excusatur ab expensis, vt suprà dixi *n.* 8. vbi allegatos ponas hîc. 19

Limita III. nisi actor petendo totum, protestetur non velle partem, quia tunc similiter reus in totum excusatur ab expensis. Gabr. *ibid. n.* 18. 20

Limita IV. nisi materia sit indiuidua, quia tunc ratione partis indebitæ potest reus super toto litem sustinere. Gabr. *tit. de expens. conclus.* 2 *n.* 19. 21

Limita V. quando esset plus petitum, non in quantitate, sed in qualitate, quia tunc reus negando excusarot ab expensis. Gabr. *ibid. n.* 20. 22

An autem reus negando totum, cùm partem tantùm deberet, excusetur à mora, videas per Gabr. *vbi suprà n.* 4. *& seqq.* vbi declarat. 23

Limita VI. quaudo reus nesciret in qua summa præcisa remanet debitor. nam tunc negando totum, excusatur ab expeosis. Couar. *var. resol. lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 5. *vers. ad textum, &c.* 24

Adde in materia, quòd creditor petens debitum iam solutum, & illud recipiens, tenetur crimine stellionatus, ex allegatis per Firman. *in Rep. verbo creditor agens, num.* 7. *pag. mihi* 437. *in paruis.* Bar. *in l. si fideiussor. §. in omnibus, n.* 1 *ff. mand.* Neuiz. *cons.* 94. *num.* 11. vide Hier. de Monte *q.* 29. *num.* 21. vbi quòd punitur etiam quòd solùm petierit. Caball. *resolut. crim. casu* 169. vbi etiam an pœna falsi, vel stellionatus, & quando. Alber. *in l. qui duobus, n.* 3. *ff. ad l. Cornel. de fals.* vbi quòd pœna stellionatus, vide iofrà *num.* 27. *& in fragment. n.* 223. *& seqq.* & an, & quando præsumatur ignoranter petiisse, ponit Ang. *in Auth. de trien. & semiss. §. si quis autem, collat.* 3. quòd creditor isto casu puniatur, etiam actione iniuriarum, tradit Pet. *in sua praxi tit. de expen. n.* 41. *in fine*, & etiam pœna falsi, tradit Bal. *in l.* 1. *num.* 6. *vers. secundò reuoco in dubium. C. de condict. indeb.* vide constit. Marches. *lib.* 4. *cap.* 75. & omninò decis. 25

Rotæ coram Coccino in vna Interamnen. pecun. Lunæ 23. Iunij 1603. vide infrà *num.* 27.

26 An autem debitor in diem, vel cum conditione possit ante aduentum diei, vel conditionis per creditorem peti condemnari, vt adueniente die, vel conditione soluat, ponit materiam Ioseph Ludou. *in com. opin. conclus.* 8. *per tot. lib.* 1. Dic quòd sic. *decis. Pedemont.* 130. *per totam.*

27 Petens, & exigens debitum iam solutum, qua pœna puniatur? Vltra ea, quæ dixi supra *num.* 25. vide gl. *in l. si creditor, in verb. si creditor, in fin. vers. vel dic, C. ad l. Cornel. de fals.* vbi quòd creditor, qui iam est satisfactus, si tanquam creditor fundum sibi obligatum vendidit, tenetur pœna falsi, & *ibi* etiam Bal. *in vers. nota hoc valde*, & Io. Fab. *in verb. cum debitore suo.* Foller. *in pract. crim. in verb. item quod commisit falsitatem, num.* 91. vbi quòd petens debitum iam solutum, tacendo solutionem, teneatur crimine stellionatus; si verò vtitur falsa probatione, tenetur crimine falsi. Vide in materia, statutum Vrbis *cap.* 69. *in fragm. vers. creditor. n.* 715. *& seqq.*

QVÆSTIO XXXIII.

Sententia an, & quando debeat esse conformis libello, & quomodo ferri debeat sententia si in libello vna causa deducta, alia probetur, & de materia.

SVMMARIVM.

1. *Sententia quando debeat esse conformis libello, & num. seq.*
3. *Sententia quando ferri debeat super toto eo, quod petitur.*
4. *Et quando super eo quod non petitur.*
5. *Libello continente vnam causam, si de alia probetur, quomodo sequi debeat condemnatio, & num. seq.*
7. *Quid si in libello adest clausula*, sola facti veritate, &c.
8. *Quid si adest clausula*, omni meliori modo, *Quid in criminalibus, ibid.*
9. *Quid si adest clausula*, ius, & iustitiam, &c.
10. *Mutans iudicium quomodo in expensis condemnetur.*

1 SENTENTIA an, & quando debeat esse conformis libello, vide Coisert. *sing. pag. mihi* 169. *verbo libellus* Soc. *reg.* 357. Menoch. *de arb. qq. q.* 31. *pag. mihi* 22.

2 Sententia regulariter debet esse conformis libello. Breu. *pag.* 185 *n.* 13. *decis. Pedem.* 146. *n.* 4.

3 Sententia quando ferri debeat super toto, eo quòd petitur in libello, vide Mathes. *sing.* 117. *in addit.* Diaz *reg.* 672. Neuell. *reg.* 191. Gabr. *tit. de expen. concl.* 2. *n.* 2. vbi quòd si in sententia totum petatur, & verificetur in parte, debet sequi condemnatio in parte verificata.

4 Sententia an, & quando feratur super eo, quod non petitur. Roland. *cons.* 53. *num.* 6. 7. *&* 11. vbi limitat Nouell. *reg.* 43.

5 Libello continente vnam causam, si postea de alia probetur, quomodo debeat sequi condemnatio, vide Menoch. *vbi suprà d. q.* 31. Roman. *cons.* 21. *Ita de iure.* Boët. *q.* 42. *n.* 21. *&* 22. *decis. Bonon.* 44. Soc. *cons.* 39. *n.* 18. *lib.* 1. Hercul. *de negat. n* 72.

6 Regulariter libello continente vnam causam, si postea de alia probetur, actor debet succumbere. Roland. *cons.* 52. *n.* 11. *vol.* 3. *& cons.* 110. *n.* 2.

7 Limita I. non procedere, quando causa est cognoscenda de æquitate, vel sola facti veritate inspecta. Roland. *cons.* 53. *num.* 12. *Credo sit, in* 2. *vol.* Hipp. *sing.* 272. *In hac inclyta.* Maran. *in spec. pag. mihi* 59. *n.* 17. Gram. *decis.* 103. *num.* 1. *&* 141. Menoch. *de arbit. quæst. q.* 9. *n.* 2. Roland. *cons.* 7. *n.* 37. *vol.* 3. super qua materia vide si aliquid dicatur per Rom. *d. cons.* 21. Boët. *d. q.* 42. *n.* 21. *& seq. & decis. Bonon.* 44. ad quæ generaliter tradita in materia clausulæ, *sola facti veritate inspecta*, &c. adde pro primo dicto *decis. Pedem.* 1. *n.* 21. *& seqq.* & Luc. Pet. *in form. capit. tit. de caus. summar. cap.* 1. *num.* 7. Alex. *in l. stipulatus, §. Chrysogonus, ff. de verb. oblig.* Lanfran. *in Clem. sæpe, in verbo, & figura iudicij, de verb. sign.*

De hac materia in criminalibus, vide in materia inquisitionis. 8

Limita II. quando in libello adest clausula, *omni meliori modo*, &c. qui tunc poterunt fieri probationes ex causa non deducta in libello, vt *in cons. crimin. diuers.* 125. *n.* 5. *pag. mihi* 131. *à tergo, vol.* 1. *in magnus.*

Et quid si adest clausula, *super præmissis petens ius, & iustitiam*, &c. vide Papien. *in vlt. impress. pag. mihi* 60. à tergo, *col.* 1. *in* 3. *linea*, Roland. *cons.* 41. *num.* 25. *& seqq. vol.* 3. vbi quòd licèt in libello intentetur petitorium, & postea probetur possessorium, vel è contra, sententia potest ferri super probatis, maximè quando adest clausula, *Ius, & iustitiam, &c.* 9

Quando autem reus mutando iudicium debeat in expensis condemnari, dixi suprà *q.* 31. *n.* 32. 10

QVÆSTIO XXXIV.

Clausula, summariè, simpliciter, de plano, sine strepitu & figura iudicij, manu regia, iuris ordine non seruato, velo leuato, sola facti veritate inspecta, *& similes, quos effectus operetur.*

SVMMARIVM.

1. *Clausula* summariè, *quos operetur effectus generaliter.*
2. *Quas clausulas sub se contineat, & quomodo extendatur.*
3. *Quid operetur in materia cumulationis actionum.*
4. *Tollit ordinem iudiciorum.*
5. *Sed non tollit substantialia iudicij.*
6. *Nec tollit causæ cognitionem.*
7. *Sed admittit breuiores dilationes.*
8. *Quas admittat exceptiones.*
9. *Et an admittat libellum generalem.*
10. *Et an requirat libellum.*
11. *Clausula* simpliciter, & de plano, *quid operetur.*
12. *Maximè in causa leui.*
13. *Et quid in causa graui.*
14. *Et an operetur vt iudex nō debeat pro tribunali sedere.*
15. *Et an possit procedi in diebus feriatis.*
16. *Et an tollat cursum instantiæ.*
17. *Clausula*, sine strepitu, & figura iudicij, *quid operetur.*
18. *Et an tollat Aduocatorum defensionem.*
19. *Tollit inducta à iure ciuili.*
20. *Sed non ea, quæ sunt iuris gentium, & naturalis. Nec defensionem, ibid.*
21. *An admittat testes non iuratos.*
22. *An hæc clausula apponatur ab inferiore à Principe.*
23. *Clausula*, sine solemnitate, &c. *quid operetur. Tollit, quæ sunt iuris ciuilis, non autem naturalis, ibid. Et ideo non tollit citationem, ibid.*
24. *Clausula*, iuris ordine non seruato, *quid operetur.*
25. *Clausula*, manu Regia, *quid operetur.*

Clausula,

1 CLAVSVLA, *summariè*, &c. quos operetur effectus, videas generaliter per Lancellott. *in Breu. pag. 33. sub num. 1. & omnibus seqq.* Asin. *in praxi decis. Pedem. 1. per totam*, in discursu. Paris. *in Repert. consiliorum*, & faciunt in proposito, quæ infrà diceotur de caosis summariis, & earum ordine, *q. 35.*

2 Clausula, *summariè*, &c. continet sub se omnes clausulas, quas suprà posui *in rubr. huius quæstionis*, vt per Lancell. *in Breu. d. pag. 33. n. 1. & seqq.*

3 Clausola, *summariè*, quid operetur in materia cumulationis actionum, vide in dicta materia vbi posui.

4 Clausula, *summariè*, ordinem iudiciorum tollit. *d. decis. Pedem. 1. sub num. 1. & seqq*

5 Clausula, *summariè*, non tollit substantialia iudicij. *decis. Pedem. vbi suprà.*

6 Clausula, *summariè*, non tollit causæ cognitionem, *d. decis. Pedem. 1. sub n. 2 & seqq.*

7 Clausula, *summariè*, breoiores dilationes dari permittit, ita tamen, vt probationes, prout causarum qualitas expostulabit, non pereant. *d. decis. Pedem. 1. sub num. 2. & seqq.*

8 Clausula, *summariè*, aliqoando admittit exceptiones altiorem indaginem requirentes, quando illæ oon possunt per alium iudicem, seu in causa appellationis examinari. *d. decis. Pedem. 1. sub n. 2. & seqq.*

9 Clausula, *summariè*, an admittat libellum generalem, vide *in alio Repert. in vers. libellus generalis*, &c.

10 Clausula *summariè*, &c. parte opponente, etiam requirit libellum, seu saltim claram petitionem. *d. decis. Pedem. 1. sub num. 2. & seqq.* ad quod faciunt generaliter tradita *in alio Repert. in vers. libellus*, in quibos casibus non sit nececessarius, & quæ infrà dicentur de causis sommariis, & earum ordine, *q. 35. num. 4.* vide infrà *n. 37. & 48.*

Clausula, *simpliciter, & de plano*, quos operetur ef- 11
fectus, vide *in Breu.* Asinium, Parisium, *& decis. Pedem.* de quibus suprà *in hac eadem quæst. num. 1.* Marsill. *sing. 102.*

Clausula, *simpliciter, & de plano*, si agitur in caosa 12
leui, & vilis naturæ, tam respectu materiæ, quàm personarum, & tunc sine aliorum iudiciorum stylo, solemnitatibusque causæ veritas cognosci poterit. *d. decis. Pedem. 1. n. 8. & seqq.*

Claosula, *simpliciter, & de plano*, in causa graui, & 13
magni præiudicij non operatur quin ea plenè, & solemniter agitari debeat. *d. decis. Pedem. 1. n. 8. & seqq.*

Clausula, *simpliciter, & de plano*, operatur, vt non 14
sit necesse iudicem in quolibet actu sedere pro tribunali. *d. decis. Pedem. 1. sub num. 8. & seqq.* & faciunt tradita *in alio Repert. in iudic. vers. iudex debet pro tribunali sedere, & vers. sententia quando possit ferri a iudice non sedente pro tribunali.*

Clausula, *simpliciter, & de plano*, operatur, vt iudex 15
etiam in diebus feriatis procedere possit. *d. decis. Pedem. 1. num. 8. & seqq.* faciunt tradita *in alio Reper. in iud. vers. feriarum solemnitas.* vide *in n. 52.*

Clausula, *simpliciter, & de plano*, an tollat cursum in- 16
stantiæ, *decis. Pedem. 1. n. 31.*

Clausula, *sine strepitu, & figura iudicij*, quid operetur, 17
vide Lancell. *in Breu. d. pag. 33. sub num. 1. & omnibus seqq.* Asin. *in praxi.* Paris. *in Repert. cons. vers. clausula.* Marsil. *sing. 102. d. decis. Pedem. 1. num. 12. & seqq.* Molta per Gig. *de crim. læsæ maiest. lib. 1. tit. qualiter in crim. læsæ maiestatis proced. quæst. 1. & quæst. 3. n. 8. & seq. & q. 4. & 5.* in discursu. vide infrà *n. 48. 49. 50.*

Clausola *sine strepitu, & figura iudicij*, au tollat Ad- 18
uocatorum detentionem, & sic terminum ad quærendum Aduocatos, vide *in d. decis. Pedem. 1. num. 12. 13. & 14.*

Clausula, *sine figura iudicij*, tollit figuram iudicij à 19
iure ciuili introductam, super quo videas *d. decis. Pedem. 1. n. 15. & seqq.*

Clausula, *sine figura iudicij*, an tollat solemnitates 20
iuris gentium, vel naturalis, & sic an tollat ea, quæ factum causæ, & defensionem concernunt, *d. decis. Pedem. 1. num. 15. & seqq.* vide infrà *n. 23.* Menoch. *de arb. qq. quæst. 9. n. 2.* vbi quòd non tollit ea, quæ sunt iuris naturalis, aut diuini.

Clausula, *sine figura iudicij*, an operetur, vt admit- 21
tantur testes non iurati, vide *in Repert. de testibus.*

Clausula, *sine strepitu, & figura iudicij*, non potest 22
apponi ab inferiore à Principe. *d. decis. Pedem. 1. n. 18.* quod amplia, & limita, vt per Gabr. *concl. 6. lib. 6.*

Claosula, *sine solemnitate*, intelligitur, sine solemni- 23
tate iuris ciuilis, non autem naturalis, & diuini. Menoch. *de arb. qq. quæst. 9. num. 2.* & faciunt tradita soprà *num.* 20. & idem si dicatur, *omni iuris solemnitate remissa*, vt *in d. decis. Pedem. 1. sub num. 15. & seqq.* Luc. Pet. *tit. de causis summ. cap. 1. num. 5.* vbi ex hoc infert quòd per hanc clausulam non censetur remissa citatio, ad qood vide infrà *quæst. 52. num 8.* vbi agitur, an, & quando citatio omitti possit. vide infrà *num. 51. & 52.*

Clausula, *iuris ordine non seruato*, quid operetur, vi- 24
de Lancell. *in Breu. d. pag. 33. sub num. 1. & seqq. d. decis. Pedem. 1. sub n. 15. & seqq.* Asin. *in prax.*

Clausula, *manu regia*, qoid operetur, vide Lancell. 25
in Breu. vbi suprà. Asin. *vbi suprà.* Paris. *in Repert. consiliorum, in ver. clausula*, &c.

Clausula, *velo leuato*, qoid importet, vide *in Breu.* 26
Asin. & Paris. *vbi suprà.* Menoch. *de arb. quæst. casu 297. num. 3.*

Clausula, *sola facti veritate inspecta*, quid importet, 27
vide Lancell. *in Breu.* Asin. & Paris. *vbi suprà, cons. Pedem. 1. num. 20. & seqq. omnibus*, ad quem semper

securtas in materia.Rom.*sing*.792. Marsil. *sing*.494.& 102.Patis. *cons*.1 31. *car*.139. *vol*.1. Villalob. *L.num*.118. Mynf.*obseru*.44.& 84.*cent*.2.Rolan.*cons*.53. *num*.12. & *seqq.Credo sit,in vol*.2.Matant.*in spec.in 4.part.9.distinct.* vbi ponit quindecim effectus istius clausulæ. Gram. *decis*.19.Aym.*cons*.198.*num*.7.Rom.*cons*.21.& *cons*.110. *num*.2. Siluan. *cons*.57.*num*.41.*pag* 427. Boër. *cons*.26. *num*.21. Æmilian. *cons*. 67.Boër. *q*. 42. *num*.21.& *seq.* Soc.*cons*.19 *num*.18.*lib*.1. Crot.*cons*.87.*n*.9.& *seq*. Boss. *in tit.de Principe,a n*.69.*vsque ad* 78.

28 Clausula, *sola facti veritate inspecta*, operatur vt iudex credere possit persuasiuis probationibus. Neuiz. *cons*.34 *num*.34.Rolan. *cons*.7.*num*.36. *vol*.3. Menoch. *de arbitr.quæst.q* 9. *num*.2. Neuiz.*cons*.25. *num*.11. *decis. Pedem* 1.*num*.30. In quo videas Marsil.*sing*.494. Rom. *cons*.21. Boër.*quæst*.41.*n*.21. & *seq.decis. Bonon*.44. Luc. Pet. *tit. de causis summar. cap*.1. *num*.7. vide infrà *quæst*. 35.*num*.5.

29 Clausula, *sola facti veritate*,&c.an operetur vt testis non debeat reddere rationem suæ scientiæ, dixi *in Repert.de testibus*.

30 Clausula, *sola facti veritate inspecta*, operatur vt iudex possit vt Deus cognoscere. Rolan. *cons*.7. *num*.31. *vol*.3.Menoch.*de arb.quæst q* 9.*n*.2.*decis. Pedem*.1.*n*.20. Luc.Pet.*vbi suprà d.n*.7.

31 Clausula,*sola facti veritate*, &c. operatur, vt omnes apices iuris, strictæque solemnitates remissæ censeantur. Rol.*d.cons*.7.*num*.30.& *seqq vol*.3. Menoch.*d. q*.9.*num*.2.*decis. Pedem*.1.*num*.20. vbi quòd solemnitates iuris ciuilis remissæ censentur.

32 Clausula,*sola facti veritate*,&c.facit,vt vna causa deducta in libello, & alia probata, iudex iudicare debet super probata, posui suprà *q*.33.*n* 7.

33 Clausula, *sola facti*, &c. operatur vt tantùm considerari debeat ius naturale, & diuinum, attenta æquitate canonica. Rol.*cons*.7. *num*.32. *vol*.3.*decis. Pedem*.1. *num*. 20.

34 Clausula, *sola facti veritate*, &c. operatur, vt iudex possit procedere manu regia.Roland. *d.cons*.7.*num*.33. *vol*. 3. Luc. Pet. *in pract. capit. tit. de causis summar. cap*.1.*num* 7.

35 Clausula, *sola facti veritate*,&c. operatur, vt solùm attendi debeat bona fides.Rolan.*d.cons*.7.*n*.35.*vol*.3.

36 Clausula, *sola facti veritate*, &c. quid operetur in cumulando actiones, vide in materia cumulationis actionum.

37 Clausula, *sola facti veritate*,&c. operatur vt in causa non requiratur libellus. Menoch.*de arb. quæst.q*.18. *pag*.17. vbi tamen quòd requiritur qualis qualis petitio. Neuiz.*cons*.4 *num*.12. Cott. *in memor. pag*.540. faciunt ad hæc generaliter tradita *in alio Repert. in indic. vers. libellus*, in quibus casibus non sit necessarius, & suprà *num*.10. & quæ infrà dicentur de causis summariis, & earum ordine, *q*.35.*n*.4.& infra *n*.48.

38 Clausula, *sola facti veritate*, &c. an tollat litis contestationem, vide in materia litis contestationis.

39 Clausula,*sola facti veritate inspecta*,operatur,vt contrarietas non vitiet processum.Breu.*pag*.37 *n* 15. allegat Rip.*in l.naturaliter*, §.*nihil commune,sub num*.181. *de acq.possess.*

40 Clausula, *sola facti veritate inspecta*, operatur idem, & plus,quàm clausula *simpliciter, de plano, sine strepitu*, &c. & quòd essent omnes simul iunctæ, secundùm magis communem, de qua *in d. decis. Pedem*.1. *num*. 20.

41 Clausula, *sola facti veritate*, &c. operatur, vt testes possint etiam examinari post publicationem, dixi *in Repert.de testibus*

42 Clausula,*sola facti veritate inspecta*,operatur,vt possit opponi compensatio, non obstante iuramento, de quo dixi in materia compensationis.

Clausula, *sola facti veritate*, &c. operatur, vt instrumenta possint produci, etiam post conclusionem in causa. quod posui *in alio Repert. in iudic. vers. productio instrumentorum*. 43

Clausula, *sola facti veritate*, &c. quid operetur circa purgationem moræ,dixi suprà *q*.28.*n*.21. 44

Clausula, *sola facti*, &c. non tollit terminos substantiales respicientes defensionem partis. *decis. Pedem*.1.*num*.30.Luc. Pet. *in pract. capit. tit. de caus. summar.c*.1.*num*.1. vbi quòd per hanc clausulam non censentur sublatæ defensiones. 45

Clausula, *sola facti veritate*, &c. an faciat, vt pactum nudum producat actionem, vide *in Repert. contract. vers.pactum nudum*. 46

Clausula, *procedat de æquitate*, vel *secundùm æquitatem*, quomodo intelligatur, & quid operetur,*decis.Pedem*.1.*num*.34. 47

Clausula, *sine strepitu, & figura iudicij*, operatur vt non requiratur libellus. Luc. Pet.*tit. de caus. summar. cap*.1. *num*. 5. vide suprà *num*. 10. & *num*. 37. & infrà *quæst*.35.*num*.4. 48

Clausula, *sine strepitu, & figura iudicij*, an tollat litis contestationem,vide in materia litis contestationis. 49

Clausula,*sine strepitu, & figura iudicij*, non tollit iuramentum calumniæ, si petatur. dixi *in alio Repert. in iudic.vers.iuramentum calumniæ*. 50

Clausula, *sine solemnitate*,&c.admittit testes de iure ciuili inhabiles, dummodo sint habiles de iure naturali. Luc. Pet. *in pract. capit. tit. de caus.summar. cap*.1. *num* 5. 51

Clausula, *omni iuris solemnitate omissa*,non operatur, vt possit procedi in diebus feriatis, ita vsu receptum esse testatur Luc.Pet.*de caus.summar.c*.1.*n*.5.vbi allegat concordantes, licèt aliqui *ibi* per eum relati contrarium dixerint. vide suprà *n*.15.& *in alio Repert.in indic. vers.feriarum solemnitas*. 52

Feudatarius an possit committere causas cum prædictis clausulis, vide *in fragmen.ver.feudatarius n*.22. 53

QVÆSTIO XXXV.

De causis summarijs, & earum ordine, ac materia.

SVMMARIVM.

1. *Generalis materia.*
2. *Causa summaria quæ sint.*
   Quæ breuiores, ibid.
   Quæ magna, parua, aut ardua, ibidem.
3. *Testium reprobatio an admittatur in summarijs.*
4. *An requiratur libellus.*
   Et an sufficiat libellus generalis, ibid.
5. *Probationes leuiores an sufficiant in summarijs.*
6. *Causæ summariæ non requirunt scripturam.*
7. *In illis iudex non sedet pro tribunali.*
8. *In summarijs nihil remittitur, quoad processum ordinarium.*
   Sed tantùm dilationes amputantur, ibid.
9. *Appellare an liceat in causis summarijs.*
10. *Cautio an requiratur in summarijs.*

QVÆDAM sunt causæ summariæ de sui natura: quædam verò efficiuntur summariæ ex Principis rescripto, mandantis in illis procedi simpliciter, & de plano, summariè, & aliàs, prout latiùs dixi *in anteced. quæstione*, quæ multum confert ad ea, quæ modò dicturi sumus de causis sui natura summariis. Ad cuius cognitionem generalem præter tradita, vt dixi suprà *q*.34 in discursu, videas Mathes. 1

sing.1.

*ſing.*1. *& in addit.* Soc. *reg.*5. Villalob. *C. num.*27. Viu. *in com.opin. pag. mihi* 17. *in paruis.* Pariſ. *conſ.* 11. *n.*40. *vol.*1.*pag.mihi* 23.

2 Et particulatitet quæ dicantur cauſæ ſummaiiæ, & bteuiores, præter ſuprà allegaıos *in anteced. n.* vide *in Bren. pag.*35.*ſub num.*6. *deciſ.Pedem.*1.*ſub num.*5.Menoch. *de arb.quæſt. caſu* 72.*per totum, lib.*2. vbi quæ dicantur cauſæ magnæ, & quæ paruæ. Redoan. *de reb. Eccleſ.pag.*484.*n.*18.vbi quòd remittitur arbitrio iudicis: & idem relatis aliis opinionibus per Ant. Theſaut. *deciſ. Pedem.*61. vbi etiam quæ dicatur cauſa magna, & ardua.

3 In ſummariis cauſis teſtium reprobatio non admittitur, vt per Boët.*conſ.*40.*num.*133.quod declara vt per Afflict. *deciſ.*351. vbi *ſub num.*6.Menoch. *de arb. quæſt. q.*32.*pag.*22.faciunt generaliter tradita *in Repert. de teſtibus*, vbi agitur de teſtium tepulſatione quando facienda, &c. vide *in deciſ.Pedem.*1.*num.*11.vbi quòd in ſummariis teſtinm reprobatio non admittitur qnando expectatur alia ſententia, aliàs ſecus.& quid quando agitur coram iudice habente arbitrium liberum, &c. *in quæſt.*44.*num.*2.poſui *in tit. de oppoſ. contra teſtes, quæſt.* 61.

4 Libellus an ſit neceſſarius in cauſis, Ceph *conſ.*108. *n.*5.*& ſeqq.vol.*1.Menoch.*de recup. poſſ. pag.*161. *n.*240. *& ſeqq.& de arbitr. quæſt.q.*18.vbi quòd non eſt neceſſarius libellus, ſed qualis qualis petitio. *deciſ.Pedem.*1. *ſub num.*2. *& ſeqq.* vbi quòd etiam parte opponente in ſummariis tequiritur libellus, ſeu ſaltim clara petitio. ad quod faciunt ſuprà tradita *quæſt.* 34. *num.* 10. 37. 48. *& in alio Repert. in Iudic. in verſ. libellus in quibus caſibus non ſit neceſſarius, & in verſ. libellus generalis*, vbi an in ſummariis cauſis ſufficiat libellus generalis.

5 In cauſis antem ſummariis an requirantur probationes conclndentes, vel ſufficiant leuiores, præter ſuperiùs tradita *quæſt.*34.*num.*28.vide Felin. *in cap. venient il* 2. *col.*4. & ſuprà *de teſtibus, & in cap. cum ſuper, col.*7.*de re iudic.*Bart.*in l.ſi quis in liberis*, §.*ſi quis ex his, num.*3. *ff. de lib. agnoſc.* Firman. *in Repert. in verſ. cauſa ſummaria, n.*19. Afflict.*deciſ.*351.*n.*2.

6 Cauſæ breues & ſummariæ non requirunt ſcripturam. Alph *collect.n.*164.ad idem Tiraquell.*de reb. exig. pag.*48.*verſ.*90.&c.

7 In cauſis ſummariis an iudex debeat pro tribunali ſedere, dixi ſuprà *q.*34. *num.*14. *& in alio Repert. in iudic. verſ.iudex, & verſ.ſententia*, &c.

8 In cauſis ſummariis nihil remittitur ordinarij proceſſus, niſi quo ad dilationum amputationem. Luc. Pet.*in pract. tit.de cauſis ſummariis, c.*1.*n.*2.

9 Appellare an liceat in cauſis ſummariis, & quæ celeritatem deſiderant, dixi *in quæſt.* 16. *num.* 57. *ſuprà*.

10 Citatio an requiratur in ſummariis, dixi *in q.* 62. *num.* 7.8.

QVÆSTIO XXXVI.

De compenſatione.

SVMMARIVM.

1. *Compenſationis materia generaliter, & n.*7.*&* 8.
2. *Compenſatio quando fiat de liquido ad non liquidum, & num.*34.
*Et quod dicatur in propoſito debitum liquidum, eod. num.*3.
4. *Et quod ſi incontinenti offertur probatio ſuper liquidatione crediti.*
5. *Compenſatio non admittitur ex perſona alterius.*
6. *Compenſatio an admittatur in cauſa appellationis.*
Compenſatio an poſſit opponi in exequutione, ibid.
7. *Compenſatio quando fiat de ſpecie ad quantitatem.*
8. *Et quando de quantitate ad quantitatem.*
9. *Compenſationem opponens dicitur agere.*
10. *Qui negaui debitum, non poteſt petere compenſari.*
11. *Iuramentum non impedit compenſationem, & num.ſeqq.*
12. *Maximè in obligatione camerali.*
13. *Regulariter iuramentum impedit compenſationem.*
14. *An ſi procedatur ſola facti veritate inſpecta.*
15. *Vel niſi debitor eſſet pauper, & oppreſſus.*
16. *Vel niſi ageretur de debito iurato ad iuratum.*
17. *Vel niſi debitum ſuperueniſſet poſt iuramentum.*
18. *Compenſatio non fit ipſo iure.*
19. *Idem ſi compenſationis exceptio requirat altiorem indaginem.*
20. *Compenſatio an admittatur in depoſito.*
21. *An in ſocietate.*
22. *An in debito emphyteotico.*
23. *An contra fiſcum, ſeu Sacerdotem exigentem decimas.*
24. *An in inſtrumento habente exequutionem paratam.*
25. *An in commodato.*
26. *Compenſatio non fit de debito ad legatum.*
27. *Exceptione prohibita an cenſeatur prohibita compenſatio.*
28. *Compenſatio an ipſo iure tollat obligationem.*

MVLTA de compenſatione præter infrapoſita ponuntur per Afflict. *deciſ.* 121. 381. & per Maſſam *de oblig.camer.pag.*83.84.*num.*6.*& ſeqq.* Bucholten *in ſuo tractat. de compenſat.* Pariſ. *conſ.*121. *lib.*1.vide *infrà n.*7. *& ſeq.* 1

Compenſatio regularitet de liquido ad non liquidum non admittitur, quæ regula patitur plures limitationes, & declarationes, de quibus per Socin.*reg.*61. Cæpol. *caut.*83.Alex.*conſ.*93.*vol.*4. Anchar.*q.*2.*part.*1. Roland.*conſ.*17.*n.*18.*vol.*1. 2

Et in propoſito quod dicatur debitum liquidum ad hoc vt compenſatio admittatur, ponit Menoch. *de arb.quæſt.caſu* 14.*n.*6. 3

Quando Incontinenti offertur probatio ſuper liquidatione debiti, tunc etiam de non liquido ad liquidum admittitur compenſatio, ſecundùm communem, de qua *in deciſ.Pedem.*91.*num.*36.& Menoch.*de arb. qq. caſu* 14. vbi etiam in propoſito ponit quando dicatur incontinenti offerri probatio. 4

Compenſatio non admittitur ex perſona alterius. *l.eius, quod*, vbi gloſſ.& Bar.*C.de compenſat.* 5

Compenſatio non admittitur in cauſa appellationis, licèt admittatur in exequutione rei iudicatæ, *deciſ.Pedem.*92. *ad finem*, & quòd poſſit opponi compenſatio in exequutione, vide Felin. *in cap. cum Ioannes num* 52.*de fide inſtrum.*Pariſ.*conſ.*121.*num.*18.*lib.*1. Sed quòd imò in exequutione rei iudicatæ non poſſit opponi compenſatio, videtur inferre Suarez *in com. opin. ver.compenſatio, num.*152.*deciſ.Pedem.*92.*num.*36.*in fine*, vbi quòd in cauſa appellationis poſſit opponi aduersùs exequutionem rei indicatæ, & traditur *in d. deciſ.*92.*num.*1. 6

Compenſatio quando fiat de ſpecie, ſeu corpore ad quantitatem, vel è contrà, vide Anchar. *d.q.*2. Socin.ſen.*conſ.*60.1.*part.& conſ.*147.*eadem parte* Diaz *reg.* 98. Villalob. *C. n.*112. Pariſ. *conſ.*100.*n.*32.*& ſeqq.car.* 169.*vol.*2.& alios ſuprà allegatos *n.*1. 7

Compenſatio an admittatur de quantitate ad quantatem. Dic qnòd ſic, ſi quantitas eſt liquida, vt per Anchar.*d.q.*2.ad quam materiam vide Villalob.*C. n.*112. Socin.iun. Diaz & Pariſ. ſuprà allegatos *in anteced.n.*& alios ſuprà allegatos.*n.*1. 8

Compen

9 Compenſationem opponens dicitur agere. *l. amplius non pet. ff. rem rat haberi.* not. *in c. cum inter, de except.* Alex. *conſ.* 149. *n.* 5. *lib.* 2.

10 Compenſatio non poteſt opponi à debitore qui negauit debitum, & poſtea de eo conuictus extitit. Guliclm. de Lugd *ſing.* 96. in quo videas Patiſ. *d. conſil.* 121. *n.* 22. *& ſeqq. lib.* 1. & quæ dicentur in alia quæſtione de pœna mendacis, & negantis verum.

11 Compenſatio an admittatur in debito iurato, & ſic an iuramentum impediat compenſationem. Patiſ. *conſ.* 121. *num.* 37. *& ſeqq. vol.* 1. Viu, *in com. opin. pag. mibi* 25. *verſ. compenſatio*, *& pag.* 135. *verſ. promittens ſoluere, &c. in paruis.* Anchar. *d. q.* 2. *part.* 1. *deciſ. Pedem.* 92. *n.* 35. vbi remiſſiuè declarat pluribus modis. Matheſ. *ſing.* 54. *in addit.* Cotta *in memorab. pag.* 451. Villalob. *in num.* 157. *& ſeqq.* Maſſa *in tract. oblig. cam. pag.* 83. *n.* 6. *per totum, n.* 10. vbi etiam dat cautelam.

12 Et particulariter, an compenſatio admittatur in obligatione Camerali, vide præter Maſſam, *vbi ſuprà, in d. deciſ. Pedem.* 91. *in princ.* in figuratione caſus, *& n.* 12. & infrà *n.* 14.

13 Regulariter iuramentum impedit compenſationem. Tiraq. *de legib. connub. pag.* 510. *n.* 189. vbi de communi. Roland. *conſ.* 6. *num.* 31. *vol.* 1. *& conſ.* 17. *num.* 5. *&* 14 *eodem vol.* 1. vbi de communi, & Ceph. *conſ.* 47. *n.* 50. *vol.* 1. & de magis communi Marſil. 208. Suarez *in com. opin. ver. compenſatio*, *n.* 151. & de communi etiam Craſſus *in com. opin. lib.* 1. *cap.* 7. *q.* 17. *tom.* 2. & hanc poſt longam diſputationem dicit magis communem *d. deciſ. Pedem* 91. licèt *ibidem n.* 33. aſſerat contrariam opinionem eſſe in iure veriorem, & ſuſtentabiliorem.

14 Fallit I. hæc regula, quando proceditur ſola facti veritate inſpecta, quia tunc compenſatio admittitur, etiam non obſtante iuramento. *d. deciſ. Pedem.* 92. *n.* 35. *& deciſ.* 1. *n.* 27.

15 Fallit II. ſi debitor eſſet pauper, & oppreſſus. nam tunc ſimiliter iuramentum non impedit compenſationem. *d. deciſ. Pedem.* 92. *num.* 35. Anchar. *d. quæſt.* 1. vbi etiam exemplificat in debitore vxore filiorum grauato. ad idem Sebaſt. Medic. *de caſu fortuit. part.* 2, *quæſt.* 4 *num.* 15.

16 Fallit III. quando compenſatio peteretur de debito iurato ad iuratum. *d. deciſ. Pedem.* 92. *n.* 35.

17 Fallit IV. quando debitum ſuperuenit poſt promiſſionem iuratam, quia tunc ſimiliter fieri poteſt compenſatio. *d. deciſ. Pedem.* 92. *num.* 35. *& ſeq.* & Anchar. *d. quæſt.* 2.

18 Compenſatio non fit ipſo iure. Ceph. *conſ.* 47. *n.* 49. *vol.* 1. ſed ipſo iure tollit obligationem. *deciſ. Pedem.* 92. *num.* 15. *&* 16. vbi de communi.

19 Compenſationis exceptio non admittitur, ſi requirit altiorem indaginem. Ceph. *d. conſ.* 47. *n.* 51.

20 Compenſatio an fiat in depoſito, & quid in depoſito confeſſato. Roland. *conſ.* 17. *vol.* 1. Villalob. *lit. C. num.* 110. vbi quòd admittitur compenſatio pro expenſis factis in depoſito. Roland. *conſ.* 47. *num.* 20. *& ſeqq.* 22 *& ſeq. vol.* 4. vbi quòd compenſatio nec etiam admittitur in depoſito confeſſato, ad quod faciunt ea quæ *in Repert. contract. verſ. depoſitum confeſſatum*, &c.

21 Compenſatio non cadit in ſocietate, Patiſ. *conſ.* 41. *num.* 23. *vol.* 1.

22 Compenſatio an admittatur in debito emphyteutico, Roland *conſ.* 87. *num.* 26. *& ſeq. vol.* 1.

23 Compenſatio non poteſt opponi contra fiſcum, ſeu Sacerdotem repetentem decimas. Rom. *ſing.* 551.

24 Compenſatio poteſt opponi contra inſtrumentum habens exequutionem paratam. Villalob. *C. n.* 109. vide ſuprà *num.* 12.

25 Compenſatio admittitur in commodato. Villalob. *C. num.* 113.

Compenſatio non fit de debito ad legatum. Villalob. *C. num.* 114. 26

Compenſationis exceptio an poſſit opponi ſtatuto prohibente exceptiones, vide in materia, exceptione prohibita, &c 27

Qvæstio XXXVII.

Creditori quando liceat rem penes ipſum exiſtentem pro ſuo credito retinere, & generaliter de materia retentionis.

Svmmarivm.

1. *Retentio quando ſit licita generaliter.*
2. *Retentio an ſit licita pro expenſis, & melioramentis, & n.* 12. 13. *& ſeqq.*
   Meliorámentorum exceptio an impediat exequutionem, ibid.
3. *Cautio de reſtituendo quando impediat retentionem, & n.* 12. *& ſeqq.*
4. *Retentio rei data pro debito putatiuo licita eſt pro vero debito.*
5. *Retentio ex cauſa dotis an impediatur ius offerendi.*
   Retentio eſt licita fauore dotis, ibid.
   Vxor an poſſit rem pro hypotheca ſua dotis retinere, ibid.
6. *Filij an poſſint retinere domum paternam pro dote materna.*
7. *Retentio nunquam eſt licita vbi res prouenit cum vitio.*
8. *Retentio an tranſeat in ſingularem ſucceſſorem.*
9. *Retentio poteſt opponi etiam in exequutione.*
10. *Retinere multa licet quæ honeſtè non petuntur.*
11. *Retentio eſt fauorabilis, & in dubio pro retentione.*
13. *Retentio datur emptori conuento à ſecundo debitore, ſi pretium peruenit ad primum creditorem.*

RETENTIO regulariter non eſt permiſſa; ſed quomodo iſta regula intelligatur, & quas recipiat declarationes, & generaliter de materia, habetur per Iaſ. & Doct. *in l. ſi non ſortem, §. ſi centum, n.* 10. *ff. de cond. indebiti.* Neguſ. *de pign. pag. mihi* 122. *& ſeqq.* vbi ponit regulam cum decem limitationibus. Firman. *in Repert. ver. Retentio.* Capyc. *deciſ.* 119. *per totam.* Franc. Marc. *deciſ.* 181. *&* 864. Cephal. *conſ.* 299. *vol.* 2. Roland. *conſ.* 5. *n.* 7. *&* 21. *lib.* 2. latè & pulchrè Menoch. *de recuper. poſſeſſ. pag. mihi* 178. *n.* 6. *& ſeqq. in* 11. *remedio*, ſed loquitur in retentione propter impenſas factas. 1

Retentio rei licita eſt pro expenſis factis per retinentem in illa re. Iaſ. *in d. §. ſi centum, d. num.* 10. *ff. de cond. indeb.* ad quam materiam, videlicet an, & quando pro expenſis in melioramentis factis detur retentio, vide infrà *num.* 13. *& ſeqq.* & ſic an melioramentorum exceptio impediat exequutionem, vide infrà *n.* 12. *& ſeqq.* vide omnino Menoch. *d. num.* 6. *& ſeqq.* & Marzar. *in tract. de fideicom. q.* 66. *per totam. deciſ. Bonon.* 77. *n.* 10. Neguſ. *de pignor. in* 4. *membro* 5. *p. per totam, pag. mihi* 122. quibus in locis reperies etiam, an, & quando res reſtituenda cum cautione, & ſic quando oblatio cautionis de rem reſtituendo impediat retentionem, de quo vide etiam infrà *num.* 12. *& ſeqq.* & quid in meliorationibus factis in re Eccleſiæ, an pro eis detur retentio, vide de hoc particulari etiam aliquid *infrà quæſt.* 38 *num.* 50. 2 3

Retentio rei quæ fuit data pro debito putatiuo, eſt licita pro vero debito. Iaſ. *in d. §. ſi centum, d. num.* 11 *ff. de cond. indebit.* 4

Retentio licita eſt fauore dotis, & an talis retentio impedia 5

impediatur per ius offerendi, vide in materia iuris offerendi, videlicet infrà *q.92.num.3.& seqq.* Iaſ. *ibidem d. num.* 10. & ideo vxor pro hypotheca dotali poteſt authoritate propria retinere domum quam inhabitabat cum marito viuente, vt per eundem Iaſ. *in § item Seruiana, num.73. Inſtit. de action pag. mihi* 101. Bald. *in l. penult. in fin. C. de rei vxor. action.* Imol. *conſ.*112. *n.*8. Dec. *conſ.*400. *& conſ.*232. Roland. *conſ.*77. *num.*28. *& ſeq. vol.*1. Gozad. *conſ.*100. *num.*24. Burſat. *conſ.*9. *n.*7.8. Paleott. *deciſ.*422. Ad materiam vide Marſil *in l. vnica num.*218. *& ſeqq. C. de raptu virginum*, vbi multa congerit. Dec. *conſ.*400. *num.*5. vbi declarat Caſtr. *in l. ſi cui num.*2 *C de non num pec.* vbi quòd id vxori non eſt licitum, niſi præcedente iudicis authoritate, vel quod fuerit vſa ſibi data licentia à marito. Ad materiam vide ſimiliter Gram. *dec.*92. *num.*19. Boſſ. *in tit. de Principe, num.*300. Socin. *conſ.*331. *n.*3. *lib.*1. Roland. *conſ.*77. *n.*27. *& ſeq. & n* 34. *& ſeqq. lib.*1. vbi declarat quomodo vxor poſſit dicta bona retinere. Item ponit in dubio an vxor præſumatur illa retinere iure familiaritatis, vel pro hypotheca dotali. Achil. *deciſ.*2. *de cauſ. poſſeſſ & propriet.* vbi quòd non eſt neceſſaria declaratio animi vxoris, quòd videlicet retineat iure hypothecæ, cùm ſufficiat interueniſſe cauſam poſſidendi, de quo dixi in materia poſſeſſionis, cauſam an, & quando quis ſibi mutaſſe præſumatur, &c. vide Mantic. *in tract. de inuenta. pag. mihi* 75. *num.*64. vbi quòd ſi hæres mariti facit inuentarium, tunc vxor non poteſt propria authoritate domum mariti pro ſua dote retinere, & quid ſi ad vxorem res peruenit cum vitio, vide infra *n.*7.

6 Et in materia ſcias quòd ſicut vxor mortuo marito poteſt eius bona pro hypotheca dotali retinere, ita etiam filius poteſt bona patris ſui pro reſtitutione dotis maternæ hypothecata retinere, vt per Hercul. *de negat. num.*169 *& ſeqq.* Gram *deciſ.*58. *num.*2. *& ſeq.* Cephal. *conſ.*98. *num.*32. *vol.*1. vbi quòd talis retentio datur etiam hæredibus, licèt non ſint filij. quòd retentionis priuilegium transferatur in filios, ponit etiam Gramm. *deciſ.*92. *num.*19. Neguſ. 4. *membro* 1. *partis principalis, num.*130. Iaſ. *in §. in Seruiana, n.*72. *Inſtit. de action.*

7 Retentio vbi aliàs eſt permiſſa, non tamen eſt permiſſa quando res apud retinentem peruenit cum vitio. Capyc. *d. deciſ.*119. *num.*4. *verſ. & licet*, vbi etiam declarat quando res dicatur ſine vitio ad vxorem perueniſſe. Alex. ad Bart. *in d l. ſi non ſortem, § ſi certum, in verbo, debitum, ſub lit. A. ff. de cond. indeb.* Dec. *conſ.* 232. *n.*2. Socin. iun. *conſ.*84. *n.*30. *p.*2. Redoan. *de reb. Eccleſ. pag.*422. *num.*7. vide infra *n.*10.

8 Retentionis ius tranſit in ſingularem ſucceſſorem, Cephal. *conſ.*299. *num.*35. *lib.*2. Redoan. *d. pag.*422. *num.*6.

9 Retentionis exceptio competit etiam contra exequutionem ſententiæ. Cephal. *conſ.*299. *num.*36. *lib.*2. Corn. *conſ.*147. *col. pen. ad finem lib.*2. Aym. *conſ.*148. *col.*2. *num.*2.

10 Retinere multa licet quæ honeſtè non petuntur. Cephal. *conſ.*300. *n.*28. *lib.*2.

11 Retentio eſt fauorabilis ſi vitium non continet. Ceph. *conſ.*289. *n.*28. *lib.*2. vide ſuprà *n.*7.

12 Ad ea quæ ſupradicta ſunt *n.*2. de melioramentorum exceptione quando impediat exequutionem, adde *deciſ. Bonon.*77. *n.*1. Roland. *conſ.*28. *& ſeqq. vol.*1. Menoch. *de recuper. poſſeſſ pag. mihi* 179. *n.*10. *& pag.*297. *num.*568. *& ſeqq.*

13 Ad ea quæ ſimiliter dicta ſunt *in eodem n.*2. addas quòd in remedio reintegrandæ non poteſt opponi melioramentorum retentionis exceptio, vt per Menoch. *pag.*290. *de recuper. poſſ. n.*499.

14 Pro reſolutione eorum quæ generaliter tradita ſunt ſuprà *n.*2.12. *&* 13. dicas clarum eſſe in iure quòd melioramentorum exceptio etiam in executione ſententiæ opponi poteſt, & retentionem patit vſque ad illorum ſolutionem, ex traditis per Neguſ. *de pign. in* 5. *p.*4. *membro, n.*10. vbi affert rationem, quia ſcilicet talis exceptio potius reſpicit exequutionem ſententiæ, quàm quòd illam impugnet, vt *ibi* per eum, & per Aym. *conſ.*148. *n.*2. & Tiraq. *de retract. conuen.* gloſſ. *n.*14. Redoan. *de reb. Eccleſ. pag.*421. *n.*1. *&* 2.

15 Declaratur hæc concluſio vnico modo, ſed notabili, vt videlicet tunc demum melioramentorum exceptio impediat exequutionem, quando probata ſunt melioramenta, licet reſtet ſolummodo illorum valorem liquidare. Nam ſi neque eſſe melioramenta conſtaret, ſola illorum verbalis allegatio non eſſet ſufficiens ad retardandam exequutionem, vt per Franciſcum Marzar. *in epit. fideicom. part.*3. *quaſt.*66. *verſ.*1. *alleg.* Galleſ. *de oblig. camer. lib. in quarta q.*2. *num.*14. Pur. *deciſ.*11. *de ſent. & re iud.* Cuman. *conſ.*103. *c. fin.* Cagnol. *in l. quatenus, in fine, verſ. probatis melioramentis*; licèt non fuiſſet probata certa quantitas, &c. *ff. de reg. iur.* & faciunt infrà tradita *q.*38. *n.*47. & per Roland. *conſ.*28. *num.*31. *vol.*1.

16 Difficultas eſt, an & quando probatis melioramentis ſufficiat cautio de ſoluendo melioramenta, an verò ſit neceſſaria effectualis ſolutio. In quo reſolutiuè loquendo dicas, quòd ſi melioramenta ſunt liquidata, & ſic apparet de valore melioramentorum, tunc nulli dubium quòd non ſufficit cautio, ſed eſt neceſſaria effectualis ſolutio, & hoc indiſtinctè apud omnes admittitur, prout vidi ex traditis per ſuprà allegatos, & infrà allegandos Doctores.

17 Si verò melioramenta non ſunt liquidata, nec poſſunt incontinenti liquidari, puta quia eorum liquidatio altiorem requireret indaginem. tunc ſimiliter omnes fatentur, admittendam eſſe cautionem, vt per Menoch. *in* 15. *remedio recup. poſſeſſ. num.*572. ex Bal. *in conſ.*309. *Quæritur vtrùm, in fine lib.*2. & Benentend. *deciſ.*77. *num.*13. *& ſeq.* vbi pulchrè loquitur in materia, & faciunt in propoſito infrà tradita *q* 80. *num.*4. vbi, an ſufficiat oblatio verbalis, quando debitum non eſt liquidum. Aduerte tamen quòd quando ille, cui ſunt melioramenta reficienda, eſſet pauper, vel ruſticus, ita quòd non eſſet habilis ad litigandum, tunc iudex poteſt etiam quòd non ſint liquida, ei concedere retentionem, donec effectualiter ſoluantur, abſque alia ſatiſdatione. ita colligitur ex traditis *in deciſ. Lucen.*38 *num.*22.1. *p.* Item aduerte quòd Marz. *vbi ſuprà q* 2. *pag. mihi* 68. *num.*13. tenet quòd ſi conſtet de melioramentis etiam quòd non ſint liquidata, cautio petita non impediet retentionem, & ita aſſerit, fuiſſe aliàs reſolutum in Rota.

18 Et concluſio multo magis procedit quando poſſeſſor infra terminum ſtatutum non liquidauit melioramenta, quia tunc tanto magis ſufficiet cautio, vt per Marzar. *d. q.*66. *verſ. & vlteriùs*, vbi allegat Soc. iun. *conſ.*62. *lib.*1. *n.*6. *verſ. & licèt*, &c.

19 Si verò melioramenta non ſunt liquidata, ſed eorum liquidatio incontinenti offertur, tunc an ſufficiat cautio, nec ne, duas reperio Doctorum opiniones contrarias. Prima eſt opinio negatiua, quòd videlicet non ſufficiat cautio, ſed detur retentio vſque ad liquidationem, quam tenuerunt Tiraquel. *de retract. conuen. gloſſ.*1. *num.*14. Menoch. *in* 15. *recuper. poſſ. remed. n* 569. *verſ. contrarium verius eſt*, & relati per Benintend. *d. deciſ.*77. *n.*1. *& ſeqq.* Maſſa *d. q.*2. *n.*13.

20 Contraria opinio verior eſt, quòd videlicet etiam quòd melioramentorum liquidatio incontinenti offeratur, tamen cautio ſufficiat, quam nouiſſimè pulchrè defendit Benintend. *d deciſ.*77. *per totam*, præſertim *n.*13. *& ſeq.* vbi concordantes allegat, & in fine

dicit

dicit Rotam Bonon. in hanc partem inclinasse. Franc. Marz. *d. q.66. per totam*, vbi similiter concordantes allegat, & dicit hanc opinionem veriorem, licèt Menoch. & Tiraq. suprà relati contrarium dixerint, *decis. Lucen 38. n.21.* vbi secundùm Contard. *in l.1. in 24. q. num.18* dicit quòd cautio non admittitur quando melioramenta, licèt non sint liquidæ, possunt tamen de proximo liquidari, sed hoc facit pro antecedenti contraria opinione.

21 Prædicta locum habent in exceptione melioramentorum opposita ante sententiam, sed quid si opponatur post sententiam, an tunc sufficiat cautio, si melioramenta non sunt liquida. Dicas quòd si in sententia nulla fit mentio melioramentorum, vel si simpliciter dicatur, saluo iure, vel sine præiudicio melioramentorum, vel si dicatur, solutis melioramentis, vel solutis priùs melioramentis, aut expensis factis in melioramentis, istis, inquam, casibus si melioramenta non sunt liquida, sufficit satisdatio; sed si verbum *solutis* adiiciatur quantitati, & non melioramentis, pura si in sententia dicatur, soluta priùs melioramentorum æstimatione, tunc satisdatio non sufficit, sed erit necessaria effectualis solutio. ista doctrina colligitur ex traditis per Marzar. *d. q.66. vers. & vlteriùs*, melius per Benintend. *d. decis. 77. num.11. & seqq.* qui pulchrè respondet ad communia, licèt Negus. *de pign. d.5 p.4. membro, num.10. vers.3. conclusio*, contrarium dixerit. ad quæ vide etiam aliqua per Redoan. *de reb. Eccles. pag. 421. num. 3.*

22 Ita prædicta habent locum, quando quis vult retinere illam eandem rem, in qua sunt facta melioramenta, secus si aliam, vt per Redoan. qui materiam declarat, *in tract. de reb. Eccles. pag. 421. n.5.*

23 Retentio datur emptori conuento à secundo creditore, & habente hypothecam iure emptam, donec sibi per ipsum restituatur pretium solutum primo creditori, & habenti anteriorem hypothecam, vt dixi *in Repert. contract. vers. creditor n.10.*

QVÆSTIO XXXVIII.

De melioramentis.

SVMMARIVM.

1. *Melioramenta, & expensa quando repetantur, generaliter, & n. seqq.*
   Melioramentorum exceptio quando impediat exequutionem, ibid.
2. *Retentio rei quando detur ob melioramenta.*
3. *Cautio de restituendo, &c. quando impediat melioramentorum retentionem.*
5. *Melioramenta necessaria detrahit bona fidei possessor cum titulo.*
   Melioramenta alia necessaria, alia vtilia; & alia voluptaria, & de materia, ibid.
6. *Amplia etiam, quòd sint facta ab alio, contemplatione tamen honesta fidei possessoris.*
7. *Amplia etiam quod melioramenta perierint, vel res ipsa in qua facta sunt, perierit.*
8. *Amplia etiam, quod sint facta in re minoris.*
9. *Amplia etiam, in malæ fidei possessore.*
10. *Quod limita in fure.*
11. *Item limita quando res non esset effecta melior propter melioramenta.*
12. *Melioramenta vtilia detrahit bona fidei possessor cum titulo.*
13. *Amplia etiam in melioramentis factis gratia recolligendorum fructuum, si nulli fuerint recollecti fructus.*
14. *Amplia etiam, quòd res meliorata perierit, &c*
15. *Amplia etiam in re minoris.*
16. *Limita quando dominus rei esset pauper.*
17. *Limita in melioramentis factis ex eadem materia.*
18. *Malæ fidei possessor quomodo detrahat melioramenta vtilia.*
19. *Melioramenta voluptaria detrahit bona fidei possessor, non per modum æstimationis, sed abrasionis.*
20. *Sed non possunt abradi si dominus offert æstimationem.*
21. *Sed quando dominus erat aliàs facturus melioramenta voluptaria, tunc eorum æstimatio solui debet per dominum.*
22. *Idem si melioramenta voluptaria fiant in re, quam dominus vendere destinauerit.*
23. *Emphyteota quando, & quomodo detrahat melioramenta, & n. seqq. vbi de materia.*
    Quid si sint facta in re dotali, ibid. & 43.
24. *Vel in re minoris.*
25. *Melioramenta voluptaria quomodo detrahat malæ fidei possessor.*
26. *Heres grauatus quomodo deducat melioramenta facta in re fideicommissaria, & num. seqq. vt in dicta materia.*
29. *Emptor rei fideicommissariæ quomodo detrahat melioramenta, &c.*
30. *Melioramenta quomodo detrahantur per colonum, conductorem, inquilinum, superficiarium, commodatarium, vsufructuarium, seu alium detentorem, & num. seqq.*
40. *Melioramentorum æstimatio quomodo facienda.*
41. *Singularis successor quomodo detrahat melioramenta.*
42. *Melioramenta quomodo compensentur in fructibus.*
43. *Melioramenta facta in re dotali quando detrahantur.*
44. *Melioramenta quomodo detrahantur per eum, qui à principio erat bonæ fidei, & postea factus est malæ fidei.*
45. *Et quid è conuerso.*
46. *Et quid de eo, qui dubitat, & sic non est nec in bona, nec in mala fide.*
47. *Melioramenta sunt probanda, &c.*
    Impensa facta gratia recolligendorum fructuum, quando, & quomodo repetantur, d. n.13. 42. & 48.
    Melioramenta facta in exboscando arbores, an repetantur, d. n.48.
    Et quid de melioramentis factis in plantandis vitibus, ibid.
    Et quid de melioramentis factis in faciendis fossis, ibid.
49. *Et quid de factis in re minoris nulliter alienata.*
50. *Et quid de factis in re Ecclesiæ nulliter alienata, vbi de materia.*
51. *Feudatario quando sint reficienda melioramenta, & num.33.*
    Melioramentorum abrasio quomodo facienda, & de materia, n.77. & seqq. & n.10. 19. 20. 25.

MELIORAMENTORVM exceptio quando 1
exequutionem impediat, posui in antecedente
quæstione *n.1. 12. & seqq. pluribus*, vbi etiam habetur,
quando detur retentio rei ob expensas, & me-
lioramenta in ea facta: ac *ibidem* videre poteris quan- 2
do retentio ob expensas, & melioramenta permissa
impediatur per cautionem de restituendo: modò cæ- 3
tera, quæ ad melioramentorum materiam pertinent 4
tracturi sumus. Pro cuius generali cognitione præ-
ter infraposita videas in materia repetitionis me-
lioramentorum, Capyc. *decis.93. num.9 & seqq. omnibus* Negus. *de pignor. in 4. membr.5. partis, ferè per totum.* Soc. iun. *cons.150. num.31. & seq p.1.* Beto. *quæst.21.* Anchar. *q.46.* Boër. *decis.44. in discursu, p.1.* Cagnol. *in l.2. quæst.73.*

quæst. 73. *num.* 212. *C. de pact. inter empt. & vend.* Cephal. *cons.* 3. *num.* 78. Siluan. *consil.* 49. *num.* 74. Couarr. *var. resolut. pag. mihi* 143. *num.* 2. *& seq. & pag.* 960. *num.* 1. larè Roland. *cons.* 28. *vol.* 1. & meliùs præter omnes Menoch. *de recup. possess. pag. mihi* 290. *& pluribus seqq.* & similiter de expensis factis in re, an, & quando repetantur, præter suprà allegatos vide Rom. *sing.* 77. Corset. *pag.* 154. Menoch. *de recup. in eius Repert. ver. impensa.* Soc. *reg.* 137. Roland. *d. cons.* 58. *per tot. vol.* 1.

5 Melioramentorum triplex est species. Quædam enim sunt necessaria, quædam vtilia, quædã autem voluptaria. Necessaria sunt, quibus non factis res est peritura. Vtilia, quibus factis res est melior futura. Voluptaria, quibus factis res est delectabilior ventura. *l. impensæ, ff de verb sign.* Redoa. *de reb. Eccles. pag.* 403. *n.* 23. *& pag.* 402. *n.* 16. vbi ponuntur exempla. de singulis videndum est.

Qværo igitur I. an, & quando repetantur melioramenta necessaria. Distinguas inter bonæ fidei possessorem, & malæ fidei. Bonæ fidei possessor cum titulo nulli dubium quòd melioramenta necessaria repetit. Menoch. *d. pag.* 190. *n.* 500. *& seqq.* Redoan. *de reb Eccles. pag.* 403. *n.* 24. *vers. aut impedit.*

6 Amplia, vt talia melioramenta necessaria nedum repetantur si sunt facta ab ipso bonæ fidei possessore, sed etiam si sint facta ab aliquo amico contemplatione possessoris. Menoch. *ibid. pag.* 291. *n.* 509. *& seq.*

7 Amplia etiam, vt talia melioramenta necessariò repetantur, etiam quòd ipsa perierint, vel res ipsa super qua facta sunt, perierit. Menoch. *ibidem n.* 511. *& seqq.* vide infrà *n.* 14.

8 Amplia, vt illa repetantur, etiam quòd sint facta in fundo, vel alia re minoris, *ibid.* per Menoch *n.* 512. *& seqq.* vide infrà *n.* 15. 24. *&* 49.

9 Malæ autem fidei possessor etiam repetit melioramenta necessaria. Menoch. *d. pag.* 291. *n.* 514. *& seqq. & pag.* 293. *num.* 537. quod limita *in d. num.* 514 *& seqq.* Villalob. *P. n.* 184. vbi quòd malæ fidei possessor repetit melioramenta tanquam negotiorum gestorum; sed contrà quòd non repetat, Redoa. *de reb. Eccles. pag* 400. *n.* 9. Sed quòd repetat, tradit idem Redoan. *pag.* 402. *num.* 24. *vers. Aut impedit,* &c. *& pag.* 414. *n.* 9 *& seqq. vsque ad n.* 12. *in discursu.*

10 Limita II. in fure, qui non repetit melioramenta necessaria. Menoch. *d. pag.* 293. *n.* 538. Sed contrarium, quòd etiam fur detrahat melioramenta necessaria, si ex eis res est effecta melior, & quòd in hoc non sit differentia inter furem, & malæ fidei possessorem, traditur per Sarmien. *select. interp. lib.* 1. *c.* 10 *n.* 3. *&* 5.

11 Limita III. quando res non esset effecta melior propter melioramenta necessaria. nam tunc illa non repetit malæ fidei possessor, *ibidem* per Menoch. *n.* 539. & per Sarmien. *select. interp. lib.* 1. *c.* 10. *n.* 5.

12 Qværo II. an, & quando repetantur melioramenta vtilia. Distingoas similiter inter bonæ, vel malæ fidei possessorem. Bonæ fidei possessor cum titulo. repetit melioramenta vtilia, Menoch. *de recup. possess. pag.* 292. *n.* 517. Redoan. *de reb. Eccles. pag.* 400. *num.* 10. *&* 11. & facit text. *& pag.* 403. *num.* 24. *sub vers. Aut impendit,* &c. *& pag.* 410. *& seqq. num.* 1. *& omnibus seqq.* vbi plura adducit iura ad probandam hanc conclusionem.

13 Amplia I. etiam quòd melioramenta fuerint facta gratia recolligendorum fructuum, & nulli fuerint recollecti fructus, vt *ibidem* per Menoch. *num.* 519. vide suprà *num.* 48.

14 Amplia II. etiam quòd res meliorata perierit, sine tamen mora, & culpa possidentis. nam adhuc bonæ fidei possessor melioramenta vtilia repetere potest, vt *ibidem* per Menoch. *n.* 520. *& seq.* vide suprà *n.* 7.

15 Amplia III. etiam in melioramentis factis in re minoris *ibidem* per Menoch. *n.* 523. vide suprà *num.* 8. *& infrà num.* 24. *&* 49.

Limita I. non procedere quando rei dominns es- 16
set ita pauper, vt non possit soluere dicta melioramenta vtilia. nam tunc non repetuntur, vt *ibidem* per Menoch *d. n.* 523. *& seq.* & isto casu melioramenta non dicuntur vtilia, licèt res ex illis fuerit melior effecta, vt per Sarmien. *select. interp. lib.* 1. *cap.* 10. *n* 6.

Limita II. non procedere in melioramentis ex ea- 17
dem materia factis, quæ licèt sint vtilia, non tamen repetuntur per bonæ fidei possessorem, quòd intellige, & declara secundùm eundem Menoch. *d. pag.* 292. *num.* 525. *& seqq.*

Malæ fidei autem possessor melioramenta vtilia 18
non detrahit per æstimationem, sed bene per abrasionem. Redoa. *de reb. Eccles. pag.* 401. *n.* 11. *in fine, & n.* 12. *& pag.* 403. *n.* 24 *sub vers. aut impẽdit,* vbi declarat, dummodo abrasio fiat sine læsione. si enim cum læsione, abrasio non conceditur, sed melioramenta vtilia perduntur per malæ fidei possessorem, vt per Redoan. *pag.* 414. *n.* 12. *in fine, & seq.* & dummodo de iure nõ offerat æstimationem, quia tunc non conceditur etiam abrasio. ad quod limita, & declara, vt per Menoch. *vbi suprà pag.* 294. *n.* 540. *& tribus seqq.* Sarmien. *select. interp. c.* 10. *num.* 5. *lib.* 1. vbi id declarat procedere, nisi abrasio faciat rei melioratæ præiudicium, *& num.* 10. vbi similiter declarat, quòd malæ fidei possessor, si possidet, habet retentionem melioramentorum vtilium per abrasionem: secus si non possideat, tunc enim nullam habet actionem, vt *ibi* per eum, qui distinguendo concordat leges contrarias.

Qværo III. quomodo repetantur voluptaria 19
melioramenta. Distinguas similiter inter bonæ, & malæ fidei possessorem. Bonæ fidei possessor cum titulo deducit melioramenta voluptaria, non per modum æstimationis, sed abrasionis. Menoch. *d. pag.* 293. *num.* 530. Redoa *pag.* 402. vbi declarat, dummodo abrasio fiat sine læsione, & mutatione prioris status, *& pag.* 403. *n.* 14. *vers. si autem impensa,* &c. *& pag.* 412. *n.* 10.

Sed aduerte I. quòd talia melioramenta non pos- 20
sunt abradi si dominus offert æstimationem, vt *ibidem* per Menoch. *num.* 531. Redoan. *d. num.* 21. *pag.* 402. *& pag.* 412. *num.* 10.

Aduerte II. quòd quando dominus erat aliàs fa- 21
cturus talia voluptaria melioramenta, tunc etiam eo inuito debet per ipsum solui æstimatio, vt *ibid.* per Menoch. *num.* 532.

Aduerte III quòd si talia voluptaria melioramen- 22
ta fiunt in re, quam dominus vendere destinauerat, similiter eorum æstimatio peti poterit, vt *ibidem* per Menoch. *n.* 533. *& seq.* Redoan. *pag.* 403. *n.* 24. *in fine, & pag.* 413. *n.* 8. *vers. sed hoc fallit.*

Aduerte IV. quòd huiusmodi melioramenta facta 23
in re dotali, nec abradi possunt, nec eorum peti æstimatio, vt *ibid* per Menoch *n.* 535. vide infrà *n.* 43.

Aduerte V. quòd melioramenta voluptaria facta 24
in re minoris similiter nec abradi, nec eorum æstimatio peti potest, vt *ibidem* per Menoch. *n.* 536. faciunt suprà tradita *n.* 8. *&* 15. *& infrà n.* 49.

Malæ autem fidei possessor non detrahit meliora- 25
menta voluptaria, sed solùm abradit, quod declara, vt per eundem Menoch. *pag.* 294. *num.* 544. *& seq.* & per Sarmien. *select. interp. cap.* 10. *lib.* 1. *num.* 7. *& seqq.* vbi inter alia distinguendo concludit quòd quando fur, seu malæ fidei possessor possidet rem melioratam, tunc datur ei retentio per abrasionem, quæ commodè fieri possit, melioramentorum voluptariorum, secus si non possideat, quia nullam ad illa habet actionem vt *ibi* per eum, qui nonnulla alia ponit in materia, in qua nullam facit differentiam inter furem, & malæ fidei possessorem, vide Redoan. *pag.* 402. *n.* 21. *vers. si*

verò est mala fidei possessor,&c.*& pag.403.n.24.vers.si autem impensa*,&c.*& pag.414.sub n.*10.

26 QVÆRO IV. quomodo,& quando detrahantur melioramenta facta per hæredem grauatum in re fideicommissaria,quando scilicet illa restituetur; & an, & quando illa sint cum fructibus compensanda:& generaliter de expensis etiam factis in re fideicommissaria, videas per Roland.*cons.28.vol.1.& cons.30.n.3.& seqq. eod.vol.*Grat.*resp.*132 *ad finem.p.2.*Firman.*in Repert.verbo hæres grauatus,n.*112.& 117. Ceph.*cons.3.n.78.vol.1.* Creu.*sing.*106.Marzar.*de fideicom.q.*65.Menoch.*de recup.poss.pag.*290.*n.*507.vbi quòd melioramenta necessaria repetuntur per hæredem grauatum,nec compensantur cum fructibus.Æmilia.*cons.*15.*per totum.*

27 An autem hæredi grauato,&c.detur retentio rei ob melioramenta in ea facta, posui suprà *in anteced. quæstione, num.2.&* 12.

28 An autem hæres grauatus possit repetere expensas, quas litigando fecit cum creditoribus, & legatariis pro conseruatione rei fideicommissariæ, posui *in alio Repert. in vlt rubr.vers.hæres grauatus*, &c.*n.*12.

29 An autem emptor rei fideicommissariæ detrahat melioramenta in ea facta, si cogatur illam restituere vti malè emptam, vide Marzar. *de fideicom.q.67.in fine*, vbi quòd si emptor habuit notitiam fideicommissi, perdit melioramenta; secus si ignorauit. & idem Redoan.*de reb.Eccles.pag* 400.*n.*5.vbi limitat in melioramentis necessariis, quæ repetuntur etiam in sciente rem fideicommisso subiectam, vt *ibi*, & idem *in pag.*414.*num.*14.

30 QVÆRO V.an,& quando,& quas expensas,seu melioramenta detrahat colonus,conductor, seu inquilinus,vide Menoch.*de recup poss pag.mihi* 195.*n.*550.*& seqq.*Ias.*in l.1.n.25.C.de iur emphyt.*vbi etiam de superficiario,de hoc vide Redoan.*de reb.Eccles.pag.*418.*n.1.& pag.*419.*num.*9.Cæpol.*in tract. de seruit.in rub.de refect. n.17.pag.mihi* 17.Dicas quòd expensæ vtiles,vel necessariæ,quas fecit conductor ad modicum tempus,in re conducta repeti possunt per eum à domino. *l.dominus horreorum,§.1.& l.colonus,in princ.ff.loc.* nisi contrarium actum sit, quia in locationibus pacta omnia sunt seruanda, vt per Papien. *in form. libell.* qua agitur ad fictl præstationem, & rei relaxationem. gloss. *verb. inuestiuit.*vide in materia Ruin.*sing.*148.& 157. vbi quando simplex conductor teneatur ad expensas rei conductæ. Et dicas,quòd locator tenetur reficere domum,& alia facere,sine quibus conductor re locata frui nō potest, & si conductor reficit,an expensas factas repetat, vide Castr. *in l.ex conducto,n.3.& in l.habitatores, n.3.ff.locati.* An autem colonus repetat expensas factas gratia colligendorum fructuum, vide suprà *n.*13. & infrà *n.*41.& 48.late de conductore, & colono,quando repetant impensas,& meliorationes factas in re conducta, Redoan *de reb Eccles.pag.*408.409.& 410.*in discursu.*

31 Et quid de expensis factis per commodatarium, seu aliũ detẽtorem,vide Menoch.*d pag.295 n.*550.*& seqq.*

32 Et quid de vsufructuario quando repetat expensas, seu melioramenta,vide Ziriz.*de testam.coniug.pag.mihi* 175.*n.*7.omnino Menoch. *de arb.qq.casu* 215.*lib.*2, vbi etiam ad quas expensas teneatur vsufructuarius, & *ibi* distinguit plures casus. Redoan. *de reb. Eccles. pag.*401.*n.*13.& latiùs *in pag.*418.*& seq.n.1.& omnibus seqq* vbi etiam *n.*11. quid de vsuario.

33 Et quid de emphyteota finita emphyteosi,quas expensas detrahat,seu melioramenta,vide generaliter de hac materia Dec.*cons.*326.*in fine.* Boër.*q.44.n.19 pag.*76.Duen.*reg.*257.Villalob.*L.n.*52.*&* 80.Clem.*de iure emphyt.q.*45.Menoch.*de recup.poss.pag.mihi* 290.*n.*502.*& seqq.*vbi etiam quid de feudatario, de quo particulariter dixi *num.*51.

Facias infrapositas conclusiones.

34 Prima, melioramenta Ecclesiæ ob lineam finitam, debentur liberis, & descendentibus etiam extraneis emphyteotæ, non autem ipsi Ecclesiæ,latè Beto.*q.*19. & ista est communis Doctorum opinio,teste Sarmieo. *lib.3.select.interp.c.4.in princ.* licèt ipse contrariam defendat opinionem vti veriorem, quòd etiam isto casu melioramenta deuoluantur ad dominium directum. Ad materiam vide Redoa.*de reb.Eccles.pag.*400.*n.6.& pag.*401.*n.15.& pag.407.n.4.vers.si verò sit finita,& n.9. & seqq.* vbi quòd isto casu non cedunt lucro domini directi, sed sunt ipsius emphyteotæ.

35 Secunda sit conclusio quòd quando emphyteosis finitur culpa emphyteotæ, puta ob non solutum canonem,tunc melioramẽta deuoluantur ad Ecclesiam vnà cũ re emphyteoticaria.*l.2.in verb. nomine meliorationis*, vbi Ias.*col.2.n.27.C.de iure emphyt* vbi dicit hoc habere locum etiam in emphyteota priuati, contra gloss. *in l.colonus,in prin.ff locat.*Sed hanc secundam conclusionem declara per Cottam *in memorab. pag.* 271. Addo etiam pro hac eadem conclusione Redoa. *de reb. Eccles. pag.*400.*n.6.& pag* 401.*n.*12 *&* 14.*vers. facit Baldus,pag.*406.*n.*1.2.3.*&* 4.vbi quòd ita seruatur de consuetudine,tam in emphyteota Ecclesiæ, quàm in emphyteota priuati, licet aliqui *ibi* relati contrarium dixerint in emphyteota priuati.

36 Tertia sit conclusio quòd melioramenta emphyteusi finita cedant ad Ecclesiam, si ita pactum est. quia tale pactum valet,etiam quòd non sit finita culpa emphyteotæ. Ias.*in l.2.num.*23. *C.de iure emphyt.* Redoa.*de reb.Eccles.pag.*40,*in fine,n.*26.*& pag.*407.*n.*5.

37 Sed in proposito dubitari contingit in casu in quo melioramenta deducuntur per emphyteotam,an directus dominus habeat electionem faciendi alterum de duobus,videlicet vel pati quòd melioramenta tollantur,& abradãtur,vel soluendi illorum æstimationem, vide Ias.*in l.2.n.29.C.de iure emphyt.*vbi remissiue.Rol. *cons.*28.*n.*30. *vol.*1. Dic quòd dominus habet prædictã electionem.Redoa.*de reb.Eccles pag.*407.*n.*6.vbi quòd ita obseruatur.declara vt *in pag.*410.*n.*10.*in fine,& seqq.*

38 Et è conuerso an durante, vel finita emphyteosi possit inuito domino directo tollere,& abradere dicta melioramenta,vide Ias.*vbi suprà d.num.29.& seqq.*Redoa.*d.pag.*407.*num.*8.*& pag.*910.*num.*10.*in fine, & seq.* vbi declarat.

39 Et in materia scias, quòd in casu in quo dominus directus facit electionem emphyteotæ soluere melioramentorum æstimationem, tunc æstimatio non fiet, prout valet ædificium integrum, sed prout valent,videlicet ab ædificio separata. Ias. *d. num.* 29. Redoa. *d. pag.*407.*n.*7.de quo vide *in hac ead.q.num. seq.* vbi agetur generaliter de melioramentorum æstimatione, quomodo facienda.

40 QVÆRO VI. quomodo sit facienda, & iuxta quod tempus,melioramẽtorum æstimatio. Boër.*dec.44.n.*12. Anchar.*q.46.1.p.* vbi etiam quales debeant esse testes æstimantes melioramenta.Rolan.*cons.*30.*n.*6.*vol.*1.vbi quòd fieri debet secundùm tempus restitutionis. Ad idẽ Redoa.*de reb.Eccles.pag.*420.*n.*4.5.6.*&* 7. Menoch. *de recup pag.*295.*n.*557.*& seqq.*omnino Marzar.*de fideicom.q.*65. Felin. *cons.*42. *num.*9. Adde in materia quòd quando melioramenta sunt restituenda, tunc eorum æstimatio nõ fit secundùm id quod impensum est,sed secundùm quod res meliorata in centum, & non fuit impensum nisi 50. tunc æstimatio melioramentorum non est facienda de centum, sed tantùm de quinquaginta hæc probat text. *in l.in fundo,ff.de rei vindicat.*sequitur Capyc.*decis.*93 *n.*9.declara vt per Roland.*consil.*28.*n.*18.*vol.*1.& Redoa.*de reb Eccles.pag.*485.*n.* 1.2. *&* 3.*& pag.*420.*num.*3.*&* 8.

41 Melioramenta, & expensæ quando repetantur à singulari successore,Boër.*decis.*44.*p.*1.

42 Melioramenta, & expenſæ quando compenſentur cum fructibus, Capyc. *deciſ.93. num.* 9. 13. Redoa. *de reb. Eccleſ.pag.*485.*num.*4.*& ſeqq vſque ad n.*8.vbi quòd quando Eccleſia ex capite læſionis reſtituitur aduerſus contractum, vt dixi infrà *n.* 50. licèt teneatur ad melioramenta, tamen fructus percepti compenſantur cum melioramentis. ad hanc materiam, quando ſcilicet melioramenta compenſentur cum fructibus, vide Rodoa. *ibidem pag.*400. *ſub n.*10. *& pag.* 402. *ſub n.*21. Boër.*d.dec.*44.*n.*10. vbi quòd expenſæ compenſantur cum fructibus, quos poſſeſſor facit ſuos, ſecus ſi non facit ſuos, vide *infrà n.*48.

43 Melioramenta, & expenſæ factæ in re dotali, quando per maritum repetantur, Nouell.*reg.*14. vide ſuprà *n.*23.Redoa.*de reb.Eccleſ.pag.*400.*n.*8. *& pag* 401.*n.*14. *verſ.facit Bald. & pag.*401.*n.*13 *& pag.*409.*ſub n.*9. *& pag.*410.*ſub n.*11.*& pag.*411.*n.*6.*&* 7.*pag.*418.*n.*4.*&* 6.

44 Melioramenta quomodo deducantur per poſſeſſorem, qui à principio erat bonæ fidei, & ex pòſt facto effectus eſt malæ fidei, Menoch.*de recup. poſſ. pag.*194. *n.*546.Sarmien.*ſelect.interp.lib.*1.*c* 10.*n.*13.vbi quòd ille, qui à principio erat in bona fide, ſi tempore meliorationis fuit in mala fide, habetur in propoſito pro malæ fidei poſſeſſore, & ſic bona, vel mala fides conſideratur ſolùm habito reſpectu ad tempus impenſarum, vt *ibi* per eum. Ad materiam vide Redoa.*de reb. Eccleſ.pag.*414.*n.*15.*& ſeqq.*

45 Et è conuerſo, quomodo deducantur per poſſeſſorem, qui à principio erat malæ fidei, & poſtea factus eſt poſſeſſor bonæ fidei, Menoch.*ibid.n.*547.

46 Et quomodo repetantur per eum, qui non eſt nec in bona, nec in mala fide, puta per dubitantem, Menoch.*ibid.n.*548.*& ſeq.*

47 Melioramenta ad hoc vt poſſint repeti, debent probari per ea repetere volentem. faciunt ſuprà tradita *in anteced.q.num.*15.Redoa. *de reb. Eccleſ.pag.*420.*n.*1.*&* 2.vbi quòd etiam debet probari fuiſſe facta vel à poſſeſſore, vel ab eius authore, licet illorum probatio ſit difficilis. Roland.*conſ.*28.*n.*31.*vol.*1. Menoch.*de recup. poſſeſſ pag.*297.*n.*567.

48 Melioramenta, ſeu impenſæ factæ gratia recolligendorum fructuum, quomodo deducantur, maximè per malæ fidei poſſeſſorem, videas per Sarmien *ſelect. interpr. lib.*1.*c.*10. *n.*14. *& ſeq.* & faciunt ſuprà tradita *n.*13.*&* 42.in quo ſcias quòd melioramẽta, ſeu impenſæ factæ gratia recolligendorum fructuum regulariter non deducuntur, quia compenſantur cum fructibus perceptis, vt etiam dixi ſuprà *n.*42.Sed quæ dicentur iſta melioramenta facta gratia recolligendorum fructuum, impenſæ pro fructibus ſunt triplicis generis, vt per Redoa qui ponit exempla *in tr.de reb.Eccleſ. pag.*402. *n.*17. Dicas quòd illa melioramenta quæ non ſunt perpetua, ſed tantummodo durant, & afferũt vtilitatem, donec expẽdens, & faciens melioramenta, vtitur re meliorata, illa, inquam, dicuntur facta gratia recolligendorum fructuum: ſed ſi ſunt perpetua, & afferunt vtilitatem vltra tempus prædictũ, tunc ſecus; ideo repetuntur, & æſtimatio fit iuxta quãtitatem temporis in quo ſunt vtilitatem allatura. pulchrè Redoa.*pag.*420 *n.*5.*&* 6. vt per Roland. *conſ.*28. *n.*23. *& ſeqq vol.*1. vbi ex hoc infert ad exboſcationem, ad vitium plantationem, ad foſſata denuo facta, & ſimilia, de quibus *ibi* per eum, & per Redoa. quem videas *in tr. de reb. Eccleſ.pag.*409. *n.*5.7. *&* 8. Sed aduerte ne erres quòd Rolandus, credo, loquitur in conductore, qui finita locatione rem domino reſtituit, non enim repetit impenſas factas gratia colligendorum fructuum, cùm fructus collegerit is in ſimili caſu. At ſecus quando ab aliquo poſſeſſore res aliqua vendicatur, quia etiam quòd ſit malæ fidei, ſemper tamen repeti expenſas factas ob colligendos fructus illius anni, quos non colligit, & in fundo reperiuntur, vt per Redoa.*de reb. Eccleſ.pag.*400.*n.*11.quia tunc non poteſt fieri cõpenſatio, cùm remaneant in fundo, & non ſint collecti, vt *ibi* per eum, *& pag.*402.*n.*17.*&* 18.*& pag.*403.*ſub n.*24.

Melioramenta an ſint reficienda emptori, ſeu poſſeſ- 49
ſori bonorum minoris nullitet alienatorum, ponit Simoncell.*de decret.lib.*3.*tit.*7.*inſpect.*7. *n.*18.*&* 23.& vide *ſuprà n.*8.*&* 24.*& ſuprà n.*15.

Melioramenta facta in re Eccleſiæ, an illius poſſeſ- 50
ſori ſint reſtituenda per Eccleſiam vendicantem illam rem, & an idem poſſeſſori detur retentio, & quid ſi offeratur cautio. Redoa *de reb. Eccleſ.pag* 486 *n.*9.vbi remiſſiuè faciunt ſuprà generaliter tradita de retẽtione *n* 2. *& q.*37.*n.*2.12. *& ſeqq* vbi latiùs pro melioramentis. Videtur quòd ſic, ex traditis per Redoa.*de reb. Eccleſ.nõ alienand pag.*484.*n.*22.23.*&* 24 In quo aduertas quòd Redoan. loquitur non in caſu, in quo res Eccleſiæ eſt male, & nulliter alienata, puta ſine cauſa, & ſolemnitatibus, ſed in caſu quo præceſſerunt ſolẽnitates; ſed ratione læſionis reſtituitur Eccleſia aduersùs illam alienationem, iſto enim caſu valet contractus, licèt Eccleſiæ detur reſtitutio, & poſſeſſor dicitur non malæ, ſed bonæ fidei. Ideo non mirum, ſi melioramenta non perdit, quod ſecus eſſet, quando emiſſet ſine ſolemnitatibus, quia tunc eſt in mala fide, per ea, quæ dixi *in Repert.crim.q.*30 *n.*13.*& ſeqq & n.*36. & cõtractus eſt nullus ipſo iure, nec reſtitutione in integrum opus eſt, vt dixi *in Repert. contract. quæſt.*16. *ſub num.*100. *& num.*99. Ideo hoc vltimo caſu contrarium forſan eſſet dicendum, quòd ſcilicet emens res Eccleſiæ ſine debitis ſolemnitatibus perdat etiam melioramenta tanquam poſſeſſor malæ fidei, provt ea perdere debere ita punctualiter tradit idem Redoa.*pag.*415.*n.*1.*& ſeqq & pag.* 455. *num* 32. Niſi forſan talis emens ignoraſſet res emptas eſſe Eccleſiæ, hoc enim caſu licèt emat ſine ſolemnitatibus, non malæ, ſed bonæ fidei poſſeſſor dicitur. Ideo melioramenta non perdit, vt *ibi* per Redoa.*d pag* 415.*n.*2.*in fine, & pag.*416. *n.*4. *in fine.* An iſto caſu melioramenta compenſentur cum fructibus, dixi ſuprà *n.*42. Etſi Prælatus faciat in re Eccleſiæ aliqua melioramenta, an mortuo Prælato talia melioramenta deuoluantur cum ipſa re ad Eccleſiam; an verò ſint reficienda hæredibus Prælati, videas per eundem Redoan *pag.*400.*n.*6.*&* 7.

Feudatarius ſi in feudo fecerit melioramenta, ſi ad 51
dominum reuertatur feudum, an melioramenta ſint ipſi feudatario reficienda, vel ad dominum deuoluantur, dixi aliquid ſuprà *n.*33. & faciunt in ſimili tradita de emphyteoſi *num.*34.*& ſeqq.* Sed generaliter de hac materia, ſiue feudum reuertatur propter lineam finitam, ſiue culpa feudatarij, ad quem ſpectarent melioramenta facta in feudo, vide vltra præallegata Redoan. *de reb. Eccleſ.pag.*401.*n.*13.*in fine, & n.*14. *&* 15. *& pag.* 404. *& ſeq.n.*1.*& omnibus ſeqq.*

QVÆSTIO XXXIX.

Sententia notoriè iniqua, quomodo dicatur ipſo iure nulla, & exequi non debeat.

SVMMARIVM.

1. *Sententia notoriè iniqua exequi non debet.*
2. *Quia iudicis dolo lata dicitur.*
3. *Imò eſt ipſo iure nulla.*
4. *Quãdo sẽtẽtia dicatur notoriè iniqua, vbi generaliter. Sententia notoriè iniqua, euidenter iniqua, manifeſtè iniqua, qua dicantur, & quomodo differant inter ſe hac verba, ibid.*
5. *Dicas quòd ad id cognoſcendum prius eſt diſcutien-*

dum de iniustitia sententia, & postea de notorietate iniustitia.

6. *Iniustitia notoria iudicatur secundum subiectam materiam.*
7. *Sententia contra ius commune an sit notoriè iniqua.*
   Et quid de sententia contra communem opinionem, ibid.
   Et quid si contineat iuris errorem tacitum, vel expressum, ibid.
   Et quid si error colligatur per relationem ad acta, ibid.
   Iniquitas notoria non est necesse quod exprimatur sententia, ibid.
8. *Quid de sententia continente falsam causam.*
9. *Quid de sententia lata sine probationibus.*
10. *Iniustitia notoria dicitur illa, qua disputationem non habet.*
11. *Quid si iniquitas apparet ex eisdem.*
12. *Vel oriatur ex ineptitudine libelli.*
13. *Quomodo sententia dicatur notoriè iniqua per euidentiam facti.*
14. *Quid de laudo notoriè iniquo.*

1 SENTENTIA notoriè iniqua exequenda non est, sed eius exequutio iudicis officio impeditur, quod isto casu implorari potest. Ang. *in l. fin. ff. de petit. hared.* Contard. *in l. vnica. C. si de moment. poss. in 5 limitatione n. 11. & 13.* vbi tamen declarat remissiuè. Corat. *in tract. de com. opin. pag.* 204. *n.* 19. vide suprà *q.* 19. *n.* 35. Menoch. *in l. fin. n.* 852. *& seq. C. de edict. Diu. Adr.*

2 Item sententia notoriè iniqua dicitur dolo iudicis lata, secundùm Bald. *in cap. pastoralis, §. 1. n. 4. de offic. deleg.* Alex. *cons.* 131. *n.* 11. *lib.* 1. cum aliis, de quibus per Contard *in d. l. vnic. in 10. limit. n. 13. & seqq.*

3 Item sententia notoriè iniqua dicitur ipso iure nulla. Abb. *in c. inter catera, de re iudic. vers. ad 4. membrum.* Ruin. *cons.* 49. *lib.* 5. quē videas in materia. Rol. *cons.* 76. *n.* 26. *& seqq. lib.* 1. *& cons.* 6, *n.* 38. *& seq. vol.* 3. Corat. *de com opin. pag. mihi* 205. *n.* 24. *pag.* 101. *n.* 12. vbi de communi. & licèt Afflict. *dec.* 28. *n.* 8. dicat secundùm magis communem, quando sententia notorie iniqua non sit nulla, tamen contra Afflict. esse magis communem, & practicatam opinionem, tradit Contard. *in d. l. vnic. in 9 limit. n. 41. & seqq* Ceph. *cons.* 241. *n.* 45. *& seqq.* vbi quòd sententia notoriè iniqua est ipso iure nulla, & non transit in iudicatum, & idem tradit Menoch. *in l. fin. n.* 852. *& seq. C. de edict. Diu. Adr toll.*

4 Sed difficultas est scire, an, & quando sententia dicatur notoriam iniquitatem in se cōtinere, super quo, & de materia videas generaliter Ruin. *cons.* 49. *lib.* 5. Afflict. *dec.* 28 Maran. *in spec. car.* 77. *num.* 50. *& car.* 167. *n.* 117. *&* 118. Corset. *sing. pag. mihi* 201. *verb. sententia iniusta. opin.* 159. omnino Vant. qui alio modo declarat, *de nullit. pag. mihi* 314. *num.* 138. *& seqq.* Gozad. *cons.* 2. Grat. *resp.* 80. *n.* 28. *p.* 2. Cepol. *caut.* 8. *per totam.* Grat. *resp.* 85. *n.* 14. Burt. *cons.* 27. *n.* 1. & in proposito faciunt omnino tradita infrà *q.* 68. *n.* 5. *& seqq.* vbi ponitur quando, & quot modis dicatur notorium; & quæ sit differentia inter notorium euidens, & manifestum, posui *in d. quæst.* 68 *num.* 4.

5 Et scias in proposito, quòd priùs est discutiendum, an sententia sit iniusta, deinde an iniustitia sit notoria, & euidens. Contard. *in d. l. vnic. C. si de moment. poss. in 9. limit. n. 35. & seqq.*

6 Euidentia autem, seu notorietas iniustitiæ intelligitur secundùm subiectam materiam. Contard. *ibidem n.* 38. *& seq.* vbi exemplificat.

7 An autem sententia contra ius, & sic continens iuris errorem, sit ipso iure nulla, & dicatur notoriam iniquitatem continere, videas per Mathes. *sing.* 19. 509. *reg.* 354. Dicas quòd si sententia continet expressum iuris errorem, est ipso iure nulla, secus si tacitum, & idem Lamberten. *de contract. gloss.* 3. *n.* 30. Tiraquel. qui alios refert, *de legib. connub. gloss.* 7. *num.* 59. *& pag.* 506. *n.* 168. Vant. *de nullit pag. mihi* 246. aliàs 325. *n.* 118. *& seqq. &* 122. 130. *& seq.* & quid si error non est expressus, sed colligitur per relationem ad acta, vide *ibidem* per Tiraq. *n.* 185. 184. 192. *pag.* 509. *&* 511. in quo vide Contard. *in d. l. vnic. in 9. limit. sub n.* 42. vbi quòd sententia dicitur nulla, & euidenter iniusta, si continet expressam iniquitatem, etiam quòd non sit expressa in sententia, & an sententia lata contra communem opinionem sit ipso iure nulla, vel iniqua, dixi suprà in materia communis opinionis, vide Lamberten. *de contract. eorum qui gloss.* 1. *n.* 546. vbi quòd licèt sententia continens expressum iuris errorem non valeat, valet tamen si ius fuerit dubium, & multipliciter intelligibile, ad quod faciunt tradita *q.* 64. vbi an ignorantia iuris dubij, & difficilis excuset, &c.

Sententia autem si continet causam, quæ causa 8
ad acta relata sit falsa, seu iniqua, sententia dicitur etiam notoriè iniqua, & nulla, vt per Maran. *in spec. pag.* 167. *num.* 118. Rom. *sing.* 46. Doct. maximè Ripa *in §. duo fratres n.* 19. *& seqq. & ibidem* Crot. *n.* 7. *& seqq.* 32. *& seqq.* Mathes. *sing.* 18. *in addit.* in quo videas Diaz *reg.* 677. Turza. *opin.* 87. in quo videas etiam Contard. *in d. 9. limit. n.* 59. vbi quòd si iudex sit motus ex aliqua causa, quæ postea apparet falsa, sententia dicitur notoriè iniqua, ex Verall. *decis.* 228. *lib.* 1. Sed si potuit moueri aliunde, quàm ex illa causa, non dicitur notoriè iniusta, vt *ibidem* per Contard. & faciunt ad hoc tradita infrà *q.* 74. *num.* 3. Quòd sententia lata ex falsa causa sit nolla ipso iure, & quòd non transeat in iudicatum, ponit Ceph. *cons.* 241. *n.* 49. *vol.* 2.

Quomodo autem sententia dicatur iniqua ex actis 9
probatoriis, vide *ibidem* per Contard. *n.* 59. *& seqq.* vbi exemplificat, & distinguit. Soc. iun. *cons.* 38. *n.* 28. *p.* 2. vbi quòd licèt sententia lata sine probationibus non sit nulla. tamen id fallit, quando in ea est expressa falsa causa. in qua materia vide ampliantem, & limitantem Gabriel. *in tit. de sent. concl.* 9. & quòd sententia, quæ non iustificatur ex actis, dicatur notoriè ininsta, Paris. *cons.* 107. *n.* 9. *& seqq. lib.* 4. vbi de communi, Felinus *in c. inter catera, n.... de re iudicat.* Roland. *cons.* 78. *n.* 27. *lib.* 1. Menoch. *de adipisc. remed.* 4. *n.* 852. vide post *decis.* 401. *lib.* 1. Caput. *decis.* 120. *n.* 2. *p.* 3. Gabr. *cons.* 28. *n.* 5. *& seqq.* vbi latè exornat, *& cons.* 167. *n.* 60. *lib.* 2. scripserunt Paris. *cons.* 54. *n.* 1. *&* 2. *lib.* 4. Aym. *cons.* 299. *n.* 7. *vers.* 3. *& n.* 8. & sententiæ, quæ ex actis non iustificantur, reuocantur tanquam notoriè iniustæ, saltem officio iudicis. Bald *cons.* 14. *n.* 7. *lib.* 1. Angel. *in l. fin. n.* 1. *in fin. & seqq. C. de petit. hared.* Claud. Seisel *in l. qui Roma. §. duo fratres, n.* 9. *& seqq. ff. de verb. obligat.* Barth. *cons.* 1. *n.* 4. *& seqq. lib.* 2. Curt. iun. *cons.* 204. *n.* 3. *& seqq.*

Sententia non dicitur notoriè iniusta, si super ea 10
oritur aliquod dubium probabile: vide tamen Gabr. *cons* 167. *num.* 60. *tit.* 61. *lib.* 11. vbi dicit notorium ex actis oriri, licet requiratur. pro primo dicto adde Boss. *in tit. de carcerat. fideiuss. committen. n.* 17. Corn. *cons.* 10. *col.* 2. *lib.* 4 *vers. & si fortè aly*, quem refert, & sequitur Contard. *in d. l. vnica in 9. limitat. num.* 10. *C. si de moment. possess.* & ideo euidens dicitur iniustitia illa, quæ offuscationem, seu disputationem non habet, vt *ibidem* per Contard. *num.* 34. ad quod faciunt tradita *quæst.* 50. *num.* 26. *&* 37. *& quæst.* 68. *sub num.* 5. *& num.* 10. Mascard. *conclus.* 1102. *n.* 27. 28. Adde ad idem Capyc. *dec.* 10. *n.* 19. *& seqq.* Rota coram Robuster. *decis.* 85. *num.* 4. *inter diu. part.* 1. vbi alios refert, & *ibidem n.* 5. vbi de materia, & id totum iudicis arbitrio remittit. Adde pro primo dicto Francum *in c. dilecto. n.* 153. *ad finem versic. & intelligo, & num.* 168. *in fine, ex. de appellat.* Dec. *in cap. ex parte il 2. versic. quintò fallit*

benefi

beneficio delegati, quos refert, & ſequitur Cephal. *conſil.* 201. *num.* 10.

11 Sententia autem nulli dubium quòd dicatur euidenter iniuſta, ſi iniuſtitia apparet ex eiſdem actis, vt per Contard *ibidem n.* 18. *& ſeqq* ad quod vide in propoſito tradita *in quaſt.* 68. *n.* 5. vbi generaliter poſui, an notorium dicatur, quod reſultat ea actis, & vide etiam Villalob. *in com. opin. lit. S. num.* 19. vbi quòd ſententia, quæ tranſit in iudicatum, non poteſt impugnari ex eiſdem actis. Maſcard. *concluſ.* 1102. *n.* 14. vbi quòd ſententia dicitur notoriæ iniqua, quæ colligitur ea actis. Pariſ. *conſil.* 54. *num.* 1. *& ſeq. & conſ.* 107. *num.* 9 *& ſeq. lib.* 4. Vaut. *tit. de nullit. ex defect. proceſſ* &c. *num.* 131.

12 Item ſententia dicitur notoriè iniqua, & iniuſta, ea ineptitudine libelli, vt *ibidem* per Contard. *num.* 20. faciunt in propoſito dicenda *in verſ. ſeu materia libelli inepti*, &c.

13 Et quando ſententia poſſit dici notoriè iniqua per euidentiam facti, habetur per Afflict. *de pac. iuram. firm. §. iudices verò, num.* 63.

14 Laudum notoriè iniquum eſt ipſo iure nullum, ſicut ſententia iudicis. Roland. *conſil.* 76. *num.* 26. *& ſeqq. vol.* 1. ſuper qua materia vide Imol. *concluſ.* 30. *lib.* 3.

Qvæstio XL.

Abſolutio à iuramento, an, & quando peti poſſit, & debeat, & generaliter de materia.

Svmmarivm.

1. *Abſolutio quando concedenda generaliter.*
2. *Abſolutio in dubio non eſt concedenda.*
3. *Abſolutio quid operetur, & n.* 6. 10.
   Tollit vires iuramenti, ibid.
4. *Abſolutio non conceditur vbi iuramento eſt contrauentum, & n.* 22.
5. *Abſolutio ſubreptitia non iuuat.*
6. *Abſolutio ad effectum agendi conceſſa non operatur effectum reſcindendi contractum, & n.* 10.
7. *Abſolutio an ſit neceſſaria ſtante enormiſſima læſione.*
8. *Abſolutio an requirat partis citationem.*
9. *Abſolutio an concedatur in obligatione Camerali.*
10. *Abſolutio coram quo iudice petenda, & n.* 21.
11. *Quis cognoſcat de nullitate abſolutionis.*
12. *Abſolutio quando petatur in renunciatione.*
13. *Quid in harede volente reſcindere defuncti contractum.*
14. *Abſolutio an ſit neceſſaria in contractu ſimulato.*
15. *Abſolutio an concedatur ſine cauſa.*
16. *Abſolutio non conceditur à iuramento aſſertorio, & quid à promiſſorio, ibidem.*
17. *Quid ſi iuratum eſt non petere abſolutionem.*
18. *Minori quando concedatur abſolutio à iuramento, & ſupr. n.* 1.
   Abſolutio an ſit neceſſaria quando ſtatutum præſumit iuramentum metu, vel dolo extortum, & de materia, ibid.
19. *Et quid quando iuramentum non valet defectu conſenſus.*
   Et quid quando iuramentum eſt illicitum, ibid.
20. *Iudex qui abſolutionem concedit, an remaneat iudex cauſa principalis.*
21. *Iudex laicus an poſſit cognoſcere de nullitate abſolutionis conceſſa ab Eccleſiaſtico iudice.*
22. *Abſolutio à periurio quando cõcedenda, & de materia.*

Abſolutio alia plenaria, quæ datur ad reſcindendum contractum, alia non plenaria ad agendum tantum, & de materia, n. 3. 6. *&* 20.

ABSOLVTIO à iuramento, an, & quando 1
peti poſſit, vel ſit neceſſaria, & generaliter de materia præter infrà dicenda, vide Andr. Gail *obſeru.* 42. *lib.* 2. Rota *de reſtitut. ſpoliat. deciſ.* 18. *in nouiſſ.* Cagn. *in l.* 2. *C. de reſcind. vend. n.* 97. *verſ. quando tamen.* Pariſ. *conſ.* 69. *n.* 106. *& ſeq.* Rom. *conſ.* 326. Soc. iun. *conſ.* 53. *vol.* 1. Dec. *conſ.* 180. *n.* 6. Soc. *conſ.* 214. *n.* 9. *& ſeq.* Gram. *deciſ.* 57. *n.* 9. Afflict. *deciſ.* 263. Rol. *conſil.* 34. *lib.* 1. vbi multa in materia. Neuizan. *conſ.* 21. vbi generaliter, & particulariter. Turza. *opin.* 2. *&* 47. plenè Couar. *var. reſol. lib.* 1. *c.* 4. *n.* 5. *& ſeqq.* omnino in Tabiena cõſiliorum Pariſij *ver. Abſolutio.* Cæpol. *caut.* 101. Rom. *ſing.* 476. omnino etiam Ceph *in Repert. conſiliorum, præſertim conſ.* 142. Staphilæ. *pag. mihi* 155. *n.* 46. *& ſeqq.* vbi optimè declarat materiam abſolutionis à iuramento, quando ſcilicet per ſacram Pœnitentiariam concedatur ad effectum agendi, ſeu excipiendi. De abſolutione concedenda minori à iuramento, vide *in Repert. contract. q.* 19. *n.* 42. *& infrà n.* 18.

Abſolutio à iuramento in dubio non eſt conceden- 2
da, vt per Neuiz. *conſ.* 23. *n.* 9. *& ſeqq.*

Abſolutio à iuramento quid operetur, ponit Couar. 3
d. lib. 1. *var. reſol. cap.* 4. *ſub n.* 5. *& ſeqq. pag. mihi* 81. Rol. *conſ.* 7. *num.* 59. *vol.* 3. vbi quòd tollit vires iuramenti. vide infra *num.* 6. *&* 10.

Abſolutio à iuramento non conceditur quando ve- 4
nit dies ſolutionis, & ſic quando iam eſt iuramento contrauentum. Roland. *conſ.* 34. *lib.* 1. Neuiz. *conſ.* 23. *n* 8. *& ſeq. & n.* 13. & eſt communis, & vt per eundem Roland. *conſ.* 26. *n.* 29. *& ſeqq. vol.* 3. & *n.* 31. dicit quòd nec creditor iſto caſu poteſt remittere periurium, & *ibi* teſtatur de magis communi, & *conſ.* 47. *n.* 32. *vol.* 4. vbi quòd iuramentum de præterito, vel de præſenti non poteſt per abſolutionem relaxari, ſed tantùm de futuro. Afflict. *deciſ.* 301. *n.* 5. vbi vide, infrà *n.* 17. vbi de abſolutione à periurio quando ſit concedenda. Bocc. *in conſt. March. d gloſſ.* 2. *n.* 31. vbi quòd periuro non conceditur abſolutio, etiam de partium conſenſu.

Abſolutio ſubreptitia, vel obreptitia, an & quando 5
ſuffragetur, videas per Roland. *conſ.* 34. *lib.* 1. & an ſit facienda mentio de periurio, vide infrà *n.* 22. & vide Virg. Boccac. *in conſt. Mareh gloſſ.* 2. *n.* 33. vbi quòd reſcriptum abſolutionis ab iuramento ſubreptitio non tribuit facultatem abſoluendi, & debent narrata in eo iuſtificari.

Abſolutio conceſſa à iuramento ad effectum agen- 6
di, ſeu excipiendi, non operatur effectum reſcindendi contractum. *deciſ Bonon.* 94. & ita etiam videtur de mente Roland. infrà allegati *n.* 8. vbi facit differentiam inter non ſolutionem petitam ad effectum agendi, & inter petitam ad effectum reſcindendi contractum, vide infrà *n.* 10.

Abſolutio à iuramento an ſit neceſſaria ſtante enor- 7
miſſima læſione, vide omnino Neuiz. *conſ.* 21. 22. *per totũ.* Doctores ſuprà generaliter allegatos *n.* 1. Soc. iun. *conſ.* 3. *n.* 45. *vol.* 2. vbi ſecundùm communem dicit iſto caſu non eſſe neceſſariam abſolutionem, & idem Maſcard. *de probat. lib.* 1. *concl.* 531. *n.* 25. *in fine, & n. ſeq.* & idem tradit Roland. *conſ* 59. *n.* 27. *lib.* 1. licèt dicat ad abundantiorem cautelam poſſe peti abſolutionem, & idem tradit *conſil.* 7. *num.* 53. & Cephal. *conſil.* 208. *in fine, vol.* 2. Sed in contrarium eſſe magis communem, dicit Pariſ. *conſil.* 45. *num.* 52. *lib.* 1. & ad hoc faciunt generaliter tradita in materia enormiſſimæ læſionis: ſed contra Pariſium, quòd ſcilicet non ſit neceſſaria abſolutio, tenet idem Roland. *conſil* 60. *n.* 68. *vol* 4. vbi de receptiori opinione,

vide quæ in simili dicuntur particulariter de renunciatione, *in Repert. contract. q. 24. n. 3.* & similiter quòd stante enormissima læsione non sit necessaria absolutio, licèt bene ad cautelam sit tutius illam habere, dicitur magis communis in decis. Rotæ Lucen. 27. *n.* 19. *& seqq.* 1. *p.* Roland. *cons.* 96. *num.* 58. *vol.* 3. Simoncell. *de decreto lib.* 3. *tit.* 8. *num.* 231. vbi de veriori, æquiori, magis communi, & obseruata opinione. Cephal. *consil.* 208. *num.* 18. sed quòd imò sit petenda absolutio, etiam à minore enormissimè læso, relatis contrariis dicit magis communem & seruatam, Virg. Boccac. *in constit. March. gloss.* 2. *n.* 28 *in fragmen.*

8 Absolutio à iuramento ad hoc vt concedatur, an requiratur citatio partis, videas per Afflict. *decis.* 110. *num.* 10. Aym. *cons.* 7. *num.* 7. Neuiz. *cons.* 21. *num.* 3. *in fine*, vbi dicit requiri citationem secundùm veriorem & communiorem opinionem, quam relatis contrariis defendit Tiraq. *in tract. res inter alios acta, pag.* 10. *à tergo, & seq. vers. limita* 30. *& seq. vsque ad vers. limita* 31. vbi ponit sex declarationes. Roland. *cons.* 13. *n.* 25. *&* 38. *vol.* 1. *& cons.* 34. *num.* 1. *& cons.* 59. *num.* 18. *vol.* 1. *& cons.* 2. *lib.* 2. *per tot.* vbi ponendo multa notabilia in materia, & referendo rationes & authoritates pro vtraque parte, dicit communiorem & vsu receptam opinionem esse non requiri citationem in absolutione concedenda ad effectum agendi, secus ad effectum tollendi, seu rescindendi obligationem, & ita videtur concludere etiam Virg. Boccac. *in constit. March. gloss.* 2. *num.* 30. *in fine*, *& num.* 47. Quæ autem sit differentia inter absolutionem concessam ad effectum agendi, & absolutionem ad effectum rescindendi contractum, dixi suprà *num.* 6. & infrà *num.* 20. & quòd in absolutione periuro concedenda, etiam ad effectum agendi, pars debeat citari, tradit Boccac. *d. gloss.* 2. *num.* 41. & quòd etiam Vicarius Episcopi possit concedere absolutionem ad effectum agendi, parte non citata, dicit communem & seruatam opinionem Boccac. *ibid. num.* 53. Couarr. *var. resol. lib.* 1. *d. c.* 4. *pag. mihi* 89. in materia vide Rom. *sing.* 478. laté, imò *concl.* 43. *lib.* 1. *pag.* 276. *& seqq.* in 14. *ampliat.* & Staphil. *pag.* 155. *num* 46. *& seqq.*

9 Absolutio à iuramento præstito in obligationibus in forma Cameræ, ad effectum agendi de stylo signaturæ, in Romana Curia non conceditur, secundùm Staphil. quem refert Couar. *vbi suprà pag.* 90. *in fin.* Sed contrarium de directo tenet Massa *de obligat. Camer. pag.* 114. *num.* 1. *&* 2. concessa tamen exequutione non impedit. Boccac. *d. gloss.* 2. *num.* 46. & quia in ista obligatione inferuntur plura iuramenta, ideo ea omnia debent in petitione exprimi, alioquin absolutio concessa à iuramento de non contraueniendo, non trahitur ad iuramentum quod apponitur super renunciatione non numeratæ pecuniæ, nec ad assertorium, vt per Virg. Boccac. *in constit. March. gloss.* 2. *n.* 66.

10 Absolutio à iuramento coram quo iudice petenda, Couar. *var. resol. d. lib.* 1. *cap.* 4. *sub num.* 5. *& seqq.* Rol. *cons.* 99. *num.* 28. *vol.* 3. vbi quòd petitur à iudice Ecclesiastico.

11 An autem nullitas absolutionis à iuramento possit cognosci per iudicem laicum, vide per Roland. *consil.* 34. *n.* 10. *& seq. vol.* 1. Posui hæc, & illa *in tit. de inquisit. quæst.* 8. *num.* 143. *& seqq.* vide *infra num.* 21.

12 Absolutio à iuramento, an, & quando peti possit in renunciatione, de hoc particulariter præter generaliter tradita in materia renunciationis, videlicet *in Repert. contract. quæst.* 24. *num.* 3. vide Cephal. *consil.* 34. *num.* 5.

13 Absolutio an sit necessaria in hærede volente rescindere contractum iuratum defuncti, videas per Paris. *cons.* 54. *num.* 93. *& seqq. vol.* 1. *& cons.* 75. *num.* 22. *vol.* 3. Gabriel. *in tit. de iureiur. conclus.* 6. *pag. mihi* 225. Mandell. *cons.* 77. *num.* 18. vbi quòd non est necessaria talis absolutio. Boccac. *in constit. March. gloss.* 2. *num.* 19. vbi quòd tutius est eam petere, & faciunt in proposito tradita *in Repert. contract. quæst.* 1. *n.* 19. *& seqq.* vbi posui, an iuramentum obliget heredem.

Absolutio an sit concedenda in iuramento præstito in contractu simulato, pulchrè Neuizan. *consil.* 23. vbi pro & contra. Roland. *consil.* 47. *num.* 31. *vol.* 4. vbi quòd à iuramento assertorio super contractu simulato non conceditur absolutio, & *ibi* testatur de communi, licèt aliqui *ibi* per eum relati *num.* 19. contrarium dixerint, & faciunt tradita *in Repert. contract. q.* 19. *n.* 3. vbi posui quando iuramentum firmet contractum simulatum, quia videtur ferè eadem materia. vide Virg. Boccac. *in constit. March. gloss.* 2. *num.* 22. *&* 26. vbi concludit debere concedi absolutionem, & ea concessa poterit excipi de simulatione, non obstante iuramento, & probata simulatione contractus erit rescindendus, & *ibi* loquitur etiam in iuramento assertorio. vide eundem *ibid. gloss.* 2. *num.* 69. vbi pro & contra posui *in fragm. vers. Iuramenti absolutio.* 14

Absolutio à iuramento an possit à Papa concedi sine causa, Turza *opin.* 10. Rol. *cons.* 99. *n.* 21. *vol.* 3. vide infrà *num.* 16. adde Virg. Boccac. *in const. March. gloss.* 2. *sub n.* 30. vbi quòd in absolutione à iuramento requiritur causa, *& num.* 33. vbi quòd si causa in rescripto absolutionis non probetur, impetrans remanet periurus, *& num.* 34 *&* 36. vbi quòd causa debet esse iusta, & si est iniusta, iudex absolutionem non concedet. & quòd causa iusta maximè requiratur in absolutione concedenda à periurio, dixi infrà *num.* 22. Adde quòd absolutio ad effectum agendi, quæ est modici præiudicij, vt dixi infrà *num.* 20. potest concedi etiam non probata causa, licèt in eius rescripto causa sit exprimenda. Absolutio autem plenaria, & sic ad effectum rescindendi contractum, non conceditur nisi probata causa expressa in rescripto, vt *ibidem* per Boccac. *n.* 48. vbi quòd causa non probata absolutio non conceditur tamquam calumniosè perita, de quo particulariter dixi infrà *n.* 23. & quòd nec etiam Papa possit absolutionem concedere sine causa, ponit *ibid.* Boccac *d. gloss.* 2. *num.* 51. *& num.* 55. *&* 56. vbi quòd iusta causa est læsio, de quo dixi suprà *n.* 7. Item iusta causa est dolus, & metus, vt *ibidem* per Boccac. *n.* 57. de quo particulariter dixi infrà *n.* 18. 15

Absolutio à iuramento promissorio, licèt ex causa concedatur, tamen non conceditur ab assertorio, quando scilicet iurauit omnia & singula esse vera. Neuizan. *cons.* 23. *num.* 4. *& seqq.* sed in hoc vide Roland *consil.* 76. *num.* 10. *vers. vnde videmus, vol.* 4. vbi quòd à iuramento promissorio conceditur absolutio, sed ex magna causa: ab assertorio verò conceditur fine causa, quia illi licitum est contrauenire. ideo considera. vide suprà *num.* 15. Virg. Boccac. *in const. March. gloss.* 2. *num.* 63. vbi quòd difficilius conceditur absolutio à iuramento assertorio, quàm à promissorio, & ideo debet exprimi in petitione à quo iuramento quis velit se absolui, & de materia *num.* 66. vbi quòd absolutus à iuramento promissorio, non censetur absolutus ab assertorio, ideo de vtroque facienda est mentio in absolutione. Et in materia nota quòd in iuramento assertorio quis statim ac iurat dicitur committere periurium, ideo absolutio ab isto iuramento assertorio debet regulari, vt absolutio à periurio, de quo dixi infrà *num.* 22. & sic non est mirum, si difficiliùs conceditur, vt *ibi* per Boccac. *d. num.* 64. *&* 68. 16

Absolutio non debet peti simpliciter à iuramento, quando est iuratum non petere absolutionem, sed specialiter petenda est absolutio à iuramento præstito de non petendo absolutionem, super cuius conclusionis 17

clusionis materia vide Paris.*cons.43.num.15.lib.1.* Bal. *in repet. l. 2. C. de iurriuran. vers. & quoad primum.* Rom.*cons.327. in præsenti consultatione, in princ. & cons.379.* Felin.*in c. debitores, de iureiur. col pen. vers.3. quæro nunc, & in c. constitutus, col. 7. de rescript.* Soc. *cons.59. col. 3. & 4. in vers. Capio secundò, vol.3.* Franc. de Curt. *cons.43. col.8. & 9.* Afflict. *decis.220. in causa, col. 3. vers. tamen si summus Pontifex, & decis.30. fuit dubitatum, in fine,* Feder. de Senis *cons. 30. factum proponitur.* Felin. *in c. 1. de iurriur. num.26.* vbi de communi. Alex. *cons.17. vol.2.* Corn. *cons.6. col. penult. in princip. vol. 1.* Roland. *cons.54. vol.1.*

18 Absolutio est necessaria à iuramento metu, vel dolo extorto, secundùm communem & practicatam opinionem, de qua Virg. Boccac. *in const. March. gloss.a. num. 19.* vbi ex hoc infert ad iuramentum quod in muliere, vel minore statutum præsumit metu, vel dolo extortum, ex quo esse necessariam absolutionem dicit, & eadem affirmat *in gloss.6. n.117.* in discursu, vbi respondet contrariis, *& n. 118. in fine,* vbi pariter refert Didac. contrarium tenentem, sed dicit tutius esse petere absolutionem. Vide omninò ad hanc materiam *in Rep. contract. q.19. num.33.* & Tutz. *opin.136.* vbi in isto casu in conscientia iuramentum sit seruandum, & reddit rationem prædictorum, quia iuramentum & metu, & dolo extortum obligatorium est, de qua ratione particulariter dixi *in Rep. contract. q.19. num. 11. & 15.* An autem minori qui iurauit, sit concedenda absolutio, nec ne, dixi *in d. q.19. n.42.*

19 Absolutio etiam ad cautelam petitur à iuramento quod defectu consensus nihil operatur, dixi *in Repert. contract. vers. Iuramentum, n.18.* & an petenda sit absolutio à iuramento apposito super illicito contractu, dixi *ibid. vers. Iuramentum, n.47.*

20 Absolutio an tollat vires iuramenti, quid operetur ad effectum agendi, & an obtenta absolutione ad effectum agendi probata læsione, metu, vel dolo, sit necessaria alia absolutio ad effectum rescindendi contractum, & sic an absolutio ad effectum agendi operetur effectum rescindendi contractû, dixi aliqua suprà *n.5. & 6.* quibus adde omnino tam in practica, quàm in theorica declarantem, & plures referentē opiniones, Virg. Boccac. *in const. March gloss.2. n.36.37.43.44.45. & 48.* vbi etiam absolutionem ad effectum agendi dicit esse modici præiudicij. Illa verò ad effectum rescindendi contractum vocat plenariam absolutionem, *& n.55.* vbi quòd absolutio à iuramento ad effectum agendi non tollit vires iuramenti, quia etiam ea concessa, est disputandum de validitate contractus per iuramentum firmati, secus si concedatur absolutio sine clausula ad effectum agendi. quia tunc contractus qui iuramento firmabatur, remanet nullus annullato iuramento. vide etiam in proposito Tiraq. *res inter alios act. pag. 21. vers. declara secundò,* vbi quòd duplex est absolutio, vna in qua per ea radicitus euellitur obligatio, & iuramenti vires eneruantur, quam Doctores suprà relati vocant absolutionē ad effectum rescindendi contractum. Alia, in qua tantummodo habilitatur persona, vt possit petere rescissionem contractus sine metu periurij, quam iidem Doctores vocant ad effectum agendi, quæ vltima specialis absolutio potius est pœnitentialis, quàm iudicialis, sicque parui præiudicij creditori, cui per eam saluum remanet ius defendendi obligationem iuratam ex ipsius iuramenti vinculo, quod nullatenus per d. absolutionem sublatum censetur, vt *ibi* per eum.

21 Absolutio quòd peti debeat & concedi à iudice Ecclesiastico, dubium non est, per ea quæ posui *in quæst. crim. lib. 1. tit. de inquis. q.8. num. 143. & seqq.* vbi etiam posui, an iudex Ecclesiasticus qui absolutionem concessit, remaneat iudex in causa rescissionis contractus? Et an concessa absolutione à iudice Ecclesiastico possit sæcularis iudex cognoscere de nullitate dictæ absolutionis: an verò illi præcisè stando debeat contractum rescindere, vide *in d. n.143. & seqq.* Modò magis in specie quæro, à quo Ecclesiastico iudice talis absolutio peti & concedi debeat. vide Virg. Boccac. *in constit. March. gloss. 2. num. 30.* vbi quòd absolutio ad effectum agendi, vel excipiendi, debet peti à proprio Episcopo, vel eius Vicario, vel à sacra Pœnitentiaria, vel per rescriptum Papæ, & *ibi* ponit formam petendi absolutionem per rescriptum à Papa. & quid quando petitur absolutio à periurio, à quo peti & concedi debeat? vide *ibid. num.40. 51. & 52.* vbi quòd Episcopus non absoluit nisi in sua Diœcesi in casu non dubio, in causa non magna, & quando iuramentum vel ex parte iurantis, vel recipientis est illicitum. At vbi iuramentum est licitum ex vtraque parte, vel extra Diœcesim, & per totum orbem, vel in casu dubio, vel in causis magnis, solus Papa absoluit, vt *ibi.*

Absolutio quando sit concedenda periuro, dixi aliqua suprà *num.9.* Adde Virg. Boccac. *in const. March. gloss. 2. num.32.* vbi quòd quando petitur absolutio, est facienda mentio de periurio, & quoties illud sit commissum, aliàs absolutio concessa non suffragatur, *& num.39.* vbi relatis opinionibus concludit quòd etiam periuro ex iusta causa conceditur absolutio, secus ex iniusta. A quo autem iudice sit concedenda absolutio à periurio, dixi *in num. antecedenti.* Et an in concedenda absolutione periuro pars citari debeat, vide suprà *num.8.* Adde eundem Boccac. *d. glos. 2. n.41.* vbi quòd in præiudicium iuris alteri quæsiti non subsistente aliqua legitima causa, periuro non est concedenda absolutio. Et in proposito aduerte quòd prædicta intelliguntur de periurio vero, commisso scilicet dolo, secus sine dolo. Boccac. *d. gloss. 2. n.41. & 42.* vbi quòd periuro non ita de facili conceditur absolutio, sicut aliis, intelligendo de periuro in iuramento assertorio veritatis; secus in promissorio, vt *ibid. n.42. in fragm. ver. iuramenti absolutio.* 22

Absolutio non est concedenda quando calomniosè petitur ad differendum negotium, & ad impediendum exequutionem. Boccac. *in constit. March. gloss. 2. num. 48.* vbi idem intelligit in absolutione plenaria, ad effectum scilicet rescindendi contractum, secus in ea quæ petitur ad effectum agendi, quæ modici præiudicij est, & ex sola narratione causæ in rescripto conceditur, absque eo quod probetur. Narrata enim causa in rescripto, in quo petitur absolutio ad effectum agendi, si est iusta calumnia, non præsumitur & conceditur. Si verò causa expressa non probatur, detegitur calumnia, & propterea non datur secundaria absolutio ad effectum rescindendi contractum, quæ plenaria vocatur. faciunt suprà tradita de probatione causæ *num. 15.* 23

QVÆSTIO XLI.

Administratores quando teneantur conficere librum rationum, ac inuentarium, quandóve de administratis teneantur rationem reddere, & de materia.

SVMMARIVM.

1. *Generalis materia.*
2. *Administrator quilibet tenetur conficere librum rationum.*
3. *Ac de administratis rationem reddere.*

Frater administrator tenetur reddere rationem, ibid.
4. *Et quomodo debeat reddi ratio administrationis, & quæ requirantur in eius redditione.*
5. *Quid in patre administratore.*
6. *Iuramentum in litem quando deferatur, & num. seq.*
8. *Scarta folia producere an sufficiat.*
9. *Liber rationum quid debeat continere, & quæ requirantur, &c.*
10. *Administrator debet etiam reliqua restituere.*
11. *Et non reddendo rationem dicitur in quasi falsum incidere.*
12. *Item dicitur prædo, & num. 15.*
Quid si aliquid penes se retinuit, ibid.
Administrator qui penes se aliquid retinuit, & in vsum proprium conuertit, quomodo puniatur, ibid.
13. *Causa redditionis rationum an sit ciuilis, vel criminalis.*
14. *Quid in administratore lacerante rationes.*
15. *Quid si dicat se nullos confecisse libros.*
16. *Vel confecisse, sed amisisse.*
17. *Quid in socio administratore.*
Liber rationum quando exhiberi debeat, ibid.
18. *Et an debeat exhiberi* il giornale.
19. *Bona administratoris sunt tacitè hypothecata.*
20. *Quid in hærede grauato.*
21. *Quid in vsufructuario.*
22. *Quid in exequutore testamenti.*
23. *Quid in tutore non conficiente inuentarium, & n. seqq.*
26. *Remissio inuentarij, seu redditionis rationum an valeat, & num. seqq.*
32. *Absolutio generalis an trahatur ad redditionem rationis.*
33. *Quid si ratio non est sufficienter reddita.*
Quid si adest dolus, ibid. 34. & 27.
35. *Calculi error quando allegari possit, & n. seqq.*
36. *Quid si ratio fuit sæpius reddita.*
39. *Error calculi quando impediat exequutionem.*
40. *Quid si post calculum sequatur pactum, & n. seqq.*
45. *Rusticus, & mulier an excusentur à confectione libri.*
46. *Cum administratore non requiritur nimis scrupulosa rationum redditio.*
47. *Heredes administratoris an teneantur reddere rationes.*
48. *Appellare an liceat à sententia condemnationis redditionis rationum.*
49. *Ius reddendi administrationem quomodo præscribatur.*

1 IN hac materia generaliter præter infraposita, vide Roland. *cons. 49. per totum, vol. 1.* Plot. *in l. si quando, n. 194. C. vnde vi.* Phanuc. *de in lit. iuran. in 2. membr. secunda partis, num 29. & pluribus seqq.* vbi plura ad materiam huius quæstionis. Paul. Mont. *de iure tutel. cap 458.* vbi latè ponit materiam redditionis rationum. Card. Tusch. *in verbo administrator, conclus. 202. & seqq.* vbi latè de materia administratoris rationem reddere debentis.

2 Regula sit quòd omnes administratores tenentur non solùm facere librum rationum, secundùm communem, de qua præter alios testatur Plot. *in d. l. si quando, num. 594.* vbi exemplificat in pluribus administratoribus.

3 Verùm etiam finita administratione tenentur rationem reddere. Marsil *sing. 493.* Paris. *cons 96. num. 1. & num. 34. vol. 1. & cons. 90. n. 13. & seqq. eod. vol.* Ceph. *cons. 39. n. 1. & seq. & cons. 8. num. 20. & cons. 192. num. 1.* Neuiz. *cons. 3. num. 13. & seqq.* Menoch. *de arbitr. quæst. casu 209. num. 1. & seqq. lib. 2.* vbi similiter exemplificat in pluribus administratoribus. Petra *singul. 84.* vbi de fratre administratore.

4 Et generaliter quomodo debeat reddi ratio, & quæ requirantur in eius redditione, præter infraposita videas Bald. *cons. 152. in 3. part.* Rom. *cons. 413. num. 3.* Socin. *cons. 213. n. 40. lib. 2.* omnino Menoch. *d. casu 209.* vbi pulchrè.

Amplia I. suprapositam regulam procedere etiam in patre administratore, qui nedum ad prædam tenetur, verùm etiam inuentarium conficere debet de bonis ipsius pupilli. Myns. *obs. 93. cent. 2.* Tiraq. *de leg. connubial. pag. 432. num. 40.* Menoch. *d. casu 209. n. 26. & seq.* quem videas in materia. 5

Amplia II. quia administrator non conficiendo librum, ac non reddendo rationem, &c. præsumitur in dolo, & contra eom datur iuramentum in litem. Plot. *in d. l. si quando, num. 194.* vbi de communi. Tob Non, *cons. 63. num. 5.* Mascard. *de prob. conclus 531. n. 66. & 67.* vbi quòd præsumitur in dolo istis duobus casibus administrator. 6

Super qua materia, an, & quando isto casu deferatur iuramentum in lite, vide Phanuc. *de in lit. iur. in 2. memb. secunda partis, n. 25. & seqq.* vbi ampliat, & limitat Cotaz. *var. resol. pag. 589. num. 5.* Menoch. *de arbr. quæst. casu 209. n. 16. & seqq.* Cephal. *cons. 192. n. 52.* 7

Amplia III. vt non sufficiat producere scarta folia, sed sit necesse producere librum ipsum. Bald. *consil. 152. in 3. part.* Plot. *§. 35. num. 1.* 8

Super qua materia quid debeat continere iste liber, & quomodo, & quo ordine sint rationes in libro describendæ, videas per Plot. *de in lit. iuran. §. 5. n. 20. & 31.* Bald. *d. cons. 152. in 3. part* & per Menoch. *de arb. quæst casu 208. num. 19 & 20. & casu 209. n. 14. & seqq.* & faciunt quæ infrà traduntur de libro rationum *quæst. 60.* in discursu. omnino Ioseph. Ludou. *in comm. opin. lib. 1. conclus. 19. in 18. ampliat. vers. & ad hoc vt liber, &c.* vbi generaliter de libro rationis, ac etiam particulariter de libro rationis alicuius administratoris, omnino etiam Stracca *de mercat. part. 2. num. 52. & seqq.* vbi ponit plura requisita in libro mercatorum, ad hoc vt dicatur fidelis. 9

Amplia IV. vt non solùm debeat administrator rationem reddere, sed etiam aliqua restituere. Cephal. *cons. 39. n. 1. & seqq.* vbi multos allegat. Menoch. *d. casu 209. n. 21. & seqq.* quem videas in materia. 10

Amplia V. vt administrator non reddendo rationem, &c. dicatur incidere in quasi falsum. Bar. per illum textum *in l. 1. § tutores, ff. de fals.* Gozad. *sub rubr. de falsar. n. 2. in fine,* quæ iura & authoritates loquuntur, & debent intelligi in non reddente rationem fisco, vt per Azor. & Hostiens. *in tit. de fals.* 11

Item administrator non reddens rationem, & penes se aliquid retinens, dicitur prædo. Angel. Imol. & Alex *in l. Pomponius, § ex facto, ff. de acquir. possess.* faciunt dicta infrà *num. 15.* Si administrator repertus sit quòd aliqua bona occultauerit, & penes se retinuerit, potest condemnati ad restitutionem dictorum bonorum, & aliquando ad duplum, & aliquando in amputatione manus. Osasc. *decis. 70. n. 9.* allegat inter alia Socin. *cons. 46. & 213. lib. 1.* sed loquitur in retinente pecunias Principis. 12

Sed in proposito aduertas quòd causa redditionis rationum administrationis dicitur ciuilis, & non criminalis, quia administrator tenetur si est Procurator actione mandati, sin minus, actione negotiorum gestorum, & quatenus reperiatur in aliquo dolo, patri succurritur per iuramentum ad litem, vt dixi suprà, vnde sequitur quòd quando dolus potest purgari per actionem mandati, vel ex aliquo alio contractu, vel quasi, non purgantur, nec per actionem de dolo ciuiliter, nec criminaliter per accusationem stellionatus. Bald. *cons. 14. Filiusfamilias, in fine, & cons. 15. Ad euidentiam, vol. 1.* Aym. *cons. 6. n. 505.* Rolan. *cons. 75. num. 31. vol. 1.* Menoch. *cons. 98. n. 83. & 84.* Actio enim de dolo, & criminis stellionatus, non datur, quando 13

dannum

damnum passo alia via succurri potest. Castrens. *consil.* 411. *Viso facto, num.* 4. *vol.* 1. faciunt dicta *in Rep. qq. crim. vers. dolus, num.* 11. Sed quòd imò causa redditionis rationis administratoris sit criminalis, traditur *in dec. Pedem.* 70. *n.* 9. sed loquitur in administratore Principis. vide Paul. Montan. *de iure tutel. & curat. c.* 38. *n.* 155. vbi quòd error calculi non potest intentari criminaliter, & Roland. *consil.* 109. *in discursu, præsertim n.* 59. *& seqq. lib.* 1. Paris. *consil.* 150. *n.* 22. *& seqq. lib.* 4.

14 Amplia V I. vt si administrator rationes lacerauerit, ob id dicitur falsum commisisse, secundùm Bart. *in l. Paulus*, vbi est casus, *ff. de fals.* quem sequitur Aret. *de malefic. vers. falsa, num.* 9. & faciunt tradita *in Repert. quæst. crim. q.* 68. *num.* 6.

15 Amplia V I I. vt administratori dicenti se non confecisse librum, non credatur, & præsumatur quòd malitiosè occultauerit. Bald. *consil.* 152. *vol.* 3. Phanuc. *de in lit. iur. pag.* 63. *num.* 35. Natta *consil.* 134. *num.* 69. *vol.* 1. Roland. *consil.* 49. *num.* 33. *vol.* 1. & prædones isto casu nuncupantur, vt per Phanuc. *ibid. n.* 33. & Soc. *consil.* 213. *num.* 12. *lib.* 2. Tob. Non. *consil.* 63. *num.* 3. & faciunt suprà tradita *num.* 52.

16 Item nec creditur administratori dicenti se amisisse librum rationum. Tob. Non. *d. consil.* 63. *n.* 6.

17 Amplia V I I. supradictam regulam procedere multo magis in socio administratore, qui non solùm tenetur conficere librum rationum, sed etiam illud exhibere alteri socio, *l. quadam, in princ.* vbi Bart. Ang. Conten. & alij, *ff. de edend.* Paris. *consil.* 89. siue *consil.* 88. *n.* 6. *vol.* 1. *Rationes, & computa, col.* 2. *n.* 17. *& seqq. lib.* 1. cum aliis, de quibus per Tob. Non. *consil.* 63. *num.* 1. *& seqq.* vbi ampliat quòd illum teneatur exhibere etiam cuilibet interesse habenti, & dicendo se nullos conscripsisse libros, sibi non creditur, sed præsumitur in dolo, & propterea datur contra eum iuramentum in litem, & idem procedit si asserat se amisisse librum, vt *ibi* per eum, qui *num* 7. dicit quòd non excusatur mercator ab exhibitione librorum, ex eo quòd asserat in libris fuisse conscripta nonulla negotia propria, & ad societatem non pertinentia, sed ista materia non est præsentis quæstionis, sed editionis Rei, & Actoris, de qua dicetur infrà *in vers. Edere, &c.* inter diuersa.

18 Amplia V I I I. vt non solùm librum ipsum, sed etiam, vt multo magis dicitur, *il giornale* exhibere teneatur. Menoch. *d. casu* 209. *num.* 14. *& seqq.*

19 Amplia I X. vt pro redditione rationum administrationis bona ipsius administratoris sint tacitè hypothecata. Neuiz. *consil.* 3. *num.* 13. *& seqq.* idem de bonis tutoris, de qua materia, & particulariter in ista hypotheca tacita habeat priuilegium prælationis, vide Neguſ. &c. & Paris. *consil.* 80. *num.* 34. *& seqq vol.* 1.

20 Amplia X. etiam in hærede grauato, qui tenetur facere inuentarium de bonis fideicommissariæ testitutioni subiectis, *l. cum tale*, §. *Titius*, vbi Bart. & Cast. *ff. de cond. indeb.* traditur *in dec. Perus.* 164. sed non præstare teneantur cautionem. dixi *in Repert. qq. vlt. vol. vers. Heres grauatus n.* 10. & quid si hæredi est remissa confectio inuentarij, vide *ibi* n. 26.

21 Sed quid in vsufructuario, vide *in Repert. qq. vltim. vol q.* 67.

22 Item quid in exequutore testimonij, *in eodem Repert qq. vlt. vol. vers. exequutor, n.* 20.

23 Amplia X I. etiam in tutore qui & inuentarium conficere, & rationem administratæ tutelæ reddere nulli dubium quòd tenetur, aliàs si inuentarium non conficiatur, remouetur vti suspectus, super qua materia vide Menoch. *de arb. qq. casu* 174. *lib.* 2. vbi etiam, quando, & infra quantum tempus (de hoc vide *in decis. Pedem* 58. *n.* 24. *&* 25.) tutor debeat inuentarium facere, & in hoc inuentario sit necessarium iudicis decretum. Dic quòd non. Simoncell. *de decret. lib.* 2. *titul.* 6. *inspect.* 6. *num.* 63. *& omnibus seqq.* vbi respondet ad contraria. Cæpol. *caut.* 221. quos videas in materia.

Amplia, hanc ampliationem I. procedere etiam in tutore honorario Rol. *consil.* 40. *n.* 19. *vol.* 3. 24

Amplia I I. etiam in matre tutrice, quæ si Inuentarium non confecerit, priuatur filij successione. Alexand. *consil.* 161. quem videas in materia, & an mater tutrix pro malè administratis possit carcerari, vide *in Repert. crimin. in materia mulieris quando carcerari possit, &c.* quòd etiam mater tutrix non conficiendo inuentarium, vel non reddita administratione cum reliquorum restitutione, priuetur filij successione, late disputatur hæc materia *in decis. Pedemont.* 58. Adde quòd mater tutrix tenetur reddere rationem tutelæ, & ei agenti ad dotem obstat exceptio non redditæ rationis, datúrque dotis retentio donec reddita sit ratio. Socin. iun. *consil.* 180 *lib.* 2. Contrarium Neguſan. *in* 1. *membro secundæ partis, n.* 36 *pag.* 86. 25

Limita I. principalem regulam, & præsertim 50. & 51. ampliationem non procedere quando ipsi hæredi, seu tutori esset in testamento remissa inuētarij confectio, super cuius limitationis veritate aliqua diximus *in Repert. qq. vltim. volunt. q.* 40. vbi particulariter de tutore, *& q.* 67. *n.* 46. *& seqq.* vbi de vsufructuario. quibus in proposito adde Clar. *de test. q* 66. vbi de prohibitione inuentarij facta hæredi, *decis. Pedem. pag.* 252. *num.* 28. vbi quòd tutori licèt sit remissa confectio inuentarij, tamen debet facere simplicem descriptionem bonorum, & ad eam potest iudicis officio instantibus agnatis compelli. Diaz *reg.* 740. *&* 769. Viuian. *in com. opin. car.* 248. Couar. *var. resol. pag.* 587. *n.* 4. *& seq.* Roland. *consil* 49. *num.* 11. *& seqq. vol.* 3. vbi optimè probat quòd non sufficit quòd testator remittat inuentarij confectionem, sed debet prohibere confectionem inuentarij, alioquin simplex inuētarij remissio absque prohibitione non sufficit, vt *ibi* per eum. Sed contrariam opinionem, quòd imò sufficiat simplex remissio, dicit magis communem idem Roland. *ibid. n.* 22. *& omnibus seqq.* Vnde Gabriel *pag. mihi* 586. *n.* 32. vbi quòd testator potest suo hæredi prohibere confectionem inuentarij, dicens quòd remissio inuentarij valet facta à testatore, quando id cedit in vtilitatem ipsius pupilli, puta quòd esset damnosum pupillo, vt valor sui patrimonij reuelaretur, secundùm communem, de qua idem Roland. *d. consil* 49. *n.* 17. *& seqq. vol* 3. An autem remissio inuentarij facta à testatore hæredi ad hoc, vt etiam eo non confecto, non teneatur vltra vires hæreditatis, valeat, nec ne, vide per Mantic. *in tract. de inuent. pag.* 9. *n.* 36. *& seq. & pag.* 21. *sub n.* 11. 26

Similiter prædicta procedunt quando testator remisit ipsi tutori redditionem rationis administrationis, super qua materia, an, & quando talis remissio valeat, ad quæ extendatur, & an comprehendat dolum, de hoc vide aliquid *in num.* 39. *&* 43. vidcas per Diaz *reg.* 768. latè Couar. *var. resol. pag.* 580. *n.* 1. *& seqq.* Villalob. *lit. n.* 128. Cotta *in memor pag.* 891. Cæpol. *cautel.* 21. Mantic. *de inuent. pag.* 66. *lib.* 23. vbi, an per remissionem inuentarij censeatur etiam remissa redditio rationum. 27

Sed quænam expensæ factæ per tutorem pro pupillo dicantur legitimæ, nec ne, & quando tutori illas asserenti fecisse credatur, nec ne, posui *in Repert. qq. vlt. vol.* inter diuersa, *vers. tutori expensæ, &c.* & quando libro rationum tutoris super expensis factis credatur, posui *in q.* 60. *n.* 3. 28

Limita I I. principaliter regulam suprà firmatam In administratore, qui semel reddidit rationem, ampliùs enim ad illam reddendam cogi non potest, super cuius limitationis veritate & materia, præter infrapositta vide Roland. *consil.* 49. *in discursu, lib.* 1. Menoch. *de arbitr.* 29

arbitr.qq.d casu 209.*num*.37.omnino Cephal.*conf.*192. *per tot. lib.*2.& Hipp.Riminal. *conf.*338. *per tot. lib.*3. vbi latiſſimè Pariſ. *conf.* 89. *num.* 17. *lib.* 1. Tob. Non. *conf.*63.*num*.8. *& ſeqq.* omnino Paul. Montan. *de iure tutel.& curat.cap.*38.in diſcurſu.

30 Regula ſit quòd ratio ſemel calculata,ampliùs calculari non debet.Io.Monach.Archid. Io. Andr. & alij *in c.vnico, de Clerico ægrotante.* Ceph. *d.conf.*192. Menoch.*de arbitr.qq.d. caſu* 209.*num.* 37. Socin. *conſil.*92. *Viſo inſtrumento,col.*1.*lib.*4.Tob.Non.*conf.*63.*n* 8.

31 Quæ regula procedit,maximè quando ſequuta fuit abſolutio iurata, vt per Ceph. & Menoch. *vbi ſupra* Sed ad quid extendatur iſta abſolutio, &c. vide in materia quietationis, an abſolutio ſolemniter facta per minorem tutori, operetur vt non debeant ampliùs reddi computatorum rationes, vide in materia pulchrum conſilium Rimin.338. *lib.*3.*per tot.* vbi latiſſimè.

32 An autem abſolutio generalis facta adminiſtratori trahatur ad redditionem rationis, vide Ceph.*conf.*39. *n.*4.*& ſeqq.*12.*& ſeqq.*16.*& ſeqq.*21.*& ſeqq.vol.*1.

33 Fallit primò ſupradicta regula,quando ratio adminiſtrationis non eſt ſufficienter reddita. Nam tunc iterum reddi & computari debet. Rolan.*conf.*49.*vol.*1. Socin.*d.conf*92.*lib.*4. Tob.Non. *d. conf.*63. *num.* 12. *& ſeqq & num.*18.vide infrà *num.*41.

34 Fallit ſecundò quando abſolutio ſequuta per redditionem rationis comprehenderet dolum, quia ad dolum abſolutio non trahitur. Roland. *conf.*49 *vol.*1. Tob. Non. *d. conf.*63. *num.*21. *& ſeq.* faciunt ſuperiùs tradita *num.*27.& in materia quietationis,an comprehendat dolum,&c.vide *in Rep. contract. verſ. quietatio, num.*4.& infrà *n.*43.*in fragment. verſ.dolus.*

35 Fallit tertiò quando allegatur calculi error. nam tunc ratio ſemel calculata, iterum calculari debet, *l.vnica,C.de errore calculi,*& eſt communis, vt per Tob. Non.*conf.*63. *n.*17. ad cuius fallentiæ materiam præter ſuprà allegatos *num.*29. vide Pariſ.*in Repert. conſil. verſ.Calculi error,*hæc regula vltrà infraſcriptas declarationes, declaratur primò non procedere tranſactis triginta annis, quibus præſcribitur ius allegandi errorem calculi:ſed aliquando præſcribitur ſpatio 20. annorum,& aliquando 10.annorum,vt per Virg.Boccac. *in conſt. March.gl.*8.*num.*275.Declaratur ſecundò,poſt rem iudicatam ſuper calculo, quis non auditur allegans errorem calculi, vtputa quando quis citatur ad calculandum, & iudex mandauit ſtari calculo. Nam ſi à tali decreto non appellatur, non poteſt ampliùs dari de errore calculi,vt *ibi* per Virg.Boccac. *d.n.*275.

36 Amplia hanc fallentiam vt procedat etiam quòd ſæpiùs rationes ſint calculatæ.nam tunc prætextu erroris iterum calculari debent,ſecundùm communem, de qua per Suarez *litt.E.n.*159.

37 Limita I. eamdem fallentiam procedere, dummodo error calculi probetur per allegantem. Deci.*in l.*1. *num.*8.*in fine, C.de error.calcul. & conf.*94.*n.*4. *verſ.non obſtat.*Menoch.*d.caſu* 209.*in fine.*

38 Sed quomodo probetur calculi error, vide Suarez *litt. E.num.*158.vbi quòd de errore calculi eo ipſo apparere dicitur quòd veritas in contrarium oſtenditur. Dic neque quòd talis error debet probari per multum plenas, & concludentes probationes, videlicet,quòd illum allegans probet negatiuam,quòd partita de qua agitur, non fuerit computata in calculatione,vt per Dec. *d.conf.*94.*num.*4.*verſ.non obſtat, & in d. l.*1.*n.*8.*in fine,C.de error.calcul.* & Menoch. *d.caſu* 209. *in fine.*

39 Et an, & quando error calculi impediat executionem,vide Tob.Non.*conf.*63.*n.*24.*& ſeqq.*

40 Limita II. eamdem fallentiam non procedere quando poſt calculum partes deuenerunt ad pactum, vel ſtipulationem,tunc enim calculus, etiam prætextu erroris, amplius retractari non poteſt. Bart. *in l. emptor.§.laicus ff.de pact. num.*11. Tob.Non.*d.conſil.*63. *num.*9.

Declara primò hanc limitationem, vt procedat quando ſuper calculo præceſſit lis,& quæſtio, tunc ex ſubſequenti pacto non poteſt dari de illius errore, alias ſecus.Ruin.*conf.*134. *Quoad primum, col pen.ante finem,lib.*1.Tob.Non.*d.conf.*63.*n.*19. 41

Declara ſecundò ſi ratio non eſſet ſufficienter reddita. nam tunc ſimiliter pactum ſubſequutum poſt calculum non operatur quin poſſit error allegari. Tob.Non.*d.conf.*63.*num.*20. ad quod faciunt ſuperiùs tradita *num.*33. 42

Declara tertiò quando in calculo adeſſet dolus, quia tunc ſimiliter error poteſt allegari etiam ſequuto pacto poſt calculum. Tob. Non. *d. conf.*63.*num.*21. *& ſeq.*& faciunt ſuprà tradita *n.*27.*&* 34. 43

Declara quartò vt procedat in pacto ſequuto poſt calculum ex interuallo,ſecus incontinenti.Tob.Non. *d.conf*63.*n.*23. 44

Limita III. ſupradictam regulam ſuprà firmatam, vt non procedat in ruſtico qui non conficiendo librum rationum excuſatur; ſuper cuius limitationis veritate præter generaliter tradita in materia ruſtici,quando,& in quibus excuſetur,videas particulariter Menoch.*de arbitr.qq.caſu* 208.*num.*21.vbi idem de qualibet ſimplici perſona,& idem etiam de ruſtico & ſimplici perſona tradit Plot.*de in lit.iuran.§.*5.*num.*37. *verſ.* 2. Thanuc. *de in lit. iur.* 2. *memb. ſecunda partis, num.*47. *deciſ. Pedem* 58. *num.*18. *in fine*, vbi quòd imperitia excuſat ne deferatur iuramentum in litem, & appellatione ſimplicis perſonæ videtur comprehendi mulier, vt per Menoch. *caſu* 193. *num.*10. *in fine.* Sed contrà quòd mulier non excuſetur à confectione inuentarij, & quòd contrà etiam iuretur in litem, dixi ſuprà de matre tutrice, *num.*25. & eſt *deciſio Pedem.*58.*num.*38. vbi reſpondet contrariis, ideo limitatio habebit locum in ruſtico & minore, vt per prædictos Doctores, non in muliere,licèt generaliter loquantur. 45

Limita IV. ſecundùm Menoch. *d. caſu* 209. *n.* 34. quòd in adminiſtratore in redditione rationis adminiſtrationis non debet requiri nimis ſcrupuloſa redditio rationum. 46

Limita V. in hæredibus adminiſtratoris, qui non tenentur reddere rationem de adminiſtratis per defunctum, ſuper cuius limitationis veritate vide Neuiz. *conf.*3.*num.*13.*& ſeqq.* Cephal.*conf.*8. *per tot.vol.*1. vbi quòd hæredes non tenentur reddere rationem quando per adminiſtratorem viuentem non ſtetit quo minus ea redderetur.Marſil.*ſing.*493. Ioſeph.Ludou.*in com.opin.concl.*16.*illat.* 120. vbi quòd hæres tenetur reddere pro defuncto rationem. 47

Adde in materia quòd non licet appellare à ſententia in qua adminiſtrator loci pij eſt condemnatus ad reddendum rationes ſuæ adminiſtrationis, vt per Lancell. qui concordantes allegat *in tract. de attentat. cap.*12.*in* 19.*limitat.* 48

Ius cogendi adminiſtratores ad reddendum rationes quanto tempore præſcribatur, Marſil.*ſing.*493. 49

QVÆSTIO XLII.

Iudex quando, & quibus de cauſis poſſit ſuſpectus recuſari, & generaliter de materia.

SVMMARIVM.

1. *Generalis materia.*

Cauſa

Cauſa ſuſpicionis generaliter, ibid.

2. *Iudex recuſatur ex cauſa inimicitiæ, & num.12.*
3. *Quid ſi ſit amicus, ſeu familiaris aduerſary, & n.23.*
4. *Quid ſi ſit coniunctus, ſeu affinis.*
5. *Quid ſi ſit compater, & ſimilia.*
6. *Cauſa qualibet leuis ſuſpicionis ſufficit.*
7. *Iudicis arbitrio relinquitur an cauſa ſuſpicionis ſufficiens ſit.*
8. *Quid ſi iudex manifeſtat parti animum ſuum.*
9. *Quid ſi in alia cauſa ſententiam tulerit contra recuſantem.*
   Iudex recuſatur facilius, quàm teſtis, n.46.
   Quid ſi iudex proferat aliquod verbum durum contra litigantem, n.47.
   Quid ſi iudex allegatur incompetens, an hæc allegatio faciat ipſum ſuſpectum, n.48.
10. *Exceptio recuſationis quo tempore opponatur, & num. ſeqq.*
   An ante litem conteſtatam, ibid.
13. *An poſt concluſionem in cauſa, & n.ſeqq.*
16. *Collegium totum an poſſit ſuſpectum allegari.*
17. *Cauſa ſuſpicionis à quo iudice cognoſcenda, & n.32.*
18. *Iudici ordinario recuſato quando detur adiunctus, & num.ſeqq.*
26. *Cauſa ſuſpicionis an ſit exprimenda.*
27. *An probanda, & quomodo, & an per iudicis interrogationem.*
28. *Minor & Eccleſia an reſtituatur ad proponendam recuſationem.*
29. *Iudex recuſatus an poſſit deputare ſuum locumtenentem.*
30. *Etiam in criminalibus iudex allegatur ſuſpectus.*
31. *Quid debeat facere iudex ſuſpectus recuſatus.*
32. *In notorius iudex non allegatur ſuſpectus.*
   Iudex an poſſit reijcere recuſationem ex falſa cauſa, & calumnioſa, ibid. & 17.
33. *Qui iudicem elegit, non poteſt illum recuſare, & n.43. & 40.*
34. *Iudex allegatus ſuſpectus efficitur inimicus.*
35. *Allegatio ſuſpecti debet fieri in ſcriptis.*
36. *Cardinales & Legati de latere, an poſſint ſuſpecti allegari.*
   Etiam appellatione deſerta geſta per iudicem recuſatum ſunt nulla.
   Sententia lata à iudice ſuſpecto eſt nulla, ibid. & 41.
   An ſit neceſſe appellare à geſtis per iudicem recuſatum, d.n.37.
38. *Exequutor mixtus poteſt ſuſpectus allegari.*
39. *Per comparitionem coram iudice recuſato dicitur renunciatum recuſationi.*
40. *Arbiter an poſſit ſuſpectus recuſari.*
41. *Sententia iudicis recuſati ſi eſt iuſta, poteſt confirmari.*
42. *Tertius pro ſuo intereſſe poteſt iudicem recuſare.*
43. *Iudex electus à Procuratore poteſt recuſari à principali.*
44. *Mandatum ſpeciale an requiratur in recuſatione iudicis ſuſpecti.*
45. *Exceptio recuſationis iudicis nunquam cenſetur excluſa.*

1 IVDEX quando & quibus de cauſis poſſit ſuſpectus recuſari, & generaliter de materia. Carauit. *ſuper ritu 265. per tot.* Pacian. *de probat. lib.2. cap. 45. per tot.* præter infrapoſita videas Macant. *in ſpec. in ſecundo actu vltimæ partis iudic. à num.25. vſque ad num. 73.* vbi ponuntur 40. cauſæ ſuſpicionis. Couar. *pract. quaſt. cap.6.* Frederic. *in eius virid. concl.45.* Lanftan. *in c. quoniam contra, verb. recuſationes, de prob.* Franc. *in c. poſtremo, de appell.* vbi ſimiliter ponit cauſas 40. ſuſpicionis. Mandoſ. *in pract. commiſſ. formul. 8.* Rom. *ſing.261. & 412.* Nouell. *reg.204.* vbi ponit etiam ferè omnes cauſas ſuſpicionis. Lancell. *de attentat. in Breu. pag. mihi 48. num.6. & ſeqq.* vbi ponuntur cauſæ ſuſpicionis 50. vide omnino Boër *diu. tom.2. deciſ.2.* vbi plura in materia, de qua etiam per Thom. Triuiſan. *deciſ.51. lib.1.* Mandoſ. *in pract. commiſ. form.8. deputatur adiunctus, fol.59. & ſeqq.*

2 Iudex inimicus poteſt ſuſpectus allegari, & ſic inimicitia eſt iuſta cauſa recuſationis. Villalob. *I. n. 47.* Cotta *in memorab. pag.420.* quem videas in materia. Plot. *in l. ſi quando, n.276. pag. mihi 145.* vbi quòd ſententia lata per iudicem inimicum capitalem, non tranſit in iudicatum, ſed eſt ipſo iure nulla. vide infrà *num.22.* Gig. *de crim. laſ. maieſt. lib.1. q.12. tit. Qualiter in crim. laſ. maieſt. proced. q.12.* vbi ampliat etiam in crimine læſæ maieſtatis, quod etiam idem voluit Decian. *in tract. crim. lib.7. cap.38. n.14.*

3 Iudex an poſſit quis eſſe in cauſa ſui familiaris, ſeu domeſtici, & ſic, an familiaritas aduerſarij cum iudice inducat iuſtam ſuſpicionis cauſam, vide Nouell. *reg.32.* Socin. *reg.203.* vide infrà *num.23.*

4 Iudex an quis poſſit eſſe in cauſa ſui affinis, ſeu conſanguinei, & ſic, an conſanguinitas, ſeu affinitas aduerſarij inducat iuſtam ſuſpicionis cauſam, vide Socin. *d. reg.203.* & vſque ad quem gradum talis coniunctio conſideretur, & alia ad materiam, videas per Menoch. *de arbitr. qq. caſ.146. num.8. & caſ.152. per tot.* vbi etiam quid ſi iudex ſit vtrique parti coniunctus.

5 Et quid ſi aduerſarius ſit coniunctus cognatione ſpirituali, puta ſi ſit compater, & ſimile, vide Tiraq. *de reuoc. donat. pag. mihi 465. n.24.* & Planca *in epiſ. delect. cap.40. pag. mihi 686. & ſeq.*

6 Iudex poteſt recuſari ex quacunque leui cauſa, & ſic leuis cauſa ſuſpicionis ſufficit ad recuſandum iudicem. Placa *d. cap.40. pag. mihi 686. & ſeq. num.12. verſ. & primò,* & ex Tiraq. *de reuoc. donat. d. pag.465. num.32.* hoc idem quòd leuis cauſa ſufficiat, tradit Dec. *in c. poſtremo, num.12. de appell. & in c. ſpeciali, num.22. Extrà eod.* quòd iudex recuſatur facilius, quàm teſtis, de quo vltimo dixi particulariter infrà *n. 46.* Rot. *diu. part.2. deciſ.2. n.13.*

7 Vel meliùs dicas quòd cauſæ, quibus iudex poſſit ſuſpectus recuſari, remittatur iudicis arbitrio. Menoch. *de arbitr. quaſt. caſ.157. num.2.*

8 Iudex poteſt vt ſuſpectus recuſari, ſi ante concluſionem in cauſa manifeſtat parti animum ſuum. Ita Lancellot. *in breuiar. pag. mihi 194. verſ. amplia rurſus,* &c. facit text. *in l. vbi falſum, C. ad l. Cornel. de falſ.* vbi prohibetur iudicibus ante ſententiam partibus ſuum votum propalare, & *ibi* communiter Doctor. omnes, ſed *ibi* Alber. *in fine* dicit Bergomi ſeruari contrarium de conſuetudine, & hanc conſuetudinem ſummopere laudat.

9 Iudex an poſſit vti ſuſpectus recuſari ex eo quòd in alia cauſa ſententiam protulerit contra recuſantem. Menoch. *de arbitr. quaſt. caſ.121. lib.2.*

10 QVÆRO in materia de multis, & I. quo tempore opponi poſſit iſta exceptio recuſationis iudicis Mynſ. *obſeru. 59. cent. 4.* facias in propoſito duas principales regulas. Prima ſit regula quòd debet opponi ante litem conteſtatam, imò debet præeſſe prima exceptio, quæ opponatur. Maran. *in 2. actu vlt. part. iudic. n.25. & num.74.* vbi declarat, & eſt communis, vt per Craſſ. *in comm. opin. lib.2. cap.8. q.14. tom.2. com. opin. deciſ. Pedem.15. n.4.* Couar. *pract. quaſt. cap.26. num.2.*

11 Fallit primò quando cauſa recuſationis cognita fuerit recuſanti poſt litis conteſtationem, quia tunc præſtito ignorantiæ iuramento admittitur recuſatio, etiam lite conteſtata, ſecundùm communem, de qua idem Craſſ. *d. quaſt. 14.* & Couar. *d. cap. 26. num. 2.* vide *in num.13.*

Fallit

12 Fallit secundò in iudice ordinario inferiore, quia contra ipsum potest talis exceptio proponi in quacunque parte iudicij. Couar. *d.n.*2.

13 Secunda sit regula quòd exceptio recusationis non admittitur post conclusionem in causa, & multo minus in calculo ferendæ sententiæ. Rimin. sen. *cons.*469. *num.*14.*lib.*3. Franc. Marc. *decis.*725. quos videas. Couar. *pract. quæst. cap.*26. *col.*7. *& seqq.* Item non admittitur vbi causa fuisset instructa, & pars fuisset monita ad sententiam, vt per Lancell. *de attentat. part.* 2. *cap.*6. *num* 43. *& seq.*

14 Fallit primò quando ista causa suspicionis orta fuisset post conclusionem, quia tũc etiam eo tempore opponi potest, vt *ibid* per Couar. vide suprà *n.*10. De causa superueniente quòd possit quandocunque ante sententiam opponi, traditur per Luc. Pet. *in pract. capit. lib.*5.*cap.*9.*n.*10. & per Lancell. *in suo tract. de attent. p.*2. *cap.*6.*num.*50. *& seqq.* vbi postea intelligit hanc limitationem procedere in iudice cui est causa commissa expediẽda arbitrio suo, vnde secus in iudice, qui debet de iure procedere, quia tunc cùm recusatus habeat in promptu remedium appellationis, non admittitur eius recusatio post conclusionem in causa, & vbi causa est instructa, & pars monita ad sententiam, etiam quòd causa recusationis superuenisset, vt *ibi* per eum, qui allegat Gemin. *in c. iudex, in fin. de offic delegat. in* 6. quem sequitur Io. Baptist. Ferret. *cons.* 66. *n.*4. *& seq. lib.*1. licèt Dec. *ibi* per eum allegatus contrarium senserit.

15 Fallit secundò quando recusans eam vellet probare non testibus, sed iudicis recusati iuramento, quia tunc similiter etiam post conclusionem admittitur. Couar. *ibidem.*

16 QVÆRO II. An totum Collegium possit allegari suspectum? vide Viu. *in com. opin. pag. mihi* 245. in paruis. Dicas quòd sic, secundùm communem, de qua per Rol. *cons.*19. *vol.*3. maximè quando aliqui ex Primatibus Collegij, seu Consilij sunt suspecti, licèt non omnes, vt *ibidem n.*12. *& seqq.* vide in materia Iacob. Porc. *cons.*91.*lib.*1.*incip. Inter illustrissimum*, vbi de Collegio, Synodo, & Vniuersitate suspectis allegatis, vbi quòd allegato suspecto capite Collegij, omnes alij censentur allegati suspecti, *ibi* per eum videas, quod declara vt per Bero. *in cons.*16. *In causa, lib.*3. *num.*25. & *ibi* etiam, quid si ex Collegio tres allegentur suspecti.

17 QVÆRO III à quónam sint cognoscendæ causæ suspicionis, an videlicet à iudice recusato, seu ab alio. vide Couar. *pract. quæst. d. cap.*26. *n.*5. Dicas quòd super hoc eliguntur arbitri à partibus secundùm glos. communiter receptam, *in c. iudex ab Apostolica, de offic deleg. in* 6. quam refert, & sequitur Crass. *in com. opin. lib.*2.*cap.*8 *q.*15. *tom.*2. *com. opin.* vide in proposito Clar. *in pract. q.*43. *vers. vnum tamen*, vbi quòd si causæ suspicionis allegatæ tangunt personam iudicis, ipse non dicitur cõpetens in dd. causis cognoscendis, quia diceretur iudex in causa proposita. Adde etiam Nouell. *reg.*204. *in princ.* vbi quòd si causa suspicionis allegata non sit legitima, potest per eumdem iudicem recusatum repulsari, vide infrà *num.* 32. adde Socin. *reg.* 37. *in* 1. *fall.* vbi quòd causæ suspicionis non sunt probandæ coram iudice recusato.

18 QVÆRO IV. An iudex ordinarius possit suspectus allegari, & allegatus, an in totum remoueatur, vel eidem detur adiunctus. Dicas quòd non remouetur vti suspectus, sed datur adiunctus. Couar. *pract. quæst. cap.*26 *num.*1. *decis. Pedem.*15. *n.*1. *& seqq.* est text. *in l. apertissimi*, cum sua Auth. vbi Bart. & alij, *C. de iudic.* Menoch. *de retin. poss.* 5. *remed. n.*595. vbi de communi.

19 Amplia vt hoc procedat etiam in delegato ad vniuersitatem causarum, cui similiter recusato datur adiunctus, & non remouetur: vt per Mandos. *in practic. commiss. form.*8. *gloss. Adiunctum, &c.* Ratio est, quia talis delegatus æquiparatur Ordinario, secundùm gloss. 1. *in l. fin. C. de Iudæis.* Alexand. *cons.*12. *Viso processu, num.*5. *vol.*6.

Limita hanc regulam pluribus modis, de quibus 20
remissiuè *d. decis. Pedem.*15.*n.*5.

Limita I. de iure Canonico, secundùm quod Or- 21
dinarius suspectus allegatus in totum remouetur: vt per Mandos. *in d. gloss. Adiunctum.*

Limita II. quando Ordinarius recusatur suspectus 22
ratione inimicitiæ, quia tunc penitus remouetur, *d. decis. Pedem.* 15. *num.*6. *&* 7. vbi ampliat etiam quòd inimicitia præsumpta, & non capitalis, seu grauis, vide suprà *num.*2.

Limita III. quando iudex ordinarius recusatur 23
suspectus, quia sit nimis amicus aduersarij, quia tunc similiter non datur ei adiunctus, sed in totum remouetur, *d. decis. Pedem.*15.*n.*8. vide suprà *n.*3.

Limita IV. quando iudex ordinarius non potest 24
quis esse in causis, de quibus *in l qui iurisdictioni, ff. de iurisd. omn. iud. & l. lex Cornelia. ff. de iniur.* quo fit, vt in casu istarum legum possit iudex ordinarius in totum recusari, *d. decis. Pedem.*15.*num.*8.

Limita V. procedere in ordinariis superioribus 25
immediatè à Principe procedentibus; vnde secus in inferioribus, *d. decis. Pedem.*15.*n.*10.

QVÆRO V. An causa suspicionis sit in libello 26
exprimenda, & probanda, & quomodo? Dicas quòd non est in libello exprimenda. Couar. *pract. quæst. cap.*26. *sub n.*1. Villalob. *S. num.*151. de communi Crass. *in com. opin. lib.*2.*cap.*8.*q.*15.*tom.*2.*com. opin.* ad quod vide Myns. *obseru.*63. *cent.*3. Bero. *cons.*16. *num.*4.16. *& & seq lib.*3. *In causa, &c.* vbi quòd licèt non requiratur specialis expressio causæ, sed sufficiat generalis, tamen si specialis causa fuit expressa, illa debet attendi, vt *ibi* per eum. Pro primo dicto, quòd videlicet causa suspicionis non sit alleganda, vide Lancell. *de attentat. cap.*6.*n.*4. vbi allegat concordantes testantes de magis communi: sed contrarium videtur tenuisse Rot. *diu. part.*1.*decis.*563.*n.*1. *&* 2. *& part.*2. *decis.*2.*n.*9.

Ideo similiter non est probanda. ad idem Osasc. *de-* 27
*cis. Pedem.*84.*n.*6. In materia scias quòd iudex potest interrogari, & tenetur respondere an causa suspicionis allegata sit vera, nec ne. Ita relatis & refutatis contrariis benè concludit Anton. Thes. *decis. Pedem.*6. *per tot.* vbi & hoc ampliat duobus modis, vt *ibi* per eum; sed sufficit accusantis iuramentum. Istud iuramentum non sufficit, vt simpliciter præstetur à recusante, sed debet à iudice ei deferri, secundùm Ruin. *cons* 6.*n.*5. *&* 6.*lib.*4. Sed contrarium seruatur in praxi, vt per Couar. *pract. quæst. cap.*26. *n.*1. *in fin.* quòd suspicionis causæ iuramento probentur, ponit Tiraq. *de iud. in reb. exig. pag.*29. *vers. quid cùm tractatur, in fin.* vbi etiam idem de allegato suspecto Notario, Procuratore, & consultore. Couar. *sub d. num.*1. Crass. *sub d. q.*13. Menoch. *de arbitr. quæst. cas.*212. *num.*56. ad quod vide Myns. *d. obseru.*66.63. *centr.*3. Dicas quòd licèt de iure Canonico causa suspicionis debeat probari, tamen de iure ciuili sufficit iuramentum, secundùm communem, de qua per Roland. *cons.*19.*n.*14.*vol.*3. vide Lancell. *de attent. p.*2.*cap.*6.*n.*18. vbi quòd etiam quòd causa allegata non sit probata, gesta per iudicem recusatum sunt nulla, &c. & quòd in probatione causæ sufficiat iuramentum, traditur per Bero. *in cons.*16.*n.*4.*lib.*3. vide eundem Lancell. *de attent. d. cap.*6. *n.*4. vbi quòd non est necessaria probatio causæ, & plures allegat.

QVÆRO VI. An minor & Ecclesia in integrum 28
restituantur ad proponendum causas suspicionis, vide Couar. *pract. quæst. cap.*26.*n.*4.

Adde in materia quòd iudex recusatus suspectus 29
poterit dare pro iudice suum Vicarium, seu locumtenentem.

nentem. Corſet. *ſing. tertij* 2e *pag. mihi* 215. Sed contrà per Lancell. *de attent part*. 2. *cap*. 6. *n*. 37. *& ſeq*. vbi quòd ſuſpecto allegato aliquo ſuperiore, cenſentur & omnes eius officiales allegati ſuſpecti; ſed vide *ibidem n*. 42. *& ſeq*. vbi omnes, & quando ordinarius ſuſpectus allegatus poſſit alium delegare.

30 Scias etiam in materia quòd non ſolùm in ciuilibus, ſed etiam in criminalibus, iudex poteſt vti ſuſpectus recuſari. Clar *in pract q*. 43. *in princ*. ſuper quo vide latè diſputantem Oſaſc. *deciſ. Pedem*. 15. *per tot*.

31 Quid autem iudex ſuſpectus allegatus debeat facete, videas per Cæpol. *caut*. 105. *& in addit*.

32 An autem in notoriis iudex recuſetur vt ſuſpectus, dixi *in Repert quaſt. crim. q*. 78. *n*. 32. *& ſeq*. poſui *in tit. de delict. q*. 21. *n*. 129. *& ſeq*. Dicas quòd iudex recuſatus poteſt recuſationem reiicere tamquam ex cauſa notoriè falſa & fruſtratoria; ſed quòd idem iudex non poſſit hoc cognoſcete, dixi ſuprà *num*. 17. & tunc geſta per ipſum non ſunt nulla, vt per Lancell. *de attent. part*. 2. *cap*. 6. vbi declarat id quod dicitur in notoriis poſſe recuſationem reiici, procedit in notorio facti permanentis, ſecus facti tranſeuntis, & *ibid. n*. 26. vbi quòd procedit in criminalibus. Item procedit vbi à iure eſt certa & determinata; ſecus ſi ſit arbitraria, vt *ibidem* per eum *n*. 27. Sed hæc vltima poſui *in tit. de delict. q*. 21. *n*. 129. *& ſeqq*.

33 Adde etiam in materia quòd iudex non poteſt vti ſuſpectus recuſari ab eo, qui illum elegit. *c. inſinuante, de offic. deleg* Abb. *in c. inter monaſterium, n*. 11. *verſ. Præterea iudicem impetrando, de re indic*. vide *infr. num*. 40. Quid ſi eſt electus à Procuratore, & non a principali, vide *infr. num*. 43.

34 Adde etiam quòd iudex ſuſpectus allegatus indignatur, & efficitur inimicus, *c. ſuſpicionis, de offic. deleg*. vbi gloſ *in verb. forſan prouocatus*, ſed non per hoc deſinit eſſe iudex. Catau. *ribn* 267. *n*. 11.

35 Adde etiam in materia quòd iudicis ſuſpecti allegatio debet fieri in ſcriptis, nec ſufficit viua voce. Roland. *conſ*. 19. *n* 18 *vol*. 3.

36 Rurſus adde quòd etiam Cardinales & Legati de latere poſſunt in iudicio contentioſo allegari ſuſpecti, ex traditis per eumdem Roland. *d. conſ*. 19. *num*. 17. *vol*. 3. vide Iacob. Pott. *conſ*. 91. *lib* 2.

37 Generaliter ſcias in materia quòd ſententia lata à iudice ſuſpecto eſt nulla. Luc. Per. *in form capital lib*. 5. *cap* 9. *num*. 10. Sed an proceſſus, & geſta poſt recuſationem iudicis ſint nulla ipſo iure, an verò ſit neceſſaria appellatio, vide ad hanc materiam Oſaſc. *deciſ. Pedemont*. 84. *per tot*. vbi pulchrè. Dic quòd ſententia iſto caſu lata, eſt ipſo iure nulla, ſecundùm veriorem opinionem, de qua per Cephal. *conſil*. 241. *num*. 19. *vol*. 2. Mandoſ *ad Lap. alleg*. 1. *verſ. Proceſſus*, vbi aliis relatis de magis communi. Item Mandoſ. iun. *ad Rom. conſ*. 120. *num*. 3. *littera B. verb. momenti*, vbi pariter de magis communi. Videas Lancellot. *de attentat*. 2. *part. cap*. 6. *num*. 1. *& ſeqq*. vbi dicit magis communem opinionem eſſe non eſſe aliquo pacto neceſſarium appellare; ſed omnia geſta poſt recuſationem ſunt nulla ipſo iure, & pro hac opinione, quem ipſe dicit veriorem, adducit plures authoritates teſtantes de communi, & magis communi, & eam ampliat aliquibus modis, de quibus *ibi* per eum *num*. 11. *& ſeqq*. Sed contraria opinio, quòd videlicet ſit neceſſaria appellatio, & quòd proceſſus non ſit nullus ipſo iure, ſeruatur in Rota, vt *ibi* per eum *num*. 1. 2. 3. *&* 48. vbi ſimiliter plures adducit qui hanc vltimam opinionem dicunt communem, & magis communem, vide ad hæc Rot. *deciſ*. 2. *n*. 6 *& ſeqq. part*. 2. *inter diu. & part*. 1. *deciſ*. 563. *n*. 2. & tenuit Rot. coram Bubalo Venetis 7. Febr. 86. in ſuis ſcriptis, *vol*. 1. *fol*. 36. & vide etiam Achil. de Graſſ. *in tit de except deciſm. & deciſ*. 3. Caput. *dec*. 172. *part*. 1. Burſat. *conſ*. 21. *num*. 19. *& ſeqq*. vbi etiam de materia. Sed ipſe *ibidem num*. 3. dicit hunc ſtilum Rotæ non eſſe ad alias ſententias extendendum. In quo aduertas quòd ſi fuerit appellatum à ſententia iudicis recuſati, tunc executio, & alia attentata poſt huiuſmodi appellationem ſunt nulla, & veniunt reuocanda, etiam quòd appellatio fuerit deſerta, ac etiam quòd de deſertione notoriè ex actis conſtaret, vt per Lancell. *de attent. cap*. 12. *in* 1. *amplias num*. 9. *& cap*. 6. *n*. 17. Vide in materia Iaffred. *deciſ* 47 vbi quando detur remedium recuſationis & appellationis ſimul, quando verò recuperationis ſolùm, & non appellationis.

Amplia hanc regulam non ſolùm in iudicibus ordinariis & delegatis ad totam cauſam, ſed etiam in mixtis exequutoribus ad articulum cauſæ deputatis, qui ſi allegentur ſuſpecti, eorum geſta ſunt nulla ipſo iure. Lancellot. *de attentat. d. part*. 2. *cap* 6. *num*. 12. *& ſeqq*. vbi allegat deciſiones Rotæ. Franc. *in c. nouit, num*. 5. *de appellat*. Quis autem dicatur mixtus, & quis merus exequutor, vide *in fragmentis, verſ. exequutor, &c. num*. 5. 38

Limita I. vt non procedat quando pars tacitè renunciaſſet recuſationi, putà comparendo coram iudice recuſato, quia tunc per ipſum geſta ſunt valida, niſi in comparitionibus, & in quolibet actu fuerit proteſtatum de non conſentiendo in iuriſdictionem, vt *ibidem* per Lancell. *d. part*. 2. *cap*. 6 *n*. 28. *& ſeqq*. vbi propterea dicit non ſufficere proteſtationem generalem, quod videlicet per quemcunque ſubſequentem actum non intendit conſentire, &c. quia, vt dixi, in quolibet actu eſt repetenda, vt *ibi* per eum. Vide Iaſ. *in l. error, n*. 16. *& ſeq. C. de iur. & fact. ignor*. Felin. *in c. inſinuante, n*. 11. *de offic. deleg*. 39

Quid in arbitro, an poſſit ſuſpectus recuſari, & an ab eo geſta ſint nulla, vide *ibid* per Lancellot. *d. cap*. 6. *num* 43. *& ſeq*. faciunt ſuprà tradita *num*. 33. Dic quòd ex ſuperuenienti cauſa etiam arbiter poteſt ſuſpectus allegari; ſecus verò arbitrator, ſecundùm communem, de qua per eumdem Lancellot. *cap*. 15. *num*. 158. *& ſeqq*. 40

Limita II. quòd licèt proceſſus & ſententia poſt recuſationem iudicis ſint nulla, ſi tamen ſententia fuerit iuſta, poteſt confirmari, ſecundùm communem, de qua *ibid*. per Lancell. *num*. 53. Peregr. *deciſ*.. *lib*. 1. allegat *conſ*. Alex. 73. *in* 6. *vol*. 41

Adde in materia quòd etiam tertius comparens pro ſuo intereſſe poteſt iudicem ſuſpectum recuſare. Lancell. *de attent. d. part*. 1. *cap*. 6. *num* 59. 42

Item iudex electus à Procuratore, poteſt recuſari ſuſpectus à principali, ſi & ipſe non conſenſit in iuriſdictionem. Lancell. *de attent. ibid. num* 60 *& ſeq*. vbi ait ita fuiſſe tentum in vna Gerund. coram Capizuccho 16. Decembris 1555. faciunt ſuprà tradita *n*. 33. 43

Et an requiratur mandatum ſpeciale in allegatione iudicis ſuſpecti, vide infrà *quaſt*. 77. *n*. 21. 44

Et quòd omni exceptione prohibita non cenſeatur prohibita exceptio recuſationis iudicis, dixi ſuprà *quaſt*. 21. *n*. 29. quæ ponas hic. 45

Ad cauſas quibus iudex recuſatur ſuſpectus, adde generaliter quòd iudex faciliùs accuſatur ſuſpectus, quàm teſtis, vt per Dec. *in cap. cum ſpeciali, num*. 22. *de appellat*. cum aliis per Montiecll. *in Reper. teſtium, pag*. 279. *col*. 2. *verſ*. 5. vbi remiſſiuè ponit rationem, & in contrarium allegat Butr. *in c. cum B. n*. 14. *de offic. deleg. lib*. 1. *part*. 2. 46

Iudex poteſt appellari ſuſpectus ſi contra aliquem aliquod verbum durum protulerit, ſecundùm Parid. de Put. *in tract. ſyndic. in verſ. Index, cap*. 7. *n*. 15. 47

Iudex cuius iuriſdictio fuit declinata ab aliquo, non poteſt ampliùs tamquam ſuſpectus in illa cauſa ſe ingerere. Iaffred. Lanfran. *dec*. 259. *cent*. 3. vbi de materia. 48

·QVÆSTIO XLIII.

De probatione filiationis, & legitimitatis.

SVMMARIVM.

1. *Filiatio non præsumitur, ideo probanda.*
2. *Legitimitas an præsumatur, & per quem probanda, & num.52.*
3. *Filiatio, seu legitimitas quomodo probetur, generaliter, & num.50.*
4. *Articuli probantes filiationem quomodo formandi.*
5. *Testes probantes filiationem quid debeant concludere, & num.49.*
6. *Filiatio est difficilis probationis.*
   Ideo probatur coniecturis, ibid.
7. *Sed quæ sint ista coniectura, generaliter.*
8. *Filius natus in domo mariti an præsumatur potius ex viro, quàm ex adultero natus, generaliter, & n.9. vbi multa alia præter infraposita.*
   Regula sit quod non præsumitur ex adulterio natus, ibid. vbi de materia.
10. *Amplia etiam quòd mulier cum adultero cohabitasset.*
11. *Et cum adultero rem habuisset.*
12. *Quòd maritus fuisset absens, & num.13.*
14. *Et quid de filio nato in septimo mense in 180. die, in partu octimestri, nonimestri, & similiter.*
15. *Amplia etiam quòd mater dicat filium non esse legitimum, & natum ex adultero.*
16. *Sed quid si filius fateatur etiam se adulterum.*
17. *Amplia etiam quod mulier diu sterilis diuertat à viro, & aliquot post dies reuersa filium domi pariat.*
18. *Limita de iure Canonico.*
19. *In viro multum sene.*
20. *In viro infirmo, &c.*
21. *In filio qui licèt sit natus domi, fuit tamen educatus & tractatus pro filio ab adultero.*
22. *Quando pro spurietate concurrerent coniectura.*
   Spurietas enim coniecturis probatur, ibid.
23. *Filiatio probatur per nomen patris filio posthumo datum.*
24. *Filiationis causa coram quo iudice tractanda.*
25. *Filiatio non probatur per nominationem, & num.seqq. & 47.*
26. *An per epistolam, ibid.*
   Filiatio an probetur per librum patris in quo descripsit omnes filios, ibid.
   An per legitimationem, ibid.
   An ex institutione.
27. *Filiationis quasi possessio an probet filiationem, ibid. & n.seqq. & 51.*
28. *Quid in causa alimentorum.*
29. *Quid in antiquis.*
30. *Testes de auditu an probent filiationem, & n.49.*
31. *Filiatio an probetur per tractatum, & n.seqq. & 46. vbi alia præter infrà scripta.*
   Regula sit quod sic, ibid.
32. *Amplia primo etiam in iudicio petitorio.*
33. *Amplia etiam quod post mortem patris fuerit vti filius ab alijs tractatus, de quo vide n.36.*
34. *Etiam quod de domo patris fuerit aliquando reiectus. Sed de hoc vide n.16.*
35. *Etiam in vnico actu tractationis.*
37. *Limita quando tractatus sonat potius in pietatem, quam in filiationem.*
   Filiatio an probetur per alimentationem, num.40.
38. *An per famam.*
39. *An ex dilectione.*
41. *An ex cohabitatione.*
42. *Filius natus ex concubina an præsumatur natus ante, vel post desponsationem.*
43. *Filiatio an probetur per similitudinem effigiei paternæ.*
44. *An per testes de credulitate.*
45. *An ex verbis enunciatiuis.*
46. *Filiatio respectu matris quomodo probetur.*
48. *An per sententiam latam inter patrem, & filium.*
53. *Filius natus ex meretrice cuiusnam filius præsumatur.*
54. *Filiatio an probetur ex libro Baptismi.*

FILIATIO nulli dubium quòd probanda 1
est per eum, qui se fundat in ea, vt per Roland. *cons.22.num.1.& seqq.vol.3.& cons.63. n.10 & seqq.vol.1.* & dicemus latiùs in alia quæstione legitimationis personarum. Pro primo dicto adde Mascard. *conclus.786.num.1.& 2.* vbi ampliat, siue agat, siue conuentus excipiat.

Legitimitas autem per quem sit probanda, & sic 2
an quis præsumatur potius legitimus, quàm spurius, habetur per Hercul. *de negat.num.*108. Villalob. *in com. opin.litt.L. num.*63. & faciunt infrà tradita *num.* 8. *& seqq.* vide *infr.num.*52. Mascard. *conclus.786.n.7.& seqq.* vbi dicit quòd agens tamquam filius, debet probare se non solùm filium, sed etiam legitimum, quia talis qualitas legitimitatis non præsumitur, nisi probetur, & idem *in conclusione* 795. *num.*5. *& conclus.*799. *num.*9 *& seq.* vide *infr.num.*52. fallit quando agit ad id quod filius potest consequi, etiam quòd non sit legitimus, quia tunc non est necesse probare legitimitatem. *ibidem num.*11. vide *infr.num.*50. vbi quomodo probanda legitimitas, & de materia huius articuli vide infrà *num.*52.

Sed quomodo probetur filiatio, vide Petr. *de fideic.* 3
in eius Repert.in verb. filiatio. Pontan. *in tract.de alim. cap.* 3. seu legitimitas. de hoc etiam *in num* 50. ad hanc materiam generaliter præter infraposita videas per Soc. *cons.39. num.7.& 8.vol.1.* Grat. *resp* 62. *& resp.*146. *secunda parte.* Pulchrè Dec. *cons.54.per tot.* Alciat. *de præsumpt. reg.3. præsumpt.* 18. *num.* 4. *& seq.* Iacob. Æmilian. *cons.94.per tot* Duen. *reg.*341. *& seqq. &* 344. Villalob. *litt. F. num.* 62. 152. *& seq & litt. M. num.* 31. Natt. *consil.59. num.* 25. *lib.* 1. & latiùs *consil.*235. *num.*1. *& seqq. & consil.* 473. *n.*26.28. *&* 29. *lib.*2. Mandell. *consil.6.num.*11. & pleniùs *consil.*83. *per tot.* Couart. *de sponsal.& matrim.pag.mihi* 160 *num.*1. *& seqq.* vbi pulchrè Corba *pag.*329. *& seq &* 378. Monticell. *in suo asserto Repert.sect.pag.*392. *& seqq.in discursu,* vbi latè.

Et particulariter quid sit articulandum in proba- 4
tione filiationis, traditur per Menoch. *de arbitr.quæst. pag.mihi* 140. *num.*96. *in magnis.* Mascard. *conclus* 787. *num.*10. vbi quòd sunt formandi duo articuli; in vno dicatur quòd talis fuit & est filius talis: in alio quòd talis fuit, & est in quasi possessione filiationis, & sic vnus articulus respicit veritatem filiationis, & proprietatem, alius verò possessionem. & idem *in conclus* 797. *num.*1. Sed quòd immò tres sint formandi articuli *num.* 3. *&* 4. vbi exemplificat, & *ibi* etiam ponit quòd alij dixerunt sex requiri articulos Veritas est quòd vnus sufficit articulus concludens super quasi possessione filiationis, vt *ibidem num.*2. *&* 4. & per Placam *in Epitom. delict.cap.41.pag.mihi* 699. *n.*8.
vbi quòd testes probantes filiationem debent tria 5
concludere, de quibus *ibi* per eum, & per Monticell. *in d. suo Repert.pag.*392. *& seqq.* vbi de materia testium probantium filiationem. porrò generaliter & particulariter multos modos quibus testes dicantur probare, & non probare filiationem, videas generaliter & particulariter per Mascard. *conclus.*797. *num.*13. *& omnibus seqq. in discursu*, & faciunt infrà tradita *n.*49. ad hæc Mascar. *de fideicom.q* 55. Roland. *cons.*32. *n.*24. *vol.*3.

Dicas

6 Dicas quòd filiatio eſt difficilis probationis, ideo ſufficiunt coniecturæ, vt per Menoch. *de arbitr. quæſt. pag.* 136. *num.* 2. *& ſeqq. num.* 11. *& ſeqq.* faciunt infrà tradita *num.* 22. Monticell. *d. pag.* 392. *col.* 2. *verſ.* 5. 7. *& pag.* 393. *col.* 1. *verſ.* 4. *& col.* 2. *verſ.* 3. Regula ſit quòd probatio filiationis nedum difficilis, ſed ferè impoſſibilis à iure reputatur. Maſcard. *concluſ.* 78. *num.* 5. *& ſeq.* Ideo ſufficiunt coniecturæ & præſumptiones, *n.* 3. 4. *&* 11.

Amplia I. quòd licèt reſpectu matris filiatio poſſit directe probari per obſtetrices, & alios teſtes, qui fuerunt præſentes partui, *num.* 1. *&* 2. tamen & etiam iſto caſu in probando quem eſſe filium matris, ſufficiunt coniecturæ, & præſumptiones, vt *ibidem num.* 7. *&* 8. licèt aliqui *ibi* relati contrarium dixerint.

Amplia II. vt filiatione per coniecturas probata intelligatur verus filius, & certus pater, *n.* 13.

Amplia III. vt coniecturæ ſufficiant etiam in probatione filiationis ſpuriorum, *num.* 15.

Amplia IV. vt vnica ſufficiat coniectura, *n.* 16. & multo magis ſufficiunt duæ, vel tres coniecturæ, vt per Maſcard. *concl.* 796. *n.* 1. 2. *&* 3.

Amplia V. vt in probanda filiatione plures præſumptiones coniungantur ad faciendam plenam probationem, per regulam, *Si non proſunt ſingula, &c.* Maſcard. *d. concluſ.* 796. *num.* 1. 2. *&* 3. Vide tamen *ibidem num.* 4. 5. *&* 6. vbi plura allegantur conſilia Doctorum, in quibus plures concurrunt præſumptiones, & tamen non dicitur plenè probata filiatio, & ſic non habet locum regula, *Si non proſunt ſingula, &c.*

Limita I. dummodò ſint coniecturæ legis, ſecus ſi hominis, *num.* 12.

Limita II. niſi agatur de auferendo hæreditatem alienam, quia tunc præſumptiua probatio non ſufficit, *num.* 17. Sed de hac limitatione vide etiam infrà *num.* 27.

Limita III. vt credatur coniecturis, ſi ita iudicis arbitrio viſum fuerit, *num.* 18.

Limita IV. quando vir, & coniux fuiſſent carcerati in aliquo loco cum bona cuſtodia, abſque eo quòd per ſpatium vnius anni nullus ingredi poſſet, qua fœmina reperta prægnante, & cuſtodibus deponentibus quòd nemo ad eam aditum habuit, excepto viro, filius inde natus dicitur verè filius. Et ſic eſt caſus, in quo probatio filiationis non dicitur impoſſibilis reſpectu patris, vt in regula; ſic Maſcard. *d. concluſ.* 787. *n.* 9. licèt aliqui contrà, vt *ibi.*

7 Sed quæ ſint iſtæ coniecturæ probantes filiationem? Multæ traduntur per Neuizan. *conſ.* 54. *num.* 9. *& ſeqq.* Hercul. *de negat. n.* 297. *&* 311. & dicitur in diſcurſu quæſtionis.

8 Inter alias coniecturas de illa potiſſimum in materia apud Doctor. controuertitur, an videlicet filius natus in domo mariti præſumatur legitimè, vel ex adulterio natus, ſuper qua concluſione præter infrapoſita vide Duen. *reg.* 344. Nouell. *reg.* 92. Laucell. *in ſuo Bren. iuris pag. mihi* 386. *num.* 28. Gozad. *conſil.* 12. *&* 13. Alciat. *de præſumpt. d. præſumpt.* 37. *reg.* 3. *& reg.* 1. *præſumpt.* 35. *num.* 1. Grat. *reſp.* 158. *n.* 7. *& ſeq.* 2. *p.* Curt. iun. *conſ.* 31. *num.* 3. Villalob. *in com. opin. pag. mihi* 158. *num.* 31. Aym. *de antiquit. temp. pag. mihi* 31. *num.* 13. *in paruis.* Cotta *in memoriali pag. mihi* 329. *& ſeq. &* 378. Cephal. *conſ.* 62. *num.* 82. *& ſeqq. vol.* 1. Imo. *concluſ. & reg.* 18. *pag. mihi* 36. Neuiz. *conſ.* 54. *n.* 9. *& omnibus ſeqq. & n.* 39. *& ſeqq.*

9 Regula ſit quòd non præſumitur ex adulterio natus.

Limita I. hanc regulam, quando filius natus eſſet cæcus, vel claudus, quia propter peccatum præſumitur ſic natus ex adultero. Maſcard. *concl.* 788. *n.* 17. ſed contrà *n.* 18.

Limita II. quando fuiſſet inſtitutus hæres ab adultero, *num.* 20.

Limita III. in vidua quæ peperit poſt mortem viri, etiam infra nouem menſes, quia probatur quòd tempore viri adulterata fuerit, ex adultero præſumitur natus filius, & non ex viro. Sed de veritate & materia huius limitationis, vide *ibidem n.* 22. 23. 24. *&* 46. vbi de nato in 11. menſe poſt mortem viri quòd filius in dubio præſumitur natus ex marito. Maſcard. *concluſ.* 788. *n.* 1.

Amplia etiam quòd filius in effigie ſit ſimilis adultero, & non marito, *num.* 12. Amplia vt etiam natus ex concubina, vel meretrice domi retenta præſumitur filius illius, qui illam domi retinet, quod quando verum ſit, & filius natus ex meretrice, cuius præſumatur, vide *ibidem num.* 25. *& ſeqq. vſque ad num.* 35.

Amplia vt talis præſumptio ſit iuris, & de iure, & propterea non recipit probationem in contrarium, *num.* 35. Sed contra *num.* 36. vide aliquid infrà *n.* 22. quantumcunque vxor cum alio adulterauerit, & hæc poteſt eſſe ampliatio ad regulam, pro qua ampliatione adde Maſcard. *concluſ.* 788. *n.* 6. *& concluſ.* 798. *n.* 2. vt per Imol. *d. concluſ.* 18. & per Menoch. *de arbitr. quæſt. caſ.* 89. *pag. mihi* 136. *num* 10. *& ſeqq. in magnis*, & alios ſuprà allegatos, *l. miles, §. defuncta, ff. de adulter. l. filium cùm diffinimus, ff. de iis qui ſunt ſui, vel alien. iur.* Achil. de Graſſ. *in vna Amerina deciſ. ſub tit. de filio, & filiatione.* Maſcard. *concluſ.* 1003. *n.* 34.

Limita hanc regulam, vt hæc ſimplex præſomptio non ſufficiat niſi etiam ille filius natus ſit pro filio nominatus, educatus, & tractatus à marito, vt per Maſcard. *concluſ.* 788. *num.* 41. & faciunt infrà tradita *num.* 21.

Limita etiam vt hæc ſola præſumptio non ſufficiat quando agitur de auferendo hæreditatem alicui, *num.* 48.

10 Amplia I. vt hæc regula procedat etiam quòd mulier cum adultero cohabitaret, ſi modò viro acceſſus liber patebat ad vxorem. Imol. *d. concluſ.* 18. Menoch. *ibidem num.* 25. vide in hac ampliatione Achill. *in deciſ. ſupra allegat.* & pro ampliatione adde Maſcard. *concl.* 788. *num.* 9.

Limita quando maritus raro adiret vxorem, quia præſumitur filius adulterii, ob frequentiorem conuerſationem, *ibidem* per Maſcard. *n.* 11. & eſt pulchra declaratio.

Amplia I. ampliationem, etiam quòd vxor ſtaret in lupanari, quia ſi ad eam vir habebat acceſſum, illius præſumitur filius.

11 Amplia II. vt eadem regula procedat, etiam quòd probetur mulierem eo tempore cum adultero rem habuiſſe, vt per Menoch. *ibid. num.* 10. & per Roland. *conſ.* 22. *n.* 9. *vol.* 3.

12 Amplia III. etiam quòd maritus per aliquod tempus fuiſſet abſens, vt per Imol. *ibid. d. concl.* 18.

13 Quod intellige ſi fuit abſens per parui temporis ſpatium, vnde ſecus ſi diu fuerit abſens, puta per decennium, & domum reuerſus anniculum inuenerit, quia tunc præſumitur natus ex adulterio. Vide Achil. *vbi ſuprà.* Idem ſi fuerit abſens tempore conceptionis, quia tunc ſumus in claris. Maſcard. *concluſ.* 788. *num.* 34. *&* 40. vt *ibidem* per Menoch. *pag.* 137. à tergo, *num.* 32. *& ſeqq.* vbi etiam quid de filio nato in ſeptimo menſe, quid de filio nato in 180. die. Quid in partu 14 octimeſtri, nonimeſtri, decimeſtri, ac ſimilibus, an tunc filius ita natus præſumatur ex adulterio, vel ex marito legitimè natus, vide *ibidem dicto num.* 32. *& ſequentibus*, & latiùs per Maſcard. *concluſ.* 805. *per tot.*

15 Amplia IV. vt eadem regula procedat etiam quòd mater fateatur filium eſſe natum ex adulterio;

talis enim confessio matris filio non præiudicat, vt per Imol. *d. concl.* 18. Nouell. *reg.* 92. Menoch. *ibidem num.* 27. Mascard. *conclus.* 788. *num.* 2. Amplia hanc ampliationem, vt nec tali assertioni matris filius teneatur stare in foro conscientiæ. Mascard. *d. conclus.* 788. *num.* 3. *& seq.* vbi è contra, & declarat.

16 In quo aduertas quòd si cum confessione matris concurreret confessio filij, si filius facit se appellare filium adulteri, præsumitur illius filius, vt per Mascard. *conclus.* 788. *num.* 19. *& conclus.* 789. *num.* 3. vbi quòd si pater & mater negant quem esse suum filium, & ille consentit negationi parentum, talis consensus ipsi nocet, qui etiam fateretur spurietatem, tunc sine dubio non præsumetur legitimus, vt *ibidem* per Imol. *d. conclus.* 18. & vide in proposito Achil. *in decis. vbi suprà.* Mascard. *conclus.* 788. *n.* 14. *&* 16. vbi pro & contrà, & declarat.

17 Amplia V. vt eadem regula procedat, etiam si mulier diu sterilis diuertat à viro, & aliquot post dies reuersa filium domi pariat, vt per Menoch. *ibidem num.* 31. *pag.* 157. Mascard. *conclus.* 788. *num.* 21. Sed contrà *n.* 10. consideret dicta horum Doct. quomodo loquantur.

18 Limita I. modò eamdem regulam, vt procedat de iure ciuili, secus verò de iure Canonico, vt per Ceph. *cons.* 81. *n.* 62. *& seqq. vol* 1.

19 Limita II. quando vir esset multum senex, puta octuagenarios, vt per Imol. *ibid. d. concl.* 18. & per Menoch. *ibid. n.* 55 *& seqq* Mascard. *conclus.* 788. *n.* 43. 44. *&* 45. *& conclus.* 798. *n.* 3.

20 Limita III. quando vir esset infirmus, & sic impotens ad generandum, vt per Imol. *d. concl.* 10. & per Menoch. *ibidem num.* 53. & per Neuiz. *cons.* 34. *num* 18. vbi declarat Acbil. *vbi suprà.* Mascard. *conclus.* 788. *n.* 40. 41. *&* 42.

21 Limita IV. in filio, qui licèt sit natus in domo viri, fuit tamen ab adultero educatus, & pro spurio per publicam famam reputatus, vt *ibidem* per Imol. *d. conclus.* 18. Sed contrà Achil. *vbi suprà.* Vide Mascard. *conclus.* 788. *num.* 13. 14. *&* 15. vbi pro & contra, *& num.* 37. *&* 38. vbi pariter pro & contrà Mascard. *conclus.* 789. *num.* 8. vbi quòd si filius consenserit tractatui per adulterum facto, præsumitur illius filius, etiam quòd sit natus in domo mariti matris suæ, secus si non consentit tractatui facto per adulterum, quia præsumitur filius illius, in cuius domo natus est, quando præsertim ibidem fuerit etiam tractatus vt filius, quia isto casu concurrunt duæ præsumptiones, vna resultans ex tractatu, altera quia natus in domo, vt *ibidem num.* 7.

22 Limita V. quando in contrarium essent plures coniecturæ, de quibus vide exemplificantem Menoch. *ibidem num.* 14. *&* 65. *& seqq.* vbi ponit coniecturas spurietatis, & faciunt suprà tradita *num.* 6. Sed in materia huius limitationis, vide omnino Achil. *in decis. vbi suprà,* vbi videtur tenere contrarium, & distinguit coniecturas.

23 Filiatio probatur per nomen patris filio posthumo datum, vt per Petram *sing.* 75. Mascard. *concl.* 789. *n.* 18. *vers. Nonus, &c.*

24 Filiationis causa coram quo iudice sit tractanda, ponitur per Couarr. *de sponsal. & matrim. pag.* 160. *num.* 1. *& seqq.* Ista est materia posita *in crimin. in titul. de Inquisit. quæst.* 8. *in* 2. *ref. sub* 11. *limitat. num.* 146. *& seqq.*

25 Filiatio ac legitimitas an probetur per nominationem, habetur per Couarr. *de sponsal. & matrimon. pag. mihi* 180. *num.* 1. *& seqq.* Petram *singul.* 60. vbi, an spurius dicatur legitimatus per filialem nominationem. De materia vide *in num.* 47. Duen. *regul.* 348. Costa *in memoria, pag. mihi* 521. Cephal. *consil.* 48. *num.* 15. *&* 16. *vol.* 1. Natt. *consil.* 59. *num.* 15. *lib.* 1. *& consil.* 235. *num.* 1. *& seqq. & consil.* 473. *num.* 26. *& seqq.* Mandel. *consil.* 6. *num.* 11. *& consil.* 83. *per tot.* Roland. *consil.* 22. *n.* 4. 6. 7. 25. 26. 27. 30. *&* 31. *vol* 3. Menoch. *de arbitr. quæst. pag. mihi* 159. *in magnis, num.* 77. *& seqq.* vbi facit regulam quòd nominatio non est legitima probatio filiationis, & eam pulchrè limitat pluribus modis, ideo ad eam recurras in materia, *& num.* 80. vbi particulariter ponit quid de eo qui scripsit filium statim quòd est natus, in suo libro, dic quòd tali modo probatur filiatio. Mascard. *concl* 794. *num.* 4. *&* 5.

Amplia etiam quòd sic filius scriptus sit in aliquo memoriali, *num.* 6. 26

Amplia etiam vt nominatio facta in epistola transmissiua per patrem, vel ipsi filio, vel tertio, probat filiationem, *num.* 10.

Limita I. vt hoc procedat in probatione filiationis legitimæ ex vxore, vel concubina, secus ex meretrice, quia non probat filiationem hæc patris memoria, *num* 8.

Limita II. nisi probetur contrarium, *num.* 5. 7. *&* 12. & an filius maior factus præsumatur ille idem, qui est scriptus in libro patris, *num* 9. vide Roland. *d. consil.* 22. *num.* 7. *&* 23. vbi, an nominatio iuncta cum institutione probet filiationem. Dic quòd sic, vt per Mascard. *conclus.* 793. *num.* 1. *&* 5. licèt alij contrà *num.* 2. 3. *&* 4.

Amplia vt isto casu non solùm probetur filiatio, sed etiam legitimitas, *num.* 6. & idem *in conclus.* 798. *num.* 11.

Amplia item in exhæredatione, *num.* 7.

Amplia item in legato facto alicui vti filio, *num* 8. sed contrà *num.* 9. *&* 10. vbi quòd si legatum est factum pro legitima, tunc censetur probata & filiatio, & legitimitas. Et quia nominatio patris constituit filium in quasi possessione filiationis, vt per Neuiz. *consil.* 34. *num.* 10. *&* 30. latè comprobat Hippol. Rimin. *consil.* 329. *num.* 4. *& seqq.* vbi ampliat etiam quòd sit incidenter facta, de quo vide infrà *num.* 47. vbi latè de materia. Ideo ad hanc materiam nominationis vide quæ infrà *num.* 27. traduntur de quasi possessione filiationis. Roland. *consil.* 96. *num.* 15. 47. *& seqq. vol.* 3. vbi particulariter, an filiatio probetur per legitimationem, de quo vltimo vide etiam quæ dicta sunt *in Repertor. contract. quæst.* 49. *cap.* 1. *num.* 27. *& infrà num.* 46. *in* 2. *limitat. vers. legitimare aliquem, &c.* Ad materiam vide omninò infrà *num.* 47.

Filiationis quasi possessio an probet filiationem præter suprà tradita *num.* 25. *& seq.* vbi particulariter diximus de nominatione, vide latè per Aym. *consil.* 149. *num.* 2. *vol.* 2. Roland. *consil.* 22. *num.* 5. 28. *& seqq. vol.* 3. Cephal. *consil.* 81. *num.* 53. *vol.* 3. Afflict. *decis.* 25. *num.* 1. vbi de quasi possessione sororitatis. Natta *consil.* 81. vbi *num.* 22. dicit quòd quasi possessio filiationis, vel consanguinitatis, transfert onus probandi contrarium in aduersarium, etiam in decisoriis, ac etiam si tractetur de obtinendo aliquam hæreditatem, secundùm magis communem, de qua dicit testari Corn. *cons.* 1. *num.* 22. *vol.* 3. & Dec. *cons.* 54. *col. pen.* & Paris. *consil.* 10. *num.* 61. 64 69. 73. *&* 110. *vol.* 2. & pro hac eadem opinione, quòd scilicet quasi possessio transferat onus probandi contrarium, etiam in decisoriis, relatis per Mascard. *conclus.* 786. *num.* 5. *&* 6. qui testantur de communi, & latiùs *conclus.* 799. *n.* 23. *&* 24. Sed in contrarium est magis communis, vt *d. num.* 6. *vers. Verior tamen, & ibi* respondit contrariis, & deinde tribus modis nititur conciliare has contrarias opiniones, quas *ibi* per te videas, & *conclus.* 799. *num.* 25. *&* 26. vbi conciliat has opiniones duobus 27

ahis modis. Adde Cephal. *conſ.* 137. *num.* 4. *& ſeqq.* vbi quòd licèt filiationis, ſeu fraternitatis, ſicut nominatio conſtituit filium in quaſi poſſeſſione filiationis, ita & fratrem in quaſi poſſeſſione fraternitatis, & conſanguinitatia, vt dixi infrà *num.*47.*in* 1. *ampliat.*& vide infrà etiam *num* 46.*in* 3.*limit.*vbi contrà;quaſi poſſeſſio enim cadit nedum in filiatione,ſed etiam in conſanguinitate. Maſcard. *concluſ.*790. *n.*16. *& ſeqq. Quaſi poſſeſſio.* & ſic nominatio in deciſoriis petitorij iudicij non inducit plenam probationem. Pro hac opinione adde Maſcard. *concluſ.*786. *num.* 3. *&* 4. vbi quòd quando ſumus in deciſoriis, & principaliter agitur de filiatione, illa non dicitur plenè probata per quaſi poſſeſſionem, & *num.*6.*verſ. Verior tamen*, *&c.* vbi de magis communi, & latiùs *in concluſ.*799. *num.*18. *& ſeqq.* Tamen hoc fallit,

28 Primò in cauſa alimentorom, vt *ibi num.*7. In cauſa enim alimentorum non eſt neceſſe plenè probare filiationem ac legitimitatem, ſed ſufficit quaſi poſſeſſio. Maſcard.*concluſ.*786.*n.*10.

29 Secundò fallit quando concurrerent & aliæ coniecturæ,vt *ibi num.*8. & per Maſcard.*concl.*199.*n.*25.

Tertiò fallit in antiquis,vt *ibi num.*45. vbi quòd in antiquis. Pur. *deciſ.*518. *lib.*2. vbi loqoitur in tempore 60. annorum. Maſcard. *concluſ.* 687. *num.* 14. vbi quòd in antiquis probatio filiationis facta per coniecturas dicitur vera & certa, *& concluſ.* 799. quòd in antiqois ſufficit quaſi poſſeſſio filiationis, *num.* 15. Filiatio probatur per famam de fama, vide *num.*38. per teſtes de aoditu, de hoc vide etiam *ſub n.*49. Item & per inſtrumentum.

30 Quartò fallit, quia iſta quaſi poſſeſſio ſaltim transfert onus probandi contrarium in aduerſarium, vt *ibi num.*44. faciunt ad hæc tradita *num.*3.*& ſeqq.* & infrà inter diuerſa, *verſ. Affinitas quomodo probetur*, vide etiam infrà *num* 51.

31 Filiatio comprobatur per tractatum. faciunt ſuprà tradita *num.*25.26.27. *& ſeqq.* Particulatiter ſuper iſta materia vide Ceph. *conſ.* 82. *num.* 48. *vol.* 1. Vide infrà *num.* 39. *& ſeq.* & latiùs *num.* 46. Menoch. *de arbitr. quæſt. pag.mihi* 139. *num.* 69. *& ſeqq.* vbi facit regulam quòd ſi quis ab aliquo educetur, & tractetur vt filios,tunc in quaſi poſſeſſione filiationis, quòd ea tractatu conſtituatur in quaſi poſſeſſioue filiationis. Maſcard. *concl.*789.*n.*10.*&* 11.

Amplia quòd talis quaſi poſſeſſio transfert onus probandi contrarium in aduerſarium. Vide *num.*11. *verſ.quod vſque,&c.* Conſtituitur & pro vero filio habetur. Roland.*conſ.*96.*num.*47.*& ſeq. vol.*3.Maſcard. *concl.*789.*n.*1.

32 Amplia I. etiam quòd agatur in iudicio petitorio, vt *ibidem* per Menoch.*num.*70.vide Boſſ. *in tit.de partu ſuppoſito num.*9.11.*&* 27.Maſcard.*concluſ.*789.*num.*9. vide infrà *n.*46 *in* 5.*ampliat.*

33 Amplia II. etiam quòd poſt mortem patris,fuerit vti filios ab aliis tractatus,*ibidem num.*75.vide *in n.*36. Sed aduerte quòd contra tractantem poſt mortem mariti, tractatus probar filiationem. Maſcard. *concluſ.*789.*n.*21.

34 Amplia III. etiam quòd filius iſte aliquando de domo patris reſpueretur,vt *ibidem* per Menoch. *n.*73. Vide infrà *n.*36.Maſcard.*concl.*789.*n.*5.

35 Amplia IV. etiam ſi adeſſet vnicus actus tractationis,vt *ibid.*per Menoch.*num.*74.Maſcard.*concl.*789. *n.*22. vbi etiam videtur requirere aliqualem dominationem in filium.

36 Limita I. quando filius à patre reiectus in alterius domum ſe contulerit,à quo vti ſuoo patre fuerit tractatus *ibidem* per Menoch.*n.*75.vide ſuprà *num.*33. *&* 34. pro limitatione adde Maſcard. *concluſ.* 789. *num.*6.

Limita II. quando tractatus ſonaret potius in quamdam pietatem, quàm in filiationem,puta in eo, qui ſimpliciter alimenta præſtirit, vt *ibidem* per Menoch. *num.*76. vide infrà *num.*40. Pro limitatione adde Maſcard. *concluſ.*789. *num.*37. *&* 17. vbi de eo qui dicit ſic facere propter amorem Dei, & intuitu pietatis. 37

Filiatio non probatur per famam; ſola fama non probat filiationem, nec inducit quaſi poſſeſſionem filiationis. Maſcard. *concluſ.* 791. *num.* 5.6.*&* 7. *verſ. ſed littera ſcribentium.* Sed contrà quòd imò ſola fama conſtituat filium in quaſi poſſeſſione filiationis, *num.*407. *verſ. Iſtorum autem*, *& num.*10.vbi pro ſola fama ſaltem transfert onus probandi in aduerſarium, *& num.* 1. vbi ſimpliciter dicitur quòd per famam, & communem opinionem quis conſtituitur in quaſi poſſeſſione filiationis: at fama iuncta cum adminiculis ſine dubio filiationem probar, *num.* 8. Et quomodo ſit concipiendus articulus in probando bonam famam, & communem opinionem filiationis, vide eundem Maſcard. *concluſ.*797.*num.*24.& latiùs Petra *de fideiuſ. quæſt.* 11. *num.* 439. *& plur. ſeqq.* Diai aliquid *in quæſt. crimin. lib.*2. *tit. de indic.& tort. quæſt.*47. *num.* 94. *& ſeqq.* Nouell. *reg.*4. *num.*5. Fallit in antiquis, vt diai ſuprà *num.*29. In antiquis ſola fama probat filiationem. Maſcard. *concluſ.* 791. *num.* 9. Generaliter ſuper hac materia vide Menoch. *de arbitr.quæſt. pag.mihi* 140. *num.*86. *& ſeqq.* Maſcard. *concluſ.*753.*n.* 10.vbi quòd filiatio probatur per famam. 38

Amplia I. in probando filiationem illegitimam, & ſic ſpuriorum. Maſcard. *concl.*791.*n.*11.

Amplia II. quia pro fama probatur etiam fraternitas & conſanguinitas, *ibid.n.*12.

Limita I. quando in contrarium adeſſet negatio parentum, *num.*13, Idem ſi contrà vrgeret aliqua alia præſumptio, *n.*14.

Limita II. quoad plenum tertij præiudicium,*n.*15. licèt aliqui contrà, vt *ibi.*

Limita III. dummodo fama ſit vniuerſalis totius, vel maioris partis populi, aut viciniæ: ſecus ſi ſit ſingularis aliquorum tantùm, *n.*16.*&* 19.

Limita IV. dummodo fama ſit legitimè probata, iuxta requiſita in probatione famæ,aliàs ſecus, *n.* 17. *& ſeqq.* vbi infert,

Filiatio probatur ex dilectione. Pariſ. *conſil.* 10. *num.* 6. *car.* 60. *vol.* 2. faciunt ſuprà tradita *num.* 31. *& ſeqq.* 39

Filiatio an probetur per alimentationem, ponit idem Pariſ. *d. conſil.* 10. *num.* 17. *&* 102. *& conſil.* 12. *num.*147. *eodem vol.* 2. & faciunt ſuprà tradita *num.*31. *& ſeqq.* præſertim *num.*37. Roland. *conſ.*96. *num.* 47. *& ſeq. vol.* 2. vbi an filiatio probetur per educationem. Maſcard. *concluſ.* 795. *per tot.* vbi relatis contrariis concludit quòd ſola educatio, & alimentatio non probat filiationem, ſecus adminiculata cum aliqoa coniectura. Sed aduerte quòd quando filius non eſt natus ex vxore, vel concubina, ſed ex aliqua muliere, ad quam viro erat aditus clandeſtinus, tunc probata educatione illius filij, cenſetur etiam probata filiatio, vt *ibid.n.*7. 40

Filiatio probatur ex cohabitatione. pulchrè Ceph. *conſ.*48.*n.*17.*& conſ.*82.*num.*62. *& ſeqq.vol.*1. vide infrà *num* 50. 41

Filius natus ex concubina, an præſumatur natus ante, vel poſt deſponſationem. Ceph.*conſ.*82.*num.*1.*& ſeqq.*56.*& ſeqq.vol.*1.vide ſuprà *n.*1. 42

Filiatio an probetur per ſimilitudinem, ſeu effigiem. Menoch. *de arbitr.quæſt.pag.mihi* 140. *num.*97. *& ſeqq.* Maſcard. *conclul.* 791. *per tot.* vbi multis adductis pro & contrà tandem concludit ſimilitudinem effigiei facere qualem qualem præſumptionem, 43

seu suspicionem, non autem illi esse omnino confidendum.

44 Filiatio probatur per testes de credulitate. Mantic. *in Repert. test. pag.* 245. *col.* 2. *vers.* 2. vide infrà *sub n.* 49. posui in materia testis de credulitate.

45 Filiatio an & quomodo probetur per verba enunciatiua, dixi *in Reperter. contractuum, quaestione* 63. *num.* 15.

46 Ad ea quae de tractatu suprà dixi *n.* 31. *& seqq.* addenda sunt aliqua.

Amplia igitur I. regulam suprà positam *num.* 31. vt procedat etiam quòd pater, & mater negent illum esse eorum filium, quem priùs tractarunt pro filio; attenditur enim isto casu primus tractatus. Mascard. *conclus.* 789. *n.* 2. Quod tamen limita, nisi filius consensisset negationi parentum, quia tunc non potest iuuari, ex eo quòd aliàs fuerit tractatus pro filio. Mascard. *ibidem num.* 3. & faciunt ad haec suprà tradita *num.* 15.

Amplia II. eamdem regulam, vt procedat etiam quòd quis priùs fuisset tractatus vti non filius, & postea tractatus vt filius, quia in fauorem filij attenditur secundus tractatus, *n.* 4.

Amplia III. quòd ex tractatu praesumitur filius, etiam quòd nulla verba interuenerint, & sic etiam quòd pater illum verbis non nominet vti filium, *num.* 11.

Amplia IV. vt tractatus probet filiationem etiam respectu spuriorum, & adulterinorum, *num.* 12. *&* 25.

Amplia V. quòd ex solo tractatu, etiam alio non interueniente, constituitur quis in quasi possessione filiationis, *num.* 13. *&* 20. Sed contrà *num.* 19. vbi quòd in petitorio non induceretur quasi possessio ex solo tractatu, nisi alia concurrerent. ad haec vide suprà *num.* 32.

Limita I. eamdem regulam; dummodo actus tractationis sint concludentes probati, & per testes idoneos, secus si per testes singulares, seu aliàs inhabiles. *ibidem num.* 14.

Limita II. quia non sufficit testes dicere in genere talem tractasse talem vt filium, nisi etiam specificent actus, ex quibus talis tractatus inducitur, Mascard. *in conclus.* 797. *num.* 14. *& ibidem num.* 28. Et ideo actus probantes filiationem debent esse tales, vt conueniant filio, non etiam extraneo, *ibidem num.* 18. qui quidem actus conuenientes filio, & non extraneo, & sic probantes tractatum filiationis, sunt infrapositi, videlicet gaudium & laetitia in domo, vt de filio nato, *num.* 38. *vers. primus probatur.* Lactant. *ibidem d. num.* 38. *vers. secundus actus.* Mittere puerum ad scholas, *dict. num.* 38. *vers. tertius actus.* Facere vestimenta differentia ab aliis, & puta honorabiliorem, *d. n.* 38. *vers. quartus actus.* Emancipare filium, *d. num.* 38. *vers. quintus. &c.* Datio tutoris, *d. num.* 38. *vers. sextus actus.* Legitimare aliquem, & in legitimatione illum nominando filium, secus si non nominat in filium, *d. n.* 38. *& conclus.* 799. *num.* 48. *vers. septimus actus, & vers. huic opinioni,* & dixi suprà *num.* 26. Institutio, & exhaeredatio, de quo dixi suprà *sub num.* 26. Impositio nominis paterni, de quo dixi suprà *num.* 23. & ponas hîc. Alimentatio, de quo dixi suprà *num.* 40. Descriptio in libro filiorum, de quo pariter dixi suprà *n.* 26. & an ex dilectione sui, suprà *n.* 39. & ponas hîc. & an ex ea habitatione, posui suprà *n.* 42. ponas hîc.

Limita III. regulam praedictam, quia tractatus, licèt probet filiationem, non tamen probat consanguinitatem, *ibidem* per Mascard. *d. conclus.* 789. *num.* 15. *&* 16. licèt aliqui *ibid. d. n.* 16. *&* 24. contrarium dixerint. faciunt infrà tradita *in fragment. vers. Affinitas, num.* 6. inter diuersa, & in simili de quasi possessione suprà *num.* 27. & de nominatione infrà *num.* 47. *in* 1. *ampliatione.*

Limita IV. dummodo tractatus interueniat ex vtraque parte, videlicet etiam filij erga patrem, *num.* 27.

Limita V. quia testes probantes tractatum, debent non solùm dicere quòd pater illum tractabat vti filium, sed etiam quòd erat illius filius, qui sic pro filio illum tractabat, *num.* 25.

Limita VI. vt post mortem patris tractatus posthumi ab aliis tanquam filius illius mortui non probat filiationem quoad ipsum patrem mortuum, & quoad bona paterna, licèt benè probet in praeiudicium aliorum tractantium vti filium d. mortui. Mascard. *d. conclus.* 789. *n.* 30. 31. *& seq.* vbi declarat.

Limita VII. quia contra hanc praesumptionem ex tractatu resultantem admittitur probatio in contrarium, *num.* 35.

Limita VIII. vt haec praesumptio operetur in praeiudicium tractantis, & eius haeredum, secus in praeiudicium tertij, & aliorum proximiorum venientium ab intestato, *num.* 36.

Ad ea quae de nominatione suprà dixi *num.* 25. *& seqq.* addo quòd aliqui dixerunt filiationem ex sola nominatione minimè probari, vt per Mascard. *conclus.* 790. *num.* 2. 3. 29. 30. 31. *&* 32. *& num.* 10. *vers. secus autem.* Sed contrà quòd immò per nominationem quis constituatur in quasi possessione filiationis, quae quasi possessio transfert onus probandi contrarium in aduersarium, *ibidem num.* 9. quid dicendum. Vtraque opinio potest sustineri, limitata tamen & declarata prout infrà. & limita vltra infrascripta, quia nominatio probat filiationem quoad illum actum, in quo quis est nominatus filius. Mascard. *d. conclus.* 790. *num* 8. *&* 36. vbi quòd ad validitatem actus, in quo est facta nominatio, per illam optimè probatur filiatio. Si vis tenere primam opinionem negatiuam, illam 47

Limita I. quando cum nominatione concurrerent aliae coniecturae.

Limita II. quando nominatio esset facta directè, deliberatè, propter se principaliter, & non propter aliud; sed quòd è contra, vide infrà *in* 6. *limitat. secunda opinionis num.* 27. 28. 34. *&* 33. vbi ampliatur haec limitatio, siue nominatio fiat in iudicio, siue etiam extra iudicium.

Limita III. & illatiuè in nominatione facta in testamento, *sub n.* 18. *&* 34. *in fin.*

Limita IV. & illatiuè in nominatione iuncta cum institutione, de quo etiam idem *num.* 42. vbi quòd isto casu probatur & filiatio & legitimitas, etiam in praeiudicium tertij. Sed quoad legitimitatem declara vt *num.* 43. secus si dixerit, Volo facere haeredem meum talem filium meum, quia tunc nominatio etiam iuncta cum his verbis, *Volo facere heredem*, nisi actu instituat filiationem, non probat, vt *ibidem* per Mascard. *num.* 37. *&* 45. vbi etiam idem de nominatione iuncta cum alimentatione, seu aliquo alio actu conueniente filiis.

Limita V. in nominatione reciproca, quia scilicet sicut pater nominat filium, ita filius nominat patrem, *num.* 39.

Limita VI. in praeiudicium nominantis, quia contra nominantem probatur filiatio per nominationem, *num.* 40. *&* 41. *& conclus.* 799. *num.* 26. sed contrà *num.* 8.

Limita VII. quando nominatio esset geminata, *n.* 46. sed contrà *n.* 47.

Limita VIII. quia licèt nominatio non faciat plenam probationem, facit tamen qualem qualem praesumptionem, *num.* 49.

Sublimita

Sublimita quoad præiudicium tertij, quia tunc non facit aliquam præsumptionem, vt infrà *in 2. limit.* affirmatiuæ opinionis. Si verò vis tenere secundam contrariam opinionem affirmatiuam, quòd videlicet per nominationem quis constituatur in quasi possessione filiationis, quæ quasi possessio transferat onus probandi contrarium in aduersarium, illam

Amplia I. vt procedat non solùm in probando filiationem, sed etiam in probando fraternitatem & consanguinitatem, *ibid. n.16. & seqq.* licèt alij contrà *n.20.* de quo vide in simili suprà *sub n.27. & 46. in 3. limit.*

Amplia II. vt procedat non solùm in probatione filiorum legitimorum, sed etiam in probatione spuriorum, *num.14.* vbi de communi, licèt aliqui contrà *num. 13.*

Amplia III. vt effectus nominationis duret nedum in vita nominantis patris, sed etiam eo mortuo, *num.24.*

Limita I. eamdem secundam affirmatiuam opinionem non procedere quando nominatio est facta per iocum, & animo blandiendi, *ibid. sub n.3. & n.32 & 37.* quibus in locis etiam dicit quòd in dubio, & communiter nominatio solet fieri potius animo blandiendi, quàm aliter. quæ ampliatio, si est vera, destruit hanc affirmatiuam opinionem.

Limita II. vt licèt nominatio operetur in præiudicium nominantis, vt suprà dixi *in 6. limit. primæ negatiuæ opinionis*; non tamen operatur, nec aliquam præsumptionem facit in præiudicium tertij, *ibidem num. 7.*

Limita III. quia ad hoc vt probet talis nominatio, debet esse facta non solùm à patre, sed etiam à matre: secus si à patre solùm, vel à matre solùm. Mascard. *ibidem num.11.* Sed contrà quòd sufficiat facta nominatio ab vno ex parentibus, de cuius hæreditate agitur *num.12.* Dic quòd prima opinio procedit respectu filiationis, & legitimitatis. Secunda autem opinio respectu filiationis absque legitimitate, *n.13.*

Limita IV. vt procedat hæc opinio in præparatoriis iudicij, secus in decisoriis, in quibus hæc quasi possessio filiationis per nominationem inducta non sufficit, nisi ad coadiuuandum aliam causam probationis, *n.15. & 23.* vbi quòd nominatio probat filiationem quando ab eo, qui nominatur vt filius, aliquid petitur, & sic quando est reus, secus si sit actor, & petat ab aliquo & idem *in conclus. 7. quæst n.10. & 11.* quæ limitatio si est vera, est magna. Sed credo quòd Doct. tenentes affirmatiuam opinionem indistinctè loquantur, etiam in decisoriis, ac etiam quòd sit actor, & petat.

Limita V. dummodo nominatio sit facta filio præsente; secus si eo absente, *num. 22. & 35.* sed alij contrà *num.21.*

Limita VI. dummodo nominatio sit concludenter probata, aliàs secus, *n.25.*

Limita VII. vt opinio procedat in confessione facta principaliter & directè, vt suprà dixi *in 2. limit. primæ opinionis.* Secus in confessione incidenter facta enunciatiuè, propter aliud, & non propter se, animo confitendi, quia ex illa quis non constituitur in quasi possessione filiationis, *num.29. & seqq. & 36.* sed alij contrà *num.35.* Sed quid si est enunciatiuè facta in aliqua scriptura, seu instrumento, dixi suprà *n.45.*

Limita VIII. nisi contrarium probetur, *n.38.*

Limita IX. vt licèt ex nominatione quis constituatur in quasi possessione filiationis, non tamen per hoc dicitur legitimus, nisi expressè pater eum nominet non solùm filium, sed etiam legitimum, imò etiam quòd pater expressè nominet legitimum, quod non probatę constituatur legitimatus in quasi possessione legitimitatis. Mascard. *ibidem d. concl.799. post num.4.* idem *concl.798. num.13.* Sed contrà quòd imò & legitimitas præsumatur ex simplici nominatione in filium, absque eo quòd legitimus nominetur, *ibidem num. 14. & concl. 799. n.3.* Sed an per nominationem iuncta institutione dicatur probata legitimitas, dixi suprà *sub num.16.*

48 Filiatio probatur per sententiam latam super filiatione inter patrem & filium. Mascard. *conclus. 794. num.1.*

Limita I. vt procedat hoc quoad ipsos, secus quoad alios, *num.2.*

Limita II. dummodo sententia sit lata super filiatione principaliter, secus super alimentis præstandis, donec quæstio filiationis pendet, *n.3.*

49 Ad ea quæ suprà *num.5.* dixi de testibus probantibus filiationem, addo Mascard. *concl.797. num 6.* vbi quòd ad probandam filiationem duo testes sufficiunt, dummodo sint contestes; secus si singulares, *num.7. & 20.* sed contrà *n. 8.* Admittuntur tamen affines & consanguinei, *num.9.* sed contra *n.10* Item non admittuntur testes habentes affectionem ad causam, vt puta nutrix, & similes, *n. 11.* Item nec pauperes, & viles. At quando agitur de probando nominationem, & tractatum filiationis occultum, & celatum, tunc admittuntur etiam inhabiles, vt *d. num. 11.* Item ratio testis in præsenti probatione, quia sum vicinus, est bona ratio, *num. 16.* Item admittuntur testes de auditu, *num. 18.* sed contrà *num. 19.* nisi simus in antiquis, vt *d. num. 19. vers. verum prior,* &c. de hoc vide etiam aliquid suprà *n. 30.* & posui in imprimen. *quæst.69. num...* Item testes de credulitate sufficiunt, *num.21.* sed contrà *num.22.* nisi suæ credulitatis concludentem reddidentint rationem, de quo tamen vide suprà *num.44.* & in materia testis de credulitate.

50 Legitimitas quomodo probanda, vide Doctores in genere suprà allegatos, *num.3.* & plura dixi suprà in discursu quæstionis. Adde quòd probata cohabitatione parentum, ex quibus natus est filius, censetur probata legitimitas, quia isto casu matrimonium præsumitur ex cohabitatione, licèt aliàs non præsumeretur. Mascard. *concl.798. num. 1.* Declara vt ex cohabitatione præsumatur isto casu matrimonium de iure ciuili, secus de iure Canonico, vt per Mascard. *concl. 800. n.6. & 7.* vide suprà *num. 41.* Item probato matrimonio, censetur probata legitimitas, & hoc non habet dubium, vt *ibi num. 4.* Et pocedit non solùm probato matrimonio vero, sed & præsumpto, puta si testes dicant quòd se inuicem tractabant, tamquam coniuges, pro talibus nominabant se, & publicè reputabantur, vt pluribus explicat Mascard. *concl. 800 per totam,* in discursu, & ita optimè ponit quomodo testes debeant deponere super isto matrimonio præsumpto ad effectum probandi legitimitatem filiorum, quod fallit, quando matrimonium esset vel putatiuum, vel clandestinum, vt dixi *in Rep. contract. vers. filius, n.5.* vbi tradita ponas hîc. Et quòd legitimitas probetur per nominationem & assertionem patris, dixi suprà *n.47. in limitat. secunda opinionis.*

51 De quasi possessione filiationis plura dixi suprà *num.27. & seqq.* quibus addo Mascard. *concl. 799. n.22.* vbi quòd quasi possessio filiationis in iis, quæ sunt magni præiudicij, non probat filiationem, sed contrà *ibi num. 23.* Verùm hæc quæstio dependet ab illo articulo, an scilicet in decisoriis quasi possessio sufficiat, nec ne, de quo suprà dixi *d. num.27. & seqq.* Item adde eundem Mascard. *ibidem num.26.* vbi quòd quasi possessio filiationis sufficit contra eum, qui filium constituit in dicta quasi possessione, ad quod faciunt etiam suprà tradita *num.47. in 6. limit. primæ opinionis,* & vide eundem Mascard. *conclus. 799. num. 27.* vbi quòd quasi possessio filiationis probat filiationem,

quando incidenter de ea quæritur. Item probat in præparatoriis iudicij,*n.*29. Item probat io possessorio *n.*16. Item probat in causa alimentorum, *n.*30.

52 Ad suprà tradita *num.*2. facias conclusionem quòd agens tamquam filius legitimus, debet oon solùm probare se filium, sed etiam legitimum. Mascard. *conclus.*799.*num.*9.*& seqq. & num.*3.*vers.verùm ydem*, &c. Sed cootrà quòd immo probata filiatione censeatur etiam probata legitimitas.*ibidem n.*1.*& seqq.& n.*25.*& seq.* vbi ampliùs quòd in dubio quis præsumatur potius legitimus, quàm spurius. Retenta prima opinione,

Amplia hanc conclusionem vt procedat siue filius agat, siue etiam conueniatur, & sic excipiendo dicat se filium & legitimum, adhuc enim debet probare legitimitatem, nedum filiatiooem, *ibidem num.*13. *&* 14. licèt alij cootrà *n.*12.

Limita I. quando filius esset in quasi possessione legitimitatis, quia tunc per istam quasi possessiooem satis dicitur probata legitimitas, *ibid.n.*8.

Sublimita, hanc limitationem non procedere in petitorio iudicio, quando agitur principaliter de auferendo alicui hæreditatem, quia tunc non sufficit quasi possessio legitimitatis,*ibidem num.*18.*& seqq.* sed contra *num.*25.*& seq.* Sed de materia huius sublimitationis vide Doctores suprà allegatos *num.* 27. *& seqq.* quia promiscuè loquuntur tam de quasi possessione filiationis, quàm legitimitatis, & declarationes *ibi* traditæ sunt communes.

Limita II. in antiquis, quia probata filiatione, & legitimitas præsumitur, *ibidem n.*15. faciunt in simili suprà tradita *n.*29.

Limita III. in possessorio, in quo probata filiatiooe, censetur pariter probata legitimitas, *num.* 16. sed contrà *n.*17.

Limita IV. quando incidenter de legitimitate quæritur, *num.*17.

53 Natus puer ex vidua, seu ex alia soluta, cuius nam præsumetur esse filius, si præsertim mater cum pluribus concubuerit, & an isto casu credatur matris iuramento, quòd sit filius potius Titij, quàm Caij. Ant. Thes. *decis. Pedem.*5. *n.*4. *& seqq.* vbi etiam à quónam iste puer erit alendus.

54 Filiatio probatur ex libro Baptismi, iunctis adminiculis. Rot. coram Illustrissimo Millino Romanæ hæreditatis de Valle 10. Martij 1620. & coram R. P. D. Cacc. Rom. fideicommissi 29. Nouembris 1610.

QVÆSTIO XLIV.

De Arbitris.

CAPVT I.

De verbis importantibus arbitrium, seu regulatum, & de potestate iudicis, seu arbitri, habentis liberum, seu regulatum arbitrium.

SVMMARIVM.

Arbitris quando censeatur per partes concessa libera, seu regulata facultas procedendi, & iudicandi, per quæ verba, & per quas clausulas, agitur in hoc primo cap. per discursum.

1. *Arbitrij regulati diffinitio.*
Arbitrij liberi diffinitio, ibid.
Arbitri quas solemnitates possint in iudicio omittere, & in quibus possint partibus præiudicare, vide in hac eadem quæst. cap. 2.

4. Volo *verbum, an importet arbitrium liberum, & num, seqq.*
6. *Et quid si dictum,* pro tuæ voluntatis arbitrio.
Et quid si cum verbo volo *adiungatur verbum importans arbitrium boni viri, ibid.*
7. Libet *verbum an importet arbitrium liberum.*
8. *Et quid si dictum* pro libitu tuæ voluntatis.
9. *Et quid si dictum,* ad tui libitum.
10. Placet *verbum an importet liberum arbitrium, & num.seqq.*
Quid si dictum, ad tuum beneplacitum, *ibid.*
11. *Vel,* vt tibi placebit, & videbitur.
12. *Vel,* omne, *aut* quicquid tibi placuerit.
13. *Quid si dictum,* pleoè tibi placuerit.
Vel, liberè, *aut,* plenè tibi placuerit, *ibid.*
Vel, provt liberè placuerit, *ibid.*
14. *Arbitrio tuo quando quid committitur, an censeatur data libera facultas, &c. & n.seqq.*
15. *Et quid si dictum,* pro meæ voluntatis arbitrio.
17. Liberè *Aduerbium an significet liberum arbitrium, & num.seqq.*
Et quid si dictum, tuo libero arbitrio, *ibid.*
18. *Quid in criminalibus.*
19. *Quid vbi de præiudicio tertij.*
Quid si dictũ, provt liberè videbitur, *d.n.*13.*&* 46.
Vel, tuæ liberæ facultati, *n.* 5.
Vel si dicatur, libero tuo iudicio, *n.*48.
20. Arbitrio boni viri, *hæc verba quid importent, & de eius potestate, in* 2.*cap.*
21. Conscientiæ tuæ.
22. Misericordiæ tuæ.
23. Discretioni tuæ.
24. Potestati tuæ.
25. *Et quid si dictum,* tuæ liberæ potestati.
26. Plenè *Aduerbium quid significet,*
27. Altè, & bassè, *&c. & n.seq.*
29. Licentiam tibi damus.
30. Secundùm cor tuum,
31. Secundùm mentem tuam.
32. Secundùm sensum tuum.
33. Secundùm tuum appetitum.
34. Secundùm carnem tuam.
35. Concedimus quæ non possumus.
36. *Clausula,* de facto, *vel* de iure, vt de facto.
An data quoad procedendum facultas de facto extendatur ad iudicandum, ibid.
37. *Clausula,* de iure.
Secundùm ius, *ibid.*
Secundùm iustitiam, *ibid.*
Secundùm veritatem, *ibid.*
38. Vt cupieris, & desideraueris,
39. De bono, & æquo.
41. Procedas cum moderamioe.
41. Procedas cum honestate.
41. Videtur *verbum an importet liberum arbitrium, & seqq.*
43. *Quid si dictum,* provt videbitur, & placebit.
44. *Vel* quicquid, *aut,* omne quod tibi videbitur.
45. *Quid si dictum,* plenè videbitur.
Vel plenè videbitur, *ibid.*
Concedimus, & quæ nos possumus, *ibid.*
46. Vel liberè videbitur.
Clausula de facto, *vel* de iure vt de facto, *ibid.*
49. Promittimos stare tuo dicto.
50. *Verba in dubio potiùs implorant arbitrium boni viri.*
51. *Verba liberi arbitrij si coniungantur cum verbis* arbitrij booi viri, *quid importent.*

IN primo huius quæstionis capite differemus solùm de verbis importantibus liberum arbitrium. pro cuius euidentia præmittendum 1

tendum esse primò decreui, quid sit arbitrium liberum, & quid regulatum? In quo scias quòd arbitrium duplex est, aliud plenum, & liberum; aliud verò iure, ratione, & æquitate regulatum. Arbitrium liberum est concessio à lege, vel ab homine facta, qua possit is iudex semoto iure, ratione, & æquitate, & proprio ductus appetitu, à dolo tamen alieno quid placuerit statuere. Arbitrium verò regulatum est concessio à lege, vel ab homine facta, qua possit is iudex, quid sētias iure, ratione & æquitate animi sui proferre sententiam. Insuper arbitrium liberum dicitur quod legis non exigit solemnitatem, distinguiturque ab arbitrio regulato, vt liberum sit quod merum est, consistens in sola iudicis voluntate. Arbitrium verò regulatum est quod ab æquitate, & iure pendet, quamquam in vnius iudicis voluntate positum sit. hæc omnia traduntur per Menoch. *de arb. iud. quæst. q.* 6. *pag.* 5 à tergo, *& seq.* particulariter autem quid possit facere iudex habens liberum arbitrium, & quid habens arbitrium regulatum, dicemus in secundo capite huius quæstionis.

2 Dixi quòd tam arbitrium liberum, quàm regulatum est concessio à lege, vel ab homine facta. Ideo scias quòd omnia tradita in hac quæstione applicantur non solùm ad iudices, quibus arbitrium à lege, vel à Principibus conceditur, sed etiam ad arbitros, quibus homines compromittendo arbitrium & facultatem concedunt, modò liberum, & modò regulatum, & sic deseruient tibi hîc tradita etiam ad sciendum, an, & quando arbitri vigore compromissi in eos facti possint de iure, & sic regulariter, & quando de facto, & sic liberè procedere, vel iudicare, ac idē de arbitratoribus, prout benè annotauit idem Menoch. *de arbitr* &c. *pag.* 19. *n.* 6.

3 Sed quæ sunt verba importantia liberum, vel regulatum arbitrium, modò audies.

4 *Volo* verbum an importet arbitrium liberum, vel regulatum, videas præter Menoch. *de arbitr quæst. q.* 7. *pag.* 6. *num.* 1. *& seqq. plur. vsque ad num.* 32. vbi ponit regulam, cum pluribus limitationibus, Mathes. *sing.* 15. Petra *sing.* 6. Diaz *reg* 788.

5 Regula sit quòd importat liberum arbitrium. Menoch. *d. q.* 7. *num.* 1. *& seqq.* vbi videtur loqui tam in iudice, quàm in arbitro.

6 Limitatur ista regula, vt non procedat quando verbum *volo* adiungitur alicui alteri verbo denotanti liberum arbitrium boni viri, puta si dicatur *pro tua voluntatis arbitrio.* quia tunc importat arbitrium regulatum, & non liberum, vt per Menoch. *d. n.* 14. *& seqq. & q.* 8 *num.* 33. ad quod faciunt infrà tradita *num.* 51. & in contrarium faciunt exempla tradita infrà *num.* 11. 13. 17. 25. 45. *&* 48.

7 *Libet* verbum importat liberum arbitrium. Menoch. *d. q.* 7. *n* 32. *& seqq.*

8 Idem si fuerit dictum, *pro libito tuæ voluntatis.* Menoch. *d n.* 32. Mathes. *sing.* 15. *in addit.* Roland. *cons.* 62. *num.* 18. *& seq. vol.* 1.

9 Idem si fuerit dictum, *ad libitum tuum.* Menoch. *d. q.* 7. *d n.* 32. *lib.* 1. *arb. quæst.*

10 *Placet* verbum an importet liberum arbitrium, vide Mathes. *sing.* 15. *& in addit.* Pett. *sing.* 6. Plot. *in l. si quando, num* 635. Menoch. *d. q.* 7. *n.* 32. *& seqq.* vbi quòd importat liberum arbitrium: sed contrarium verius esse, quòd videlicet importet arbitrium boni viri, & regulatum, traditur per eumdem Menoch. *in* 8. *q. n.* 7. *& seqq* vbi idem si fuerit dictum, *ad tuum beneplacitum,* & pro hac vltima opinione adde Mathes. *d. sing.* 15. *in addit.* Rol. *cons.* 59. *n.* 32. *& seqq. Credo sit, in vol.* 2. *& consil.* 55. *num.* 15. *&* 47. *vol.* 3. *d. Pedem. c.* 11. *n* 9.

11 Limita I. non procedere, quando verbum *placet*, est coniunctum cum verbo *videtur*, puta si sit dictum, *prout tibi placuerit, & videbitur*, quia tunc importatur liberum arbitrium, vt per Roland. *d cons.* 59. *num.* 32. in quo vide Plotum *d. n.* 635. & quæ in simili de huiusmodi coniunctione verborum dicuntur in hac quæstione *num.* 13. 17. 25. 45. *&* 48. Sed contrà suprà *n.* 6. & infrà *num.* 15. 28. & 51.

Limita II. quando verbo *placet*, est adiunctum aliquod vniuersale signum, puta si dictum fuerit, *quicquid tibi placuerit*, vel *omne quod tibi placuerit.* quia tunc similiter importat liberum arbitrium, vt per Roland. *d. consil.* 55. *num.* 47. *& seqq.* 51. *&* 53. *vol.* 3. Menoch. *d. quæst.* 8. *num.* 12. & faciunt infrà in simili tradita *num.* 44. 12

Limita III. quando esset verbo *placet* adiunctum Aduerbium *plene*, vel Aduerbium *liberè*, puta si sit dictum, *prout liberè tibi placuerit*, vel *plenè tibi placuerit.* quia tunc importatur liberum arbitrium, vt per Roland. *d. cons.* 55. *num.* 47. *& seqq.* 51. *&* 53. *vol.* 3. & faciunt infrà in simili tradita de Aduerbio *liberè*, *n.* 17. *&* 25. & de Aduerbio *plenè*, *num.* 26. 45. & similiter *num.* 46. 48. tradita in simili de coniunctione horum verborum in hac quæstione *n.* 11. 25. 17. 45. *&* 48. sed contrà *n.* 6. 15. 28. *&* 51. 13

Arbitrio alicuius quando quid relinquitur simpliciter, an intelligatur de libero arbitrio, an verò de regulato arbitrio boni viri, vide generaliter *decis. Bonon.* 31. Aym. *cons.* 190. *num.* 5. *vol.* 1. Dicas quòd intelligatur de arbitrio boni viri. Menoch. *de arbitr. quæst. q.* 8. *num.* 29. *& seqq.* exornat Seraph *de priuil. iuram. priuileg.* 132. *num* 8. *& seqq.* faciunt infrà tradita *cap.* 2. *n.* 2. vbi quam habeat potestatem, cui simpliciter datum est arbitrium. 14

Amplia etiam quòd sit dictum, *pro tua voluntatis arbitrio.* quia adhuc arbitrium boni viri importatur, vt dixi suprà *num.* 6. & faciunt infrà tradita *n.* 28. 51. & contrà *n.* 11. 13. 17. 25. 45. 48. 15

Limita quando ista verba, *arbitrio tuo*, dirigantur in personam, qui aliàs habeat arbitrium. quia tunc vt aliquid operentur, important liberum arbitrium, vt per Menoch. *d. q.* 8. *n.* 35. 16

Liberè Aduerbium quid significet, puta si sit dictum, *libero tuo arbitrio*, & similia, vide suprà *num* 13. *decis. Bonon.* 31. Cephal. *in cons.* 28. *num.* 61. *vol.* 1. Paris. *cons* 11. *num.* 13. *vol.* 1. *& cons.* 7. *num.* 21. *vol.* 4. Dicas nulli dubium esse quòd talia verba importent facultatem liberam, & absolutam iuri non subiectam, vt per eumdem Menoch. *d. q.* 8. *n.* 34. prout de hoc verbo *liberè* vide etiam suprà *n.* 13. *& infrà n.* 25. 46. & 48. 17

Limita I. hanc conclusionem procedere in ciuilibus, non autem in criminalibus, in quibus omnia verba, quæ aliàs important liberum arbitrium, important arbitrium regulatum, & boni viri, vt per Menoch. *q.* 9 *num.* 3. *&* 4. *& q.* 77 *lib.* 1. Mascard. *concl.* 1385. *num.* 19. *lib.* 3. 18

Limita II. vbi agitur de præiudicio tertij, quo casu libera & absoluta facultas nunquam per quæcumque verba liberum arbitrium importantia concessa videntur. Menoch. *d. q.* 7. *n.* 57. *& q* 9. *num.* 8. *& seqq.* vbi videtur declarare. quæ limitatio si vera est, destruere videtur totam hanc quæstionem, quia semper videtur agi de præiudicio tertij, ideo considera. Sed pro limitatione vide etiam *infrà num.* 32. *& in* 2. *cap. huius quæst. num.* 9. 19

Et quid si fuerit dictum, & aliquid commissum arbitrio boni viri, vide Gemin. *in c. statutum*, *n.* 15. *de rescript. in* 6. vbi quòd quando quid relinquitur arbitrio boni viri, intelligitur de iudice ordinario loci. Corta *in memor. pag.* 34. *in princ. ver. apices*, & de potestate istius boni viri, vide infrà hac eadem quæstione *in* 2. *c.* 20

Conscientiæ alicuius quando quid relinquitur, an tunc censeatur concessum liberum arbitrium, vide ad hanc materiam omnino Iacob. Lauren. *de iud. susp. c.* 9. 21

per

per tot. Corta *in memor. pag*. 34. *&* 35. Dicas quòd intelligitur solùm concessum arbitrium boni viri, vt per Virg. Boccac. *in const. March. gloss*. 3. *num*. 6. *in fine*, per Menoch. *d. quæst*. 8. *num*. 40. *& seqq*. vbi de materia. Brunor. à Sole *in suo cons. crim. n*. 132. vbi quòd intelligitur non secundùm conscieotiam iudicantis, sed communem, ideóque talis conscientia debet esse cum iudicio discretionis, vt per Lancellott. *de attent. c*. 12. *in* 10. *limit num*. 15. *&* 11. vbi si adiungatur aliquod verbum significans iustitiam, puta si sit dictum, *ad iudicium tua conscientia*, & similia, tunc iste iudex debet iura seruare, & iustitiam: an autem à sententia talis iudicis detur appellatio, &c. dictum est *in quæst*. 16. *num*. 44. 47. *& seqq*. & in proposito triplicem esse conscientiam, dixit Barbat. *cons*. 36. *Ad propositum*, *num*. 7. *& seqq. lib*. 2. Quid, & quotuplex sit conscientia, multaque de significatione & materia verbi *conscientia*, per Virg. Boccac. *in const. March. gloss*. 3. *num*. 1. *& seqq* & an talis iudex possit sine citatione procedere, vide per Lancellott. *d. c*. 12. *in* 10. *limit*. *num*. 8. ad quod faciunt generaliter infrà tradita *in* 2. *cap. huius quæst*. *num*. 15. *& infra q*. 62. *num*. 12.

22 Et quid si sit dictum, *committimus misericordia tua*; Dicas quòd importatur arbitrium boni viri. Menoch. *d q*. 8. *n*. 36. *& seq*.

23 Item si sit dictum, *committimus discretioni tua*, vel *prudentia tua*, Menoch. *d q*. 8. *n*. 24. *& seqq*.

24 *Potestati tua committimus*, hæc verba denotant arbitriom boni viri. Menoch. *d. q*. 8. *n*. 47. *& seq*.

25 Limita, hanc conclusionem non procedere, quando esset adiunctum aliquod verbum importans liberum arbitrium, puta si esset dictum, *libera facultati*, &c. quia tunc importatur liberum arbitrium. Menoch *d. q*. 8. *num*. 47. *& seq*. faciunt suprà tradita *de verb liberè*, *num*. 13. 17. 46. *&* 48. & quæ in simili de coniunctione verborum dicuntur *in eadem quæst*. *n*. 11. 13. 17. 45. 48. sed contrà *n*. 6. 28. 51.

26 *Plenè* Aduerbium importat liberum arbitrium. Menoch *de arb. quæst*. 7. *num*. 35. faciunt suprà tradita *num*. 13. *&* 45

27 *Altè*, *& bassè*, ista clausula importat liberum arbitrium. Menoch. *de arb. q*. 7. *n*. 41.

28 Limita, nisi esset adiunctum aliquod verbum importans arbitriom boni viri, puta si dictum, *altè*, *& bassè*, *prout tibi videbitur*. quia tunc importatur solum arbitrium boni viri Menoch. *d. q*. 7. *num*. 41. faciunt in simili tradita *in hac eadem quæstione*, de coniunctione verborum, *num*. 6. 28. *&* 51. Sed contrà *num*. 11. 13. 17. 25. 45. 48.

29 Verba ista, *sit tibi licentia*, denotant arbitrium boni viri, vt per Menoch. *de arbitr. d. q*. 8. *n* 45. *& seq*.

30 Clausula, *facias secundùm cor tuum*, importat liberom arbitrium. Menoch. *de arbitr. quæst. q*. 7. *num*. 42. *& quæst*. 8. *num*. 57.

31 Sed quid si fuerit dictum, *secundùm mentem tuam*, Menoch. *ibidem*, vbi quòd importatur arbitrium solum boni viri.

32 Et quid si fuerit dictum, *secundùm sensum tuum*. Dicas quòd per hanc clausulam importatur liberum & absolutum arbitrium, vt per Menoch. *d. q*. 7. *n*. 45. *& seqq* vbi quòd ille, cui commissum est ex suo sensu iudicare, non debet ferino ex ore, sed lege omni naturali, & recto sanóque iudicio iudicare: attamen quatenus suus sensus rectus fert, potèst solemni iudicio, forma & lege positiua post debita cognoscere, & sententiare, nisi agatur de præiudicio tertij, quia tunc verbum *sensus* intelligitur pro arbitrio boni viri, vt *ibidem n*. 57. & faciunt suprà tradita *num*. 19.

33 Et quid si fuerit dictum, *secundùm tuum appetitum*. Dicas quod similiter importatur liberum & absolutum arbitrium. Menoch. *d. q*. 7. *n*. 58. *& seqq*.

34 Et quid si fuerit dictum, *procedas secundùm carnem tuam*. Dic similiter quòd denotatur liberum arbitrium. Menoch. *d. q*. 7. *n*. 63.

35 Clausula illa generalis in qua dicitur, *concedimus tibi & qua nos possumus*, quid importet. Menoch. *d. quæst*. 7. *num*. 62. *& seqq*.

36 Clausula illa, *procedas de facto*, *in quo scias quòd facultas concessa arbitro procedendi de iure*, *& de facto*, non intelligitur vt possit iudicare de iure & de facto, sed tantùm procedere. quando hoc sit verum, vide Menoch. *quæst*. 57. *lib*. 1. *de arbitr. quæst*. & an clausula *de facto*, tollat defectum citationis, videas *in quæst*. 62. *num*. 12. Importat liberum & absolutum arbitrium, quia operatur idem quod clausula *manu Regia*, & sic nulla iuris solemnitate seruata: sed quando hæc sint vera, vide per Menoch. *de arbitr. quæst. d. q*. 7. *num*. 69. *& seqq*.

37 Et quid si fuerit dictum, *procedas secundùm ius*, *iustitiam*, *& veritatem*. Dic quòd ista verba important arbitrium boni viri. Menoch. *d quæst*. 7. *num*. 51. *& omnibus seqq*. vide infrà inter diuersa *vers. compromissum*, *num*... vbi de compromisso facto cum potestate pronuntiandi de iure, vide in materia clausularum, *prout iuris*, & *iustitiam facias*.

38 Et quid si fuerit dictum, *& cupieris*, *& desideraueris*.

39 *De bono*, *& æquo*, vide suprà *quæst*. 34. *num*. 47. ponas hìc.

40 *Procedas cum moderamine*.

41 *Procedas cum honestate*.

42 *Videtur* verbum importat arbitrium boni viri. Menoch. *de arbitr. quæst. q*. 8. *num*. 1. *& seqq*. vbi ampliat nonnullis modis. Roland. *cons*. 55. *num*. 40. *vol*. 3. Brunor. à Sole *in suo cons. crim. num*. 117. vbi quòd intelligitur habito consilio peritorum.

43 Et quid si fuerit dictum, *prout tibi videbitur*, *& placebit*, dixi suprà *n*. 11.

44 Et quid si fuerit dictum, *quicquid*, vel *omne quod tibi videbitur*. Dic quòd importatur liberum arbitrium. Rol. *d. consil*. 55. *num*. 47. *& seqq. vol*. 3. faciunt suprà tradita *num*. 12.

45 Et quid si dictum, *plenè videbitur*, vide suprà *n*. 26. *&* 13. Dicas quòd important liberum arbitrium, vt per Roland. *d. n*. 47. *& seqq*.

46 *Vel liberè videbitur*. vide suprà *num*. 13. 17. 25. 48. Et faciunt in simili tradita de coniunctione verborum *n*. 11. 13. 17. 25. *&* 48. Sed contrà *n*. 6. 28. *&* 54.

47 *Secundùm iudicium tuum*, ista clausula importat arbitrium boni viri. Menoch. *de arbitr. quæst. q*. 8. *num*. 14. *& seqq*.

48 Limita, nisi fuerit dictum, *tuo libero iudicio*. quia tunc important liberum arbitrium. Menoch. *ibidem*, & faciunt suprà tradita de huiusmodi verbo, *liberè*, *num*. 13. 17. 25. 46. Et in simili tradita de coniunctione verborum. in hac eadem quæstione, *n*. 11. 13. 17. 25. 45. Sed contrà *n*. 6. 28. & infrà *n*. 51.

49 Verba ista, *promittimus stare tuo dicto*, important arbitrium boni viri. Menoch. *d. q*. 8. *n*. 49.

50 In materia generaliter scias quòd verba in dubio denotant potius arbitrium boni viri, quàm liberum. Menoch. *quæst*. 9. *n*. 1. *& seqq*.

51 Item generaliter scias quòd verba denotantia arbitrium liberum, si coniunguntur cum verbis denotantibus arbitrium regulatum, vel è contrà, tunc & eo casu non importatur nisi arbitrium boni viri. Menoch. *d. q*. 7. *n*. 14. *& seqq*. & pro hac conclusione faciunt exempla suprà tradita *num*. 6. 15. *&* 28. Sed contrà *n*. 11. 13. 17. 25. 45. *&* 48.

CAPVT

Caput II.

Iudex, seu Arbiter habens liberum arbitrium à iure, vel ab homine regulari, quomodo se regulare debeat, & quam habeat potestatem tam in procedendo, quàm in iudicando, & de materia.

Summarium.

1. *Arbiter quas solemnitates possit in iudicio omittere, & in quibus possit partibus praeiudicare, & num. seqq. omnibus.*
2. *Iudex, seu arbiter habens arbitrium boni viri, quomodo debeat se regulare, &c.*
   An possit derogari consuetudini, ibid. & 11.
   An teneatur sequi ius scriptum, vel non scriptum, ibid.
   An teneatur sequi ius commune, vel municipale, ibid.
3. *Iudex, seu arbiter habens liberum arbitrium, quomodo se regulare debeat, & quam habeat potestatem, & seqq*
5. *Dicas quod tenetur leges naturales seruare.*
6. *Nihil potest statuere contra bonos mores.*
7. *Tenetur de dolo. sed an de culpa, ibid.*
8. *Non potest enormiter laedere.*
9. *Nec ius tertij laedere, seu tertio praeiudicare.*
10. *Nec iniqua aequis praeferre.*
11. *Nec vni magis, quàm alteri gratiosus esse.*
12. *Nec potest tollere defensiones.*
13. *An possit iura constituta, & firmata tollere.*
14. *An agentem sine actione admittere.*
15. *An citationis solemnitatem praetermittere.*
16. *An coram tali iudice libellus sit offerendus.*
17. *An sit necessaria litis contestatio.*
18. *An possit procedere sine causa cognitione.*
19. *An sit necessarium iuramentum calumniae.*
20. *An possit prorogare instantiam.*
   Et quantum duret instantia praedicta, ibid.
21. *Et an teneatur iudicare secundùm consilium sapientis.*
22. *Et quas probationes possit omittere.*
   An debeat iudicare secundum acta, & probata, ibid.
23. *An possit admittere probationes minus concludentes, vbi infertur ad plura.*
24. *An dare fidem testi non iurato.*
25. *An dare fidem testi infami.*
26. *An obstent feriae.*
27. *An possit sententiare super causa non deducta.*
28. *An admittat testium repulsationem.*
29. *An sit necessaria testium publicatio.*
30. *An post publicationem testes examinentur.*
31. *An post conclusionem in causa recipiantur probationes.*
32. *An sententia festinanter lata valeat.*
33. *An exceptio praescriptionis admittatur.*
34. *Quid de exceptione iuramenti iam delati.*
35. *Quid de exceptione spolij.*
   Quid de exceptione excussionis, ibid
36. *Quid de exceptione rei iudicatae.*
37. *An possit reijcere exceptiones requirentes altiorem indaginem.*
38. *An possit mandare solui quod naturaliter, & non ciuiliter debetur.*
39. *An possit ferre sententiam sine scriptis.*
40. *Noctis tempore.*
41. *Vel non sedendo pro tribunali.*
42. *An ab eius sententia liceat appellare.*
43. *In dubio iudex praesumitur iudicasse arbitrio boni viri, & non vti voluisse arbitrio libero.*
44. *Arbitrij liberi concessio an transeat ad successorem.*

Vidimus in primo huius quæstionis capite, quæ sint verba importantia liberum, seu regulatum boni viri arbitrium. videamus modò in quibus consistat potestas illius iudicis, qui habet liberum, seu regulatum arbitrium. quod quidem arbitrium, vt suprà dixi *in 1. cap. num.* 1. aliquando conceditur à lege, aliquando ab homine; ab homine dicitur concessum etiam arbitrium per compromissum in arbitrum. Ideo aduertas quòd omnia tradita in hac quæstione possunt æquè applicari, nedum ad iudices, qui à lege, vel à Principibus iurisdictionem habent, sed etiam ad arbitros, seu arbitratores, prout videtur de mente Iacob. Menoch. *lib. 1. de arbitr. qq. pag. mihi* 19. *num.* 6. Ideo de potestate arbitrorum vide plura per Iacob. Lauren. *in tract. de iudic. suspect. c. 7. in discursu.* 1

Iudex, seu arbiter, cui à lege, vel ab homine est tantùm concessum arbitrium regulatum boni viri, quam habeat potestatem, & quomodo se regulare debeat, tam in procedendo, quàm in iudicando, vide Cott. *in memor. pag mihi* 34. *in princ. vers. apices*, &c. Dicas quòd talis iudex debet sequi canones, iuris rationes, & æquitates, arbitrarique debet secundùm mentem legis, rationis, & æquitatis. hæc, & similia traduntur per Menoch. *de arb. qq. q.* 13. *n.* 17. *& seqq* & per Seraph. *de priuileg. iuramen. priuileg.* 132. *num.* 81. *& seqq.* Item debet requisita discutere, diligenter proposita examinare, & cum deliberatione pronuntiare, vt per eundem Menoch. *ibidem quaest.* 11. *per totam.* An autem possit sequi ius scriptum, vel non scriptum, videas *ibidem quaest.* 14. *per totam*, & an sequi debeat ius commune, vel municipale, vide Cæpoll. *caut.* 99. vbi de arbitro, & an possit derogare consuetudini, vide *infrà n.* 11. Zunt. *pro vxore, num.* 912. vbi quòd iudicis arbitrium semper debet esse à iure, & æquitate regulatum. 2

Iudex autem, siue arbiter habens à lege, vel ab homine liberum arbitrium, quam similiter habeat tam in procedendo, quàm in iudicando potestatem, & quomodo se regulare debeat, videas per Benintend. *decis. Bonon.* 31 *per totam.* Ceph. *cons.* 18. *num.* 61. Paris. *cons.* 111. *num.* 13. *vol* 1. *& cons.* 7. *num.* 21 *vol.* 4. Aym. *de antiq. tempor. cap.* 91. *num.* 1. *& seqq. vsque ad num.* 12. vbi quam habeat in iudicando, & procedendo, & de istius arbitri potestate, vide eundem Aym. *ibidem de antiq. pag.* 109. *n.* 61. Cotta *memor. pag* 43. *& seqq. & pag.* 141. Maran. *in spec. in* 10. *actu iudic. n.* 24. *pag.* 150. Firman, *in Repert. ver. notarij fides, n.* 46. 3

Dicas quòd talis iudex, seu arbiter habens liberum arbitrium, nullam normam, nullam legem saltim positiuam obseruare tenetur. Sed contrà quòd imò seruare teneatur leges positiuas, vide *infra num.* 5. & ibi tradita ponas hîc, cùm is omnia pro sua libera voluntate facere possit, vt per Menoch. *de arbitr. quaest.* 13. *num.* 1. *& seqq.* in arbitrariis enim non potest iudex argui cur sic faciat, vt per relatos per Seraph. *in tract. de priuileg. iuram priuileg.* 132. *num.* 13. & faciunt tradita *in tit. de delict. q.* 17. *n.* 27. 4

Limita I. hanc conclusionem quo ad leges naturales quas obseruare tenetur, ipsique non licet aliquid iniustè agere quod sit contra ius, & æquitatem naturalem, vt *ibidem* per Menoch. *d. q.* 13. *sub num.* 1. *& seqq.* immo secundùm Seraph. *de priuileg.* 132. *num.* 81. *& seqq.* vbi pluribus exornat. Is iudex debet seruare regulas iuris communis, & non secundùm propriam conscientiam; sed arbitrio boni viri iudicare. Sed aduerte quòd Seraphinus loquitur non in iudice cui datum est liberum arbitrium, prout nos loquimur, 5

sed

ſed cui ſimpliciter datum eſt arbitrium; nam tunc intelligitur de arbitrio boni viri, & ſecundùm leges, vt ſuprà dixi *c.1.n.* 14. & iſto caſu tenetur ſeruare leges commones, vt ſuprà hoc eodem cap. *num.*1. vbi non eſt datum liberum arbitriom, tunc non ſunt ſeruandæ leges poſitiuæ, vt ſuprà hoc eodem cap. *n.* 4. vbi ponas hæc.

6 Limita II. quia ſimiliter nihil poteſt agere quod ſit contra bonos mores, vt *ibid.* per Menoch. *de arbitr. iud.quæſt q.11.n.1.& ſeqq.*

7 Limita III. quia nihil poteſt agere quod ſit com dolo malo, aliàs tenetur in ſyndicatu. Menoch. *de arb. quæſt.d.q.13.ſub num.1.& ſeqq. & quæſt.65.pag. mihi* 45. vbi id videtur declarare, vt procedat, vt dixi, in dolo malo: ſecus ſi eſſet in aliqua culpa, de qoo *ibi* videas. ad hæc Seraph. *de priuileg. iuram. priuileg.* 132. *num.*83. vbi etiam quòd nihil poteſt agere quod ſit turpe, vel ſine bona fide, & *num.* 87. vbi quòd dolus præſumitur, ſi iſte iudex plus debito arbitraretur.

8 Limita IV. quia non poteſt partem enormiter lædere, & lædendo dicitur eſſe in dolo, vt *ibid.* per Menoch. *d.quæſt.13.ſub num.1.& ſeqq.* & propterea tenetur in ſyndicatu, vt per Menoch. *ibid. quæſt.65.pag.mihi* 45. vbi declarat Villalob. *in com.opin. lit. A. num.* 134. vbi quòd arbiter cum clauſulis ampliſſimis ſolùm poteſt lædere in ſexta parte, & idem traditur per Suarez *in com.opin.lit A num.*241. & dixi ſuprà *quæſt.*17. *num.6.&* 38. in modica enim quantitate quòd arbitrator poſſit lædere, ponit Tiraq. *in tract. de indic. in rebus exig. pag.39.à tergo, verſ.*48. &c. adde Maſcard. *de probat. concluſ.*351. *lib.*1. *num.*30. vbi quòd arbiter, cui data eſt facultas pronunciandi prout ſibi videbitur, & placebit. enormiter lædendo partes dicitur eſſe in dolo, & idem traditur per Menoch. *ibid. quæſt.*71. *num.* 16. ad quod faciunt ſuprà tradita *quæſt.* 17. *in num.*4. *&* 6. & in hac eadem quæſtione *num.* 9. *& in Repert. contract. quæſt.48.num.*3. vbi quòd læſio vltra ſextam partem dicitur enormis. Ad hoc vide etiam aliquid ſuprà *q* 17. *n.*6. *&* 38. & quid ſi arbitro eſt data facultas lædendi in maxima quantitate, vide ſuprà *q* 17.*n.*34.

9 Limita V. quia non poteſt tollere Ius tertij, nec tertio aliquo modo præiudicare, vt *ibidem* per Menoch. *d.quæſt.*11 *num.1.& ſeqq.& quæſt.*48. *pag.mihi* 35. vbi videas, & faciunt tradita de læſione *in num. antecedenti,* & ſuprà *in 1.cap.num.*19.

10 Limita VI. quia iſte iudex non poteſt iniqua æquis præferre, nec vni potius, quàm alteri magis gratioſus eſſe. Menoch. *d.q.65.d pag mihi* 45. Seraph. *de priuileg.*132. *num.*34. vbi quòd is iudex debet æquitatem ſeruare.

11 Limita VII. qoia non poteſt derogare conſuetudini, de quo, an & quando ſit verum, videas per Menoch. *q.*75. & faciunt ſupra tradita *ſub n.*1.

12 Limita VIII. quia talis iudex non poteſt tollere defenſiones, vt *ibid.* per Menoch. *q.*77. ad quod faciunt tradita *in Repert.qq crim.q.14.n.*4.

13 Particulariter autem, an iudex, ſeu arbiter, cui in iudicando arbitrium conceſſum eſt à lege, vel ab homine poſſit iura conſtituta, & firmata tollere, ac immutare, videas per eundem Menoch. *ibid.q.15.pag.*15. *à tergo*, & aduerte quòd Menoch. *hic*, & infrà *in ſeqq. numeris* allegatus, licet ſimpliciter loquatur de arbitrio, debet intelligi de libero, non de regulato.

14 Et an poſſit agentem ſine actione admittere, videas *ibid.* per Menoch. *quæſt.*16. *pag* 16. & faciunt infrà tradita inter diuerſa *verſ. Actionem non habens*, &c. *n*...

15 Et an poſſit ſolemnitatem citationis prætermittere, dic quòd non, vt per Gig. *tit. qualiter in crim.laſ. maieſt.proced.q.6.num* 1. videas per eundem Menochium *quæſt.* 17. *pag.* 16. *à tergo*, vbi ampliat, & limitat, *& quæſt.*59. vbi quòd de citatione peremptoria. ad quod faciunt ea quæ infrà generaliter tradentur in alia quæſtione, videlicet citatio quando, & in quibus caſibus requiratur, vide ſuprà *in 1.cap num.21.in addit.* & Lancell. *de attent. cap.12. in 4.limit num.*8. vide aliquid *in q.62.n.8.&* 12. & melius *n.*23. vbi poſui, an, & quando in ſententia arbitri requiratur citatio.

16 Et an coram tali iudice, ſeu arbitro ſit de neceſſitate libellus porrigendus, Menoch *ibid.q.18.pag* 17. faciunt infra generaliter tradita inter fragmenta, *verſ. libellus*, &c.

17 Et an ſit neceſſaria litis conteſtatio, *d.q.18. pag.*17. & faciunt infrà generaliter tradita io materia litis conteſtationis, *verſ. litis conteſtatio, n.* 14. *in fragmen.* vbi ponas hæc.

18 Et generaliter, an poſſit procedere ſine cauſæ cognitione, & in quibus iſta cauſæ cognitio conſiſtat, Menoch. *ibidem.quæſt.19.pag.17.à tergo.* Plot *in l ſi quando n.635.C.vnde vi. deciſ.Bonon.36.num.*4. vbi quòd debet interuenire cauſæ cognitio.

19 Et an poſſit omittere iuramentum calumniæ, Menoch. *de arb. qq.q.*20. *lib.*1. & faciunt infrà generaliter tradita in materia iuramenti calumniæ.

20 Et an poſſit ex ſe prorogare inſtantiam, & quod tempus diffinitiuum habeat coram iſto iudice ioſtantia, Menoch. *ibid.q.21.&* 22.

21 Et an teneatur iudicare ſecundùm conſilium ſapientis, vide *ibid.* per Menoch *q.*23.

22 Et qoas probationes, & quomodo omittere poſſit, & an poſſit iudicare ſecundùm conſcientiam, omiſſis actis, & actitatis, Meooch. *quæſt.* 24. vide *in ſeq.num.*

23 Et an poſſit admittere probationes minus concludentes, & an poſſit arbiter dare fidem priuatæ ſcripturæ, Aym. *de antiq.temp.car.91.ſub n.1.& ſeqq.* vbi etiam, an poſſit credere famæ, & an poſſit dare fidem teſtibus de credulitate deponentibus, traditur per Hercul. *de negat.ſub num.314.& ſeqq.* de quo videlicet dixi in materia de teſtis credulitate. Menoch. *in q.25.ſuprà in antecéd.num.* Aym. *de antiq.temp.car 91.n.1.& ſeqq.* vbi de arbitro quas probationes poſſit admittere, & particulariter, an, & quando arbiter poſſit dare fidem probationibus minus concludentibus, vide Hercul. *de negat.num.314.& ſeqq.* vbi infert plura, & ad eum ſemper recurras in materia.

24 Et an poſſit dare fidem teſti non iurato, *ibidem* per Menoch. *q.*26. & faciunt tradita *in Repert. teſtium verſ. teſtis iuratus*, &c. An arbiter poſſit dare fidem teſti non iurato, ponit Cotta *in ſuis memorab. pag* 899. poſui *in q.74.in tit.de oppoſ.contra exam.teſtium.*

25 Et an poſſit dare fidem teſti infami, *ibid.* per Menoch. *q.*16. faciunt tradita *in Repert. teſtium in materia teſtis infamis.*

26 Et an poſſit feriarum ſolemnitatem omittere, *ibid.* per Menoch. *q.* 30. faciunt infrà tradita *in fragmentis verſ. feriarum ſolemnitas*, &c.

27 Et an vna cauſa deducta poſſit ſuper alia probata ſententiare, *ibid.* per Menoch *q.*31. faciunt ſupra tradita *quæſt.*33.

28 Et an debeat admittere repulſationem teſtium, *ibid.* per Menoch. *q.32. pag. mihi* 23. faciunt ſuprà tradita *quæſt.35.num.*3.

29 Et an poſſit omittere teſtium publicationem, *ibid.* per Menoch. *quæſt.*33. faciunt tradita in genere *in Repert. teſtium*, in ſuo loco, vbi poſui.

30 Et an poſſit recipere examen teſtium poſt dicta teſtificata, Menoch. *ibid.q.34.in Repert.teſtium*, in ſuo loco, *in num. ſeq.*

31 Et an poſſit recipere alias probationes poſt concloſionem io cauſa, Menoch. *ibid q* 33. faciuot tradita *verſ. productio*, &c. *num*...

32 Et an poſſit ſenteotiá feſtinaoter proferre, Menoch. *ibid.*

ibid quæst. 42. faciunt tradita in alia materia decreti festinanter lati.

33 Et an possit reiicere exceptionem præscriptionis, Menoch. *ibid. quæst.* 49. *lib.* 1. *de arbitr. quæst.* An arbiter possit hanc exceptionem præscriptionis reiicere, vide Cottam *in suis memora. pag.* 698. & infrà *vers. Præscriptionis exceptio, num.* 49.

34 Et an possit reiicere exceptionem iuramenti iam delati, Menoch. *ibidem quæst.* 50.

35 Et an possit reiicere exceptionem spolij, seu excussionis, Menoch. *ibid. quæst.* 51.

36 Et an possit reiicere exceptionem rei iudicatæ, *ibid.* per Menoch. *quæst.* 52.

37 Et an possit reiicere exceptiones requirentes altiorem indaginem, Menoch. *ibid. q.* 53.

38 Et an hic iudex, seu arbiter possit mandare solui quod naturaliter tantùm debetur, Menoch. *ibidem quæst* 53.

39 Et an possit ferre sententiam sine scriptis, Menoch. *q.* 60. *vers. sententia debet ferri in scriptis*, &c. inter fragmenta.

40 Et an possit ferre sententiam noctis tempore. Menoch. *ibidem quæst.* 72. Duen. *regul.* 58. vbi de arbitro.

41 Et an non sedendo pro tribunali, Menoch. *q.* 61. *vers. sententia quando*, &c. inter fragmenta.

42 Et an possit appellari à sententia iudicis, seu arbitri, qui in iudicando habet arbitrium à lege, vel ab homine concessum, posui suprà *quæst.* 16. *num.* 22. & 24.

43 Et in materia pro complemento scias quòd iudex habens liberum arbitrium, tamen in dubio præsumitur quòd iudicauerit secundùm arbitrium boni viri, Menoch. *de arb. quæst. q.* 9. *num.* 14.

44 Etsi arbitrio alicuius iudicis quid terminandum committatur, an talis commissio expiret, & extinguatur morte illius iudicis, an verò transeat ad successorem, videas per Menoch. *de arbitr. quæstion. q.* 68. *per totam.*

Quæstio XLV.

Acta facta in vno iudicio, an & quando fidem faciant in alio.

Summarium.

1. *Acta in vno iudicio facta quando in alio fidem faciant.*
2. *Quid inter diuersas personas.*
3. *Confessio facta in vno iudicio, quando fidem faciat in alio, & seq.*
4. *Confessio facta in iudicio ciuili, an faciat fidem in iudicio criminali, & n. 20. quid è contra, vide n. 16. & 22.*
6. *Quid de confessione Procuratoris.*
9. *Acta facta in iudicio ciuili quando in criminali præiudicent, & seqq. quid è contra, n. 16.*
11. *Sententia lata in loco delicti, an fidem faciat in loco originis.*
13. *Acta facta in iudicio summario, an probent in iudicio ordinario.*
14. *Testes in vno iudicio examinati quando fidem faciant in alio, seu ciuili criminali, & n. 12.*
15. *Excussio facta in vno iudicio, an faciat fidem in alio & seq.*
17. *Confessio tacita resultans ex productione scripturæ facta in vno iudicio, an faciat fidem in alio.*
18. *Confessio facta coram arbitro, an probet coram iudice, & seqq.*
21. *Acta facta coram iudice seculari, an fidem faciant coram Ecclesiastico, & è contra.*

ACTA in vno iudicio facta, an, & quando fidem faciant in alio, videas per Felin. & DD. *in c. causam quæ, extrà de testibus*, vbi facit regulam cum limitatione. Paris. *consil.* 87. *num.* 46. & 57. *vol.* 3. Viu. *in com. opin. pag. mihi* 279. in paruis. Cotta *in memor. pag.* 707. Baldus & alij *in l.* 2. *C. de eden.* Soc. *reg* 4.6.7. Mascard. *concl.* 33. 1

Sed quid inter diuersas personas, videas de hoc in seq. quæstione, *Res inter alios acta*, &c. 2

Confessio in vno iudicio facta, an, & quando faciat fidem in alio, vide etiam infrà *num.* 17. vbi de confessione tacita, & *num.* 18. vbi de facta coram arbitro, & *num.* 13. vbi de confessione facta in iudicio summario, an probet in plenario, & *num.* 19. vbi quòd si contra confessionem in vno iudicio pronunciatum sit, vide Bero. *in c. & si Clerici num.* 41. *de iudic.* & generaliter de materia vide Diaz *reg.* 121. hæc posui *in Repert. criminali, ibi* vide per Felin. *in d. cap. causam quæ, num.* 7. & 8. *de testibus.* Soc. *reg.* 7. *in pen fall.* Rota *decis.* 8. *num.* 11. *in tit. de testam. pag.* 70. *à tergo.* Arnol. Albert. *in tract. de agnoscen. assert. cathol. & hæret. quæst.* 25. *num.* 68. vbi quòd confessio facta in vno iudicio, probat in alio, si facta coram competenti iudice, vel cuius iurisdictio potest prorogari; secus si coram incompetenti, vt dixi *in Repert. crim. quæst.* 50. *c.* 10. *n.* 10. & *seq.* adde *decis. Pedemont.* 107. *num.* 1. vbi quòd confessio facta in vna instantia, facit fidem in alia inter easdem personas indistincte, siue tendant ad eumdem, siue ad diuersum finem. Paul. Granut. *theorem.* 10. *n.* 26. vbi quòd confessio facta in vno iudicio, facit fidem in alio; secus si inter diuersas personas. Sciaric. *in practic. indic. cap.* 19. *num.* 43. Caputaquen. *decis.* 208. *num* 6. *part.* 2. vbi quòd confessio facta in vno iudicio, probat plenè quo ad omnes in alio iudicio. posui *in crim.* 3

Et particulariter, an confessio facta in iudicio ciuili, probet plenè contra confitentem in iudicio criminali. Lancellott. *in Breu. pag.* 283. *versic.* 14. *Amplia*, &c. quid de confessione facta in criminalibus, an noceat in ciuilibus, vide *infr. num.* 16. Pro primo dicto vide Foller. *in practic. crim. in* 1. *part. tertia partis principalis, vers. & si confitebuntur, num.* 140. vide infrà *num.* 5. & 2. 4

Dicas quòd regulariter confessio facta in vno iudicio, puta ciuili, probat contra confitentem in alio iudicio, puta criminali. Franc. Cason. *in tract. de tormen. cap.* 21. *num.* 13. & 14. *pag.* 369. *inter tract. crimin. diuer.* vide suprà *num.* 4. Mascard. *conclus.* 348. *num.* 16.17.18. Sed contrà *num.* 19. concorda vt *ibidem d. num.* 19. *vers. verùm in hac*, vbi remissiuè, & *num.* 37. vbi quòd confessio in iudicio ciuili summariè, non plenè, probet in plenario iudicio criminali, vide suprà *num.* 4. & 20. posui *in crimin.* 5

Limita I. in confessione facta per Procuratorem quæ in alio iudicio non nocet principali, Cason. *ibid.* Clar. *in pract. quæst.* 54. *vers. sed quæro*, &c. ad quod vide Felin. *vbi suprà d. num.* 8. Pro hac limitatione adde Foller. *vbi suprà pag.* 309. *num.* 97. & *pag.* 314. *num.* 140. Villalob. *lit. C. num.* 143. Mascard. *conclus.* 348. *num.* 11. & 12. 20. & 21. vide Mantic. *in cap. etsi Clerici, num.* 10. *de indic.* & *num.* 33. *vers. quod tu intellige.* Felin. *in cap.* ¶ *num.* 6. *vers. Saluo nisi*, &c. *de except.* posui *in criminalibus.* 6

Limita II. vt talis confessio præiudicet confitenti quo ad semiplenam probationem, non autem quo ad plenam. Clar. *in d. q.* 54. *vers. sed quid si exhibeatur.* posui *in crimin.* 7

8 Limita III. vt talis confessio non præiudicet quando contra illam fuisset iudicatum, vt per Franc. Cason. *vbi supra in suo tract. de tormen. cap.* 21.*num.* 14. *pag.* 369.*inter tract. crimin. din.* vide *in num.* 19. posui *in crimin.*

9 Et an confessio facta in vno iudicio possit in alio reuocari, dixi suprà *q.* 11.*num.*6. posui *in crim.*

10 Acta facta in iudicio ciuili, an, & quando præiudicent, & fidem faciant in criminali, Boss. *in tit. de pluribus violen. num.* 117. Imol. *in l. interdum num.* 1. *vers. Amantem finita lite ciuili. ff. de publ. iudic.* Mascard. *conclus.* 34. generaliter videas per Clar. *in practic. d. quæst.* 54. *vers. Item producantur, & seq.* quid è contrà *num.* 22. vide Mascard. *conclus.* 351. *num.* 4. vbi pro, & contrà, & remissiuè distinguit Scaccia *lib.* 1. *cap.* 74. Imol. *l. interdictus, num.* 2. *ff. de publ. iud.* Berta *in l.* 2. §. *hoc edicto, num.* 5. & *ibi* Alexand. *in addit. litera E. ff. de vi bonor. rap.* Angel. *ibid. num.*8.

11 Et particulariter, an sententia lata contra aliquem in loco delicti, fidem faciat in loco originis, & de materia, habetur per Clar. *in pract. quæst.* 54. *versic. sed pone.* posui *in tit. de inquisitione, quæst.* 11. *num.*61.

12 Et an testes examinati in vno iudicio criminali, fidem faciant in alio criminali iudicio, saltim quo ad torturam, videas per Lancellott. *in Brev. pag.* 295. *col.* 1. *in fine.* faciunt infrà generaliter tradita *num. abhinc* 2.

13 Acta in iudicio summario facta non præiudicant in ordinario. Natta *consil.* 532. *num.*10. *vol*... Mascard. *conclus.* 348. *num.* 10. quem de testibus vide *in num.* 14. Capra *in tract. de notorio* 1. *membro, num.* 28. & 29. *pag.* 77. *à tergo.* Mascard. *de probat. lib.* 2. *conclus.* 1102. *n.* 3. vbi videntur tenere quòd confessio facta in iudicio summario, etiam præiudicet in plenario, vide Mascard. *conclus.* 348 *num.*9. & *num.* 10. vbi pro, & contrà. Aduerte quòd ea, quæ respiciunt confessionem, posui in materia crim. in imprimen. hîc solùm de aliis actis, & testibus, & non de confessionibus.

14 Testes in vno iudicio examinati, quando fidem faciant in alio, vide Andr. Gail *obseru.* 103. *lib.* 1. vbi particulariter, an in summario iudicio examinati probent in ordinario, ad quod faciunt generaliter tradita suprà *num.* 15. & particulariter, an testes non publicati faciant fidem in alio iudicio, vide Doctores *in l. gesta, C. de re iudic.* & *in l.* 2. *C. de eden.* & *in cap. causam quæ, il* 2. *de testibus,* & posui in materia publicationis testium, Diaz *reg.* 760. Mathes. *sing.* 191. *in addit.* Abbas *in cap. penult. de re iudic.* Lanfran. *in cap quoniam contra, pag. mihi* 134. *col.* 1. *circa finem.* Paris. *consil.* 87. *num.* 48. *vol.* 3. Lancellott. *in Brev. pag. mihi* 140. *num.* 52. Et an testes examinati in iudicio ciuili possint repeti in iudicio criminali, & an fidem faciant non repetiti, vide Scacc. *lib.* 1. *cap.* 74. *num.* 4. & è contra. vide Monticell. *in Repert. test. pag.* 176. 1. *col. versic.* 5. & omnino super hac materia testium in vna causa, iudicio, seu instantia examinati, tam ciuili, quàm criminali, an fidem faciant in alio iudicio, causa, seu instantia, recurre ad eundem Monticell. *in Repert. text. pag.* 263. & *seqq. vsque ad* 266. *col.* 1. *vers. penult.* ibi enim incipit poni materia testium examinatorum inter vnam, an probet inter aliam, de quo dicam infra *num.* 7. *quæst.*46.

15 Excussio facta in vno iudicio quando possit in alio deduci, Æmilian. *consil.* 103. *num.* 1. & *seqq.* posui suprà *quæst.* 27. *num* 46.

16 Dixi suprà *num.* 4. & 10. quando acta, seu confessio facta in iudicio ciuili fidem faciant in criminali; quæro modò quid è contra, an confessio, & alia acta facta in iudicio criminali, fidem faciant in iudicio ciuili. vide Felin. *in d. cap. causam quæ, de testibus, num.* 23. vbi dicit quòd acta, & confessio facta in iudicio criminali, prosunt etiam in ciuili. Mascard. *conclus.* 351. *num.* 3. vbi *in fine,* allegat remissiue distinguentem Bar. *in l.* 1. *num.* 5. *ff. de vi bon. raptorum.* Aduerte quòd ea, quæ tangunt materiam confessionis, posui *in qq. crimin. imprimen.* si Dei benignitas & misericordia mihi peccatori hoc conceder, prout alias concessit. hîc solùm de actis ad fauorem illius personæ, quæ fuit pars iudicij criminalis. Alteri autem personæ quæ non fuit pars iudicij criminalis, prodest etiam quando fuit actum per viam inquisitionis; secus si per viam accusationis. Ad materiam vide Caputaqueu. *decis.*105. *cum duabus seqq.* & *decis.* 57. *lib.* 1. posui *in qq. crim. imprimen.*

17 Aduerte etiam in materia quòd confessio tacita, illa scilicet, quæ resultat ex productione scripturæ, cùm producens censeatur fateri omnia contenta in scriptura producta facta in vno iudicio, non præiudicat in alio, vt per Paul. Granut. *theorem.* 10. *num.* 26. licèt secus sit in capτella, vt dixi suprà *num.* 3. & generaliter de confessione tacita, vel præsumpta, ponit Mascard. *conclus.* 348. *num.* 30. & 31. & idem in ficta confessione ponit Mascard. *ibidem num.* 22. & 23. posui *in quæst. criminal. imprimen.*

18 Item aduerte quòd confessio facta coram arbitro, non facit fidem coram iudice indistinctè: sed ita demum, si fuerit facta parte præsente, tunc enim probat sicut extraiudicialis confessio. Stiatic. *in practic. iudic. cap.* 19. *num.* 53. posui *in qq. crimin. imprimen.*

19 Item aduerte quòd illa confessio facta in vno iudicio, contra quam est pronunciatum, numquam facit probationem in alio iudicio, vt per Mascard. *conclus.* 348. *num.* 13. & 29. vbi ampliat etiam quòd fit inter easdem personas, vide *suprà num.*8. Caputaquen. *decis.* 197. *lib.* 1. posui *in qq. crim. imprimen.*

20 Ad ea quæ dixi suprà *num.* 4. & 5. de confessione facta in ciuili iudicio, quando probet in criminali, adde Mascard. *conclus.* 348. *num.* 38. vbi quòd fic, etiam quòd confessio in causa ciuili facta esset incidenter emanata. quæ isto casu sufficit solùm ad formandum processum, & inquisitionem, vt *ibi* per eum. Vide Doct. *in cap.* & *si Clerici, num.* 108, *de iudic.* posui *in quæst. crim imprimen.*

21 Acta facta coram iudice seculari, an, & qualem fidem faciant coram Ecclesiastico, & è contra, vide omnes, & singulos Doctores *in cap.* & *si Clerici, de iudic.* & ex recentioribus Abbas *num.* 12. Aret. *num.* 11. Felin. *num.* 4. Dec. *num.* 90. & *seqq.* faciunt quæ dixi in impressis *quæst.* 7. *num.* 43. & *seqq.*

22 Acta facta in iudicio ciuili, an faciant fidem in criminali, vide Caual. *in com. opin. quæst.* 296. & vide etiam allegatos suprà *num.* 16. omissis iis, qui de confessione loquuntur.

QVÆSTIO XLVI.

Res inter alios acta, tertio quando præiudicet.

SVMMARIVM.

1. *Res inter alios acta quando tertio præiudicet, & seqq.*
2. *Regulariter res inter alios acta tertio non præiudicat.*

3. *Res inter alios acta facit inter alios semiplenam probationem.*
4. *Vel dicas quod remittitur arbitrio iudicis.*
5. *Confessio vnius quando tertio præiudicet.*
6 *Instrumentum quando probet inter alias personas.*
7. *Testes quid probent inter alias personas, & 25.*
8. *Instrumentum tertio non præiudicat.*
9. *Sententia contra vnum lata quando alteri præiudicet, & seqq.*
10. *Sententia contra vnum lata quando possit exequi contra eius successores.*
11. *Sententia lata contra principalem quando noceat tertio, qui sciuit sententiam latam, & non appellauit.*
12. *Sententia lata contra hæredem grauatum, an noceat substituto, seu fideicommissario.*
13. *Sententia lata in contumaciam, tertio non nocet.*
14. *Exequutio obtenta contra principalem quando possit fieri contra eius successores, vbi etiam contra hæredes.*
Et an requiratur citatio, ibid.
15. *Et an tertius possit ab exequutione appellare.*
Exequutio obtenta contra principalem, quando possit fieri contra tertium possessorem, & sic singularem successorem, d. n. 14. & 17.
16. *Quid si adest pactum capiendi propria authoritate, &c.*
17. *Quid si in tertium possessorem res fuit alienata ante, vel post litem motam.*
Fideiussori an noceant gesta contra principalem, ibid.
18. *Exequutio quando absque alio fieri possit contra fideiussorem.*
19. *Exequutio contra debitorem an possit fieri per hæredem creditoris, non docto quòd sit hæres.*
20. *Exequutio obtenta à principali creditore, an possit sine citatione fieri ab eius cessionario.*
21. *Sententia qua pronunciatur quem Clericum, seu minorem, etiam alteri præiudicat, & ibi de materia.*
Quid in causa status, puta quando quis declaratur nobilis, vel ignobilis, filius, vel legitimatus, ibid.
22. *In connexis & indiuiduis, puta seruitute, quando sententia contra vnum lata tertio præiudicet.*
23. *Sententia Principis contra vnum lata tertio præiudicat.*
24. *Sententia lata contra locatorem, an noceat conductori, & è contrà lata pro locatore, an prosit conductori.*
Sententia lata ad fauorem vnius, an possit alijs habentibus interesse, ibid.
Sententia contra vnum lata, nocet & ei, qui habet causam ab illo contra quem lata est, ibid.
Sententia contra vnum lata, nocet ratione connexitatis alteri ius connexum habenti cum eo, ibid.

1 MVLTA in hac materia videas per Tiraq. *in suo tract. Res inter alios acta.* omnino Couar. *practic. quæstion. cap. 13. 14. 15. & 16.* vbi generaliter, & particulariter. Lanfran. *in cap. quoniam contra, in verbo interloquutoria, & appellationes, pag. mihi 134. col. 1. circa finem, & col. seq.* Bart. *in l. admonendi. ff. de iureiur. & in l. si quis libertatem. ff. de iur. iur. & in l. si quis libertatem. ff. de petit hered. num. 5.* Felin. *in cap pen. de re iud.* Aym. *de antiq. temp. p. 2. num. 44. vers. Non dicam.* idem Aym. *cons. 65. n. 6.*

2 Regula sit quòd res inter alios acta tertio non præiudicat. *l. quamuis ff. de re iud. in rub. & nigro. C. res inter alios acta. cap. penult. de re iudic.* plures adducit concordantes Tiraquell. *in tract. Res inter al. acta, pag. 2. vers. Hinc illud, & vers. Horum autem multi*, vbi etiam reddit rationem.

Intellige vt non præiudicet tertio quoad plenam probationem, sed benè quo ad semiplenam. Hippolyt. *sing. 276.* vbi ex hoc infert posse deferri iuramentum in supplementum, &c. Gozad. *consil. 103. num. 10.* vbi quòd in proposito secundùm omnes ista verba, *qualis qualis præsumptio*, intelliguntur de semiplena probatione. Sed in contrarium esse communem opinionem dicit, & defendit Couar *pract. quæst. cap. 13. num. 4. sub vers. Cæterùm, vt hac materia, in fine*, & hanc vltimam opinionem relatis, & reprobatis contrariis, putat veriorem Aym. qui concordantes allegat, *de antiquit. temp. part. 2. num. 44. & seqq* quæ tamen opinio vltima videtur limitanda, Primò vt non procedat in connexis. vide infrà *num. 21.* & *ibidem* per Aym. *num. 48.* & est de mente Couarruu. *sub d. vers. Cæterùm*, &c. Secundò vt non procedat in antiquis, vt per Aym. *ibid. num. 49.* 3

Vel meliùs dicas quòd res inter alios acta facit quo ad tertium illam probationem, quæ bono viro videbitur, & sic id totum remittitur arbitrio boni viri, tradit Couarruu. *pract. quæst. cap. 13. pag. mihi 86. 1. col. in princ.* vel secundùm Abb. *in d. cap. pen. de re iud.* remittatur arbitrio iudicis. 4

Confessio autem per vnum facta, & quando præiudicet tertio, & quòd confessio debitoris non noceat fideiussori, tenet Bal. *consil. 43. lib. 5.* & quòd vnius confessio alteri non præiudicet, Mascard. *conclus. 386. num 1. 2. & 3.* vbi ampliat etiam quòd confitens sit omni exceptione maior. dixi *in tit. de reo confesso, & conuict. quæst 81. num. 65. in 24. limitatione.* videas per Mathes. *sing. 25. in addit.* Cephal. *consil. 101. vol. 1.* Tiraquell. *de retract. pag. mihi 917. num. 9. & 17. de retract. conuent. §. 4. gloss. 6.* 5

Instrumentum factum inter aliquas personas quando tertio præiudicet, Couarr *pract. quæst. pag. mihi 321. num. 9.* 6

Testes examinati contra vnum, quando probent contra alium, plenè per Caguol. *in l. 2 num. 105. & seqq. C. de edend* Marsil. *sing. 276. & 435.* Menoch. *de arbitr. quæst. casu 111. pag. mihi 160.* vide Albertin. *in tract. de agnoscend. assert. cathol. & heret. quæst. 34. num. 37. 41. 42. & 43.* vbi quòd isto casu contra tertium non citatum inducunt aliquam suspicionem, seu leuem præsumptionem, quæ sufficit ad inquirendum, & adiuuat alias probationes, & *ibi* respondet ad contraria. Sed declarat *ibi num. 38.* dummodo testes non patiantur alias exceptiones, quia tunc nihil prorsus probant. de materia vide omnino Monticell. *in Repert. test pag. 266. col. 1. vers. pen. & seq. & col. 2. per totam, & pag. 267. col. 1 pariter per totam*, & infrà *num. 25.* 7

Iuramentum vnius tertio non præiudicat. Cephal. *cons. 111. num. 39. vol. 1.* 8

Sententia contra vnum lata, quando alteri præiudicat, facit ius inter omnes. Achil. *decis. 5. de sentent. & re iudic.* & lata ad fauorem vnius, prodest omnibus quorum interest, quamuis in iudicio non fuerint vocati. Put. *decis. 12. num. 3. lib. 1.* vide Odd. *de restit. in integr. part. 1. quæst. 37. num. 116. & seqq.* tractatur materia per Alexand. & alios *in l. sæpe, de re iudic.* Felin. & alios *in cap. cùm semper, extrà eodem.* Couarruu. omnino *in practic. cap. 13. 14. 15. 16.* vbi pulchrè, subtiliter, generaliter, & particulariter. Marsil. *sing. 4.* Mathes. *sing. 25.* Aym. *de antiquit. tempor. pag. mihi 110. num. 45. & seqq. 48. & seq.* vide *in numeris seqq.* 9

10 Sententia lata contra vnum, quando abſque alio poſſit contra eius ſucceſſores exequi, dixi infrà verſ. exequutio, num. 5. vbi tradita ponas hîc, & vide infr. num. 14. & 17.

11 Sententia lata contra principalem, an & quando noceat tertio poſſeſſori ſcienti, & tacenti ſententiam eam latam contra principalem, & oon appellanti, vide Alexand. in d. l. ſæpe num. 20. & ſeqq. num. 100. & ſeqq. num. 105. & pluribus ſeqq. vſque ad num. 125. ff. de re iud. Felin. in d. cap. cùm ſuper, num. 12. & 13. extrà eodem. Foller. in practic. cenſuali, pag. mihi 144. num. 11. Couarru. pract. quæſt. cap. 13. num. 7. 8. & 9. & cap. 15. num. 2. & 8. & per Felin. in cap. quamuis, num. 2. & ſeqq. de re iudic. & ibidem num. 7. & 8. Duen. regul. 274. in 1. limitat. Sed an, & quando iſte tertius, & quomodo, & à quo tempore appellet, dixi in ſeq. quæſt. vbi agitur de tertio comparente pro ſuo intereſſe, &c. & generaliter quòd acta contra vnum, noceant tertio ſcienti, & patienti, dum illa acta gerebantur. Tiraquell. tract. Res int. al. acta, pag. 17. à tergo, verſic. limita 20. deciſ. Pedemont. 157. per totam.

12 Sententia lata contra hæredem grauatum, an noceat ſubſtituto, ſeu fideicommiſſario. Dic quòd non. Put. deciſ. 91. lib. 3. videas per Marzar. de fideicommiſſ. quæſt. 72.

13 Sententia lata in contumaciam nunquam tertio præiudicat. Rolandus conſil. 94. numero 22. vol. 3.

14 Exequutio obtenta contra principalem, an, & quando abſque alio poſſit fieri contra eius hæredem, & ſucceſſorem, dixi infrà inter diuerſa, verſ. exequutio ſententia, num. 5. & 4. vbi etiam quando requiratur citatio in exequutione facienda contra dictos ſucceſſores, & ibi ſcripta ponas hîc. In extenſione huius quæſtionis, quæro modò, quid contra ſingularem ſucceſſorem, & ſic quando exequutio ſententiæ obtenta contra principalem debitorem, poſſit etiam exequi contra tertium poſſeſſorem, & ſic ſingularem ſucceſſorem. Ad hanc materiam faciunt quæ dixi infrà d. verſic. exequutio ſententia, &c. ſiue in verſ. exequutio contra quos ſucceſſores, &c. num. 5. Item faciunt quæ proximè dixi de ſententia contra vnum lata, quando alteri præiudicet, de quo ſuprà num. 9. & ſeqq. quibus addo particulariter latiſſimè præter omnes diſtinguentem Menoch. in 5. remedio adipiſ. poſſeſſ. num. 126. & ſeqq. vſque ad 143. vide infrà in num. ſeqq. præſertim num 17.

15 Et particulariter quòd tertius timens exequutionem, &c. poſſit iſto caſu appellare, dicetur infrà in ſeq. quæſt. in materia tertij appellantis, & particulariter ſcias quòd licèt aduerſario de exequendo non ſit licita appellatio, vt dixi ſuprà quæſt. 16. num. 37. tamen ſi iudex pronunciat, ſententiam contra vnum latam, fore exequendam contra alium, datur ab iſta pronuncia appellatio, vt per Lancell. de attent. cap. 12. limitat. 53. num. 21. de quo etiam infrà quæſt 47. ſub num. 24.

16 Exequutio poteſt fieri etiam contra tertium poſſeſſorem non citatum, quando in inſtrumento adeſt pactum capiendi propria authoritate, & conſtitutum Precarij Maran in ſpec. pag. mihi 393. n. 33.

17 Exequutio obtenta contra principalem debitorem, quando poſſit abſque alio fieri contra tertium poſſeſſorem, in quem res fuit alienata ante, vel poſt litem motam. Diſtingue tres caſus, de quibus poſt Bar. videas per Afin. in praxi, §. 31. cap. 2. in 24. ampliat. regula, ibi per eum poſitæ, & per Neuizan. d. conſil. 20. num. 13. & multis ſeqq. Sed regulariter quòd poſſit abſque nouo iudicio fieri exequutio contra tertium, in quem res litigioſa fuit alienata, eſt deciſio Mohed. in tit. de exeq. rei iudic. cum aliis, de quibus per Lancellott. de attent. lit. pend cap. 4. in præfat. num. 459. & ſeq. vide omnino in deciſ. Pedemont. 64. & 65. & ſuprà num. 14. Bart. in l. à diuo Pio. §. ſi ſuper rebus, num. 7. Alexand. num. 10. Iaſon num. 10. ff. de re iudic. Couarru. practic. quæſt. cap. 15. num. 7. & 8. Papien. pag. mihi 185. num. 18. & pag. 186. num. 26. Natta conſil. 350. num. 3. & 4. vol. 2. Neuizan. conſil. 20. per totum. Cephal. conſil. 195. num. 13. & ſeqq. vol. 2. vbi quòd ſi pendente iudicio res litigioſa fuit alienata in aliquem, tunc poteſt fieri exequutio etiam contra iſtum tertium poſſeſſorem non citatum. Aduerte quòd licèt exequutio ſine nouo iudicio poſſit fieri contra tertium poſſeſſorem, in quem res fuit alienata lite pendente, tamen non poteſt fieri ſine citatione, vt per Nattam d. conſil. 350. Angelum num. 4. lib. 2. refert, & ſequitur Lancellott. de attent. lit. pend. cap. 4. in præfat. num. 462. dummodo ſcilicet actio intentata ſit realis Si verò eſſet perſonalis, intentata perſonali actione quando poſſit exequutio fieri contra tertium in quem res fuit alienata lite pendente, vide omnino deciſ. Pedemont. 64. & faciunt infrà tradita quæſt. 51. num. 41. Tunc ſententia lata contra principalem non poteſt contra iſtum tertium poſſeſſorem non citatum exequi, niſi in illum alienatio rei fuerit ne dum facta lite pendente, ſed etiam doloſè, quia ſtante dolo, etiam quòd actio ſit perſonalis, exequutio fit contra iſtum tertium poſſeſſorem, in quem res fuit alienata lite pendente, vt ibidem, vbi quòd exequutio non fit contra tertium poſſeſſorem non citatum, in fragmen. verſ. Litigioſa res.

Fideiuſſori autem an noceant geſta, & actitata cum principali, (faciunt ad hanc materiam infrà tradita quæſt. 62. num. 15. vbi agitur an & quando citandus ſit ille, de cuius intereſſe oon principaliter, ſed ſecundariò agitur. vide Surd. in deciſ. Mant. deciſ. 218. num. 11. & ſeqq Debitori.) Dicas quòd non, ſecundùm Villalob. lit. F. num. 39. Maran. in ſpec. pag. mihi 224. num. 32. vbi quòd in ſententia ferenda contra principalem non requiritur citatio fideiuſſoris, & eſt communis, vt per Turzan. opin. 140. vbi tamen quòd non per hoc poteſt contra fideiuſſorem procedi, niſi ſeruato ordine iudiciario, & actione ex ſtipulatu, de quo procedendi modo contra fideiuſſorem vide docentem Imol. in cap. peruenit, col. 3. de fideiuſſ. In qua materia, an & quando lata ſententia contra principalem poſſit abſque alio contra fideiuſſorem exequi, videas per Bar. in l. 1. ff. iud. ſolui. Mynſ. obſeruat. 96. centur. 4. Duen. reg. 276. Papien. pag. mihi 187. num. 27. quòd ſententia lata contra principalem poſſit ſine nouo proceſſu, & iudicio exequi contra fideiuſſorem, eſt text. in l. ſi quis pro. §. ſi nummos. ff. de fideiuſſ. ſub num. 1. propè finem, ad quod vide Hercul. de caut. pag. 174. num. 78. Dicas quòd contra fideiuſſorem contractus, oon poteſt ſenténtia contra principalem lata exequi, niſi ipſo legitimè citato, &c. Anchar. in cap. 1. de iniur. & damno dato, in 6. num. 5. pag. mihi 143. Ancharan. quæſt. 19. num. 2. parte 2. Hercul. de caut. pag. mihi 97. num. 6. & ſeqq. ſecus contra fideiuſſorem de iudicatum ſoluendo, contra quem abſque alio poteſt exequi ſententia obtenta contra principalem. Idem tenet Hercul. de caut. pag 97. num. 6. & ſeqq. Pert. Caball. reſol. crimin. caſu 109. num. 29. & ſeq. vbi etiam quòd fideiuſſor exequutiuè, & ſine nouo proceſſu pro relatione agit contra principalem, vt per Anchar. d. cap. 1. de iniur. & damn. dato, in 6. num. 5. Clar. in pract. quæſt. 46. verſ. vbi verò, &c. & quæſt. 95. ſub princ. Anchar. d. quæſt. 19. part. 2.

part. 2. vbi etiam quòd in dicta exequutione contra istum fideiussorem de iudicatum soluendo non requiritur citatio, licèt bene verum sit quòd talis fideiussor potest appellare à sententia lata contra suum principalem. Imò etiam potest appellare ab exequutione sententiæ, vt *ibi* per eum *num.* 6. *& seqq.* ad quod faciunt infra generaliter tradita de tertio appellante pro suo interesse *in seq. quæst.* & an in taxatione expensarum sit citandus fideiussor de iudicatum soluendo, ponit Imol. *consil.* 43. *in* 9. *limitat. lib.* 1. ad hanc totam materiam vide omnino Tiraquell. *tract. Res inter alios acta, pag.* 9. *sub vers. & id quidem.*

19 Exequutio obtenta à creditore, an possit per eius hæredem absque alio fieri contra debitorem non citatum; an verò debeat ipse hæres priùs in iudicio docere se hæredem, posui infrà *in fragmentis, vers. exequutio num.* 4. vbi tradita ponas hic in extensione huius quæstionis.

20 Exequutio obtenta à creditore principali, an possit ab eius cessionario absque alia citatione fieri contra debitorem, disputatur in quæstione Anchar. 3. *p.* 2. *num.* 9. *& omnibus seqq.* vbi particulariter loquitur in mandato suspicionis fugæ, & faciunt infra tradita *vers. cessionarius n.* 31. inter diuersa.

21 Sententia qua pronunciatur quem liberum, Clericum, minorem. de minore posui *in fragmen. crimin. vers. ætas*, & similia, an tertio præiudicet, vide Lamberten. *de contract. gloss.* 2. *num.* 13. Tiraquell. *in tract. Res inter alios acta, pag.* 17. *vers. limita* 18. vbi quòd in causa status, puta quando quis declaratur nobilis, vel ignobilis, sententia contra vnum lata alteri præiudicat: idem in causa filiationis, & legitimationis, quia sententia qua quis declaratur filius talis, vel benè legitimatus, aliis non vocatis præiudicat. Tiraquel. *ibi pag* 20. *vers. limit.* 27.

22 Res inter alios acta etiam tertio non vocato præiudicat in connexis, vt dixi aliquid suprà *num.* 3. & idem tenet Tiraquell. *in tract. Res inter alios acta, pag.* 18. *vers. limita igitur, & vers. limita* 23. vbi idem in diuiduis, puta in seruitute, in quibus sententia contra vnum lata quando tertio præiudicet, ibi videas de connexis. vide Alex. *in l. sæpe, post num.* 36. *& seq ff. de re indic.*

23 Sententia Principis cùm habeat vim legis, & faciat ius inter omnes; ideo contra vnum lata, & tertio non vocato præiudicat. Tiraquell *Res inter alios acta, pag.* 20. *vers. limit.* 29.

24 Sententia lata contra locatorem nocet etiam conductori. Alexand. *in l. sæpe num.* 152. *vers. An sententia lata contra locatorem, ff. de re iudic.* Ratio est, quia generaliter sententia quæ nocet authori meo, nocet & mihi. *l. si a te, §. fin. ff. de excep. rei iud.* & sententia contra vnum lata, nocet etiàm ei, qui ab eo causam habet, vel habet ius connexum. *l.* 1. *C. de re iud.* Salic. *in l.* 1. *in* 3. *oppos. C. res inter alios acta*, &c. Sed an è contra sententia lata ad fauorem locatoris prosit & conductori non nominato in sententia. videtur quòd sic, quia generaliter est quòd sententia lata pro agente, prodest omnibus quorum interest, quamuis in iudicio non fuerint. *l. posthumus, § si quis ex his ff. de inoffic. testam.* Alexand. *in d. l. sæpe num.* 31. *vers. vbi autem dicta esset sententia.* Veritas est quòd sententia lata ad fauorem locatoris, seu alterius, prodest conductori, seu alteri interesse habenti, & non nominato in sententia quoad retentionem tantùm, secus quo ad actionem, vt scilicet ex ea sententia agi possit. Ita, relatis contrariis, distinguit Put. qui hæc omnia ponit *in decis.* 12. *lib.* 1. *per totam.*

25 Ad ea quæ suprà *num.* 7. tradita sunt, adde Put. *de- Farinac. Repert. iudic.*

cis. 61. *lib.* 2. vbi quòd testes inter alios examinati, non faciunt semiplenam probationem, sed tantùm generale præiudicium. fallit in antiquis, in quibus faciunt semiplenam probationem in iis, quæ sunt leuis præiudicij: at in iis, quæ sunt grauis præiudicij, non faciunt nec semiplenam probationem, vt *ibi* per Put. quem videas, & eius dicta considetes.

QVÆSTIO XLVII.

De tertio comparente, & appellante pro suo interesse.

SVMMARIVM.

1. *Tertius quando pro suo interesse ad comparendum admittatur ad impediendum processum, vel exequutionem, & seqq.*
 Tertius quando possit opponere exceptionem dominij contra agentem possessorio, ibid.
2. *Tertius regulariter pro suo interesse admittitur.*
3. *Tertius admittitur comparens etiam in tertia instantia.*
4. *Innouata, & attentata, non citato tertio, qui pro suo interesse comparuit, reuocantur.*
5. *Tertius potest comparere & in actu exequutionis, & coram mero exequutore, vbi etiam an impediat exequutionem.*
6. *Tertius potest comparere & coram delegato; & an sit opus noua commissione, & de eius forma.*
7. *Tertius non admittitur nisi doceat de suo interesse, & de materia, & seqq.*
11. *Tertius tenetur suscipere causam in eisdem statu, & terminis, & seqq. vsque ad n.* 10.
12. *Probationes facta inter principales nocent tertio.*
13. *Lapso termino concesso principali ad probandum, tertius non potest ampliùs probare.*
14. *Nec post publicationem tertius ampliùs ad examinandum testes admittitur.*
15. *Nisi sit minor qui restituitur ad probandum.*
16. *Tertius comparens in tertia instantia, non potest appellare si habuit in ea summariam causam, & seq.*
 Tertius an sit restituendus ad appellandum aduersus rem iudicatam, ibid. & an talis restitutio impediat exequutionem, num. 44.
18. *Tertius qui comparet ad excludendum ambos litigantes, non tenetur suscipere causam in statu, & terminis, &c.*
 Tertius comparendo an possit impedire processum inter principales, ibid.
19. *Tertius potest allegare & probare ea, quæ principalis nec allegauit, nec probauit.*
20. *Citatio requiritur, & sententia iudicis interloqutoria quando tertius pro suo interesse admittitur.*
21. *Tertius calumniosè comparens non admittitur.*
22. *Tertius comparens dicitur reus, non actor.*
23. *Tertius quando possit appellare à sententia contra alium lata, quandóve appellatio exequutionem impediat, & seqq.*
24. *Regulariter tertius appellat.*
25. *Et appellatio impedit exequutionem.*
26. *Amplia etiam quòd iudex non deferat appellationi.*
27. *Amplia etiam in casibus appellatione prohibitis.*
 Amplia etiam in possessorio, ibid.
28. *Amplia etiam in causa commissa cum clausula, appellatione remota.*
29. *Amplia etiam quòd principalis renunciauerit appellationi.*

31. *Amplia quando instans pro exequutione vult dare cautionem, &c.*
32. *Limita in sequestratione possessionis.*
33. *Limita in illo tertio appellante qui sciebat causam inter principales agi, & non comparuit.*
34. *Limita in tertio comparente in tertia instantia, & sic appellante post tres conformes.*
36. *Limita quando tertius appellans lite pendente se intrusit in possessionem rei, de qua agebatur.*
37. *Limita in appellatione conditionali.*
38. *Causa debet inseri in appellatione tertij.*
39. *Appellatio tertij non admittitur nisi docto de interesse.*
40. *Appellatio tertij calumniosa non admittitur.*
41. *Appellatio tertij non prodest principali.*
42. *Appellare debet tertius infra 10. dies, &c.*
Pendente termino ad appellandum, an aliquid possit innouari, ibid.
43. *Nullitas per tertium opposita an exequutionem impediat.*
44. *Restitutio in integrum per tertium petita, an exequutionem impediat.*

1 TERTIVS an, & quando possit pro suo interesse comparere, quandóve comparendo admittatur, maxime ad impediendum processum, vel exequutionem, ac de tota hac materia generaliter, præter infrà posita, videas Couarr. *pract. quæst. cap.* 13. 14. 15. *&* 16. vbi generaliter, particulariter, & subtiliter ponit materiam, & ad eum recurras, quia non mihi fuit tempus rescribendi hic eius dicta, & conclusiones. Myns. *obseru.* 73. *centur.* 3. latè Felin. *in cap. veniens il* 2. *de testib. & in cap. cùm super, de re iudic. verb. interloquutio, & appellatio, num.* 70. Rota *decis.* 14. aliàs 477. *in nouis.* Boër. *decis.* 79. Papien. *in forma exequut. sentent. num.* 16. *pag. mihi* 96. Aym. *consil.* 220. *num.* 2. Gozad. *consil.* 103. *num.* 1. *& seqq.* Duen. *reg.* 274. Afflict. *decis.* 15. *&* 235. Anchar. *q.* 42. *&* 44. 2. *part. decis. Bonon.* 75. Paris. *consil.* 94. *num.* 16. *vol.* 4. Roland. *consil.* 5. *per totum, vol.* 2. Menoch. *de recuper. possess. pag. mihi* 64. *num.* 316. *& seqq.* vbi dè tertio opponente dominium contra agentem possessorio. ad quod faciunt tradita infrà *num.* 7. Natta *consil.* 327. *lib.* 2. Vant. *in tit. quis poss. dicere de nullitate, num.* 1. *& seqq.* in discursu. Andr. Gail *lib.* 1. *obseruat.* 70. *& seqq.*

2 Regula sit quòd tertius comparendo pro suo interesse debet per iudicem admitti, & audiri, secundùm omnes suprà allegatos Doctores in anteced. *num.* 1. in quacumque enim parte iudicis tertius comparens de suo interesse docuerit, exequutionem impedit, concord. allegat. *decisio Lucen.* 34. *num.* 13. *& seqq.* 1. *part.* Caputaquen. *decis.* 26. *part.* 2. vbi quòd sententia est nulla, non audito tertio comparente, & protestante se citari.

3 Amplia I. vt non solùm admittatur comparendo in prima instantia, sed etiam in secunda & tertia, vt per Mandos. *in forma commissionum* 9. *pag.* 58. *à tergo vers. in prima*, &c. Sed an hic comparens in tertia instantia possit appellare, dicetur infrà *n.* 34.

4 Amplia II. vt ipso tertio admisso pro suo interesse nihil debeat per partes ipso non citato innouari ac attentari, & aliter attenta, ac innouata reuocantur. quod quando habear locum, videas per Lancell. *in suo tract. de attent.* 2. *part. in præfat. cap.* 40. *num.* 178. *& seqq.*

5 Amplia III. vt possit quis pro suo interesse comparere coram iudice exequente, & sic coram mero exequutore, ad quod videas Couarr. *pract. q. d. c.* 16. *num.* 5. facit *num.* 24. quia etiam in actu exequutionis tertius admittitur, vt *in decis. Lucen.* 34. *num.* 13. 1. *part.* Sed an illam impediat, vltra inferiùs tradita in discursu, præsertim *num.* 25. 31. 43. *&* 44. vide *in decis. Pedem.* 38. *num.* 4. vbi quòd non impedit, secundùm communem, saltim præstita cautione de restituendo rem illi tertio in casu victoriæ docuisse de interesse. Secundò fallit vbi ageretur de periculo animarum, *ibidem num.* 5. Ad hæc vide etiam Menoch. *in l. fin. num.* 622. *C. de edict. diui Adr. tollen.* vbi quòd tertius, &c. non impedit exequutionem, nisi incontinenti doceat de suo interesse, saltim summariè, & apparenter, vt *ibid. n.* 623. *&* 685.

6 Amplia IV. vt non solùm possit comparere coram iudice ordinario, sed etiam coram delegato. Sed an hic opus sit noua commissione. Dic quòd sic, nisi causa esset commissa cum clausula, *contra N. omnésque alios*, &c. tunc enim nulla est necessaria commissio, vt per Mandos. *in d. formula commissionum noua, pag.* 56. *à tergo, & seq.* vbi alia in materia, ac *ibidem* ponit formam dictæ commissionis.

7 Limita supradictam regulam I. vt dictus tertius non admittatur comparendo, nisi doceat de suo prætenso interesse. Vide aliquid *in quæst.* 57. *num.* 22. & in diuersis *vers. agens num.* 12. Fallit quando admittatur etiam non docto de interesse, parte non opponente. Mascard. *conclus.* 919. *num.* 7. *cap.* 2. *ad finem, vt lit. pend. in* 6. *cap. post electionem*, vbi *gloss. fin. vers. vel ideo non fuit auditus, de concess. preben. cap. veniens* 2. *de testibus.* Mandos. *ibidem pag.* 57. *vers. ad causam*, &c. *& pag.* 58. *vers. pro suo interesse.* Tiraquell. *de constitut.* 3. *parte* 13. *limitatione, num.* 14. Couarrun. *d. cap.* 16. *num.* 1. Mascard. *conclus.* 919. *num.* 6.

8 Amplia hanc limitationem I. vt procedat etiam in tertio appellante, qui non admittitur, nisi doceat de suo interesse, vt dicetur infrà *n.* 59.

9 Amplia II. vt in continenti debeat de prædicto suo interesse docere, vt per Couarr. *pract. quæst. d. c.* 16. *num.* 1. Menoch. *de arb quæst. casu* 18. vbi etiam quando incontinenti dicatur in casu isto. ad quod vide *decis. Lucen.* 34. *num.* 6. *& seqq.* vbi quòd debet tertius docere de suo interesse infra tempus iudicis arbitrio declarandum, qui tamen iudex non debet arbitrari longius tempus, quàm illud, infra quod causa debuisset expediri: potest tamen iudex illud tempus abbreuiare, & super omnibus præmissis vide ad idem Mascard. *concl.* 929. *n.* 11 *&* 12.

10 Sublimita hanc limitationem vt sufficiat quòd de interesse isto casu summariè, & apparenter probet. Mandos *in d. formula commissionum* 9. *pag.* 57. *à tergo d. vers. ad causam* Couarr. *d. cap.* 16. *num.* 1. vbi quòd sufficit semiplena probatio. Roland. *cons.* 1. *num.* 31. *vol.* 1. vbi similiter quòd sufficit de interesse apparenter docere. Innoc. *in cap. veniens il* 1. *col.* 2. *num.* 2. *de testibus.* Felin. *in d. cùm super, in princ. de re iudic.* Menoch. *in l. fin. num.* 623. *&* 685. vbi secundùm communem sufficit summariè, & apparenter de interesse docere. plures ad hanc sublimitationem adducit concordantes Mascard. *conclus.* 919. *num.* 8. *& seqq.* vbi pulchrè exemplificat.

11 Limita supradictam regulam II. vt tertius, qui pro suo interesse comparet, teneatur suscipere causam in iisdem statu, & terminis, in quibus reperitur. textus expressus *in c. fin. vt lit. penden. in* 6. Mandos. *vbi suprà pag.* 58. à tergo, *vers. in statu, &c.* Couarr. *practic. quæst. cap.* 14. *sub num.* 3. *pag.* 100. *col.* 1. *vers. & profectò, &c.* vbi respondet ad rationem quæ in contrarium adduci possit. Menoch. *de arb. quæst. d. casu* 18.

12 Hinc est quòd probationes factæ inter litigantes prosunt, & nocent tertio comparenti. Lancell. *de attentat. part.* 2. *in præfat. cap.* 4. *n.* 186.

13 Hinc est quòd lapso termino concesso principali

ad

ad probandum, nec etiam tertius vlteriùs ad probandum admittitur. Couarr. *pract. quæst. cap. 13. num. 1. vers. Primum ex his, in fine, & n. 2. & cap. 14. n. 3.*

14 Hinc est quòd post testium publicationem factam ad instantiam principalis, nec etiam tertius potest ampliùs testes examinari facere, vt per Couarr. *d. cap. 15. num.* 2. vbi quòd ita practicatur, licèt aliqui *ibi* per eum relati contrarium dixerint, *& cap. 14. n. 5. vers. & profectò, &c.*

15 Nisi forsan tertius comparens esset minor, qui ad probandum restituitur, etiam lapso termino principali concesso, Couarr. *d. cap. 14. num. 5.* Afflict. *decis. 15.* & *ibi* Vrsill. *in addit.*

16 Hinc etiam est quòd si tertius pro suo interesse compareat in tertia instantia, & in ea teporter sententiam contra, non potest amplius ab ea appellare, quia talis sententia etiam quod ad lapsum, dicitur tertia sententia. Put. *dec. l. 60. de indic.* Mandos. *vbi supra, pag. 59. in vers. in statu. & terminus, &c. propè finem.* Lancell. *de attent. cap. 12. in 14. ampliat. num. 22.* Couarr. *practic. qq. cap. 15. num. 3. & 4.* vbi infert ad venditorem qui comparens in tertia instantia litis motæ contra emptorem super euictione rei venditæ non potest appellare, si in dicta tertia instantia contra ipsum fuerit pronunciatum, vt *ibi* per eum, vbi amplius quòd nec isto casu datur restitutio in integrum, in quo vide Cephal. *cons. 106.* vbi latè de dicto venditore appellante post tres conformes sententias latas contra emptorem, & *ibi* distinguit.

17 Amplia hanc illationem, vt procedat non solùm in eo tertio comparente in tertia instantia, quia sciebat litem motam, & sententias latas contra principalem in prima & secunda instantia, sed etiam in ignorantem, quia adhuc appellare non poterit, vt per Couarr. *pract. qq. cap. 15. num. 3. & 4.* vbi similiter infert ad venditorem comparentem in tertia instantia, qui ignorauit sententias latas contra emptorem. Put. *d. decis. 60. de indic.* Mandos. *d. pag. 59.* vbi tamen dicit sibi placere hanc distinctionem, vt videlicet appellatio isto casu sit interdicta illi tertio comparenti in tertia instantia, qui sciebat alias sententias contra principalem latas, secus ignoranti.

18 Sublimita I. prædictam secundam limitationem hoc modo. Nam si tertius venit ad causam ad coadiuuandum vnum ex litigantibus (exemplum in venditore, qui, vt dixi, potest comparere in iudicio ad defendendum emptorem in causa euictionis rei venditæ, vel in legatariis, qui defendunt hæredem scriptum aduersus illum, qui vult rescindere testamentum, & similiter) & tunc vera est conclusio quòd tertius debet assumere causam in statu, & terminis. Si verò tertius compareat in iudicio ad excludendum vtrumque ex litigantibus, tunc secus, quia nunc causa est ab initio cum ipso agenda, & omnia ex integro repetenda, & sic non assumit causam in statu, & terminis, in quibus reperitur, quia quò ad ipsum causa habetur ac si cœpta non fuisset. Couarr. *practic. qq. d. cap. 13. num. 1. & in princ.* vbi de recepta opinione, & de communi etiam *cap. 14. num. 3. vers. hactenus, & n. 4.* vbi quòd licèt tertius veniens ad excludendum ambos litigantes, non teneatur assumere causam, in statu, & terminis, in quibus reperitur, tamen non per hoc potest impedire processum, & diffinitionem causæ inter principales litigantes.

19 Sublimita II. quia licèt teneatur tertius comparens assumere causam in statu, & terminis, in quibus reperitur, tamen potest pro suo interesse allegare, & probare (dummodo in termino) etiam ea, quæ nec principalis allegauit, nec probauit. Couarr. *d. cap. 15. n. 1. vers. Primum ex his,* vbi de communi.

20 Limita III. vt tertius comparens pro suo interesse non sit tantum simpliciter, sed partibus citatis, & iudice desuper interloquendo admittatur, vt per Mandos. *in d. 9. formula commissionum, pag. 59. à tergo, vers. admittat, &c.*

21 Limita IV. quando tertius malitiosè, & per calumniam vellet ad intricandam litem in iudicio comparere, quia tunc nullatenus est admittendus, prout dixi infrà de appellatione tertij calumniosa, *num. 40.* & tradit Couarr. *d. cap. 13. sub num. 1. pag. 84. col. 2. in princ.* vbi quòd huiusmodi tertij oppositiones vtplurimum contingant ex malitia, & calumnia comparentium.

22 An autem tertius comparens pro suo interesse dicatur actor, vel reus, dic quòd est reus, & non actor, etiam quòd compareat in vim commissionis, vt per Mandos. *vbi supr. pag. 59. à tergo, vers. quam, & quas, &c.*

23 QVÆRO modò particulariter in materia, an tertius possit pro suo interesse appellare à sententia contra alium lata? Et an talis appellatio impediat exequutionem. Pro huius quæstionis veritate habenda vide Duen. *reg. 50.* Vide etiam Doctores omnes suprà allegatos *num. 1.* & præsertim Couarr. *practic. quæst. d. cap. 13. 14. 15. 16.* vbi generaliter, particulariter & subtiliter ponit materiam, & quia non habeo tempus rescribendi illius dicta, & conclusiones, ideo in casu occurrenti ad eum semper recurras.

24 Regula sit quòd tertius potest appellare pro suo interesse à sententia contra alium lata, *l. ab exequutore, §. alio, ff. de appellat. c. cum super, de re iud. l. à sententia ff. de appellat.* Millæ. *in Repert. vers. appellare potest tertius, fol. 14.* Couarr. *d. cap. 15. in princ. & num. 1. vers. Igitur appellatio admittenda est, pag. 102. col. 5. in princ.* Quod maximè procedit, quando in sententia fit decretum de exequendo contra tertium, & rem à tertio possessam, secundùm Contard. *in l. 1. C. si de mom. possess. in 19. limit. n. 14.* allegat Caputaquen. *decis. 418. lib. 1.* ad quod vltimum faciunt suprà tradita *n. 5.* & suprà *q. 46. n. 15.*

25 Talisque appellatio per tertium interposita exequutionem impedit. Boër. *decis. 79. in princ.* Rota *dec. 4.* aliàs 390. *Si feratur, de seq. possess. & fruct. in nouis, & decis. 11.* aliàs 349. *Nota quòd si feratur, de sent. & re iudic.* cum aliis, de quibus per Lancell. *de attent. cap. 12. in 14. ampliat. num. 1. & seqq.*

26 Amplia I. hanc regulam, vt procedat etiam quòd iudex appellationis non detulerit, vt per Lancellot. *d. cap. 12. n. 3. in 14. ampliat.*

27 Amplia II. vt procedat in causa in qua esset prohibita appellatio, puta in possessorio, in quo tertius non solùm appellat, sed eius appellatio impedit exequutionem, vt per Lancell. *d. cap. 12. in 14. ampliat. n. 3. & seqq.* faciunt suprà tradita *sub n. 1.*

28 Amplia III. etiam quòd causa esset commissa cum clausula, *Appellatione remota, &c.* quia ista clausula non operatur quo ad tertium. Lancell. *in d. c. 12. in 14. ampliat. n. 6. & seq.* in quo videas Couarr. *d. cap. 15. n. 5.* & faciunt generaliter de virtute huius clausulæ suprà tradita *q. 19. num. 29. & num. 30.* Adde pro hac tertia ampliatione eundem Lancellot. *cap. 12. in 8. limitat. num. 46. & seqq.* vbi plures allegat concordantes. Put. *decis. 147. lib. 2.*

29 Amplia IV. vt tertius possit pro suo interesse appellare, etiam quòd principalis renunciauerit appellationi, vt *ibid.* per Lancell. *n. 8. & seq.*

30 Amplia V. in fideiussore, qui potest appellare à sententia lata contra suum principalem, sed de hoc dixi suprà *in anteced. quæst. n. 18.*

31 Limita supradictam regulam I. vt non procedat quando instans pro exequutione vellet præstare cautionem de restituendo rem ipsi tertio, in euentum quòd vincat, quia tunc per appellationem tertij exequutio non impeditur, vt per Lancell. *ibid. num. 10. & seqq.* declara vt suprà *num. 5.*

32 Limita II. quia licèt impediatur exequutio, non tamen impeditur possessionis sequestratio. Lancell. *ibid.num.*12.

33 Limita III. in appellatione illius tertij, qui sciebat causam cum principali agi, & non comparuit, quia per eam non impeditur exequutio, ex traditis per eundem Lancell. *vbi supra num.*13.

34. Limita IV. in appellatione tertij comparentis in tertia instantia, & sic appellantis post rem iudicatam, & tres conformes, de quo dixi *n.*16.*& seq.*

35 Limita V. vt tunc demum per appellationem tertij impediatur exequutio, quando scilicet possessio est vacua, secus si non est vacua. Possessio dicitur vacua quando puta reus qui sententiam reportauit contra, non possidebat rem de qua agebatur. Et isto casu procedit regula quòd per tertij appellationem exequutio impeditur. Possessio non dicitur vacua quando è contra res, de qua agitur, possidebatur à dicto reo conuento, qui habuit sententiam contrà, & isto casu exequutio non impeditur. Ita declarat, & limitat Lancell. *de attent. d. cap.* 12. *ampliat. num.* 14. *& seqq.*

36 Limita VI. in illo tertio appellante qui lite pendente intrusit se in possessionem rei, de qua agebatur, quia tunc non impeditur exequutio, etiam quòd iste tertius vellet præstare cautionem de restituendo in casu succumbentiæ, vt *ibid.* per Lancellot. *de attentat. num.* 11.17. *& seqq.*

37 Limita VII. in appellatione conditionali, quatenus contrà Lancell. *ibid. n.* 25.

38 Limita VIII. quia hæc appellatio non potest per tertium interponi, nisi ex iusta causa, *l. à sententia, ff. de appellat.* ibi, *nisi ex iusta causa, & c. c. cùm super*, ibi, *rationabiliter, & c. ff. de re iud.* Mathes. *singul.* 123. Imò in tali appellatione debet inseri causa, vt per Couarr. *pract. qq. cap.* 15. *n.* 1. vbi de frequentissima opinione. Causa autem in proposito videtur esse interesse ipsius appellantis, vt colligitur ex traditis per Couarr. *cap.* 16. *n.* 1. de quo modò dicetur *in seq. limit.*

39 Limita IX. quia tertius appellans non admittitur nisi in continenti doceat de suo interesse, ad impediendum scilicet exequutionem; nisi enim de dicto interesse doceat, fiet exequutio, sine tamen præiudicio iuris huius tertij, vt *ibid.* per Lancellot. *de attentat. num* 24. Couarr. *d. cap* 16. *n.* 1. & faciunt suprà tradita generaliter *num.* 5. *& seqq.*

40 Limita X. in appellatione calumniosa. Couarr. *pract. qq. d. cap* 6. *num* 2. vbi quòd calumniæ præsumptio cessat si appellans offert incontinenti plene probare de iure, & interesse suo, ad quod faciunt suprà tradita *num.* 21. & infrà *in vers. appellatio calumniosa, num....*

41 Limita XI. vt licèt appellatio tertij impediat exequutionem, &c. istud intelligitur respectu illius tertij tantùm, & in eius solam vtilitatem, secus respectu principalis; quia appellatio tertij non iuuat cum contra quem est lata sententia, nisi etiam sit eius nomine interposita, & intra decem dies. Lancellot. *ibid. de attent. num.* 26. ad quod vide Diaz *reg.* 723. & Nouell. *reg.* 136.

42 Limita XII. dummodo tertius appellet tempore debito, videlicet infra decem dies. Couarr. *pract. quaest. cap.* 15. *num.* 2. vbi tamen quòd istud tempus currit à die scientiæ, & non sententiæ, & idem traditur per Lancell. *de attent cap.* 12. *limit.* 50. *n.* 168. *& seqq.* vbi inter alios allegat Cephal. *cons.* 106. *num* 4. *& per totum*, vbi quòd à sententia lata contra emptorem potest venditor appellare infra decem dies à die scientiæ, & si sciuerit causam agi quoad hoc vt sibi currat tempus ad appellandum, non sufficit scientia litis, sed requiritur scientia sententiæ, vt *ibi* per eum, & idem repetit idem Cephal. *in cons.* 279. *tempus decem dierum, num.* 5. *& seqq. lib.* 2. & idem Lancell. *de attent. cap.* 11. *num.* 48. & an pendente tempore isto decem dierum exequutio facta dicatur attentata respectu tertij, dixi infra in materia attentatorum pendente termino ad appellandum.

An autem nullitas per tertium opposita, maximè aduersùs tres conformes, impediat exequutionem, videas per Couarr. *d. cap.* 15. *num.* 9. Imol. *conclus.* 25. *lib.* 4. *in* 2. *limitat.* Gabr. *tit. de exequutione rei ind. conclus.* 1. *n.* 19. *lib.* 2. Vant. *tit. quis possit dici, de null. à n.* 4. *vsque ad num.* 32. Lancellot. *de attentat. cap.* 17. *num.* 108. *& seqq. secunda parte.* 43

Et quid de restitutione in integrum? Dic quòd non impedit exequutionem. Lancellot. *de attentat. part.* 2. *cap.* 18. *num.* 130. 44

QVÆSTIO XLVIII.

Restitutio in integrum quomodo exequutionem impediat.

SVMMARIVM.

46. *Qui si sententia aliàs fuit exequuta.*
Vel actor sit in quasi possessione exigendi, ibid.
47. *Quid si agatur de damno irretractabili.*
48. *Quid in criminalibus.*
49. *Quid si est inhibitum.*
53. *Quid si causa est commissa per Papam.*
54. *Quid si petatur restitutio per viam actionis, vel exceptionis.*

1 Vide Ioeas generaliter in hac materia præter infraposita, Maran. *in spec.pag.mihi* 179.*n.*96. *& seqq.* vbi facit regulam cum tribus limitationibus, *& pag.*58.vbi ponit duas alias limitationes. Repert.*in l.*4.§.*condemnatum,num.*30.*ff. de re iud.* Bell. *cons.*18. *num.*23. vbi ponit aliam limitationem, *decis. Bonon.*5.*num.*11.*& seqq.* Villalob.*in com.opin.littera E. num.*139. Myns.*cent.*1.*obseru.*48. *& cent.*3. *obseruat.*84. Duen.*reg.*273. Viui.*in com.opin.car.*64.*vers.exceptiones.* Couarr.*pract.quæst.cap.*25.*num.*7. Imol.*conclus.*25.*lib.*4. *in 9.amplia.* Franc.Marc.*decis.*53.*tom.*2.*per totam.*

2 Diuersæ in hac quæstione fuerunt opiniones, quas seriatim videre poteris per Franc. Marc. *decis.* 53. *ferè per totam, tom.*2.& per Lancell.*in tract.de attent.cap.*18. *part.*2.*n.*1.*& seqq.*

3 Regula sit quòd restitutio in integrum exequutionem impedit, secundùm veriorem, & magis communem opinionem, de qua per Lancell.*d.cap.*18.*num.*11. *& seqq.* Maran.*in spec.car.*179.*num.*96. Cephal.*cons.*116. *num.*4. videatur text. vbi Bald. & alij *in l.vnica, C. in integrum restit.postul.* Virg.Bocc.*in consil. March gloss.*8. *num.*114.

4 Ideo exequutio attentata pendente restitutione in integrum venit reuocanda remedio attentatorum, vt per Lancell. *d.cap.*18.*num.*16.vide *infr. n.*16.

5 Amplia I. vt prædicta regula procedat nedum in restitutione in integrum, quæ non requirit altiorem indaginem, & potest incontinenti probari: quam absque dubio exequutionem impedire omnes admittunt, vt per Lancell.*d.cap.*18 *num.*2. *&* 20. & tradunt Doctor.suprà allegati, *n.*1.*& seq.*

6 Sed etiam in restitutione quæ non potest incontinenti probari, & quæ requirit altiorem indaginem, vt per Lancell.*de attent. d.cap.*18. *n.*19. *& seqq.* vbi quòd isto casu exequutio impeditur, secundùm communem, & practicandam opinionem, licèt aliqui *ibi* per eum relati *num.*2. contrarium dixerint, pront contrarium dixit Virg. Boccac.*in consil. March gloss.*8. *n.*105. & per eum relati. Paris. *consil.* 100. *num.*81. *vol.* 1. vbi de communi. Anchar. *q.*41. *num.*8. vbi de communi. Ceph.*cons.*116.*num.*8. vbi de magis communi. Contard.*in l.*1.*C.si de mom possess.in* 8.*limit.* vbi de communi.allegat inter alios Cassad.*de appellat. decis.*5.*in fine.* Mohed.*decis.*147.*decis.Bonon.*85.*num.*11. Couar.*pract. quæst.cap.*25.*num.*17. & de communi, & practicata in Rota opinione, testatur Bocc. *d.gloss.*8. *num.* 105. vbi declarat.

7 Incontinenti autem quando isto casu dicatur probari, tradit Menoch.*de arbit.qq. casu* 9.*pag.mihi* 91. faciunt generaliter tradita in alia materia incontinenti, &c. ad quod omnino vide infrà *q.*73. vbi generaliter posui quando quid incontinenti probari dicatur.

8 Et quid in iudicio possessorio, an restitutio requirens altiorem indaginem impediat exequutionem, dicetur infrà *n.*10.*& seqq.*

9 Amplia II. vt restitutio in integrum impediat exequutionem, non solùm de iure canonico, sed etiam de iure ciuili, vt per Lancell. *de attent.d.cap.*18. *num.*18. vbi de magis communi, & *num.*5. licèt aliqui *ibi* per eum relati *num.*4. contrarium dixerint.

10 Amplia III. vt etiam in iudicio possessorio restitutio in integrum impediat exequutionem.super cuius ampliationis veritate videas generaliter tradita suprà *q.*18.*num.*28.*& seqq.* Menoch. *in* 4.*remed.adipisc. poss. num.* 908. *& seq.* Dicas quòd si restitutio in integrum non possit incontinenti probari, & requirat altiorem indaginem, tunc exequutionem non impedit petita in iudicio possessorio, vt per Lancell. *de attent.d.cap.*18.*secunda parte,n.*21. allegato Menoch. *in* 4.*remed.adipiscen.possess.sub num.*910.qui loquitur in materia *l.final. C.de edict.diu.Adr.toll.* de quo particulariter dixi *in alio Repert.vlt. volum.quæst.*70.*n.*66.

Si verò opponatur per viam exceptionis, & non requirat altiorem indaginem, tunc exequutionem impedit etiam in iudicio possessorio, vt per Menoch. *in d.*4.*remed.adipisc.possess.num.*121. Lancell. *de attent. d.cap.*18.*num.*47.*& seqq.* 11

Sed an restitutio in integrum in iudicio possessorio impediat exequutionem post inhibitionem, dicetur infrà *num.*49.*& seqq.*præsertim *num.*51. 12

Item quid si sit damnum irreparabile, vide *in fragment.num.*47. 13

Amplia IV. vt exequutio impediatur non solùm postquam restitutio petita est concessa, verùm etiam si solùm petita, & nondum concessa, quia isto medio tempore, quo discutitur, an sit concedenda exequutio, fieri non potest. Lancell.*d.cap.*18.*n.*22.*& seqq.* 14

Hinc est quòd restitutio concessa prout de iure impedit exequutionem donec de iure videatur, an sit concedenda, vel deneganda, Lancell.*d.cap.*18 *num.*24. *& num.*126. Put.*decis.*7.*de restit.in integr.* Virg.Boccac. *in consil. March gloss.*8.*num.*104. 15

Amplia V. etiam in restitutione petita ad appellandum, quæ similiter exequutionem impedit, & exequutio ac alia attentata post huiusmodi petitam restitutionem reuocantur priuilegio attentatorum, quod quando locum habeat, videas *ibid.* per Lancell. *c.*18. *n.*49. *& cap.*14.*per totum.* 16

Amplia VI. etiam in restitutione concessa iure speciali, puta minori, quæ similiter exequutionem impedit, Lancell. *d. cap.*18. *num* 36. *& seqq.* licèt aliqui *ibi* per eum relati contrarium dixerint. vide Virg.Boccac. *in consil. March. gloss.*8.*num.*117. *&* 119. vbi quòd restitutio concessa ex rescripto, & mera gratia Principis, & non secundùm ius commune, exequutionem non impedit. 17

Amplia VII. vt etiam sola itineris arreptio ad petendum restitutionem, exequutionem impediat, quando in loco, vbi est lata sententia, non est qui restituat. Lancell.*de attent.d.cap.*18.*n.*45.*& seqq.* 18

Amplia VIII. vt restitutio impediat exequutionem etiam aduersùs pariter priuilegiatum. Lancell. *d.cap.*18.*n.*53.allegato Ceph.*cons.*116.*num.*5. *&* 6. Vide in proposito infrà tradita *vers. Restitutio, &c. aduersus pariter priuilegiatum non datur,* &c. 19

Amplia IX. vt restitutio impediat exceptionem, etiam quòd in commissione adsit clausula, *si quid exequendum fuerit exequatur.* præsertim si sequuta sit inhibitio. Lancellot. *d.cap.*18. *num.*54. vbi amplia etiam in restitutione aduersùs tres conformes; & quid si in commissione adest clausula, *Parito iudicato*, vide *infrà num.*24. 20

Amplia X. vt & aduersùs tres conformes restitutio in integrum impediat exequutionem. Contard.*in l.*1.*C.si de mom.possess.*8.*limit.num.*51.allegat inter alios Cassad.*decis.*1.*de restit.in integrum.* Tolom.*decis.*90.*circa finem,lib.*1.*decis.Bonon.*85. *n.*14. Lancellott.*de attent. part.*2.*cap.*18.*num.*88. *& seqq.* vbi de veriori, & magis communi opinione, licèt aliqui *ibi* per eum relati *num.*81.*& seqq.* contrarium dixerint, ad quam materiam vltra infraposita vide omnino Oddum *de restit.in integrum q.*43.*per totam.* 21

Limita I.hanc ampliationem procedere, dummodo 22

ratio

ratio ſit parens, & euidens, & ſic non requirat altiorem indagioem, aliter ſecus. Contard. *ibid. n.* 62. Lancell *de attent. ibid. num.* 92. vbi ſimiliter quòd impedit exequutionem, dummodo incontinenti offerantur probationes ſuper læſiooe, aliter ſecus.

23 Limita I I. niſi eſſet præſomptinè calumnioſa, & ſic ceſſante malitiæ præſumptione impeditur exequutio trium conformimm, aliter ſecus. Contard. *ibid. d. num.* 51. cum aliis per eum allegatis, & per Lancellot. *ibid. num.* 89. *&* 93. vbi ita reſpondet ad Doctores contrarium tenentes, quòd videlicet procedant quando adeſt calumnia, alias ſecus. Sed contra iſtam limitationem oppono. Nam eo ipſo quòd petitur reſtitutio aduersùs tres conformes, ſtatim præſumitur calumnia, & hæc præſumptio eſt iuris, & de iure, vt *ibidem* per Lancell. *num* 64. *& ſeqq* Ideo ſi vera eſt ſupradicta limitatio, ſequitur quòd nunquam reſtirutio (vti ſemper habens in ſe taciram præſumptionem calumniæ) impediat exequutionem trium conformium. Reſponde quòd debet intelligi de calumnia reſultante, oon ex conformitate ſententiarum, ſed ex contingentia facti, vt *ibidem* per Lancellot. *d. num.* 93. & faciont in propoſito infrà generaliter tradita *num.* 31. *& ſeqq.*

24 Limita III quando In commiſſione adeſſet clauſula, *Parito iudicato.* quia tunc non impeditur exequutio trium conformium Lancellot. *de attent. cap.* 18. *num.* 126. *& ſeqq* Virg Boccac. *in conſt. Marcheſ gloſſ.* 8. *num.* 126. *in fine*, vbi de virtute huius clauſulæ, *Parito iudicato.*

25 Sed hic quæro, quando concedatur reſtitutio aduersùs tres conformes? videas per Mynſ. *obſeruat.* 84. *cent.* 4. Couarr. *pract. quaſt. cap.* 25. *num.* 7. *pag. mihi* 184. Dicas quòd reſtitutio petita aduersùs tres conformes, regulariter præſumitur calumnioſa, vt per Lancell. *de attent. part.* 2. *d cap.* 18. *num.* 66. *& ſeq.* vbi ampliùs quòd hæc præſumprio eſt iuris, & de iure. Nihilominus quando conſtat de bono iure petentis reſtitutionem, ac de iuſta cauſa, Rota aliàs conceſſit reſtitutionem aduersùs tres conformes, vt per Contard. *In d. l.* 1. *C. ſi de mom. poſſeſſ. in* 8. *limitat. num.* 48 & inter alios allegat Tolom. *deciſ.* 89. Et ideo ſi conſtat de aliqua iniuſtitia ſeotentiarum, datur reſtitutio, vt *ibid.* per Contard *num.* 56. Sed aduerte quòd etiam iſto caſu eſt neceſſe vt doceatur de aliqua noua cauſa, propter quam veriſimile ſit petentem reſtitutionem fore læſum, an ſufficiat ſemiplena probatio læſionis in reſtitutione aduersùs tres conformes vide *in q.* 49. *num.* 4. *verſ. Quod maximè, &c.* vt *ibidem* per Contard. *num* 57. quæ noua cauſa intelligi debet non de nouiter extorta, ſed de nouiter propoſita, & de qua non fuerit aliàs diſputatum, vt *ibi* per eum. Quando autem concedatur appellatio à tribus conformibus, dixi infrà *inter fragmenta verſ. res indicata inducitur, &c.* & quòd minori aduersùs tres conformes detur reſtitutio, ponit Virg. Boccac. *in conſtit. March. gloſſ.* 8. *num.* 97. *& ſeqq* vbi mulra in materia huius reſtitutionis.

26 Limita modò ſupradictam regulam pluribus modis, & I. vt non procedat in reſtitutione ob non factas probationes quæ exequutionem non impedir, vt per Lancell. *de attent. part.* 2. *cap.* 18. *n.* 121. Sed quando talis reſtitutio concedatur, dixi ſuprà *q.* 29. *num.* 13.

27 Limita I I. ſi reſtitutioni in integrum fuiſſet renunciatum, quia tunc exequutionem non impedit. Lancellot. *d. cap.* 18. *num.* 125.

28 Limita III. io reſtitutione in integrum petira per tertium comparentem, quæ ſimiliter exequutionem non impedit, vt dixi ſuprà *q.* 47. *num.* 44.

29 Limira I V. vt reſtitutio non impediat exeqoutionem, niſi probetur læſio, vel ſaltim oiſi offeratur in continenti læſionis probatio. Lancell. *d. cap.* 18. *n.* 25. *& ſeqq.* ſed de hac materia latiùs dixi in alia quæſtione, videlicet reſtitutio non conceditur niſi probata læſione, &c. In propoſito autem quando dicatur incontinenti fieri probatio, dixi ſuprà *n.* 7. vide ad materiam huius limitationis *in ſeq. num.*

Limita V. vt reſtitutio non retardet exequutionem, ſi in termino præfixo ad docendum de læſione, & cauſis reſtitutionis, nihil fuerit doctum. Pot. *deciſ.* 7. *de reſtit. in integrum* Lancell. *d. cap.* 18. *num.* 68. vbi quòd iſto caſu reſtitutio præſumitur per calumniam petita, & *ibid. num.* 96. *& ſeqq.* vbi quòd dicto termino lapſo, & nihilo docto, proceditur ad exequutionem, etiam quòd fuiſſet inhibitum, & idem traditur *in num.* 138. vbi quòd virtus inhibirionis tollitur per præfixionem termini, ad docendum quare ſententia non ſit exequenda, ſi eo lapſo nihil doceatur ad eundem. Virg. Boccac *in conſt. March. gloſſ.* 8. *n.* 116. 30

Limita V I. in reſtitutione calumnioſa, ad cuius limitationis materiam videas Cottam *in memorab. pag.* 290. Lancell. *de attent. d. cap.* 18. *num.* 55. *& ſeq.* vbi refert varias opiniones. Veſtrium *in praxi pag. mihi* 196. à tergo. Cephal. *conſ.* 116. *num.* 11. *&* 16. vbi etiam, an, & quando talis reſtitutio ſit coocedenda, &c. *& in q.* 50. *n.* 31. vt *ſuprà q.* 17. *n.* 31. 31

Regulariter calumnioſa reſtitutio, & petita ad effectum differendi, & intricandi iudicium, exequutionem non impedir. Afflict. *deciſ.* 356. Caſſad. *deciſ.* 1. *de reſtit. in integrum.* Tolom. *deciſ.* 90. *in fine, deciſ. Bonon.* 85. *num.* 12. cum aliis, de quibus per Contard. *in d. l.* 1. *C. ſi de mom. poſſeſſ. in* 8. *limit. num.* 50. *& ſeqq.* & per Lancell. *d. cap.* 18. *n.* 55. *& ſeqq.* Boccac *gl.* 8 *n.* 116. 32

Circa quam regulam aduerte quòd ſi calumnia eſt manifeſta, & de ea iudici euidenter conſtar, tunc non impedit exequutionem, etiam quòd illam petens offerat incontinenti de læſione probare, ac etiam quòd vellet aduerſario inſtanti pro exequutione ſententiæ dare cautionem de reſtituendo exequutionem, in euentum quòd non reſtituatur, quia, vt dixi, ſtante manifeſta calumnia, exequutio non impeditur. Nec iſto tenetur ille, qui inſtat pro exequutione è conuerſo dare aliquam cautionem de reſtituendo, &c. vt *ibid.* per Lancell. *d. n* 55. *in fine, & n.* 58. 33

Si verò calumnia non eſt manifeſta, ſed ea præſumptiuè apparet, tunc licèt exequutio non impediatur, debet tamen qui inſtat pro exequutione dare cautionem de reſtituendo in euentum quòd petens reſtitutionem illam obtineat, *c. ſuſcitata, de reſtitut. in integrum*, cum aliis, de quibus per Lancell *de attent. part.* 2. *cap.* 8 *num* 61. *& ſeqq* Ceph. *conſ.* 116. *n.* 3. *lib.* 1. 34

Quòd ſi de calumnia non apparet nec verè, nec præſumptiuè, tunc regula ſuprà firmata habet locum ſimpliciter, & exequutio impeditur, etiam quòd pro parte illius, qui inſtat, pro exequutione offeratur cautio, &c. ac etiam abſque eo quòd petens reſtitutionem offerat aliquam cautionem, vt per Lancel. *d. cap.* 18. *ſub num.* 63. *in verſ. Nam ſi omnino, &c.* Cephal. *d. conſ.* 116. *n.* 16. vbi ampliùs dicit quòd textus *in d. cap. ſuſcitata*, procedit de iure ciuili, & non Canonico. 35

Præſumptiones autem calumniæ remittuntur Iudicis arbitrio. Contard. *in d.* 8. *limit. num.* 54. Lancell. *d. cap.* 18. *num.* 70. & præſumptio calumniæ debet aliunde, quam à ſententia ſurgere. Contard. *d. num.* 54. Lancell *d. cap.* 18 *ſub num.* 63. *&* 64. vbi quòd præſumitur calumnia ſi petitur reſtitutio aduersùs plures ſeotentias quæ tranſierint io iudicatum, puta duas conformes, vt *ibidem num.* 86. 36

Cautio autem ſupradicta eſt præſtanda, dummodo petatur, ac dummodo debens cauere noo ſit de ſe idoneus, & ſoluendo: aliàs ſecus. Lancel. *d. cap.* 18. *n.* 71. *& ſeqq & num.* 77. vbi quòd ſufficit iuratoria cautio ſi alia non reperiatur. 37

Limita

38 Limita VII. in reſtitutione in integrum conceſſa, aut petita aduersùs ſententiam Principis, quæ exequutionem non impedit. Lancell *d.c.*18.*n.*101.*& ſeqq.* vbi id limitat duobus modis. Primò, niſi ſentétia Principis ſit lata ad relationem alterius. Secundò dummodo pet inſtantem pro exequutione præſtetur cautio de reſtituendo, de qua *in c.ſuſcitata, de in integr.reſt.*

39 Limita VIII. in exequutione iam petita, vel cœpta, quæ per reſtitutionem non impeditur. ſuper cuius limitationis veritate facias infraſcriptas coocluſiones.

40 Prima ſit concluſio quòd reſtitutio in integrum non retractat, nec reuocari facit exequutionem iam factam, & completam, licèt faciendam impediat, & hæc ſine dubio procedit, ſecundùm Lancell. *d.cap.*18.*n.*116.*& ſeqq.* Sed quid ſi exceptio fuerit facta eodem die, quo fuit petita reſtitutio. Dicas quòd in dubio præſumitur exequutionem præceſſiſſe, ad tradita per Lancell.*de attent.cap.*16.*n.*50.

41 Secunda ſit concluſio quòd reſtitutio in integrum nec etiam impedit exequutionem iam cœptam, licèt nondum perfectam. Bellon *conſ.*18.*num.*23.cum aliis, de quibus per Lancel. *d.cap.*18. *num.*116.*& ſeqq.* vbi tamen ipſe videtur loqui non in incœpta ſolùm, ſed incœpta, & perfecta, & ſic in terminis antecedentis concluſionis. quaſi velit dicere quòd reſtitotio in integrum impediat etiam exequutionem cœptam. Ideo ipſum videas, & conſidera, quia communis opinio videtur contra ipſum, vt *ibi* per eum allegata apparet. Sed quid ſi exequutio fuerit facta eodem die, quo fuit petita reſtitutio, vide *in anteced.num.*

42 Tertia ſit concluſio quòd reſtitutio in integrum non impedit exequutionem petitam, ſi nondum cœpta reperitur. Alexand.*conſ.*62.*num* 4.*vol.*6. relati per Lancell.*de attent d.cap.*18.*part.*2.*num.*116.*& ſeqq.* Sed quid ſi exequutio ſit petita eodem die, quo petita fuit reſtitutio, vide ſuprà *num.* 40. adde pro eadem tertia concluſione Virg.Boccac.*in conſtit.March.gl.*8.*n.*119.

43 Contrarium quòd imò iſto caſu reſtitutio impediat exequutionem, tradit, & defendit Lancellot. *d.cap.*18.*num.*117.*& ſeqq.*

44 Pro concordia videas Contard. *in l.*1. *C.ſi de mom. poſſeſſ.in* 8.*limit.num.*59.*& ſeq.* vbi quòd ſi ratio ſit patens, & euidens, & ſic reſtitutio non requirat altiorem indaginem, tunc exequutio impediatur, & procedat ſecunda opinio, aliter ſecus, & ſic procedat prima opinio. Sed quid ſi exequutio ſit petita eadem die, quo petita fuit reſtitutio, vide ſuprà *num.*40.

45 Sed quid ſi ſit inhibitum, vide infrà *n.*49.

46 Limita IX. quia reſtitutio non impedit exequutionem, quando ſententia aliàs fuit exequuta, puta quando quis eſſet in quaſi poſſeſſione exigendi annuas præſtationes vigore alicuius ſententiæ, vel inſtrumenti, quia tunc reſtitutio petita aduersùs iſtud inſtrumentum, vel ſententiam, quæ aliàs habuit exequutionem, non impedit continuationem exequutionis, quia eſſet priuare poſſeſſorem ſua poſſeſſione, vt per Lancell *d.cap.*18.*n.*131. *& ſeqq.* faciunt infrà tradita *q.*50.*n.*35.

47 Sublimita modò, omnes ſupradictas limitationes I. non procedere vbi ageretur de damno irretractabili, quia tunc ſemper, & indiſtinctè reſtitutio impedit exequutionem, vt per Lancell. *d.cap.*18.*n.*134. *& ſeqq.* Menoch.*in l.fin.C.de edict.diu.Adr.tollen.n.*911. vbi ampliat etiam in poſſeſſorio, ad quod faciunt in ſimili tradita de appellatione *q.*18.*n.*..

48 Sublimita II. in criminalibus, in quibus reſtitutio impedit exequutionem indiſtinctè, & omni caſu, vbi aliàs non impediret. puta quando agitur de carceratione, tortura, & ſic de damno irretractabili. Lancell. *d.cap.*18.*num.*134. *& ſeqq.& ibid. num.*40. *& ſeqq.* vbi ampliat etiam quòd adſit aliqua præſumptio calumniæ, dummodo de calumnia euidenter non appareat.

49 Sublimita III. quando eſt inhibitum: nam poſt inhibitionem reſtitutio impedit exequutionem, vbi alias non impediret, vt per Lancell.*d.cap.*18.*num.*138. *& ſeqq.*

50 Amplia, hanc ſublimitationem procedere etiam in reſtitutione aduersùs tres conformes, quæ poſt inhibitionem ſine dubio impedit exequutionem. Lancellot.*d.cap.*18.*n.*95.

51 Sed an exequutio iam cœpta impediatur poſt inhibitionem, dic quòd ſic, vt per Lancell. *in d. cap.* 18. *num.* 119. *&* 139. vbi declarat Menoch. *in l. fin. C. de edict.diu Adr.tollen.num.*909. vbi dicit quòd inhibitio impedit exequutionem in poſſeſſorio illo, ſi eſt facta ante petitam exequutionem, quia contrarium videtur tenere, ſi eſt facta inhibitio poſt petitam exequutionem.

52 Item, an exequutio impediatur poſt inhibitionem, ſi in termino præfixo ad docendum de cauſis reſtitutionis nihil fuerit dictum, dixi ſuprà *n.*30.

53 Sublimita IV. quando cauſa reſtitotionis eſt commiſſa per Papam, quia cùm per hanc commiſſionem cauſæ Papa dicatur tacitè illam ad ſe auocaſſe; ideo inferior non poteſt vlteriùs ſe intromittere, & propterea exequutionem impedit, vbi aliàs non impediret, vt per Lancell. *d. cap.*18. *num.*140. *& ſeqq.* facit *in q.*50.*num.*21.

54 Adde pro complemento, aliquando intentatur per viam actionis principaliter, aliquando incidenter per viam exceptionis. Et quando vtroque caſu impediat exequutionem, vide Menoch. *in l.final. n.*908. *& ſeqq. C.de edict.diu.Adr. tollen.* cuius tamen dicta omnia cadunt ſub ampliationibus, limitationibus, & ſublimitationibus prædictis. Nihilominus poteris ibi videre nonnullas particulares differentias inter reſtitutionem intentatam per viam actioois, & per viam exceptionis.

QVÆSTIO XLIX.

Reſtitutio in integrum ſine læſione non conceditur. & qualis debeat eſſe talis læſio tam in maiore, quàm in minore, & quomodo probanda.

SVMMARIVM.

1. *Reſtitutio in integrum quando ſine læſione concedatur, qualis debeat eſſe talis læſio, & generaliter de materia.*
2. *Reſtitutio in integrum non conceditur ſine læſione.*
3. *Ideò petens reſtitutionem debet probare læſionem.*
4. *Et læſio iſto caſu plenè probanda eſt, & ſeq.*
5. *Reſtitutio cauſa non probata non conceditur.*
6. *Præſertim ſi lapſo termino ad docendum de cauſis reſtitutionis, ac de læſione nihil fuerit doctum.*
7. *Exequutio non impeditur per reſtitutionem non docto de læſione.*
8. *Læſio in reſtitutione non leuis, ſed enormis eſſe debet, vbi declarat.*
   Quando agatur de damno vitando ſufficit modica læſio, ibid.
9. *Etiam in minore eſt neceſſaria læſionis probatio.*
10. *Minor non reſtituitur niſi docto de læſione, ibid.*
11. *De minoritate.*
12. *De dolo aduerſarij, ac de eius bono iure.*
13. *In minore ſufficit leuis læſio.*
14. *Imò ſufficit quòd minor poſſit lædi.*

15. Quid

15. *Quid in restitutione aduersùs prascriptionem.*
16. *Quid in restitutione ad appellandum, & seqq.*
17. *Minor reus restituitur sine probatione lasionis.*
18. *Quid si minor renunciauit appellationi.*
19. *Quid in restitutione aduersus non prosequutam restitutionem.*
31. *Quid in restitutione aduersùs lapsum termini, & seqq.* *Quid in restitutione aduersùs omissas probationes, ibid. & seqq.*
33. *Ecclesia an concedatur restitutio sine lasione.*
34. *Quando lasio est vltra dimidium, non conceditur restitutio, sed remedium l.2.C.de rescind.vend.*
35. *Minor non restituitur ex lasione superueniente.*
26. *Minor restituitur propter interesse affectionis.*
27. *Notoria lasio non indiget probatione.*

1 AD hanc materiam præter infraposita generaliter videas Gabr.*tit.de rest. in integrum, conclus.*1.2.& 3. Mynſ.*obseru.* 16.17.20 *centaur* 4.& Doctor.infrà allegatos *n.*8.Couar.*variar.resolut.pag.*73.*num.* 11. vbi qualis debeat esse læsio ad concedendum restitutionem in integrum. omnino Mascard.*concl.*1058.

2 Regula sit quòd sine læsione restitutio non conceditur. Natta *conſ.*343.*num.*3.*vol.*2. Pariſ.*conſ.*6 *n.*44. *vol.*3. Couarr. *conſ.*57.*n.*6.*vol.*3.& *conſ.*216.*num.*11. *vol* 1.Redoan.*de reb Eccleſ.pag.*490.*n.*6.

Hæc regula procedit non solùm in maiore, sed etiam in minore, vt infrà *n.*9.13.14.

3 Ideo petens restitutionem in integrum debet probare se læsum, aliàs ei non concedetur restitutio, secundùm magis communem opinionem, de qua latè per Lancell.*de attent.part.*2.*cap.*18.*n* 25.*& seqq.*

4 Imò læsio isto casu non semiplenè, sed plenè probanda est in contrarium faciunt ea quæ tradit Mascard.*conclus.*929.*n* 9 *decis Bonon.*85.*in quast.* vbi dixi de communi Contard.*in l.*1.*C.si de mom possess in* 8. *limit num* 19.*& seqq.* vbi similiter de communi, & declarat nonnullis modis. In minore autem sufficit probare læsionem per vnum testem, quòd isto casu sufficiat probare læsionem, summariè ponit Mascard.*conclus* 9.9 *sub num.*9 vbi loquitur in restitutione concedenda minori, & Ecclesiæ, vt per Imol.*conclus* 3 *pag. mihi* 13.ad quod dixi etiam aliquid *in Repert.contract.* *q.*48.*num.* 12. vbi generaliter posui, quomodo læsio probetur, & de probatione læsionis per minorem, vide etiam Doctores infrà allegatos *n* 9. Pro primo dicto adde Redoan.*de reb.Eccleſ. pag* 487.*n* 1.2 & 3.

Quod maximè procedit in restitutione posita aduersùs rem iudicatam, & multo fortius si aduersùs tres conformes. eo enim casu plenè de læsione constare debere est magis communis opinio, vt per Lancell *de attentat.cap.*14.*num* 9.*& seq.* & *cap.*18.*num.*33. *& seqq.*Boss.*in tit.si aduer rem iudic num.*4. faciunt generaliter suprà tradita *q.*48 *num.*25.vide Virg.Boccac. *in const. March gloss* 8.*num.*98.*& seq.* vbi primò ponit quòd non conceditur minori restitutio aduersùs tres conformes, nisi læsione probata. deinde dicitur quòd isto casu sufficit læsionem summarie, & præsumptiuè probari, sed, vt dixi, loquitur in restitutione minori concedenda, & quòd etiam faciunt infrà tradita *n.*17.

5 Bene verum est quòd restitutio aliquando conceditur causa plenè non probata. Corset. *sing. pag.* 164. *vers. in integrum.* Sed quòd imò causa debeat plenè probari, ponit Redoan. *de reb Eccleſ pag* 488. *num.*2. Mynſ.*obseruat.*50.*cent.*1.vbi de materia. Aduerte quòd in restitutione concedenda non solùm probari debet læsio, sed etiam causa, puta impedimentum. Exemplum in restitutione petita aduersùs non prosequutam appellationem, quæ non conceditur etiam quòd constet de bono iure, & sic de læsione, nisi etiam doceatur de causa non prosequutæ appellationis, vt per Boccac. *in constit. March.gloss.*8. *num.* 119. Et si præfigitur terminus ad probandum causas, & nihil probetur, restitutio non conceditur, vt dixi suprà *q.*48.*num.*30.

Sed quid in restitutione aduersùs lapsum fatalium, vide infrà *n.*19.*& seq.*

Item, quid in restitutione aduersùs omissas probationes, vide infrà *n.*21.*& seq.*

Item quid in restitutione ad appellandum, vide infrà *n* 16.*& seq.*

Item quid in minore, vide infrà *num.*9.13.& 14.& suprà *sub num.*4.

6 Et propterea si lapso termino concesso petenti restitutionem ad docendum de læsione, ac de causis restitutionis nihil fuerit doctum, &c. restitutio non erat aliquo pacto concedenda, de quo suprà dixi in anteced.*q.*48.*n.*30.

7 Nec impediat exequutionem restitutio petita, si de læsione non fuerit probatum, vel incontinenti oblata probatio, vt dixi *in d.q.*48. *n.*29.

8 Læsioque ad concedendam restitutionem, non leuis, seu minima, sed enormis esse debet, alioquin denegabitur restitutio. Corn.*conſ.*179.*n.*1.*vol.*4. Cephal. *conſ.*3.*n.*125. *& seqq.* Et quòd pro modica læsione restitutio non concedatur, dicit magis communem Gabr.*tit.de rest.in integrum, concl.*1. licèt aliqui *ibi* per eum relati contrarium dixerint. quod intellige non procedere vbi ageretur de damno vitando, quia tunc modica læsio sufficit, vt *ibid.*per Gabr.*num* 4. allegato Dec.*in c.maioribus,l.*1.*de praben* ad materiam vide Doctor suprà allegat. *n.*1 Pro primo dicto adde Maran. *de fide.pag.*238.Boccac.*gl.*8.*n.*154.Redoan.*pag.*490.*n.*6.

Quid in minore, an scilicet sufficiat læsio leuis, dicetur infrà *n.*13.& 14.

9 Amplia supradictam regulam, quòd videlicet in restitutione concedenda, sit necessaria læsio, & læsionis probatio, vt procedat nedum in maiore, sed etiam in minore. in hac materia vltra infrà posita vide Mascard *concl.*1058.*per totam, l.ait prætor*, §. *non solum il* 1. *l.verum*, § *sciendum,l. quod si minor.* § *restitutio ff de minor.l minoribus, C.in integr.rest.* Mynſ. *obseru.*16.*seu* 17. *seu* 20 *cent.*4 Lancell *de attent.d cap.*18.*n.*30.Mandoſ. *in pract.tit.de stat.min p.*4.vbi de communi, & de communi etiam Gomez *de delict.cap.*1.*n.*66 & quod videtur *tom.*3. Viui.*in com opin pag mihi* 153. Roland. *consil.*53.*n.*42.*& seqq vol.*2.Natta *conſ.*243.*num.*3.*vol.*2.& est magis communis opinio, vt in decis Pedem. 158. *per totam*, vbi latè disputatur, & respondetur ad contraria. vide aliquid in materia per Hipp. Riminald. *in conſ.*314 *in discursu, lib.*3. de magis communi plures relati per Ioseph. Ludou. *concl.*49. *vers. communis igitur*, vbi tamen *in vers.seq* quòd contrarium seruatur in practica, quòd scilicet sufficiat probare minoritatem: minori autem non probata læsione non concedi restitutionem in practica seruari testatur, & iura adducit Virg.Bocc.*in constit. March.gl* 8.*n.*98.*& seq.* bene quidem verum est, quòd in minore læsio probatur per vnum testem, vt dixi suprà *n.*4 pro primo dicto addo Roland.*conſ.*10.*n.*8 *& seqq.*vbi de communi, *& per totum vol.*4.vbi respondet ad contraria.

10 Et vltra læsionem debet insuper constare de minoritate antequam minori restitutio concedatur, vt per Mandoſ. *in pract. tit.de ætate minoris*, *q.*4. vbi de communi. Viui.Roland.& Natta suprà *in anteced. n.* allegatus. & est magis communis, vt per Boër. *decis.*79. *n.*6.*decis.Bonon.*85.*n.*8.tex.apertus *in l si minorem, C de in integr.rest.*Rolan.*conſ.*10.*n.*1.vbi de communi, *vol.*4. *l.cùm minorem, C.de probat.*Borgnin.*de tuto.& cur.n.*143.

11 Rursus vltra minoritatis, & læsionis probationem debet constare quòd fuerit minor deceptus dolo aduersarij.

aduersarij.Mandos.d.q.4.vbi de communi.Menoch.*de recup.possess.pag.mihi* 149.*n*.136.*& seq.* vbi etiam quòd quando minor sciuit dolum aduersarij, ei non conceditur restitutio,& an tacitè remissus censeatur.

12 Imò etiam non conceditur minori restitutio, nisi docto de eius bono iure,vt per Viui. *in com. opin. pag. mihi* 153. *in paruis*, & est magis communis opinio, vt per Boër.*decis.*79.*n*.6.*& decis.Bonon.*85.*n*.8.& ista propriè dicitur læsio.

Sed quid in restitutione aduersùs non appellationem,vide *infr.n*.17.Item quid in restitutione aduersùs non prosequutionem appellationis, vide *infr.n*.20.

13 Limita modò conclusionem suprà firmatam *n*. 9. quòd videlicet in restitutione concedenda minori, sit necessaria læsio, & læsionis probatio, quæ tamen in maiore debet esse enormis,vt dixi suprà *n*.8.an in minore sufficiat leuis,& sic concedatur etiam quòd agatur de modico iudicio. Ang. *in l*.1.*ff de in integ.restit.* Dec. *in c. maioribus*, *in princip. de praben.* Couarr. *var. resolut.cap.* 3. *num.* 10. *lib.* 1. cum aliis, de quibus per Contard. *in l*.1. *C. si de mom. possess. in* 8. *limit.num*.25. Simoncell. *de decreto lib.* 3. *titul.* 8. *num.* 210. vbi tamen quòd non debet esse minima, sed quòd imò minori non concedatur restitutio, nisi ob grande damnum. notat Alber. per illum text. *l. penult. ff.de minor.* refert Boccac. *d. gloss.*8. *num.* 87. *&* 154. vbi etiam de materia.

14 Imò minori conceditur restitutio non solùm si fuit læsus,sed etiam si lædi potuit, vt per Aym. *consil.*192. *n*.4.Sarnien.*select.interp lib*.3.*cap*.13.*n*.2. ad quod vide Menoch. *de arb.qq.casu* 75.*lib*.2.

15 Limita I. in restitutione aduersùs præscriptionem per minorem petita,in qua non est necessaria læsionis probatio,quia apparet re ipsa, vt per Mynf. *obseruat*.16 *cent*.4.*& decis. Pedemont.*158.*num*.4.*in fine*, *& sub num*.12.Et quòd minori concedatur restitutio propter læsionem causatam ex cursu temporis, etiam quòd eadem læsio proueniat ex contentione defuncti, dummodo tempus currat minori, & de materia vide Boccac.*d gl* 8.*n*.91.

16 Limita II. in restitutione ad appellandum per minorem petita. in qua an sit necessaria læsionis probatio,vide per Gabr *tit.de restit.in integrum,sub conclu.*1. *&* 3. Dicas non esse necessariam læsionis probationem,quia apparet eo ipso quòd non appellauit, vt per Mynf.*sub d.obseru*.16.17.*&* 20.*cent*.4. & tenuit glos.& Bart.de quibus per Roland.*cons.*10.*n*.5.*vol*.4.

Contrarium quòd imò læsio sit probanda, magis communiter per Doctores tenetur,vt *in d. decis.Pedemont.*158. vbi respondet ad contraria, & illam sequitur,& concordantes adducit Roland. *cons.* 10.*num*.15. *vers. Quinto accedit*,*vol*.4.Boccac.*in consil.March glos.*8. *n*.98.*& seq.& n*.121.

17 Si vis tenere hanc vltimam opinionem, intelligas procedere in minore actore, secus si sit reus, quia tunc absque alia probatione læsionis restituitur ad appellandum. Rolan.*consil*.10 *n*.7.*& in fine consilij*,*vol*.4. Boccac.*d.gl*.8. *d.n*.98. vt in isto casu non sit necessaria plena probatio læsionis, sed sufficiat non solùm semiplena, sed qualibet modica præsumptio, vt per Lancell.*de attent.d.cap*.14.*n*.4. *& seqq. & cap*.18.*n*.28. *&* 33.Contard.*in d*.8.*limit.n*.44.vbi quòd saltim summariè,& semiplenè debet minor probare de bono iure in causa principali. ita potes concordare has opiniones, vt prima,scilicet negatiua intelligatur in plena probatione. Secunda verò affirmatiua procedat in semiplena, & summaria. faciunt infrà tradita *num*.10. *vers. hac contraria*,*&c* vide in materia Hippol. Rimin. *d.cons*.314.*in discursu*,*lib*.3.Boccac.*d.gloss*.8.*n*.98.*&* 99. vbi quòd isto casu sufficit præsumptiua, & summaria probatio,& idem *n*.121.

Sed quando minor renunciauit appellationi, tunc absque læsione concedi restitutionem,traditur *in decis.Pedem.*178.*n*.11.*in fine.* 18

Limita III. in restitutione aduersùs non prosequutam appellationem per minorem petita, in qua non esse necessariam probationem læsionis, cùm læsio dicatur re ipsa apparere, traditur per Mynf.*sub d. obseru*.17.*cent*.4. Ad quod videas Gabr. *tit. de restit. in integrum*, *sub conclus*.1.2.*&* 3. vide Hippol. Riminald. *d.cons*.314. 19

Contrarium quòd imò læsio probanda sit, & quòd non concedatur minori restitutio aduersùs lapsum fatalium, nisi doceatur de bono iure in negotio principali, tradit Grat. *resp*.119.*num*.45. *vol*.1. & faciunt suprà tradita *num*.12. & consequenter etiam isto casu probandam esse læsionem communem, dicit Hieron. Cæualles *opin*.81. *cent*.5. *tomo* 2.*com opin*.& de magis communi, *decis.Pedemont*.158.*per totam*,vbi respondet ad contraria.Boccac.*d gl*.8. *num*.98. Et quòd vltra læsionem sit in ista restitutione probanda causa, seu impedimentum, dixi suprà *n*.5. 20

Hæc contraria opinio procedit, vt in isto casu sufficiat summariè, & semiplenè probare de dicto bono iure minoris in negotio principali, secundùm Contard.*in d l*.1.*C si de mom.possess.in* 8.*limit.n*.44.& faciunt suprà tradita *n*.17.& infrà *sub n*.22. *vers. Tu verò*,*&c.* Boccac.*d.gl*.8.*eod.n*.98.

Limita IV. in restitutione petita aduersùs lapsum alicuius termini iudicialis ante sententiam, in qua per minorem læsio non est probanda, cùm ex lapsu met termini læsio ipsa apparere dicatur. Spec.*in tit.de restit in integr.*§.*quis autem*, *num*.15. *vers. quoque prætermittendum non est*, quem sequitur Vestr. *eod.tit.num*.7. licèt secus esset in maiore,& *ibi* per eum.vide *in n seq.* & ita seruatur, teste Ioseph.Ludou. *conclus*.49. ad materiam vide *in decis.Pedemont*.76. Redoan.*de rebus Eccles.pag*.486 §.*Sed est videndum*,*per totum*, vbi quòd licèt aduersùs contractum, sententiam, seu aliquem actum extraiudicialem minori & Ecclesiæ non concedatur restitutio nisi læsione probata; secus tamen est in restitutione petita aduersùs lapsum termini temporis, omissas probationes, seu exceptiones, in quibus eo ipso quòd apparet de negligentia, apparet etiam de læsione. 21

Sed quòd imò in restitutione petenda aduersùs omissas probationes per minorem, sit etiam probanda læsio,est magis communis opinio,vt *in decis. Pedemont.* 158. *per totam*, vbi respondet ad contraria, in quo vide Gabr. *in tit. de restitutione in integrum*, *conclus.* 1. 2.*&* 3. & cum decis. Pedemontana est consilium Rolandi 10. *per totum*, *vol*. 4. vbi respondet ad contraria, *& num*. 13. *versic*. 6 in terminis vbi de veriori,& communi opinione, de qua etiam plures relati per Ioseph. Ludouic. *conclus*.49. *vers. communi igitur*, vbi quòd non conceditur restitutio nisi minor docuerit se probationes habere: sed contrarium seruatur in practica, vt *ibidem in vers. sed ista communis*. 22

Tu verò dicas quòd in restitutione omissa aduersùs omissam defensionem, vel allegationem, sufficit semiplena probatio læsionis, vt per Iacob. de sancto Georg.*in l.final.num*.4.*C si minor se maiorem dixerit*, & faciunt ad hoc in simili tradita suprà *num*.17. *&* 20. *vers. Hac contraria*, *&c.* & est de mente Roland. *in consil.* 10. *num.* 15. *vers.* 6.*in terminis*,*&c.* ibi, *dummodo prius præsumptiuè doceat de læsione*. Bacc. *d. gl* 8. *num*. 96. vbi quòd in restitutione minori concedenda aduersùs omissas probationes sufficit allegare causam coloratam, quæ si prolata fuerit, restitutionem parasset.

Sed an,& quãdo cõcedẽda sit hæc restitutio aduersùs omissas

Farinacij Repert. indic. N

omissas probationes, dixi suprà *q.29.num.13.& in fragmentis vers. Minor.n.8.*

23 Ecclesiæ aotem ob quam læsionem concedatur restitutio, videas per Menoch. *de arb.quæst. casu 74 lib.2.* Dicas quòd etiam in Ecclesia est necessatia probatio enormis læsionis, secundùm Gabr. *tit. de restit.in integrum, conclus.1 num.2.* allegato Marian. Soc.iun.*in consil.84.col.7.vol.2.* Boccac.*d.gloss.8.num.154.* quòd Ecclesia noo restituatur nisi cum læsione, & ea quidem manifesta, & probata vel per testes, vel per instrumenta; ac etiam non modica, sed enormi, ponit Redoan. *de rebus Eccles.pag 476.& seq.num.2.3.12.13.& pag 482. num.3 & pag.488.§. Sed est videndum, per totum*, vbi id declarat procedere in restitutione quam petit Ecclesia aduersùs contractum, seu sententiam, in quibus potest esse, & non esse læsio, secus in restitutione petita aduersùs lapsum temporis: omissas probationes, seu exceptiones, & similia, in quibus ex sola omissione, & negligentia apparet læsio absque alia probatione, & dixi de hac declaratione *hac eadem q.num.22. & seqq* Et quòd læsio in restitutione concedenda Ecclesiæ sit etiam pleoè probata, ponit idem Redoan. *pag 485.n.1.2.& 3.*

24 Scias in materia quòd quando adest læsio vltra dimidium, tunc non datur restitutio io iotegrum, sed remedium *l.2.C.de rescind.vend* de quo dixi in materia illius remedij *in Repert.contract.q.42.n.39.*

25 Scias etiam in materia quòd nec minori conceditur restitutio ex læsione superueniente ex casu fortuito, secundùm Anchar. qui concordantes allegat, & de communi testatur *in q.78.num.13.lib.2.* læsio enim superueniens post contractum non producit minori restitutionem. Virg.Bocc.*in const. March.gloss 8. n.150. in fine,& num.13*.& est text.*in l. verum, §. sciendum, ff. de minor.* adde eundem Virg.Boccac. *d.gl 8 n.182.*

26 Læsio consideratur in restitutione minoris, non solùm ratione interesse damni emergentis, seu lucri cessantis, sed etiam ratione interesse affectionis, propter quod minorem restitui tradit Virg. Boccac. qui concordantes allegat *in const. March.gl. 8 n.88.*

27 Læsio quando est notoria, tunc non est necessaria illius probatio. Redoan. *de reb.Eccles.pag.487.n.8.*

QVÆSTIO L.

Nullitas quando exequutionem impediat.

SVMMARIVM.

1. *Nullitas quando exequutionem impediat, generaliter.*
2. *Nullitas quando principaliter, & quando incidenter, & seqq.*
3. *Nullitas cum appellatione deducta an dicatur principaliter deducta, & seq.*
5. *Nullitas per viam actionis & principaliter deducta, an exequutionem impediat, & pluribus seqq.*
7. *Attentata nullitate pendente an reuocentur.*
8. *Nullitas an exequutionem impediat de iure Canonico.*
10. *Nullitas per viam appellationis deducta, an exequutionem impediat.*
11. *Quid in nullitate sententia lata ex falsis probationibus.*
12. *Quid in possessorio iudicio.*
13. *Quid vbi agitur de damno irretractabili.*
14. *Quid si fuit inhibitum, & seqq.*
15. *Quid si est commissa causa nullitatis cum clausula* Parito iudicato.
   Vel cum clausula, si quid exequendum, &c. *ibid.*
   Vel cum clausula, sine præiudicio exequutionis legitimæ, *ibid.*
16. *Quid si causa nullitatis est commissa prout de iure.*
17. *Quid in criminalibus.*
18. *Quid in eo qui erat absens ex iusta causa.*
19. *Quid si exequutio erat iam petita, vel non petita.*
21. *Quid si causa nullitatis est commissa per Papam.*
22. *Nullitate opposita per viam actionis, an prohibeatur quis postea illam deducere per viam exceptionis.*
   Nullitas opposita per viam exceptionis an prohibeatur quis postea illam deducere per viam exceptionis, ibid.
23. *Nullitas opposita per viam exceptionis quando exequutionem impediat, & seqq. pluribus.*
24. *Quid si sit notoria, &c. & seqq.*
   Quid si euidens, &c. ibid.
   Nullitas notoria in quo differat ab euidenti, seu manifesta, ibid.
   Quid si non requirat altiorem indaginem, ibidem & seqq.
25. *Quid si apparet in actis, & seq.*
26. *Euidens quando dicatur nullitas, & seq. & 37.*
27. *Quid de nullitate quæ per instrumenta potest probari.*
28. *Quid si de nullitate incontinenti probetur, & seqq.*
29. *Et incontinenti quando isto casu dicatur probari.*
30. *Quid de nullitate opposita aduersùs tres conformes.*
31. *Quid de nullitate calumniosa.*
33. *Quid si quis renunciauit appellationi.*
   Quid si sit lapsus terminus a statuto præfixus ad dicendum de nullitate, ibid
34. *Quid si de nullitate fuit aliàs discussum in ea principaliter.*
35. *Quid si sententia aliàs fuerit exequuta.*
36. *Nullitas requirens altiorem indaginem quando exequutionem impediat, & seqq. pluribus.*
37. *Et quando dicatur requirere altiorem indaginem.*
39. *Nullitas defectu iurisdictionis an exequutionem impediat, & seq.*
42. *Quid in nullitate opposita per tertium.*
43. *Nullitas nunquam impedit exequutionem, nisi parte petente.*
44. *Quid de nullitate opposita aduersùs instrumentum.*
45. *Nullitas non impedit sequestrum.*
   Quando est suspicio vt victor dilapidet rem, quid faciendum, ibid.
46. *Quid in nullitate sententia lata per Principem.*
47. *Quid in nullitate sententia interloquutoria.*

AD hanc materiam præter infraposita videas generaliter Alunium *in praxi iudic. §.41.cap.20.in 1. limitatione* Doct. *in l 4. §. condemnatum, ff. de re iudic.* & præsertim Rip. Canonist. *in Clem.1.de re iudic.* Vant. *in tit. quot & quib. mod. nullit. prop. poss. num.29. & seqq.* Lancellor. *de attent cap.17.num.154.* vbi præter infrapositas ponit remissiuè alias declarationes. Soc.*reg.125.* Couarr.*pract. quæst.c.24.& 25.* Vestr. *in pract.pag. mihi 253.num.27. & seqq.* Villalob. *in com. opin.litt.E. num.115.* Cæpol. *caut.198. num.1.* Lancellott. *in Breui: iuris pag 219. in fine.* Mynſ. *obseruat.64. cent.4.* Soc. *regul.121.* Diaz *regul.254.& seq.* Roland.*consil.37.num.14.15.vol.1.* Imol. *conclus 32. lib.1. pag. 104. & conclus.25. lib.4.* vbi latè Iaffred. *decis.470.& seqq.* Foller.*in practic.censuali pag. mihi 243.num.5.* omnino Contard. *in l.1. C si de mom. possess.in 7 limit. num.17. & seqq.* vbi præter infraposita ponit multa alia in materia. 1

Præmitte in materia quòd nullitas multis modis proponi potest, de quibus per Vant. *in tit. Quot, & quibus modis nullit. prop. poss.* sed quatenus attinet ad propositum nostrum, nollitas aliquando principaliter, aliquando incidenter proponitur; sed quando principaliter, & quando incidenter nullitas 2
proposita

proposita dicatur, videas præter Vantium *vbi suprà*, Couarr. *pract. qq. pag. mihi* 176 *n*. 7.

3 Et particulariter scias quòd quando nullitas cum appellatione intentatur, puta si quis dicat hoc modo, videlicet, sententia est nulla, & quatenus nulla non sit appellatio, tunc nullitas dicitur principaliter deducta, & non incidenter, vt per Contard. *in d. l*. 1. *C. si de mom. possess. n*. 2. *in* 7. *limit*. vbi de magis communi, teste Dec. *in c. dilecto, col. fin. de appellat*. & Cagnol. *in l*. 1. *num* 269. *C. de pact. inter empt. & vend*. Item nullitas dicitur principaliter deducta, si in commissione committitur causa appellationis, & nullitatis simul, vt per Contard. *in d*. 7. *limitatione, num*. 3. Sed an isto casu quando nullitas intentata cum appellatione simul impediat exequutionem, dicetur infrà *num*. 10.

4 Quando autem nullitas proponitur per viam actionis, tunc nulli dubium, quòd principaliter dicitur deducta; si verò per viam exceptionis, tunc dicitur incidenter proposita, vt per Lancellot. *de attentat. cap*. 17. *n*. 7. *part*. 2.

5 Ideo tota difficultas huius quæstionis erit, An, & quando nullitas per viam actionis, seu exceptionis proposita exequutionem impediat. Et quatenus attinet ad nullitatem per viam actionis, & principaliter intentatam, vna fuit eorum opinio, quòd exequutionem impediat, quam tenuerunt relati per Lancell. *de attentat. d. cap*. 17. *num*. 9. *& seqq*. & ideo magis receptum testatur Couarr. *practic. quæst. cap*. 24 *sub num*. 5. *fol*. 175. *col*. 4. *versic. quandoque principaliter*, & de magis communi testatur Contard. *in d*. 7. *limit. num*. 18.

6 Altera, & contraria opinio fuit eorum, qui dixerunt, nullitatem per viam actionis, & principaliter intentatam, exequutionem non impedire, quam tenuit Lancell. *de attent. d. cap*. 17. *num* 17. *& seqq. part*. 1. vbi inter alios allegat Rot. *decis*. 3. *aliàs* 280. *Licèt per viam exceptionis, in nouis*. Guid. Pap. *decis* 50. *Quia curia, sub num*. 2. *de communi*, Aug. Bero. *cons*. 119. *in causa Monialium, col*. 1. *sub num*. 1. *vers. secundò nunquam, lib*. 3. & de magis communi, & veriori opinione contra Couarr. *vbi suprà*, testatur idem Lancellot. *d. cap*. 17. *num*. 32. *& seqq. & num*. 38. vbi sigillatim respondet ad contrarias authoritates Doctorum, *& num*. 60. *& seq*. Menoch. *de arbit. quæst casu* 9. *lib*. 2. *num*. 1. *& in l. final. num*. 882. *& seqq. C. de edict. diu. Adrian*. Et ista opinio in practica seruatur, teste Contardo *in dict. l*. 1. *C. si de mom. possess. in* 7. *limitat. num*. 18.

7 Et ex hac vltima opinione, quæ est magis communis, sequitur quòd exequutio, & alia attentata pendente nullitate per viam actionis, & principaliter deducta, non reuocantur remedio attentatorum, sed beneficio iniustitiæ, lata sententia super nullitate, secundùm veram, & communem opinionem, de qua per Lancell. *d. cap*. 17. *n*. 43. *vers. ex quorum omnium* 2. *part*. licèt Couarr. *pract. qq. cap*. 24. *n*. 6. *fol*. 175. & Viui. *in com. opin. lib*. 2. *opin*. 197. *incip. Nullitas, vers. secundus effectus*, & alij *ibid*. per Lancell. relati *n*. 30. *& seq*. contrarium dixerint.

8 Amplia modò supradictam conclusionem I. quòd videlicet nullitas per viam actionis, & principaliter intentata exequutionem non impedit, vt procedat non solùm de iure ciuili, sed etiam canonico, vt *ibid*. per Lancellot. *d. cap*. 17. *n*. 28.

9 Amplia II. vt nullitas intentata principaliter & per viam actionis exequutionem non impediat, etiam quòd incontinenti offeratur probatio, etiam quòd non requirat altiorem indaginem; ita colligitur ex traditis per Menoch. *de arbit. quæst. d. casu* 9. *num*. 2. & per Rot. *d. decis*. 3. aliàs 280. *Licèt per viam, in nouis*.

Contard. *in d. l*. 1. *C. si de mom. possess. in* 7. *limit. num*. 19. licèt aliqui *ibi* per eum relati *n*. 18. *&* 25. contrarium dixerint.

Limita I. eandem conclusionem non procedere 10 in nullitate intentata principaliter per viam appellationis, de qua suprà posuimus exempla *num*. 3. quæ exequutionem impedit, vt per Lancellot. *d. cap*. 17. *n*. 68. quod tamen declarat procedere tribus modis, primò dummodo pariter super nullitate, & appellatione simul procedatur, vnde secus si deserta appellatione procederetur super nullitate, quia tunc exequutio non impeditur, vt *ibidem num*. 69. Secundò declarat non procedere si requirat altiorem indaginem, quia tunc nullitas etiam per viam appellationis intentata exequutionem non impedit, vt *ibidem num* 73. Tertiò declarat vt impediatur exequutio, & facta reuocetur remedio attentatorum, dummodo sit iustificata appellatio, aliàs secus, vt *ibidem num*. 74.

Limita II. in nullitate opposita aduersùs senten- 11 tiam latam ex falsis probationibus, quæ exequutionem impedit, etiam quòd principaliter, & per viam actionis sit intentata, *l si Prætor*, §. *Marcellus, in primo responso, ff. de iudic*. Lancellot. *de attentat. dict. cap*. 17. *num*. 9. 32. 81. *&* 106. vbi ampliat, etiam quòd talis nullitas per viam exceptionis intentata altiorem indaginem requireret. prout etiam idem tradit Menoch. *in l final. C. de edict diu. Adr. &c. num*. 891. Aduerte tamen quòd ad hoc vt nullitas opposita per falsas probationes exequutionem impediat, necesse est quòd talis nullitas iuuetur aliqua coniectura, aliàs secus, vt per Rip. *in l*. 4. §. *condemnatum, num*. 26. *ff. de re iud*. sequitur Lancellot. *dict. cap*. 17. *num*. 82. & faciunt in materia generaliter infrà tradita *vers. sententia lata ex corruptione testium, vel ex falsis probationibus, &c. num*. 20.

Limita III. in nullitate opposita aduersùs sen- 12 tentiam latam in possessorio, quæ exequutionem impedit, etiam quòd principaliter, & per viam actionis sit deducta, vt per Lancellot. *de attentat. d. cap*. 17. *num*. 58. *&* 90. sed de hoc latiùs dixi suprà *quæst*. 18. *num*. 33. *& seqq*.

Limita IV vbi ageretur de damno irretractabili, 13 quia tunc exequutio impeditur per nullitatem, etiam quòd principaliter, & per viam actionis sit deducta. Lancell. *de attent d cap*. 17. *n* 75. *& seqq*.

Hinc est quòd vbi exequutio fieret personalis, quia per capturam quis infamatur, semper illa impedietur per nullitatem, vt per Menoch. *in d. l. fin. num*. 888. *C. de edict. diu. Adria &c*.

Amplia I. vt quando agitur de damno irretractabili, tunc exequutio impeditur etiam per viam exceptionis altiorem indaginem requirentis interpositam, vt per Lancell. *d. cap*. 17. *n* 95. *& seqq*. Menoch. *in d. l. fin. n*. 886. *& seqq*. Contard. *in d. l*. 1. *C si de mom. poss. in* 7 *limit. n*. 60.

Amplia II. quòd quando agitur de damno irretractabili, tunc impeditur exequutio etiam trium conformium. Lancell. *d. cap*. 17. *n* 98. *& seq*.

Limita V. quando esset inhibitum, quia tunc nul- 14 litas exequutionem impedit, etiam quòd per viam actionis principaliter sit intentata, secundùm Lancel. *d. cap*. 17. *num*. 63 *& seqq*. Menoch. *in d. l. final. n*. 883. *C. de edict. diu. Adrian. tollend*.

Contrarium, quòd inhibitio isto casu nihil operetur, tenuerunt multi, relati per Lancellot. *d. cap*. 17. *d. num*. 63. *& seqq*. & Contard. *in d*. 7. *limit. n*. 19.

Si vis tenere primam opinionem, eam sublimita tribus modis.

Primò vt illa procedat dummodo inhibitio sit facta ante petitam exequutionem, secus si postea, ita videtur

præſupponi per Menoch. in d. l. fin. d. num. 883. ad quod vide infrà num. 19.

15 Secundò limita non procedere quando cauſa nullitatis fuiſſet commiſſa, cum clauſula *Parito iudicato, ſi quid exequendum, &c.* ſine præiudicio legitimæ exequutionis, vel trium conformium, & ſimilium. nam tunc inhibitio inde emanata exequutionem non impedit, vt per Lancell. d. cap. 17. n. 64.

16 Tertiò ſublimita, ſi cauſa nullitatis eſſet commiſſa prout de iure. nam tunc exequutio non impeditur, etiam quòd ſit inhibitum. Lancell d. cap. 17. n. 67.

17 Limita VI. in criminalibus, in quibus cùm tractaretur de damno irretractabili, ſemper nullitas exequutionem impediet, etiam quòd per viam actionis, ſiue exceptionis requirentis altiorem indaginem deducatur. Lancell. d. cap. 17. n. 52. & ſeqq. vbi limitat, niſi nullitas eſſet calumnioſa, de quo infrà generaliter dicetur n.... Clar. in pract. quæſt. 94. verſ. ſcias etiam, & faciunt per nos ſuprà tradita de exequutione perſonali, & de captura, num. 13. verſ. hinc eſt.

18 Limita VII. quia impeditur exequutio quando nullitas etiam principaliter, & per viam actionis intentatur per illum, qui exiſtens abſens ex iuſta cauſa, puta reipublicæ, vel infirmitatis, dicit ſententiam contra ſe latam nullam. Lancel. de attem. d. cap. 17. n. 78. & ſeq. ·. part.

19 Limita VIII. in nullitate oppoſita ante petitam exequutionem, quæ etiam exequutionem impedit quòd principaliter, & per viam actionis ſit intentata. Natta conſ. 117. Ægrotani, ad finem, lib 1. quem refert Lancell. d. cap. 17. num. 83. & ſeqq. vbi tamen videas, & vide etiam ſuprà n. 14 verſ. vt illa, &c. adde Caſtr. in Auth. quæ ſupplicatio, C. de precib. Imp. offer. vbi quòd nullitas oppoſita ante petitam exequutionem, illam impedit, ſecus ſi opponatur poſt petitam exequutionem, vt ibi per eum, qui dicit ita ſe vidiſſe practicari. ſequitur Soc. conſil. 78 ſub num. 4. lib. 3. quos refert Lancellott. de attemat. cap 16. num. 46. & ſeqq. vbi etiam quid ſi nullitas opponatur eodem die, quo eſt facta exequutio, ad quæ faciunt ſuprà tradita de exequutione reſtitutionis in integrum, quæſt. 48. num. 40.

20 Limita IX. in nullitate oppoſita aduersùs aliquod pactum, puta conſtitutum, cuius exequutio petitur, quia illius exequutio impeditur, etiam quòd per viam actionis. & principaliter intentetur, ad cuius limitationis veritatem vide Lancell. d. cap. 17. n. 89. & faciunt infrà tradita de nullitate oppoſita aduersùs instrumentum, num. 44.

21 Limita X. quando cauſa nullitatis eſt in vim ſpecialis reſcripti per Papam commiſſa, quia tunc exequutionem impedit, etiam quòd principaliter ſit intentata, & per viam actionis, quia Papæ committendo cauſam, tacitè dicitur illam ad ſe auocaſſe, & propterea inferior non poteſt ampliùs ſe in ea intromittere. Lancell. de attent. d. cap. n. 92. vbi tu videas, quia videtur contrarium aliàs fuiſſe reſolutum in Rota, vt ibi per eum, ad quod faciunt in ſimili tradita de reſtitutione in integrum q. 48. n 54.

22 Limita XI. quia nullitate per viam actionis, & principaliter per aliquem intentata, non prohibetur poſtea per viam exceptionis illam incidenter deducere, & ſic deducta exequutionem impedit, vt per Lancell. d. cap. 17. n. 88 Ad quod facient infrà dicenda verſ. nullitas non poteſt iterum. &c. n.... inter diuerſa.

23 QVÆRO modò, an nullitas per viam exceptionis, & incidenter propoſita impediat exequutionem. Et quidem regulariter iſto caſu exequutionem impediri per omnes Doctores ſine controuerſia admitti teſtatur Lancellott. d. c. 17. ſub num 7. verſ. Quod verò attinet. cuius contrarium colligitur ex traditis per Menoch. de arb. quæſt. caſu 9. num. 1. lib. 2. & in l. final. num. 882. & ſeqq. C. de edict. diu. Adr. tollen.

Tu verò pro reſolutione facias in materia duas principales regulas.

Regula prima ſit quòd nullitas quæ non requirit 24
altiorem indaginem, puta ſi ſit notoria, vt loquitur Burſat. conſ. 73. Dominus, n. 1. & ſeqq. lib. . vel euidens, exequutionem impediat per viam exceptionis incidenter oppoſita. De differentia inter iſta verba notoria, euidens & manifeſta, vide infrà in materia notorij q. 68. num 4. Hier. Gabr. conſ. 49. Si ſententia, num. 8. lib. 1. vbi id eſſe receptius aſſerit Burſat. d. conſil. 53. num. 1. & ſeqq. Menoch. d. arbit. qq. caſu 202. num. 52. & caſu 9. num. 1. & 2. vbi tamen id videtur declarare, vt procedat, dummodo de iſta euidenti nullitate appareat, vel ex actis, vel ex probatione incontinenti facienda, de quibus nos dicemus infrà in proximè ſeqq. verſiculis.

Euidens autem dicitur nullitas, ſi de ea ex actis ap- 25
paret. Contard. in l. 1. C ſi de mom poſſeſſ. num. 56. & ſeqq. in 7. limit. Menoch. de arb. quæſt. d. caſu 9. n. 2. & ideo per illam exequutionem impediri præter Contard. & Menoch. proximè allegatos, traditur per Hier. Gabr. d. conſ. 49. Si ſententia, num. 8 lib. 1. vbi id receptius eſſe dicit, quod maximè procedit, ſi de ea apparet ex verbiſmet ipſius ſententiæ, vt per Contard. in d. 7. limit. n 65. faciunt ad hanc materiam ſuprà tradita q. 19. num. 11. & infrà q. 68. n. 5. vbi poſui, an notorium dicatur quod ex actis apparet.

In quo aduertas quòd euidens non dicitur nullitas, 26
etiam quòd ex actis apparet ſi ex aliqua probabili exceptione in dubium reuocatur, vt per Contard. in d. 7. limit. num. 58. & faciunt infrà tradita n. 27. Item non dicitur euidens ſi recipit aliquam iuris ſubtilitatem, vt per Gabr. tit. de exequ. rei iud. concluſ. 1, ſub num. 89. & eo. lib. 2. Lancellot. d. cap. 17. num. 111. ad quod faciunt prædicta ſuprà quæſt. 39. de ſententia notoriè iniuſta, &c. num. 10. & in quæſt. 68. de notorio in genere, ſub num. 5.

Rurſus aduertas quòd nullitas non ſolùm dicitur 27
euidens ea, quæ ex actis & ex tenore ſententiæ apparet, vt proximo n. 25. dixi, ſed etiam ea, quæ poteſt per verba inſtrumenti demonſtrari, dicitur euidens, vt per Contard. d 7. limit. n. 65.

Item nullitas quæ poteſt incontinenti probari, di- 28
citur euidens, vt per Menoch. d. caſu 9. num. 2. & Contard. in d. 7. limit. num. 56. & ſeqq. Ideo per viam exceptionis & incidenter oppoſita exequutionem impedit, ſecundùm magis communem, de qua per Lancell. d. cap. 17. n. 93. & n. 7. verſ. quod verò attinet, vbi quòd ita omnes Doctores ſine controuerſia admittunt, Burſat. d. conſil. 73. n. 1. & ſeqq. lib. 1. Rota d. deciſ. 3. Licèt per viam, aliàs 280. in nouis. Ferrarienſ. in practic. ſub forma exequut. ſentent. diffinit. gloſſ. ſapientes, per totum. Menoch. in d. l. final. num. 892. C. de edict. diu. Adria. tollen. Contard. in d. 7. limitat. num. 20. 25. & ſeqq. 56. & ſeqq.

Incontinenti autem quando dicatur fieri proba- 29
tio, præter generaliter tradita in alia materia incontinenti, &c. vide Burſat. d. conſ. 73. num. 1. & ſeqq. lib. 1. Menoch. d. caſu 9. num. 4. & ſeqq. Ferrar. in pract. d. gloſſ. ſapientes, &c. Firman. in Rep. verſ. exceptio nullitatis, n... vbi dicit, ſi intra tres dies, Contard. in d. 7. limitat. num. 32. & 56. in fine, vbi quòd remittitur arbitrio iudicis, & faciunt infrà dicenda de exceptione requirente altiorem indaginem, num. 37. vide omnino generaliter poſita infrà quæſt. 73. per totam, in diſcurſu, vbi poſui, an, & quando incontinenti quid dicatur probari.

Limita I. ſupradictam concluſionem ſuprà firma- 30
tam num. 24. non procedere in nullitate oppoſita

aduersùs

aduersùs tres conformes, quæ etiam quòd sit euidens, incontinenti probetur, ac non requirat altiorem indaginem; adhuc tamen exequutionem non impedit, etiam per viam exceptionis, & incidenter opposita, vt per Lancell. *d. cap. 17. n. 113. & seqq.* Gabr. *tit. de exeq. rei iud. concl. 1. n. 8. 9. &* 10. *lib. 2.* vbi concludit quòd nullitas notoria, & euidens, ac etiam quòd incontinenti offeratur, probari exequutionem, non impedit trium conformium, nisi ex actis euidenter appareat aliqua disputatio, adhuc non impedit exequutionem trium conformium, vt *ibi* per eum, & faciunt tradita suprà *num. 26.*

Quid si contra exequutionem trium conformium opponatur nullitas defectu iurisdictionis, dixi infrà *num. 39. & seq.*

Quid si causa nullitatis est commissa particulariter sine præiudicio trium conformium, dixi suprà *num 15.*

Quid si nullitas opponatur aduersùs trium conformium exequutionem, quæ induceret damnum irreparabile, dixi suprà *n. 13.*

31 Limita II. in nullitate calumniosè opposita, quæ etiam quòd per viam exceptionis opponatur, ac quòd incontinenti probari possit, adhuc exequutionem non impedit. Menoch. *in l. final. num* 894. *C. de edict. din. Adr. tollen.* Coutard. *in l. 1. C. si de mom. possess. in 7. limitat. num. 41. & seqq.* & faciunt in simili tradita suprà *de restitutione in integrum, q. 48 num 31.* Lancell. *de attent. d. cap. 17. num. 121.* vbi quòd nullitas isto casu, etiam quòd incontinenti offeratur illius probatio, non impedit exequutionem, si iudex suspicatur ex aliqua causa illam esse calumniosè oppositam, puta ad retardandam solutionem, vt *ibi* per eum *dict. num. 121. & seqq. & num. 125. & seqq.* vbi dicit quòd licèt in dubio nullitas præsumatur pro calumnia opposita, nihilominus quando incontinenti offertur probatio, tunc non præsumitur calumniosa, nisi adsint vehementes calumniæ præsumptiones, maximè quando nullitas euidentet ex actis appareat, quia tunc cessat protsus omnis præsumptio calumuiæ, vt *ibi* per eum.

32 Limita III. vt prædicta regula procedat, vt loquitur, in nullitate per viam exceptionis, & incidenter opposita; vnde secus si per viam actionis, & principaliter opponatur, quia tunc exequutionem non impedit, etiam quòd incontinenti offeratur illius probatio, vt dixi suprà *num 9.*

33 Limita IV. quando quis expressè renunciauit nullitati, vel lapsus sit terminus à statuto præfixus, ad dicendum de nullitate, quia tunc exequutio non impeditur per exceptionem nullitatis, etiam quòd incontinenti offeratur probatio. Lancellot. *dict. cap. 17. num. 118. & seqq.* vbi declarat hoc nonnullis modis, & ad hoc faciunt tradita generaliter in alia quæstione, nullitate prohibita, quid non prohibitum censeatur, &c.

34 Limita V. si de opposita nullitate aliàs fuit in causa principali discussum, quia tunc exequutio non impeditur, etiam quòd incontinenti offeratur probatio Lancellot *d. cap. 17. num. 151.* & faciunt infrà generaliter tradita inter fragmenta *vers. Nullitas non potest iterum, &c. num. 13.*

35 Limita VI. vt scilicet nullitas non impediat exequutionem, etiam quòd incontinenti offeratur probatio, si opponitur aduersùs sententiam quæ iam aliàs habuit exequutionem, & suum effectum, puta si quis in ea fuerit condemnatus ad aliquid præstandum quolibet anno vsque dum illud soluerit ac præstiterit, si postea velit de nullitate illius sententiæ dare, & incontinenti, &c. non potest retardare solutionem d. annuæ præstationis, quia non est actor pri-

uandus quasi possessione iuris exigendi, vt per Lancell. *d. cap. 17. n. 150. & seqq.* & faciunt in simili tradita de restitutione in integrum suprà *q. 48. num. 46.*

Secunda sit regula quòd nullitatis exceptio si requirat altiorem indaginem, exequutionem non impediat, secundùm communem, de qua per Lancell. *d. cap. 17. n. 94.* & Ceph. *cons. 241. n. 17. & 117.* vbi declarat. 36

Altiorem autem indaginem dicitur nullitas requirere, quando continet iuris subtilitatem, & quando habet prolixiorem tractatum. Lancell. *d. cap. 17. n. 115.* Gabr. *in tit. de exequutione rei iud. concl. 1. n. 8. 9. & 10.* ad quod faciunt suprà tradita *n. 26. & 29.* & in alia quæstione in materia, incontinenti quando quid probari dicatur, & suprà *quæst. 39. num. 10.* vide omnino infrà tradita *quæst. 73.* vbi generaliter posui quando exceptio dicatur requirere, vel non requirere altiorem indaginem. 37

Limita I. istam secundam regulam, vbi ageretur de damno irretractabili, quia tunc exequutio impeditur, etiam quòd nullitas requirat altiorem indaginem, vt dixi suprà *num. 13.* 38

Limita II. in nullitate ex defectu iurisdictionis, quæ exequutionem impedit, etiam quòd altiorem requirat indaginem. Lancellot. *de attentat. 2. part. d. cap. 17. num. 100. & seqq.* vbi ampliat, & limitat pluribus modis. Menoch. *in l. final. num. 889. C. de edict. diu. Adrian. &c. & num. 890.* vbi tamen pro, & contrà. Et facit, quia nullitate prohibita, non censetur prohibita nullitas defectu iurisdictionis, vt suo loco dicetur. 39

Amplia hanc limitationem, vt nullitas defectu iurisdictionis impediat exequutionem etiam trium conformium. Lancell. *d. c. 17 n. 101. & seq.* vbi declarat. 40

Limita III. in nullitate sententiæ latæ ex falsis probationibus, quæ exequutionem impedit, etiam quòd requirat altiorem indaginem, vt dixi suprà *n. 11.* 41

Limita IV. in nullitate opposita per tertium, quæ similiter exequutionem impedit, etiam quòd requirat altiorem indaginem, vt dixi suprà *q. 47. n. 43.* 42

Pro complemento huius materiæ aduerte ad multa, & 43

Primò quòd nullitas in casu, in quo impedit exequutionem, intelligitur parte petente, & non aliàs, vt per Lancell. *d. cap. 17. n. 155.*

Aduerte secundò, quòd prædicta omnia loquuntur de nullitate opposita aduersùs sententiam; si verò nullitas opponatur aduersùs aliquod instrumentum, non impedit quin instrumentum habeat suam exequutionem, & quòd pars non possit se in eo fundare, vt per Lancell. *d. cap. 17. n. 152. & seqq.* ad quod faciunt suprà tradita de nullitate apposita alicui pacto *n. 20.* & quæ generaliter dicentur in materia instrumentorum, quæ & quando habeant exequutionem paratam, &c. & facit, quia nemo priuandus est commodo suæ possessionis, vt per Laocell. *de attent. cap. 4. declarat. 4 n. 2.* vbi ex hoc infert quòd nullitas opposita aduersùs pensionis impositionem non retardat illarum solutionem & exequutionem. 44

Aduerte tertiò, quòd in omni casu, in quo nullitas impedit exequutionem, non tamen impedit quin fieri debeat sequestratio rei, si sit mobilis, & fructuum, si sit immobilis, vt per Lancell. *d. cap. 17. n. 146 & seqq.* vbi id intelligit procedere ex causa, quando scilicet esset suspicio quòd victor dilapidaret rem illam. 45

Aduerte quartò, quòd in casu in quo nullitas de iure exequutionem impedit, impediet & exequutionem sententiæ latæ per Principem. Lancell. *d cap. 17. n. 19.* 46

Aduerte quintò, quòd nullitas opposita aduersùs sententiam interloquutoriam nunquam inducit attentata, ideo si ea pendente aliquid innouetur, non dicitur attentatum, vt per Lancell. *d. cap. 17. n. 21.* 47

Qvæstio LI.

Litigiosa res quando dicatur, quandóve alienari possit, & de materia.

Svmmarivm.

1 Litigiosa res quando dicatur per litis contestationem, *decis. Pedem. 65. num. 13.* de materia vide infrà *n. 28. & seqq.* & particulariter quando lis dicatur incipere, vide infrà inter diuersa *vers. lis, num. 5.* & *ibi* tradita ponas hîc, quandóve alienari possit, & generaliter de materia, vide omnino Peregr. *de iure fisci, lib. 4. tit. 6.* Surd. *decis. Mantuan. 172. num. 3. & ibi tract. de aliment. fol. 299. num. 6.* Doctores, & præcipuè Boic. *in c. Ecclesia, vt lit. penden.* Siluest. *in verb. læsio, part. 2. fol. mihi* 113. Cæpol. *caut. 191. &* 34. vbi ponit cautelam qua quis tutè emere possit rem litigiosam. Soc. *reg.* 341. text. cum *ibi* notat. per Doctor. *in l. fin. C. de litigios.* Ang. *in Auth. de litigios. n. 7.* Aym. *cons. 279. num. 1.* Tiraquel. *de retract. pag mihi 756. num. 2.* Æmilian. *cons. 51. num. 20. & seqq. & num.* 10. latè Plot. *in l. si quando, num. 183. & seqq. pag. mihi 91. decis. Bonon. 48. per totam*, Papien. *in forma lib. in actione reali*, super glos. incip *Super veris, & legitimis titulis, col. final, vers. Denique quid iuris sit in re litigiosa.* Couarr. *practic. quæst. cap. 15 num. 6.* Cephal. *cons. 64.* vbi multa de alienatione rei litigiosæ mutandi iudicij causa facta, de qua aliquid etiam per Lancell. *de attent. cap. 4. limit. 1. n. 60. & seqq.* vbi quòd titulus *de alienat. iud. mut. caus. facta*, est diuersus à materia alienationis rei litigiosæ, & idem dicit de titulo *C. ne liceat potentior. &c.* vbi etiam tradit quando sit prohibita ista alienatio in potentiorem, in materia, *Cessio à quibus, & quibus, num. 2.* vbi tradita ponas hîc, quia est eadem materia.

2 Regula sit quòd alienatio rei litigiosæ lite pendente facta non valet, *l. final. C. de litigios.* Afflict. *decis. 96. in causa communi, num. 10.* vbi ampliùs quòd venit officio iudicis reuocanda, cum aliis, de quibus per Lancellott. *de attentat. lite pendent. in præfat. cap. 4. num. 451. & seqq. decis. Pedemont. 144. num. 2.*

3 Amplia I. vt talis rei litigiosæ alienatio præsumatur dolo facta, vt per Lancellot. *d. cap. 4. in præfat. num 453.* Paris. *consil. 138. n. 28. & 29. vol. 4.* Mascard. *de probat. concl. 531. n. 100.*

4 Ideo an isto casu sit deferendum iuramentum in litem, vide Plot. *sub d. num. 183. & seqq.* vbi etiam, an possit criminaliter alia pœna puniri. est materia *l. final. C. de litig.* vbi Doctor. vide *Vrb. statut. lib. 1. cap. 118.*

5 Amplia II. vt non solùm res, sed nec etiam actio ad rem litigiosam cedi possit: sed de hoc dixi in materia cessionis validæ, seu inualidæ.

6 Amplia III. vt nec etiam transferatur possessio rei litigiosæ, de quo etiam dixi suprà *q. 24. n. 40.* vide aliquid infrà *n. 52.*

7 Amplia IV. vt alienatio rei litigiosæ nec etiam valeat facta fauore piæ causæ. Lancellott. *d. cap. 4. in præfat. num. 454.*

8 Amplia V. vt nec donari possit, *d. l. fin. C. de litigios.* ibi, *Verùm etiam in donationibus porrigenda.* Menoch. *in 2. responsorio causa.* Ferrarien. *in 4. artic. num. 56.* Boër. *decis. 33. n. 2.*

9 Amplia VI. vt nec etiam pignorari, seu hypothecari possit res litigiosa. Alciat. *cons. 61. ad argumentum, num 3. lib. 8.* Lancellott. *d. cap. 4. in præfatione, num. 456.*

10 Amplia VII. etiam quòd in tali alienatione interuenerit iuramentum. *decis. Pedem. 144. n. 2.*

Amplia

11 Amplia VIII. vt etiam executio fieri poſſit contra tertium abſque nouo iudicio, in quem res litigioſa lite pendente alienata fuit, de quo dixi ſuprà *quæſt.*46. *num.*17.

12 Amplia IX. vt nec talis alienatio valeat facta à fiſco. Lancell. *de attent. d.c.*4. *in præfatione, num.*461.

13 Amplia X. etiam in beneficialibus, idem Lancell. *d. c.*4. *in præfat. n.*463. & quid ſi lite pendente moriatur aliquis, de cuius beneficio agitur, an tunc collatio facta de iſto beneficio valeat, & quando, latè *ibidem* Lancellott. *c.*30. *n.*90. *& ſeqq.* vbi latè de materia.

14 Amplia XI. vt res litigioſa ſemel alienata non per hoc efficiatur ſemper alienabilis. Lancellot. *de attent. d. cap.*4. *in præfat. num.* 485. *& ſeqq.* vbi reſpondet ad contraria.

15 Limita modò eamdem regulam pluribus modis, & I. illam non procedere in alienatione neceſſaria, litigioſa enim res ex cauſa neceſſitatis alienari poteſt. Lancellott. *d. cap.* 4. *in* 8. *limit. num.*1. *& ſeqq. & in præfat. n.*473. Surd. *de alienat. q.*32. *n.*68. *fol.*394.

16 Neceſſaria autem dicitur alienatio illa, quæ fit pro confiſcatione. Lancellot. *d. cap.*4. *in* 8. *limit. num.*2. *& in præfat. num.*474.

17 Item neceſſaria dicitur alienatio illa, quæ fit ex cauſa retractus. Lancellott. *d.c.*4. *in* 8. *limit. n.*5.

18 Item alienatio dicitur neceſſaria, ſi debitor rem litigioſam dederit in ſolutum ſuo creditori. Lancellott. *d. cap.*4. *in* 8. *limit. num.*7. *& ſeqq.* vbi id multo magis declarat procedere in datione in ſolutum iudiciali, facta ex decreto iudicis, quæ dicitur datio in ſolutum neceſſaria.

19 Sublimita hanc primam limitationem procedere, dummodo cauſa neceſſaria eſſet de præterito, & ſic ante litem motam, ſecus ſi poſtea. Lancellot. *d. cap.*4. *in* 8. *limit. n.*4. *&* 9. *& in præfatione d. c.*4. *n.*474.

20 Limita II. ex cauſa dotis, ex qua poſſe rem litigioſam alienari, expreſsè traditur *in d. l. fin. C. de litigioſ.* ibi, *exceptis*, &c. gloſſ. *in l. ante diuiſionem*, & *ibi* Bald. *C. de iure dot.* Ang. *in Auth. de litigioſ. in princip.* vbi ampliat, ſiue dos conſtituatur, ſiue reſtituatur, refert, & ſequitur Natta *conſ.*401. *n.*1. *lib.*2.

21 Item ſi res litigioſa daretur ex cauſa donationis ante nuptias. Lancellott. *de attent. d. cap.* 4. *in præfat. num.*466.

22 Limita III. in diuiſione. quicquid enim in contrarium dixerit Alciat. *in conſ.* 158. *Perſtringendo, n.*7. *lib.*9. veritas eſt quòd ex diuiſionis titulo res litigioſa in ipſos hæredes transferri poteſt. Lancellott. *d. cap.*4. *in præfatione, num.*469. *& ſeq. & in* 7. *limit. num.*1. *& ſeqq.* vbi *num.*4. ſecundùm Cephal. *conſ.* 64. *num.* 6. *& ſeqq.* declarat tunc limitationem tribus modis, de quibus *ibi* per eum, ad quam materiam vide Ceph. *in d. conſil.*64. *per totum.* pro hac tertia limitatione adde Lamberten. *de contract. eorum*, &c. *gl.*1. *n.*28.

23 Limita IV. in tranſactione. per viam enim tranſactionis in alterum ex litigantibus, vel etiam in tertium res litigioſa transferri poteſt. Lancell. *d. cap.*4. *in præfat. num.*467.

24 Limita V. quando lis eſt calumnioſa, & iniuſta, tunc enim non inducitur vitium litigioſi, & propterea res etiam illa lite pendente alienari poteſt. Lancellott. *de attent. d. cap.*4. *in præfat. num.*471. *& in* 4. *limitat. num.*1. *& ſeqq.* allegat inter alios Caſſad. *deciſ.*7. *de dolo, & contum.* vbi etiam ponit coniecturas talis calumnioſæ litis.

25 Limita VI. quando ſimiliter lis, & proceſſus eſſet nullus, tunc enim non inducitur vitium litigioſi, & conſequenter etiam huiuſmodi lite pendente res illa alienari poteſt. Lancell. *d. c.*4. *in præfat. n.*472.

26 Hinc eſt quòd ſi lis ſit introducta per falſum Procuratorem, res lite pendente alienari poteſt. *deciſ. Pedem.*144. *n.*8. Lancell. *d. c.*4. *in præfat. n.*490.

27 Hinc etiam eſt quòd lis, & proceſſus geſtus coram incompetenti iudice non inducit vitium litigioſi, & propterea rem poſſe alienari etiam huiuſmodi lite pendente, tradit Afflict. *deciſ.*85. *n.*3. *&* 4. quem referendo ſequitur Lancellott. *de attent. d. cap.*4. *in præfat. n.*475. *& ſeq. & in* 5. *limit. num.*4. vbi tamen dubitat de hac deciſione Afflicti.

28 Limita VII. in alienatione rei litigioſæ facta lite finita. Lancellott. *d. c.*4. *in* 6. *limit. num.*1. *& ſeqq. deciſ. Pedemont.*144. *num.*9.

29 Lis autem quot modis finiatur, dixi infrà inter diuerſa *verſ. lis quando*, &c. *num.* 5. vbi remiſſiuè, & quando lis pendere dicatur, dixi *in verſ. exceptio litis pendentia.*

30 Sed quatenus attinet ad noſtram materiam lis primò dicitur finita per ſententiam diffinitiuam, quæ in iudicatum tranſierit, ideo poſt ſententiam & rem iudicatam rem litigioſam alienari poſſe, traditur per Lancellott. *d. cap.*4. *in præfat. num.*214. *& ſeqq.* vbi hoc limitat, & declarat pluribus modis, præſertim dummodo non ſit ab ea appellatum, nec petita aliqua reſtitutio in integrum.

31 Sed an lis dicatur finita per abſolutionem ab obſeruatione iudicij, & an iſto caſu poſſit res litigioſa alienari, vide Lancellott. *d. cap.*4. *num.* 457. *& ſeq. in præfat.* vbi pro, & contrà, & dubitatiuè loquendo nihil reſoluit, *& num.* 226. *& ſeq.* vbi dicit quòd per ſententiam abſolutoriam ab obſeruatione iudicis non tollitur vitium litigioſi, & per conſequens alienari non poteſt, niſi forſan abſolutio ſit data ob peremptam inſtantiam, de quo nos infrà dicemus *num.* 35. 36. *& ſeqq.* vbi declarat quando per abſolutionem ob peremptam inſtantiam finiatur litigioſi vitium.

32 Item lis dicitur finita quando eſt illi renunciatum, ideo eo caſu alienatio valet. *deciſ. Pedem.* 144. *num.* 9. Lancellot *d. cap.* 4. *in præfat. num.* 4 7. *& ſeq. & ibid. n.*245. *& ſeqq.* vbi videas in materia, *& in* 6. *limit. n.*2. *& ſeqq.* quibus in locis dicit talem renunciationem poſſe dupliciter fieri, vel per ceſſionem litis, & cauſæ, &c. vel per tranſactionem, & vtroque caſu poſſe rem litigioſam alienari, ibi videas.

33 Limita VIII. vt res litigioſa poſſit alienari perempta inſtantia, quia eo caſu dicitur lis finita. Salic. *in l. properandum,* §. *& ſi quidem, ſub num.*15. *verſ.*3. *quæro. C. de iudic.* Alex. *in l.*2. *num.*19. Dec. *num.*59. Rip. *ſub num.*28. *C. de eden. deciſ. Pedem.*144. *num.*9. Hier. Gabr. *conſ.*52. *num.*8. *lib.*1. & aliis relatis opinionibus, hanc à contrariis defendendo, tenet Lancellott. *d. cap.*4. *in præfat. n.*503. *& ſeqq. pluribus.*

34 Amplia hanc limitationem I. vt perempta inſtantia valeat alienatio nedum reſpectu ementis, ſed etiam quo ad ipſos litigantes. Lancell. *d. cap.* 4. *in præfat. num.* 514. *&* 518. licèt aliqui *ibi* per eum relati *n.* 508. *& ſeq* contrarium dixerint.

35 Amplia II. vt perempta inſtantia valeat alienatio, etiam quòd fuerit inhibitum. Lancellott. *d. cap.* 4. *in præfat. d. num.*518. *& ſeqq.*

36 Limita etiam multum notabiliter I. vt hæc octaua limitatio procedat quando inſtantia eſt perempta per abſolutionem latam ab obſeruatione iudicij. vide aliquid ſuprà *num.*31. in prima inſtantia. tunc enim alienatio rei litigioſæ fieri poteſt, ſecus ſi eſſet perempta per deſertionem appellationis, & lapſum fatalium in ſecunda inſtantia, tunc enim etiam perempta inſtantia rem litigioſam alienari non poſſe, & alienatam reuocari ex iudicis officio, licèt non ad inſtantiam partis, traditur per Lancellott. *de attent. in d. cap.*4. *in præfat. num.*524.

37 Limita II. in alienatione facta ante peremptam

instantiam, quia non conualidatur ex superuenienti peremptione instantiæ. Lancellott. *d. cap.* 4. *in præfat. num.* 515.

38 Limita III. nisi perempta instantia fuerit petita restitutio in integrum, quia tunc similiter res alienari non potest. Lancellott. *d. cap.* 4. *in præfat. num.* 514. *vers. Quod si perempta*, & faciunt suprà in simili tradita *sub num.* 30.

39 Limita IV. vt supradicta conclusio procedat quando reus conuentus est possessor, & instantia sit perempta culpa, & negligentia actoris, tunc enim valet alienatio, vnde secus, si actor possideret, puta quando procurauit committi causam iactationis. tunc enim si instantia petimit eius culpa, non potest rem illam alienare, vt per Lancellott. *d. cap.* 4. *in præfat. num.* 523.

40 Limita IX. supradictam regulam non procedere quando occasione alicuius rei contra aliquem criminaliter ageretur, per litem enim criminalem non res, sed persona efficitur litigiosa, ideo rem illam posse alienari, etiam hac criminali lite pendente, traditur per Lancellott. *d. cap.* 4. *in præfatione*, *num.* 479. *& seq.* vbi secundùm Sarnen. *in reg. de subrogan. collitigan. q.* 7. *post princ.* & Ferret. *consil.* 12. *Tota controuersia*, *num.* 17. *& consil. seq. lib.* 1. dicit hanc esse veram, & communem resolutionem Doctorum, quos etiam refert, & sequitur Menoch. *cons.* 79. *Non est leuis*, *num.* 27. *lib.* 1. quid si causa sit mixta, vide gl. *in cap.* 2. *in verb. finita*, *in fine*, *vt lit. penden. in* 6.

41 Limita X. eandem regulam procedere quando agitur actione reali, per quam litigiosi vitium induci, & rem effici inalienabilem, dubium non est, secundùm Laocellott. *d. cap.* 4. *in præfat. num.* 483, vnde secus quando agitur actione personali. tunc enim res non efficitur litigiosa, & propterea alienari potest. *d. decis. Pedem* 144. *num* 7. Rom. *consil.* 170. *Pro decisione*, *verf. Videndum*, &c. Aug. Bero. *consil.* 177. *Plura*, *num* 8. *lib.* 1. qui testantur de communi, cum aliis allegatis per Lancellott. *d. cap.* 4. *in præfat. num.* 481 *& seqq.* vbi quòd Couarr. *pract quæst. c.* 15. *n.* 16. latè disputat hunc articulum, & tandem relatis authoritatibus Romani, & aliorum, concludit quòd quando per actionem personalen petitur dominium vel vtile, vel directum, tunc res efficiatur litigiosa, & hanc opinionem ipse Couarr. dixit veriorem, & vtiliorem, & ab ea temerarium esse discedere. Ad quam materiam vide Zunt. *opin.* 104. & pro prima opinione, quòd videlicet res possit alienari, etiam pendente lite intentata per actionem personalem, traditur per eundem Lancell. *de attent. appell. penden. cap.* 12. *in limit.* 32. vbi quòd isto casu res potest alienari, etiam appellatione pendente.

42 Limita XI. in rebus quæ essent tempore perituræ, quæ possunt alienari, & à lite pendente. Lancellott. *de attent. d. cap.* 4. *in præfat. num.* 488. *& seq.* vbi idem in rebus mobilibus, puta fructibus.

43 Limita XII. quando lis esset solùm super possessione, quia tunc res illa non dicitur litigiosa, & propterea potest alienati. Lancell. *d. cap.* 4. *in præfat. n.* 491. *& seqq.* vbi *num.* 492. testatur de vera, & communi opinione, secundùm relatos *ibi* per eum. *decis. Bonon.* 48. Menoch. *de arbitr. quæst. casu* 202. *num.* 18. *decis. Pedem.* 144 *num.* 10.

44 Limita XIII. si ad hoc non sit datus libellus, quia non dato libello res non dicitur litigiosa, & propterea alienari potest. Lancellott. *de attent. d. cap.* 4. *in præfat.* 2. *part. num.* 496.

45 Idem si iudicium incipiat à sequestro, per quod res cùm non dicatur effecta litigiosa, propterea alienari potest. Lancell. *d. c* 4 *in præfat n* 497.

46 Limita XIV. quando lis, & quæstio non esset de ipsa re, sed de opere facto in re. Lanceliott. *d. cap.* 4. *in præfat. num.* 498.

Limita XV. in actione hypothecaria, per quam res vti non effecta litigiosa alienari potest. *decis. Pedem.* 144. *n.* 7. Afflict. *decis.* 33. & est text. *in Auth. de litigios.* § *ad hæc autem.* ibi, *litigiosi vocabulo hypothecas separari decernimus.* Natta *cons.* 2. *n.* 2. *vers præterea, quomodo*, &c. quos allegat, & sequitur Lancellott. *d. cap.* 4. *in præfat. n.* 499. *decis. Bonon.* 48. 47

Limita XVI. quia talis alienatio non potest rescindi per eum, qui fuit particeps doli, puta si scienter vendidit rem litigiosam, vel illius venditioni consenserit, *decis. Pedemont.* 144. *num.* 11. vide aliquid *infr. num.* 50. 48

Limita XVII. quando lis est coram arbitris, quia tunc res non dicitur litigiosa, & propterea potest alienari. Lancellott. *d. cap.* 4. *in præfat. num.* 500. *& seqq.* vbi quòd hæc conclusio sine difficultate procedit in lite pendente coram arbitratore. Sed quòd idem sit in lite pendente coram arbitris, de hoc ipse *ibi* dubitat, ideo *ibi* videas. 49

Limita XVIII. quia vitium litigiosi obest ipsis litigantibus, non autem tertio, quin possit super re illa contrahere. Lancellott. *d. cap.* 4. *in præfat. num.* 523. vide aliquid suprà *n.* 48. 50

Et an valeat alienatio rei litigiosæ facta à tertio, vide *in decis. Pedem.* 144. *n.* 7. *in fine.* 51

Limita XIX. quia licèt res litigiosa non possit alienari, potest tamen possessor in ea acquirere ius, id est, dominium, sed non publicianam, vt per Lancell. *de attent. d. cap.* 4. *in præfat. num.* 528. vbi quòd vitium litigiosi impedit alienationem, non autem acquisitionem in possidente, ad quod faciunt suprà tradita *quæst.* 24. *num.* 40. 52

Litigiosa res ao possit locari, dixi infrà *q.* 54. in materia continuationis possessionis, *n.* 36. 53

Litigiosæ rei alienatio non facit incidere in pœnam, nisi fuerit sequuta traditio, per ea, quæ in simili dicuntur in vna Romana deuolutionis situum, 7. Martij 1588. coram Mantica, de qua in libro D. Hortensij de Rubeis, *fol.* 164. 54

QVÆSTIO LII.

Alimenta, & sumptus litis, quando sint actori pauperi per reum subministranda, & de materia.

SVMMARIVM.

1. *Generalis materia.*
   Quid de vidua petente alimenta sibi relicta, ibid.
2. *Regulariter actori pauperi sunt præstanda alimenta & sumptus.*
3. *Quid in Clerico litigante cum suo Prælato.*
   Quid de Monacho litigante cum Abbate, ibid.
4. *Quid de sorore litigante cum fratre, vel fratre cum fratre.*
5. *Quid de vxore litigante cum marito.*
6. *Quid de filio litigante cum patre, vbi ampliat, & limitat.*
7. *Quid in prima instantia.*
8. *Quid si actor non possidet bona ad quæ agitur.*
   Sumptus, & alimenta debent præstari de bonis ad quæ agitur, & non de alijs bonis rei conuenti, ibid.
9. *Quid si actor sit diues, & habeat aliunde vnde se alat, & seq.*
   Paupertas probanda per actorem, ibid.

10. Quid

10. *Quid si diuitia superueniant.*
11. *Quid de muliere litigante cum alio, quæ tamen habeat virum.*
12. *Ad hoc vt sumptus, & alimenta præstentur, debet constare de bono iure actoris.*
13. *Item per actorem debet præstari cautio de restituendo.*
14. *Item debet agi de omnibus, puta bonis actoris de aliqua hæreditate, siue ex testamento, siue ab intestato; secus si agatur de aliqua re particulariter.*
15. *Dominus suo seruo, & subdito debet alimenta, & sumptus litis subministrare.*
16. *Quid in fisco.*
17. *Vsque ad quod tempus alimenta hæc præstantur.*
18. *Alimenta hæc, & sumptus litis quomodo taxanda.*

1 AD generalem materiam præter infraposita vide Asinium *in prax. §. 32. c. 2. in 23. ampliat.* & alios allegatos per Lancellott. *de attent. lite pendente, cap. 4. in 11. limit. num.* 18. Stephan. Auftet. *in addit. ad Capell. Tholos. decis.* 7. vbi latè Ferret. *cons. 34. lib. 1. per totum.* Hier. Gabr. *cons. 25. Iulia tanquam filia, lib.* 1. Duen. *reg.* 365. Neuiz. *in silua, pag. mihi* 241. *num.* 32. Ziricæ. *de testam. coniug. pag. mihi* 183. vbi de vidua petente alimenta sibi relicta. Boss. *instit. de aliment. præstan. vxor. n. 1. & seqq.* Afflict. *decis.* 10. & 11. Alciat. *de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 9. n. 8. & seqq. vsque ad num.* 12. vide text. cum gl. *in l. final. C. de ordin. cognit & in l. si instituta. §. de inofficioso. ff. de inoffic. testam* Boër. *decis. 303. num.* 4. Couarr. *in pract. cap. 6. num.* 5. Aym. *cons.* 564. *ferè per totum.* Æmilian. *cons. 151. num. 11. & seqq.* & præter infraposita nonnulla alia per Pontanum *de alimen. cap.* 13. & per Menoch. *de præsumpt. lib. 1. q.* 35.

2 Regula sit quòd sumptus litis, & alimenta præstari debent lite pendente actori pauperi. in contrarium facit pulchra ratio adducta per Hippol. Riminald. *cons. 329. num. 15. & seqq. lib.* 3. sed responde vt *ibi num. 19. & seq.* quod receptissimum esse dicit Hier. Gabr. *cons. 29. incip. Lucius Organtinus, num. 19 col. fina. vers. vltima quæstio.* Cephal. *cons. 127. num. 1. vol. 1.* Asin. *in pract. §. 32. in 30. ampliat. l. si instituta. § fin ff. de inoffic. testam. l. final. C. de ordin. cognit.* cum aliis per Pontan. *in tractatu de alimen. cap. 13. num 1. & seqq. & n. 6.* vbi quòd Rota vnicuique litiganti pauperi indulget alimenta.

Hinc est quòd Abbas Monach. litiganti præstare
3 debet dicta alimenta, & sumptus litis, ita etiam Pontan. *de alimen. cap. 13. num. 3. & seqq.* vbi nonnulla alia præter infraposita, quæ alimenta Monacho præstantur iuxta qualitatem suæ personæ, & reddituum Ecclesiæ, vt *in d. num. 3. & 4. in fine,* vbi quòd Monacho litiganti pro rebus Monasterij alimenta præstantur, etiam vltra qualitatem redditus suæ Ecclesiæ.

Amplia, etiam si lis esset super eo quòd Manachus accusaret Abbatem, *ibidem d. num.* 3. vbi idem de Clerico accusante suum Prælatum.

Limita I. si Monachus ex propria causa agens diceret se valde ab Abbate iniuriatum, *ibidem num.* 3.

Limita II. vt prædicta procedant quando lis esset super possessorio, vel spolio: secus si in petitorio, *ibid. num.* 3.

Limita III. si Monachus habet aliunde vnde se alat, puta quòd in alio Monasterio fuerit ad dignitatem electus, *d. num. 3. in fine.* Ceph. *d. cons. 127. num.* 1. Lancellot. *de attent. lite pendente cap. 4. in 11. limit. n. 20. & 30.* vbi limitat, dummodo de quasi possessione Monachatus constet, aliàs secus, & ita etiam limitat Pontan. *de alimen cap. 13. num. 3. & 28. & seq.* vbi ampliat vno modo, & limitat alio. pro principali dicto adde Asin. *in practic. §. 32. in 26. & 27. ampliat.* vbi idem in quolibet Religioso petente reformationem Monasterij.

Hinc etiam est quòd frater sorori inopi litiganti 4
dicta alimenta & sumptus litis præstare debet. Lancellott. *d. cap. 4. d. 11. limit num.* 20. Cephal. *d. cons.* 127. vbi de sorore petente legitimam à fratre, de quo & per Asin. *in pract. §. 32. in 25. ampliat.* Pontan. *in tract. de alimen. cap. 13. num.* 1. vbi idem de fratre litigante cum fratre super hæreditate, cùm multo magis alimenta debentur, si sit pauper, etiam quòd non litiget, vt per Hippolit. Riminald. *cons. 329. n. 14. lib.* 3.

Hinc etiam est quòd maritus vxori litiganti præ- 5
stare debet alimenta, & sumptus litis. Lancellott. *d. cap. 4. in 11. limitat. num.* 20. Cephal. *d. cons.* 127. licèt contrarium videatur tenere Capella Tholos. *decis.* 77. Ad quam materiam vide Boss. *in tit. de alimen. præstan. vxori.* & faciunt tradita *in Repert. crimin. quæst. 99. n* 8. adde pro primo dicto Asin. *in pract. §. 32. in 29. ampliat.* Pontan. *in tract. de alimen. c. 13. n* 2.

Amplia hanc illationem I. vt procedat, etiam quòd vxor aliunde haberet vnde viueret. Afflict. *decis.* 10. Ferret. *cons. 34. num. 2. lib.* 1. quos refert, & sequitur Lancellott. *in d. 11. limit. n. 22. & seq.*

Amplia II. etiam quòd pater vxoris esset diues, & maritus inops. Ferret. *d. cons. 34. n. 2. lib.* 1.

Limita I. hanc illationem procedere dummodo dos mulieris sit certa, aliàs secus. Lancellott. *in d. 11. limit.* vbi quòd ita aliàs Rota iudicauit in vna Romana dotis 10. millium, seu alimentorum coram Orano die 5. Maij 1564. Asin. *d. §. 31. in 24. ampliat. n.* 2. vbi quòd si mulier est indotata, talia alimenta non debentur.

Limita II. quando vxor propria authoritate diuerrit à viro. Thom. de Zannis *decis. 11. incip. Vxor.* Port. Imolen. *cons. 160. In negotio, lib.*, Lancell. *d. cap. 4. d. 11. limit. num.* 26. & faciunt per nos tradita *in Reper. crim. quæst. 99. num.* 8. Pro hac secunda limitatione addo Pontan. *in tract. de alimen. cap. 13. num.* 2. posui *in quæst* 143.

Hinc est quòd pater filio litiganti præstare debet 6
dicta alimenta, & sumptus litis. Lancellot. *d. cap. 4. in 11. limit. num.* 20. Cephal. *d. cons.* 127. licèt contrarium in hoc videatur tenere Capella Tholos. *decis.* 77. Adde pro primo dicto Asin. *in praxi §. 32. in 23. ampliat. cap. 13. num.* 5. vbi loquitur in causa filiationis, seu alimentorum.

Amplia hanc illationem, vt pater hæc alimenta lite pendente præstita à filio repetere non possit. Couarr. *pract. quæst. cap. 6. num. 8. in fine.* refert, & sequitur Lancellott. *de attent. d. c. 4. in 11. limit. n.* 17.

Limita, dummodo constet de quasi possessione filiationis, aliàs secus. Lancell. *d. 11. limit. num* 30. allegat inter alios Hier. Gabr. *cons. 25. incip. In alia tamquam filia, n. 2. & 17. lib.* 1. Pontan. *d. c. 13. n.* 5. Hypol. Riminald. *cons. 329. num. 1. lib.* 3.

Amplia supradictam principalem regulam, vt alia 7
alimenta, & sumptus litis sint præstanda etiam in prima instantia, vt per Hier. Gabr. *d. cons. 29. sub num. 19. col. final.* Cephal. *d. cons.* 127. Ad quod videas Benincas. *de paupert. pag. mihi 82. num.* 14. Imò debentur talia alimenta etiam ante sententiam, & ante publicatas attestationes. vt per Asin. *d. §. 32. in 29. ampliat. num.* 2. pro hac eadem ampliat. vide Pontan. *de alimen. cap. 13. n.* 7. & Hypol. Riminald. *cons. 255. num. 1. & 2. lib. 3. & 319. num. 11. & seqq. eod. lib.*

Limita eandem regulam I. vt videlicet actor alen- 8
dus sit ex bonis ad quæ agitur, & non ex aliis, & sic videtur necesse quòd reus possideat bona petita, vt per Petr. Ant. August. *cons. 4. incip. Etsi textus, n. 1. lib.* 3. refert, & sequitur Lancell. *d. c. 4. in d. 11. limit. n.* 31. facit Guid. Pap. *decis.* 561.

Limita

9 Limita II. dummodo actor sit pauper, & non habeat aliunde vnde se alat. Guid.Pap. *d.decis.*561. Afflict. *sub decis.*10. *&* 11. Alciat. *reg.*3. *præsumpt.*9. *num.*8. *& seqq.* Cephal. *sub d.cons.*127. Hippol. Riminald. *consil.*555. *num.*1. *lib.*3. *Paupertas.* quia isto casu est probanda per actorem. Idem Riminald. *consil.*319. *n.*2. *lib.*3.

10 Ideo si diuitiæ superueniant, non currunt alimenta lite pendente, vt per Lancellott. *d. cap.* 4. *limit.*11. vbi quòd ita fuit tentum in vna Romana status & alimentorum coram Capiluceo 7. Nouembris 1554.

Quid in vxore litigante cum viro, qui habet aliunde vnde se alat, dixi suprà *n.*5.

11 Quid de muliere habente virum pauperem, & cui nullam tradidit dotem, si cum aliquo alio litiget, an sint ei præstanda alimenta, & tempus litis. Dic quòd sic, vt per Cephal. *d.cons.*117. *n.*1. *&* 11.

12 Limita III. vt necesse sit quòd actor aliquid deduxerit, vel probauerit in iudicio, ex quo oriatur præsumptio sui boni iuris, aliàs secus. vide Hippol. Riminald. *cons.*255. *num.*2. *lib.*3. *& cons.*319. *num.*11. *& seqq. lib.*3. vbi videtur transire cum hac limitatione. Afflict. *sub d.decis.*10. *&* 11. vbi videas. Guid. Pap. *d.decis.*561. Alciat. *d.reg.*3. *d.præsumpt.*9. *n.*8. *& seqq.* Cephal. *sub dict. cons.*157. Pontan. *de aliment. d.c.*13. *num.*6. vbi ampliùs quòd ista præsumptio boni iuris debet esse in eodem iudicio, de quo agitur, & non in alio. Ideo si litigatur in possessorio, non sufficit docere de bono iure in petitorio, vt fuit decisum in Rota, vt *ibi* per eum, *& n.*7. vbi quòd in secunda instantia absque alio bonum ius oritur ex prima sententia.

13 Limita IV. dummodo actor præstet cautionem de restituendo alimenta, & sumptus succumbentiæ. ad cuius limitationis veritatem vide Aym. *cons.*164. *col.*1. *vers.*4 *dico.* Couarr. *pract. quæst. d.c.*6. *n.*5.

14 Limita V. vt dicta regula non procedat quando petitur aliqua res particulariter, sed quando agitur de omnibus bonis actoris, vt videtur præsupponere Guid. Pap. *d. decis.*561. vel de aliqua hæreditate, seu parte hæreditatis, vt præsupponit Cephal. *d.cons.*157. vbi refert in proposito quòd non refert isto casu si agatur ad hæreditatem ex testato, vel ab intestato, quòd quando agitur de aliqua hæreditate, vel eius parte, tunc quòd per reum sint actori præstanda alimenta, & sumptus litis, concordantes allegat Asin. *d.* §.32. *in* 19. *ampliat.*

15 Adde in materia quòd etiam dominus seruo, & subdito eius dominio debet præstare dicta alimenta, & sumptus secum litiganti. Asin. *in pract.* §. 32. *in* 28. *ampliatione.*

16 Amplia regulam suprà firmatam *num.*5. vt procedat etiam in fisco, qui aduersario secum litiganti sumptus, & alimenta litis præstare tenetur. Asin. *in pract.* §.35. *in* 31. *ampliat.*

17 Sed quæro vsque ad quod tempus ista alimenta, & sumptus litis debentur. Dic vsque ad finem & exequotionem litis principalis, non habita consideratione alicuius incidentis causæ non dum ampliùs completæ, vt per Pontan. *de aliment. c.*13. *num.*7. vbi tamen quòd Ægid *in decis.*159. sentire videtur hæc alimenta non deberi post conclusionem in causa. vide *ibidem* Pontan. *sub num.*8. vbi qoòd Rota aliquando decreuit ista alimenta ad tempus, quod postea fuit prorogatum.

18 Item quæro quomodo sit facienda taxatio istorum alimentorum. vide *ibid* per Pontan. *num.*8. vbi quòd non vniformiter, sed diuersimodè fit, iuxta personæ, & rei, de qua litigatur, qualitatem. Et quòd propterea Rota non solùm informata de valore bonorum, de quibus litigabatur, aliàs taxauit ad scuta 50. Aliquando ad 100 eum facultate addendi, & minuendi iuxta formam futuræ probationis redditnum. Sed quod Boët. & alij *ibidem* per Pontan. relati dixerunt alimenta litis esse taxanda ad quartam partem redditnum eius, de quo agitur.

QVÆSTIO LIII.

Appellatio quando interponi debeat infra decem dies, quandóve, & à quo tempore isti decem dies currant.

SVMMARIVM.

1. *Appellatio quando interponi possit post decem dies, generaliter.*
   Appellandi 10. dierum tempus quando currat, & à quo tempore, generaliter, ibid.
2. *Regulariter appellatio debet interponi infra decem dies.*
3. *Dic quòd currit à die sententiæ.*
4. *Contrarium.*
6. *Appellandi tempus an currat à die sententiæ, vel scientiæ, & 40.*
7. *Appellans in dubio præsumitur appellasse à die notitiæ.*
8. *Idem de eo qui citatus est domi, & non personaliter, vbi de materia.*
9. *Quid si de stylo sufficiat ad sententiam citatio ad domum.*
10. *Quid de citato per edictum.*
11. *Quid de citato per audientiam contradictarum.*
12. *Quid si semel fuerit citatus personaliter, & 13.*
    Quid si citatus Procuratorem constituit, & postea se absentauit, ibid. & 14.
    Quid si Procurator constitutus non appellauit, ibid.
15. *Quid de citato in loco beneficij.*
    Quid de sententia lata contra absentes, d. num. 12. & 16.
18. *Quid si sententia fuit intimata condemnato.*
    Quid si citatus habuit notitiam citationis, num.17. vel sententiæ, n.19.
    Et an, & qua forma sententia intimari debeat, ibid. & seqq.
20. *Dic quòd sententia debet intimari cum omnibus qualitatibus, & seqq.*
21. *Quia nemo dicitur habere scientiam sententiæ nisi etiam sciat illius qualitates.*
22. *Ideo cautela est vt sententia intimetur per publicum instrumentum.*
23. *Quid si intimatio fiat de mandato iudicis, non ad instantiam partis.*
24. *In dubio quis præsumitur potius fictus contumax, quàm verus.*
    In dubio quis appellet à die notitiæ, ibid.
25. *Quid de appellatione extraiudiciali.*
26. *Quid de ratificatione appellationis.*
27. *Quid de tertio appellante.*
28. *Quid ex forma statuti vrbis.*
29. *Et appellans debet probare se appellasse infra decem dies, quia in dubio appellatio præsumitur interposita post decem dies, vbi qua probatio isto casu admittatur.*
30. *Appellandi tempus currit de momento ad momentum.*
31. *Quid de inhærente appellationi post decem dies.*
32. *Quid de ratificante appellationem.*
33. *Quid de supplicatione, seu querela interposita post decem dies.*
34. *Appellandi tempus decem dierum est continuum, non vtile.*

35. *Appella*

1 APPELLATIO quando interponi possit post decem dies, quandòve istud appellandi tempus currat, & de materia, vide Cæpol. *caut.59. & in addit. & caut.*179 *& seqq.* Natta *cons* 51. *per totum, lib.* 1. Lancellot. *de attent. cap.* 12. *limit.* 50. *num.* 37. *& pluribus seqq.* vbi nonnulla alia præter infraposita.

2 Regula sit quòd appellatio debet interponi infra decem dies. *cap. non solum, de appellat. in* 6. *Auth. hodie, C. de appellat.* Ideo post decem dies interposita nulla est, & non deuoluit. Rota *decis.*3. *alias* 11. *Fuit dubitatum, in* 2. *addit. in princ. de appellat. in nouis*, cum aliis, de quibus per Lancellott. *d. limit.* 50. *n.*37. *& seqq. & n.*47. *& seq.* Alex. *cons.*95. *Visis, sub num.*7. *lib.*2. vbi quòd facultas appellandi non viuit vltra decem dies.

3 Amplia vt hoc appellandi decem dierum tempus currat non à die scientiæ, sed à die sententiæ, secundùm Lancellott. qui concordantes allegat *in d.* 50. *limit. num* 43.

4 Contrarium quòd imò hoc tempus currat à die scientiæ, & non sententiæ, videtur text. *in l.*1. *§. fin. ff. quando appell. sit, & in l. ab eodem C. quom. & quando ind.* gloss. *in cap. anteriorum* 2. *quest.*6. Seisel. *in tit. de appellat. §. restat. vers. Sed nunquid hoc tempus.* Couatr. *pract. quest. cap.* 11. *num* 2. *pag. mihi* 103. *col.*1. *&* 2. plures enumerat Grauat. *ad Vestr. in praxi lib.*7. *cap.* 3. *num.* 52. Corn. *cons.*17. *num.*11. *& seqq. lib.*1. Cephal. *cons.*106. *num.*4. *& seq. & cons.*279. *num.*1. *& seq.* gloss. *in Auth. hodie. C. de appell. & in cap. cùm inter, de sent. & re iudic.* Natta *cons.*51. *vol.*1. *num.*1. *& cons.*348. *num.*1. *vol.*2. *decis. Pedem* 142. *num.*35.

5 Imò appellans post decem dies à die latæ sententiæ præsumitur appellasse infra decem dies à die notitiæ, vt per Cephal. *cons.*106. *num.*5. & per Lancellott. *d.c.*12. *limit.*50. *num.*178. *& seqq.* vbi videas. facit *infrà num.* 24.

Ideo ad generalem hanc materiam, an & quando appellandi tempus currat à die scientiæ, vel sententiæ, præter infraposita vide Capyc. *decis.*139. *per totam.* Natt. *cons.*51. *lib.*1. *& cons.*348. Anchar. *cons.*372. Ann. *cons.*93. *num.*6. Mynf. *obseru.*2. *cent.*2. *& obseru.*11. *cent.*3. omnino Tiraq. *de retract. lignag §.*9. *gloss.*2. *num.*42. *pag. mihi* 462. Vant. *de nullitat. pag. mihi* 270 *num.*92. omnino Lanfran. *in c. quoniam contra, pag. mihi* 131 *à tergo, in addit. ad num.* 51. quæ incipit, *Quod intellige.* Cephal. *cons.*106. *num.*4. *& seqq. & consil.*241. *num.*52. *& seqq & cons.*279. *num.*1. *&* 2. *lib.*2. Menoch. *de arb. quæst. q.*66. vide etiam in materia Doctores infrà allegatos *n.* 19. Crot. *cons* 2. Vestr. *in pract. pag mihi* 229. *num.*52. videlicet *in lib.*7. *cap.*3. *d. num.*52. *in addit. & num.*21. Bard. *de temp. vtili, & contin. pag.*20. *&* 21. Felin. *in cap. quo ad consultationem, num.*22 *& seq. de re iud.* Quid in sententia lata sub conditione, puta nisi ad id, vide infrà *num.*40. & vide etiam ad materiam Ioseph. Ludou. *conclus.*5. *vers pen. & final.* & omnino Rotam coram Orano in vna Bonon. attentatorum Veneris 10. Nouembris 1595. impress. post mea consilia. 6

Et pro resolutione facias infrapositas conclusiones.

Prima sit conclusio, & generalis, quòd fictus contumax appellat à die notitiæ, & non à die sententiæ, secus verò verus contumax. Rota *decis.*1. *aliàs* 49. *Si feratur, & decis.*16 *aliàs* 364 *Cùm iura, de dolo, & contumacia, in nouis, & decis.*46. *aliàs* 500 *Si feratur, de appellat. in antiquis* refert. & sequitur Lancellott. *de attent. c.*13. *limit.*50. *num.*142. Vestr. *in prax. lib.*7 *cap.*3. *num.*21. vbi quòd hæc est recepta opinio in sacro Palatio, & faciunt infrà tradita *in seq n.*8 Peregr. *decis.* 31. *in* 1. *lib.* vbi declarat, nisi etiam sententia fuisset intimata, de quo infrà *num.*18. 7

. Secunda sit conclusio quòd citatus ad domum possit similiter appellare à die notitiæ, quia citatus ad domum non verus, sed fictus contumax dicitur. Cephal. *cons.*141. *num.*55. *& seq.* vbi ampliat etiam quòd actum fuerit via regia, & ordine omisso. Vant. *tit. de nullitate ex defectu citat. num.* 92. Peregr. *decis.* 31. *n.*1. Rota *d. decis.*2. *aliàs* 49. *& d. decis.*46. *aliàs* 50. Lancell. *d. limit.*50. *n.*143. Firman. *in Repert. vers Citatio ad domum, num.*50. *pag. mihi* 235. *à tergo.* Crot. *cons.*7. Vestr. *in pract. lib.*7. *cap.*3. *num.*21. vbi secus in citato personaliter, qui non appellat à die notitiæ, sed sententiæ, & idem in vtroque capite tradit Capyc. *decis.*139. *per totam.* Sed quid si citatus ad domum dixerit se nolle comparere, vide Cephal. *cons.* 241. *num* 54. *& seqq. & num.*101. 8

Limita hanc secundam conclusionem, quia si de stylo citatio ad sententiam sufficit quòd sit facta ad domum, quem stylum valere dicit Mohed. *decis.* 161. Put. *decis.*15. *de iudic.* Peregr. *decis.*51. tunc crederem etiam isto casu sumptus appellandi currere à die sententiæ, & non scientiæ, quia talis citatio de stylo prædicto videtur haberi ac si esset personaliter facta, cuius contrarium voluit Rota coram Orano Bonon. attentatorum Veneris 10. Decembris 1595. 9

Tertia conclusio, quòd citatus per edicta similiter appellat à die notitiæ. Lancellot. *de attent. d. cap.* 12. *limit.*50. *n.*144. Rota *d. decis.*16. *aliàs* 346. *Cùm iura, de dolo, & contum. in nouis.* Crot. *sub d. cons.*7. 10

Quarta sit conclusio proximè præcedenti similis, quòd citatus per audientiam contradictarum appellat à die notitiæ, si non de rigore, saltim de æquitate, ex communi stylo & obseruantia Rotæ, de qua restantur Domini *decis.*22. *aliàs* 137. *incip. Appellatus, de appellat. in nouis.* 11

Limita, hanc quartam conclusionem non procedere in eo, qui primò citatus personaliter Procuratorem constituerit, & postea se absentauerit, quia si 12

condem

condemnatur, appellatio debet interponi à die sententiæ, non autem scientiæ. Io. Paul. *decis. 3. circa finem*, tunc enim non fictus, sed verus dicitur contumax, &c. Capitaquen. *decis. 209. incip. Contumax verus, 1. p.* vbi tamen quòd isto casu licèt non possit appellare, potest tamen in integrum restitui, quæ omnia refert, & sequitur Lancellot. *de attent. d. c. 12. limit. 50. n. 147. & seq.* & faciunt in proposito suprà tradita *q. 26. & seqq.* vbi latè de Procuratoris negligentia in non appellando, quando domino præiudicet.

13 Imò quando quis fuit personaliter citatus, etiam quòd Procuratorem non constituerit, non potest ampliùs a die notitiæ appellare, vt *in d. decis.* Ioannis Pauli *dec. 3. circa finem*, cuius verba sunt hæc. *Item fuit dictum quòd appellatio Ioannis non debet considerari, quia est à die notitia, qua non releuabat, cùm fuisset semel personaliter citatus*; sed vide *decis. Pedem. 141. n. 36.* vbi quòd & personaliter citatus appellat à die notitiæ.

14 Quid autem si Procurator citatus ad sententiam non appellauerit, an tunc principalis possit appellare à die notitiæ, & sic an Procuratoris negligentia in non appellando domino noceat, posui hanc materiam suprà *q. 26. n. 12. & seqq.* vbi videas.

15 Quinta sit conclusio quòd citatus in loco beneficij similiter appellat à die notitiæ, vt per Lancell. *d. cap. 12. limitat. 50. n. 145.*

16 Sexta sit conclusio & generalis quòd absentes condemnati cùm dicantur ficti contumaces, non appellant à die sententiæ, sed scientiæ, vt per Lancellott. *d. limit. 50. n. 152. & seqq.*

17 Septima sit conclusio quòd fictus contumax, & omnes prænominati in præcedentibus conclusionibus, si citationis ad sententiam notitiam habuerunt, & venire contempserunt, dicuntur veri, & non ficti contumaces, ratione contemptus, propterea debent appellare a die latæ sententiæ infra decem dies. Ioseph. Ludou. *conclus. 5. vers. Et ista scientia*, vbi declarat Lancellott. *a. limit. 50. num. 154. & seqq.* Roland. *consil. 47. num. 22. & seqq. vol. 1.* faciunt generaliter tradita *in fragmentis*, in materia citationis factæ ad domum. Et quid si habuerunt notitiam sententiæ, vide infrà *sub num. 19.*

18 Octaua sit conclusio quòd si sententia fuit intimata condemnato, tunc non potest prætendere illius ignorantiam, & propterea quilibet, cui sententia est intimata, etiam quòd sit de illis, de quibus in præcedentibus conclusionibus, debet appellare infra decem dies a die sententiæ, vt per Lancellott. *de attent. d. limit. 50. n. 156. & seq.* Peregr. *decis. 3. in 1. lib.* vbi loquitur in ficto contumace, & domi citato, quòd non appellat à die notitiæ, si sententia fuit intimata.

19 An autem ad hoc vt quis dicatur habuisse notitiam sententiæ, & ad effectum vt non possit appellare nisi infra decem dies a die latæ sententiæ, sit necessaria illius intimatio, nec ne. Regulariter sententia intimari debet, & non intimata non nocet. Natta *cons. 51. n. 1. vol. . & cons. 348. num. 1. vol. 2.* concordantes allegat Cephal. *cons. 141. n. 52. & seqq. vol. 1.*

Limita si condemnatus de sententia aliunde habuerit notitiã, quia tunc non est necessaria intimatio, vbi *ibid.* per Ceph. *num. 4* & faciunt suprà tradita *n. 17.* Idem tradit Menoch. *de arbitr. qq. quæst. 66. num. 3.* Aduertte tamen quòd in dubio præsumitur ignorantia, & non scientia sententiæ, vt *ibidem* per Cephal. *n. 95. & seqq.*

Amplia supradictam regulam, quòd videlicet sententia intimari debeat etiam in iudice habente arbitrium in procedendo, vt per Menoch. *de arb. qq. q. 66. n. 1.* & Cephal. *cons. 141. n. 55. & seq.* vbi idem, quando agitur via regia, & iuris ordine omisso, & quæ forma dum sententia intimari debeat, prætter infraposita vide apud Plotum *in l. si quando n. 516. C. vnde vi.* Castr. *cons. 66. num. 8. lib. 1.* vbi videtur tenere contra Plotum, Vide etiam Doctores suprà allegatos, *num. 6.* Firman. *in Repert. vers. Appellatio quando, num. 21. in addit.* Alex. *cons. 95. vol. 1. num. 10. vers. Superest. ad allegata, & in addit. sub lit. B. in verb. electionem.* Imol *in Clem causam col. 2. vers. Nota regulam, de elect.* Tiraq. *de retract. pag. mihi 538. n. 30.* Afflict. *de iure protim. §. 2. num. 4.* Felin. *in cap. quo ad consultationem, num. 22. & 23. de sent. & re iudic.* Capyc. *decis. 139. num. 4.* vbi quòd sufficit hanc intimationem esse factam domi.

Et dicas quòd intimatio sententiæ ad hoc vt afficiat, debet esse cum omnibus suis qualitatibus, & tenore ipsius sententiæ, vt per Lancellott. *de attent. d. cap. 12. in limit. 50. num. 158. & seq.* Cephal. *cons. 241. num. 101. & seq.* Menoch. *de arb. quæst. q. 66. num. 4.* Natta *cons. 51. num. 1. vol. 1.* 20

Nemo enim. dicitur sententiam sententiæ habere, nisi tenor, & qualitas grauaminis sciatur. gloss. *in cap. concertationi, in verb. sciuerit, de appellat. in 6.* cum aliis allegatis per Lancell. *d. limit. 50 n. 158.* Natta *consil. 51. Viso processu, n. 1. lib. 1.* Innoc. *in Clem. causam col. 2. ver. & aduerte, de elect.* Couar. *var. resol pag. mihi 903.* & faciunt ad hanc materiam tradita per nos in alia quæstione, videlicet scire quando quis dicatur, &c. In quo vide etiam Menoch. *de arb. qq. quest. 66.* Rom. *cons. 342. circa finem.* Alex. *cons. 114. lib. 1.* 21

Ideo ad hoc ne condemnatus possit prætendere ignorantiam sententiæ, cautela erit vt dicta sententia ipsi intimetur per publicum instrumentum, vt per Lancellott. *d. cap. 12. in 5. limit. num. 159.* Spec. *in tit. de appellat. §. qualiter, vers. cautus etiam, & in fin. tit. de citat. §. sequitur, post princ.* Arch. *in c. quam magnam 23. q. 4.* Crot. *sub d. cons. 7.* Natta *d. cons. 51. num. 1. vol. 1. decis. Pedem. 141. num. 36.* 22

Quod declara procedere quando intimatio fiat per partem, vnde secus si fiat authoritate iudicis, quia non sufficit intimare sententiam latam absque eo quòd eius tenor intimetur. Natt. *cons. 348. in princ. lib. 2.* Lancell *cap. 12. d. limit. 50. n. 160 & seq.* 23

Nona sit conclusio quòd in dubio præsumitur, quòd quis sit potius fictus contumax, quàm verus, ideo in dubio quis admittitur ad appellandum à die notitiæ, ad tradita per Lancellott. *ind. 50. limit. n. 163.* & faciunt suprà tradita *n. 5.* 24

Decima sit conclusio quòd appellatio extraiudicialis, puta ab electionibus, postulationibus, prouisionibus, & similibus, potest interponi post decẽ dies à die illati grauaminis, dummodo infra decem dies à die notitiæ. Lancell. *de attent. cap. 12. limit. 50. n. 137. & seqq.* vbi limitat hoc non procedere quando grauamen, de quo extraiudicialiter appellatur, haberet vim sententiæ diffinitiuæ, vel interlocutoriæ, quia hoc casu debet appellari infra decem dies à die sententiæ, non autem scientiæ, vt *ibi* per eum *n. 140.* 25

Sed quid de ratificatione appellationis, an debeat fieri infra decem dies à die scientiæ, vel sententiæ, vide *in hac eadem q. n. 32.* 26

Et quid de appellatione per tertium interponenda pro suo interesse, an istud tempus currat à die scientiæ, vel sententiæ, dixi suprà *q. 7. n. 42.* 27

Et in materia scias quòd Romæ habemus statutum *sub lib. 1. cap. 165.* vbi videas, quo cauetur appellationem esse interponendam infra octo dies à die sententiæ computandos. Sed aduerte quòd secundùm Corneum *cons. 17. num. 11. & seqq. vol. 1.* & Aym. quos allegat & sequitur Luc. Petra *in pract. lib. 5. cap. 1. num. 14.* adhuc fictus contumax, qui scilicet domi citatur, appellat à die scientiæ. 28

Amplia II. principalẽ regulam suprà positam *n. 2.* quòd non solùm appellatio debet interponi infra de- 29

cem

cem dies, imò quòd in dubio præsumitur interposita post decem dies, nisi appellans doceat, & probet se infra dictos decem dies appellasse, vt per Lancellott. *de attentat. appellatione pendente, d.cap.12.in 50. limitat. num.179 & seqq num.17.& seqq. & num 97.& seqq.* vbi ampliùs quòd hæc probatio debet aliunde sumi, quia ex confessione appellati, licèt in hoc ipso videatur contrarium sentire, vt *ibidem num.99 & seqq & n.101. & seqq.* vbi quòd hoc casu non admittatur iuramentum appellantis, dicentis se appellasse infra decem dies, allegat Felin. *in d. cap. quoad consultationem, n 39. de re iud.*

30 Amplia III. quia istud tempus decem dierum ad appellandom concessum currit de momento ad momentum. Lancell. *d. limit. 50. num. 47.41. & seq.* vbi quòd est commonia opinio secundùm Alex. seu maius Collegium Patauinum inter cons. Alex. 87. *Nos Doctores, n 1.lib.2.*idem Lancell.*c.11.n.6.*

31 Amplia IV. vt etiam inhærens appellationi alterius debet infra decem dies inhærere, de quo dixi infrà inter fragmenta, in materia adhæsionis appellationis.&c. *vers. Appellatio,*&c.

32 Amplia V. vt etiam ratificatio appellationis debet fieri infra decem dies, aliàs nulla est, & ratificari non prodest. Guid. Pap. *cons. 124. circa materiam, sub num.7. versic.ad sextum*, &c. cum aliis, de quibus per Lancellott. *de attent.cap.12 limitat 50.num.53.& seqq.* vbi etiam an ratificatio appellationis debeat fieri infra decem dies a die sententiæ, an verò a die scientiæ, & in materia huius ampliationis, vide infra inter fragmenta *vers. Ratificatio ad hoc vt valeat.* vide Magon. *decis. Lucen 6. num. 22. & seqq.* vbi quòd licèt appellatio sit ratificanda infra decem dies, tamen id procedit non a die sententiæ, sed scientiæ, quæ in dubio non præsumitur, ideo præsumitur semper facta ratificatio infra decem dies a die notitiæ, vt *ibi* per eum.

33 Amplia VI. vt etiam supplicatio, & querela Principi offerenda debeat infra decem dies interponi.text. est, vbi notant omnes, *in Auth qua supplicatio.C de precibus Imp offer.*cum aliis, de quibus per Lancell. *de attent.limit.50.n.56. & seqq.* vbi hanc declarationem declarat tribus modis, in quo vide Conrard. *in l.1.C.si de mom. poss quæst 8. n. 35.* vbi quòd imò ista supplicatio potest quandocumque offerri.

34 Amplia VII. vt istud tempus decem dierum sit continuum, & non vtile. gloss. *in c.concertationi, in verb. si ineris, de appell.in 6.*gloss. & Doct.*in c.biduum 2. quæst.6.& in l. .§.biduum. ff quando appellandum sit.* Rota *decis. 2. alias 49. Si feratur, in princ. de dolo, & contum. in nouis, & decis. 46. alias 500. Si feratur, de appellat.in antiq.*

35 Amplia VIII. etiam in sententia interloquutoria, à qua appellatio debet interponi infra decem dies, & non postea.*c. Romana. §. si vero, de appellat.in 6.cap. significauerunt, extrà de testibus.* Salic. *in d. Auth. hodie. C.de appellat.in princ.*

36 Amplia, hanc octauam ampliationem procedere etiam in tacita interloquutoria, hoc est, in tacita reiectione exceptionum per processum ad vlteriora, à quo non licet appellare, nisi infra decem dies. Contard *in d.l.1.C.si de mom.poss.13.limit.n.40.*Franc.*in cap. intimasti, sub n.8.vers. Tu aduerte,* &c.*de appellat.*quem refert, & sequitur Lancellot. *d. limit. 50. num. 65. & seqq.* vbi *num.66.* secundùm Castr. *in cons.334. Visa appellatione, num.6. lib.1.* ponit cautelam quòd si sunt lapsi decem dies à dicta tacita reiectione exceptionum, excipiens iterum instet pro admissione illarum; & si non obstante hac secunda instantia iudex ad vlteriora procedit, potest appellari ab isto secundo vlteriori processu, etiam quòd lapsi sint decem dies à prima tacita reiectione, & faciunt infrà generaliter tradita *versic. exceptio quando à iudice non admittitur,* &c.

Limita hanc octauam ampliationem, vt non pro- 37
cedat quando iudicis decretum non induceret sententiam (quia non omnis vox iudicis dicitur sententia) & quando ista sententia non transiret in iudicatum. his enim casibus, quando scilicet iudicis actus non habet vim sententiæ, & si habet, non transit in iudicatum, etiam quòd sint lapsi decem dies, poterit per grauatum peti dictum grauamen, & si non reuocat, tunc potest à non reuocatione appellari, etiam quòd sint lapsi decem dies post dictum decretum. Ideo ampliatio supradicta, quòd videlicet quis à sententia interloquutoria debet infra decem dies appellare, procedit quando illa sententia est talis, quæ transit in iudicatum, aliàs secus, vt per Lancellott. *de attentat. cap. 12. d. limitat. 50. num. 68. & seqq.*

Amplia IX. vt appellatio interposita post decem 38
dies sit taliter nulla, vt nec partium consensu conualidari possit, ideo si quis appellat post decem dies, & appellatus non solùm procedit in illa causa appellationis, quæ permittitur per iudicem *ad quem*, verùm etiam si ipse expressè inhæret huic appellationi, sententia nihilominus desuper lata est nulla, per allegata per Lancell.*d.c.12.de attent.appellat.pend.limit.50. n.72. & seqq. & cap.11.n.3.& seq.*

Amplia X. vt etiam compromisso pendente quis 39
debeat infra decem dies appellare, alias causa dicitur deserta, non obstante pendentia compromissi, de quo dixi infrà inter fragmenta *versic. compromissum,* &c.

Amplia XI. vt etiam à sententia conditionali abs- 40
que eo quòd expectetur conditionis euentus, debeat quis infra decem dies appellare. Lancell.*d.limitat.50. num. 104.& seqq.* allegat inter alios *decis. Pedem. 146. Stante, num. 77.* ideo à sententia lata nisi infra tres, vel nisi ad id, debet appellari à die sententiæ, non à die existentis conditionis, vt per Vestr. *in pract.lib.7. cap.3. num 21.*

Amplia XII. vt etiam restitutus ad appellandum 41
debeat infra decem dies appellare, vt per Lancell. *de attent.cap. 14 num. 30.& seqq. & cap. 12. limitat. 50. num.109.* vbi secundùm Guid. Papæ *in tract. de appellat. quæst. 103.* isti decem dies currunt à die latæ sententiæ super restitutione in integrum: sed quando ista restitutio sit concedenda, vide infrà *num. 55.* vbi ponas tradita in hac ampliatione, quia ibi est locus suus.

Amplia XIII. etiam in sententia arbitri, à qua 42
reductio debet infra decem dies interponi, de quo dixi suprà *quæst.17.num.16.*

Amplia XIV. vt nec paupertas excuset illum, qui 43
non appellauit infra decem dies, de quo dixi in materia impedimenti, & paupertatis, quando excuset à desertione.

Amplia XV. vt etiam fiscus debeat infra decem dies 44
appellare, aliàs appellatio erit deserta. Lancellott.*de attent.d.cap.12.limit.50.num.126.*

Amplia XVI. vt isti decem dies ad appellandum 45
concessi currant etiam nullitate opposita. Guid.Pap.*de appellat. quæst. 65.* cum aliis. per Lancellot. *d. limitat. 50. num. 127.* & an fatalia currant nullitatis causa pendente, dixi infrà inter fragmenta *versic. fatalia,* &c.

Amplia XVII. vt gesta post appellationem in- 46
terpositam post lapsum decem dierum per appellatum non veniant aliquo pacto vti attentata reuocanda, de quo dicetur infrà in materia appellatione pendente, gesta an veniant reuocanda, si appellatio fuerit deserta, vt *in q.55.num.32.& 59.*

47 Amplia vltimò, vt iste terminus decem dierum non possit aliqoo pacto per iudicem abbreuiati, seu prorogari. Lancellott. *de attent. cap. 11. n. 2.*

48 Limita modò supradictam principalem regulam I. vt procedat quādo grauamen est momentaneum, secus in grauamine successiuo, in quocumque currit appellandi tempus, & ideo potest quis ab eo quandocumque appellare. Ias. *in l. Prætor ait. §. aliquando, n. 9. ff. de nou. oper. nunciat.* Lancellott. *de attentat. d. cap. 12. limitat. 50. n. 131. & seqq.* vbi hanc limitationem postea sublimitat quatuor modis, de quibs *ibi* per eum.

49 Limita II. in appellatiòne extraiudiciali, puta ab electionibus, postulationibos, & prouisionibus, à quibus appellare quis potest etiam post decem dies à die latæ sententiæ, dummodo infra decem dies, de quo dixi suprà *num. 25.*

50 Limita III. nisi aliquo statuto, vel consuetudine caueretur posse appellari etiam infra decem dies, tale enim statutum & consuetudinem valere tradit Lancellot. *de attent. appell. pend. d. cap. 1s. limitat. 50. num. 165.*

51 Limita IV. in appellatione per tertium pro suo interposito interesse post decem dies, de quo dixi suprà *quæst. 47 num. 42.*

52 Limita V. quòd non potest haberi copia iudicis, quia tunc etiam post decem dies interpositta appellatio valet, de quo dixi *infr. in fragm. vers. appellatio, licet regula iter*, &c. *num* 40.

53 An autem attentata pendente termino ad appellandum decem dierum à die notitiæ in casu, in quo non currit nisi à die notitiæ, veniant reuocaoda, & quomodo, vide infrà *quæst 55. n. 9.*

54 Ad ea quæ suprà tradita sunt *num. 3. & seqq. de temp. ad appellandum*, quando scilicet currat à die sententiæ, vel scientiæ, vide Cephal. *consil.* 241. *num.* 107. vbi particulariter de restitutione concedente minori ignoranti sententiam latam aduersùs lapsum d. temporis ad appellandum.

55 Limita VI. quia io multis casibus datur restitutio ad appellandum, etiam post decem dies, etiam maioribus, vt *in vers. restitutio, num. 36.* vbi tradita ponas hîc.

QVÆSTIO LIV.

Possessionis commodo nemo priuandus est de facto, & sine cognitione causæ, præsertim lite pendente. & priuatus potest suam possessionem, absque eo, quòd contrauenire dicatur, continuare. & de materia.

SVMMARIVM.

1. *Possessionis commodo an quis de facto per iudicem priuari possit, & seqq.*
   Possessio alicui de facto quando auferri possit, ibid.
2. *Quo remedio succurratur possessori qui de facto & sine causa cognitione est à iudice priuatus sua possessione, & seqq. vsque ad n. 10.*
   Regula sit quod nemini possessio de facto auferenda est, ibid.
   Nemóque possessionis commodo de facto priuari debet, ibid.
3. *Ab exequutione enim non debet iudicium inchoari.*
4. *Ideo inhibitio iudicis ne quis accedat ad suam possessionem, non valet, nisi sit facta cum clausula, si quis, &c. & seq.*
5. *Et inhibitus ea non obstante potest suam possessionem continuare.*
6. *Vel illam vti de facto factam petere reuocari, & seq.*
7. *De facto enim facta de facto sunt reuocanda.*
8. *Imò iudex priuando aliquem sua possessione dicitur spoliari.*
9. *Possessio alicui de facto auferenda non est lite pendente.*
10. *Quid si possessio alicuius sit contra ius, & cum mala fide, & seqq.*
11. *Quid si notoriè constat de non iure possidentis.*
12. *Quid in possessione capta lite pendente.*
13. *Quid si possessio competit de iure speciali.*
14. *Quid de possessione sine titulo.*
15. *Quid si immineat peccatum.*
16. *Princeps non præsumitur velle quem sua possessionis commodo priuare.*
17. *Quid in secunda instantia.*
18. *Quid fauore fisci.*
19. *Quid si Papa causam ad se auocauit.*
20. *Quid si sequantur scandala, & seq.*
21. *Quid si partes ambæ super possessione contendant.*
22. *Causa cognita potest quis possessionis commodo priuari.*
23. *Quid si adest timor dilapidationis & dissipationis, & seqq.*
   Sequestrum possessionis & fructuum quando lite pendente concedi per iudicem debeat, ibid.
32. *Generalis materia.*
33. *Continuans suam possessionem regulariter non dicitur attentare, nec contrauenire.*
34 *Nec spoliare.*
35. *Ideo possessor potest lite pendente reficere rem possessam, fructus ex illa percipere, & alteri locare, & 36.*
37. *Quid de continuante suam possessionem appellatione pendente.*
38. *Quid si possessio sit contra ius, vel capta lite pendente.*
39. *Quid si est inhibitum.*
40. *Quid de continuante possessionem quam quis retinet per clausulam* Constituti.
41. *Quid si continuatio fiat à diuersa persona.*
   Quid de herede continuante, ibid.
42. *Quid de recuperante possessionem à qua quis deiectus fuit.*
43. *An pro continuatione liceat appellare ingredientem.*
44. *Quid de continuante possessionem instrumentalem.*
45. *Vel possessionem quam quis habet in genere.*
46. *Quid de eo, qui non possidebat, sed præsumebatur possidere.*
47. *Quid in continuante possessionem in annexis & necessarijs.*
48. *Quid de eo, qui habet solam ciuilem possessionem.*
49. *Quid si Papa causam ad se auocauit.*
50. *Quid si continuans vtatur re possessa alio modo, quàm antea.*
   Quid si deteriorat rem possessam in præiudicium partis, ibid.
51. *Quid de continuante possessionem de iure speciali competentem.*
   Quid si de possessione continuantis non constat, ibid.
   Vel quid si constat per testes nulliter examinatos, ibid.
   Vel quid si est dubium de eius possessione, ibid.
   Vel quid si continuantis possessio est turbida, ibid.
53. *Quid si possessio continuantis non est antiqua, sed noua, puta, habita paulo ante litem motam.*
54. *Quid si in continuante notatur perfidia.*

AD generalem huius quæstionis materiam vide præter iofrascripta Lancellott. *de attent. lit. pend. cap. 4. declarat. 4.* Marsil. *sing.* 195. Diaz *regul.* 62. 1

R egula

2 Regula sit quòd possessio nemini per iudicem de facto & sine causæ cognitione auferenda est. Menoch. *de recuper. possess. pag. mihi* 32. *num.* 112. Marsil. *sing.* 195. Diaz *d.reg.*62 Non enim debet iudex aliquem possessionis commodo priuare. Bero. *consil.* 45. *In causa*, *num.* 4. *lib.* 3. & tradit Lancellott. *de attent. d.cap.*4. *declarat.*4.*num* 14.*&* 51.

3 Ratio huius conclusionis potest esse, quia ab exequutione incipiendum non est. Turz *opin.*70.vbi quòd exequutio fieri non potest nisi præcedente aliqua condemnatione.

4 Hinc sequitur quòd iudex non potest sine causæ cognitione inhibere parti ne accedat ad suam possessionem, &c. quia hoc esset de facto priuare ipsam sua possessione, & ab exequutione incipere, quod non licet, vt dixi *in præcedenti num.*2. *&* 3. nisi forsan inhibitio esset facta cum clausula iustificatiua, *si quis*,&c. de quo dixi in materia clausulæ, *si quis*.

5 Et si iudex inhibendo aliquem vellet sua possessione priuare, poterit nihilominus inhibitus non obstante inhibitione suam possessionem continuare, si voluerit, vt dicemus infrà in hac eadem quæstione in materia continuationis possessionis stante inhibitione. *num.*39.

6 Vel poterit illam inhibitionem, seu decretum vti attentatum lite pendente, si lite pendente factum est, petere reuocari, vt per Lancell.*de attem. lit.pend.c.*4.*in* 1.*limit.num* 7 Si verò non est ablata possessio lite pendente, tunc similiter poterit peti eius reuocatio,& talis possessio vti de facto ablata, de facto restituenda est, vt per Tiraq. *de legib.connub.pag.*426 *n.*15.*&* 16.

7 Regulare enim est quòd de facto facta, de facto sunt reuocanda. vt per Imol *conclus.*43. *lib.*1.*pag.*347. Hercul.*de caus. pag.mihi* 13.*n.*21. est text. *in l.*1.*§ hoc iudicium. ff. si mulier ventris nomine.* Contard. *in l.* 1. *C si de moment possess. in* 16. *limitat. num.* 15. *& seq.* vbi limitat quòd quando in facto non erat necessaria citatio, tunc in eius reuocatione erat necessaria citatio. pro regula & materia vide *in decis Pedem.*34. *n.*11.

8 Imò iudex si de facto aliquem sua possessione priuauit, dicitur spoliasse, & contra quem potest intentari remedium *c. reintegranda*, &c. de quo dixi in materia d.remedij *c.reintegranda* &c.

9 In quo aduertas in materia quòd prædicta omnia locum habent in possessione alicui de facto ablata ante litem motam, vnde multo magis procedent in possessione ablata lite pendente. lite enim pendente nemo suæ possessionis commodo priuandus est. *c.*1. vbi gloss. *in verb. Crucem*, & *ibi* Franc. *in* 2. *notab. & in cap. cùm teneamur, in* 1. *notab. de appellat.* Cassad. *decis.*9.*incip. Rota*, &c. *num.* 14. Rota *decis.*14 *alias* 615. *de dolo & contum in antiq.* cum alijs, de quibus per Lancell.*de attent.lit pend c.*4 *declarat.*4 *n.*1.*& seqq.*

10 Amplia hanc conclusionem I. quòd videlicet possessorio commodo nemo priuandus sit, præsertim lite pendente. Primò vt procedat etiam quòd talis possessio esset contra ius, & cum mala fide. Lancellott. *de attem. lit. pend. d. cap.* 4. *declarat.* 4. *num.* 3.

11 Hinc est quòd licèt iudex possit sua possessione, ac etiam sine citatione priuare illum, de cuius iure non constat notoriè; lite tamen pendente hoc non potest, vt per Lancell.*in d.*4.*declaratione*,*n.*16.*& seq.*& sic hæc prima ampliatio procedet, quando iudex vult aliquem possessionis commodo priuare, lite pendente.

12 Secundò limita, eãdem primam ampliationem non procedere in possessione capta lite pendente, quia similiter lite pendente vti attentatam iudex potest possessorem possessionis commodo priuare, ex remedio reuocationis attentatorum, vt per Lancell. *in d.* 4. *declarat.n.*45.*& seqq.* & faciunt suprà tradita *n.*6. & quæ in simili infrà de continuante possessionem, in hac eadem quæstione dicuntur *num.*38.

Amplia II. etiam quòd possessio de iure speciali competeret, puta ex priuilegio, quia adhuc lite præsertim pendente reus illius commodo priuandus non est, vt per Lancell.*d.*4.*declarat n.*6. vide infrà *n.*51. 13

Amplia III. etiam quòd possessio esset sine titulo, quia nec illius commodo nemo de facto priuandus est. Lancell. *d.*4. *declarat. num.* 7. & facit, quia nemo possessionis suæ titulum monstrare cogendus est. An hoc procedat quando quis litigat cum fisco, vide Peregr. *de iure fisci lib.*7.*tit.*3.*n.*13.*& seq.* Nouell. *reg.*117. vbi vide. possessio enim sola transfert in aduersarium probandi onus, vt per Villalob. *P.n.*175. 14

Amplia IV. vt nemo lite pendente sua possessione priuandus est, etiam quòd peccatum immineat, super quo vide Lancellott.*d.*4 *declarat.n.*8.*& seqq.* 15

Amplia vt nec etiam Princeps præsumatur velle aliquem possessionis suæ commodo priuare, & in contrarium obtentum rescriptum, seu priuilegium præsumitur seu falsum, seu obreptitium. Lancell.*d.c.*4. *declarat.* 4. *n.* 14. & faciunt generaliter tradita in materia, *Princeps non præsumitur velle iuri tertij præiudicare*, &c. 16

Amplia vt non solùm lite pendente in prima instantia nemo priuandus est commodo suæ possessionis, sed nec etiam in secunda, puta appellatione pendente. Lancell.*d.c* 4 *declarat.*4.*n.*15. vide de continuante possessionem appellatione pendente *n.*47. 17

Limita I. supradictam regulam non procedere fauore fisci. nam si lis sit inter fiscum & priuatum, potest fiscus rem contentiosam ad manus suas ponere,& sic priuatam, seu possessione priuare, quando scilicet ille priuatus non esset contra fiscum legitimus contradictor, & non aliàs. Lancellott. *de attent. d. cap.*4. *declarat.*4.*n.*16.*& seq.* 18

Limita II. quando Papa causam expressè ad se auocauit, quia tunc lite pendente possessor non potest ampliùs sua possessione vti. Lancell. *d.*4 *declarat.n.*35. *& seqq.* & dicetur infrà in materia continuationis possessionis hac eadem quæstione *n.*49. 19

Limita III. quòd ad tollenda scandala potest iudex possessorem possessione priuare, & illam ad se auocare, in casibus tamen à iure permissis, de quibus remissiuè per Lancellott. *d.* 4. *declarat. num.* 37. & nos diximus aliquid suprà *quæst.*11.*num.*55. *& seqq.* & faciunt quæ in simili dicentur de sequestro in hac eadem quæstione *num.*28. 20

Limita IV. quando vterque super possessione contendentes agerent interdicto retinendæ, quia tunc iudex possessionem sequestrat, vt similiter dixi suprà *d q.*11.*n.*55.*& seqq.* 21

Limita V. vt possessionis commodo, lite præsertim pendente, nemo priuandus sit sine causæ cognitione,& de facto. Ita enim supradicta regula suprà firmata *n.*1. *& seqq.* semper præsupponit. Vnde secus si cum causæ cognitione. Lancell. *de attent.lit.pend.d c.*4. *declarat.*4.*n.*44. 22

Quæro in proposito, an lite pendente possit iudex concedere sequestrum super possessione & fructibus, de quibus litigatur, videas præsertim infrascripta ad hanc materiam Lancellott.*de attent.lit.pendente,cap.*12. *limit.*12. 23

Et pro huius quæstionis resolutione facias infrascriptas conclusiones.

Prima sit conclusio quòd regulariter tam in prima, quàm in secunda instantia, & sic tam lite pendente, quàm appellatione pendente, sequestratio possessionis, & fructuum concedi per iudicem non debet. Ita colligitur ex traditis per Lancellott. *d. cap.* 12. *in* 12. *limitatione num.* 1. 13. *&* 14. 24

& facit pro hac concluſione quæ ſuprà generaliter diximus *num.* 2. *&* 17. quòd videlicet tam in prima inſtantia lite pendente, quàm in ſecunda appellatione pendente, nemo poſſeſſionis commodu priuandus eſt.

25 Secunda ſit concluſio quòd quando eſt timor dilationis & diſſipationis, tunc lite pendente tam in prima, quàm in ſecunda inſtantia ſit ſequeſtratio poſſeſſionis & fructuum. Lancellott. *de attent. c.*4. *declarat* 4. *n.*19. *& ſeqq. & c.*12. *limit.*12. *n.*12. *& ſeqq.*

26 Sed inter primam & ſecundam inſtantiam hæc eſt differentia, quòd in prima ſequeſtrum non conceditur, niſi vltra ſuſpicionem dilapidationis concurrat etiam quòd poſſeſſor non ſit ſoluendo: in ſecunda verò inſtantia ſequeſtrum conceditur ex ſola ſuſpicione dilapidationis, etiam quòd poſſeſſor ſit ſoluendo. ita colligitur ex traditis per Lancellott. *de attent. d. cap.* 12. *limitatione* 12. *num.* 13. *& ſeqq.*

27 Tertia ſit concluſio quòd quando poſſeſſor eſſet multum pauper, tunc ad hoc ne fame pereat ſequeſtrum non conceditur, vbi aliàs forſan concedi deberet, vt per Lancellot. *de attent. d. cap.* 4. *declar.* 4. *num.* 12. *& ſeq.*

28 Quarta ſit concluſio, quoad ſcandala vitanda ſit ſequeſtratio poſſeſſionis, de cuius concluſionis veritate vide Lancellott. *d. cap.* 12. *limit.* 12. *num.* 12. *& c.*4. *declarat.* 4. *num* 37. & quæ ſuprà diximus *quæſt.* 12. *n.* 55. *& ſeqq.* & in hac eadem quæſtione *num.* 20. & infrà *quæſt.* 55. *num.* 20.

29 Quinta ſit concluſio quòd vbi aliàs concedi non debet ſequeſtrum, concedi tamen debet deſcriptio fructuum qui percipiuntur, ad hoc vt poſtea ſi victor exiſtat, releuetur ab illorum liquidationis, probatione, vt *ibidem* per Lancellott. *d. cap.* 12. *limitatione* 12. *num.* 25. *& ſeqq.*

30 Quis autem iudex appellatione pendente poſſit hoc ſequeſtrum concedere, dicas quòd iudex *à quo* concedit ſequeſtrum ante præſentatam appellationem iudici *ad quem*, vt per Lancellott. *d cap.* 11. *limitat.* 12. *num.* 17. & eſt communis, vt per Craſſum *lib.* 2. *comm. opin. cap fin. q.* 6. *tom.* 2.

31 An autem concedatur ſequeſtrum appellatione pendente ab exequutione, dixi ſuprà *quæſt.* 16. *num* 52.

32 Ex prænarrata regula quòd poſſeſſionis commodo nemo priuandus eſt, induxerunt Doctores ad aliam regulam, quòd videlicet poſſeſſionem ſuam continuans nec attentare, nec contrauenire dicatur. Ad quam materiam præter infraſcripta vide Lancellott. *de attent. cap.* 4. *limit.* 1. *per totam.* poſui *in fragmen. verſic. inhibitio.*

Et pro eius concluſione

33 Regula ſit quòd continuans ſuam poſſeſſionem nec attentare, nec contrauenire dicatur. Rom. *deciſ.* 44. *aliàs* 244. *Licèt in cauſa, de appellat. in nouis*, vbi quòd prætextu litis motæ non debet quis a ſua poſſeſſione deſiſtere, imò deſiſtendo dicitur decipere, & eſt communis, de qua teſtatur Caſtr. *conſ.* 346. *Forma ampliori, col.* 1. *circa medium, lib.* 1. & neminem ab iſta opinione diſcrepare dixit Gabriel *tit. de acquir. vel amitten. poſſeſſ. concluſ.* 6. *in princ. lib.* 5. quos, & plures alios referendo ſequitur Lancellott. *de attent. d. cap.* 4. *limitat.* 1. *num.* 1. *& ſeqq. & cap.* 20. *limitat.* 9. Houd. *conſil.* 100. *num* 85. *lib.* 2.

34 Hinc eſt quòd continuans ſuam poſſeſſionem ſpoliari non dicitur. Rota *deciſ.* 11. *aliàs* 159. *Si Rector, de reſtit. ſpol. in nouis*. Dec. *conſil.* 460. *Viſo, &c. num.* 10. *lib.* 3. Et an ſpoliare dicatur ille, qui propria authoritate recuperat poſſeſſionem, de qua priùs fuerat deiectus, dixi ſuprà *quæſt.* 1. *num.* 26.

35 Hinc etiam eſt quòd poſſeſſor reficiens rem ab ipſo poſſeſſam, etiam poſt inhibitionem ſibi factam, non dicitur innouari, vt conſuluit Alciat. *conſ.* 100. *incip. Alciati cauſa, in fine, num.* 8. *lib.* 5.

36 Hinc quoque eſt quòd etiam lite pendente poſſeſſor poteſt non ſolùm ex re, de qua litigatur, abſque attentatorum vitio fructus percipere, & alios actus poſſeſſorios facere, ſed etiam alteri illam rem, & potentiori locare. Iſto enim caſu poſſeſſor locando non attentat, ſed continuat, vt per Lancellott. *d. cap.* 4. *limit.* 1. *n.* 59. *& ſeq.* ad quæ vide Abb. *in cap. Eccleſia S. Mariæ, n.* 9. *in* 1. *&* 2. *lectura, vt lit. pend.*

37 Amplia hanc concluſionem I. quòd videlicet continuans ſuam poſſeſſionem non dicatur attentare vt procedat non ſolùm lite pendente in prima inſtantia, ſed etiam in ſecunda, & ſic etiam appellatione pendente licitum eſt ſuam poſſeſſionem cuique continuare, etiam quòd appellatio eſſet prima facie iuri contraria, vt per Lancellott. *de attent. cap.* 12. *limit.* 26. vbi etiam videas. In materia faciunt ſuprà tradita *num.* 17.

38 Amplia II. vt continuans ſuam poſſeſſionem non dicatur attentare, etiam quòd vſus poſſeſſionis ſit contra ius principaliter in iudicio deductum. Lancellott. *d. cap.* 4. *limitat.* 1. *num.* 8. *&* 9. vbi hoc limitat non procedere in poſſeſſione à iure improbata, hoc eſt, capta lite pendente, quæ non continuatur abſque vitio attentatorum, per ea, quæ ſuprà tradita ſunt *num* 18. Imò ſi quis lite pendente ſpoliatur ab aduerſario ſua poſſeſſione, licet ei incontinenti illam recuperare, & recuperando non dicitur attentare, ſed continuare, vt dixi ſuprà *quæſt.* 1. *num.* 26.

39 Amplia III. vt continuans non dicatur attentare, etiam quòd ſit inhibitus. Lancellott. *d. cap.* 4. *limit.* 1. *num.* 10. *& cap.* 20. *limitat.* 9. vide in propoſito quæ infra generaliter traduntur de inhibitione iuſta, & iniuſta, quando ſit timenda, *quæſt.* 56. *per totam.* in diſcurſu, præſertim *num.* 1. *&* 6. vbi tradita per totam illam quæſtionem valde conferunt ad hanc tertiam ampliationem.

40 Amplia IV. in continuatione non ſolùm veræ & actualis poſſeſſionis, verùm etiam in continuatione poſſeſſionis quæ habetur per clauſulam *Conſtituti poſſeſſorij.* capiens enim poſſeſſionem lite pendente, quam quis per clauſulam *Conſtituti* retinebat, non dicitur attentare, ſed continuare. Lancellott. *d. cap.* 4. *limit.* 1. *num.* 13. *& ſeqq.* vbi *n.* 14. hoc limitat non procedere quando lis eſſet ſuper inualiditate illius contractus, vbi eſt appoſitum conſtitutum, & fuiſſet inhibitum, tunc enim capiens illam poſſeſſionem non dicitur continuare, ſed attentare, vt *ibi* per eum, *& cap.* 20. *limitat.* 9. *num.* 4. Ad quod vide ſuprà *quæſt.* 1. *num.* 20. *& ſeqq.* vbi poſui, an, & quando liceat poſſidere rem quam quis poſſidet ex clauſula *Conſtituti*, & *ibi* videas.

41 Amplia V. non ſolùm in continuatione facta ab eadem perſona, ſed etiam à diuerſa, dummodo tamen repræſentet illam de cuius poſſeſſionis continuatione agitur, puta in herede vniuerſali apprehendente poſſeſſionem bonorum defuncti lite pendente, qui non dicitur attentare, ſed continuare. Lancellott. *d. c.* 4. *limitat.* 1. *num.* 15 *& ſeqq.*

42 Amplia VI. etiam quòd continuatio fiat per modum recuperationis. Continuare enim dicitur ille, qui poſſeſſionem, de qua deiectus eſt, incontinenti recuperat. ſed de hoc dixi ſuprà *q.* 1. *n.* 26.

43 Amplia VII. vt pro continuatione ſuæ poſſeſſionis liceat, ſi opus fuerit, etiam vi ingredientes expellere, ſed de hoc dixi ſuprà *q.* 12. *n.* 55.

44 Amplia VIII. etiam in continuante poſſeſſionem

in

inſtrumentalem, ille enim, qui inſtrumentalem habet poſſeſſionem, faciendo lite pendente aliquos actus poſſeſſorios non dicitur attentare, ſed continuare. Lancellot. *de attent. lit. pend. c. 4. limit. 1. n. 40. & ſeqq.* vbi declarat. Ad quam materiam faciunt tradita de inſtrumentali poſſeſſione ſuprà *q. 14. n. 63.*

45 Amplia IX. etiam in continuante poſſeſſionem quàm quis habet in genere. Lancellott. *d. 1. limitat. n. 46. & ſeq.* vbi exemplificat & declarat.

46 Amplia X. quòd ad hoc vt continuans excuſetur ab attentatis propter continuationem, non ſolùm ſufficit quòd probat ſuam antecedentem poſſeſſionem verè, ſed præſumptiuè, qui enim poſſidere præſumitur vere continuando præſumptam poſſeſſionem, non dicitur attentare. Lancellott. *d. 1. limitat. n. 48. & ſeqq.* vbi exemplificat, & declarat.

47 Amplia X I. quòd ad hoc vt continuans ex continuatione excuſetur ab attentatis, ſufficit habere continuationem rei principalis. Nam tunc etiam in connexis & acceſſoriis poteſt poſſeſſionem quam habet in re principali, continuare, etiam quòd in illis annexis & acceſſoriis non fuerit in actuali poſſeſſione Lancellott. *d. cap. 4. limit. 1. num 57. & ſeqq.* & declarat hanc ampliationem non procedere quando iſta annexa & acceſſoria ab alio effectualiter poſſiderentur, vt *ibidem num. 58*

48 Amplia X I I. vt ſola ciuilis poſſeſſio excuſet capientem naturalem poſſeſſionem ſub elypeo continuationis, de quo dixi ſuprà *quæſt. 1. num. 25.* vbi videas.

49 Limita I. eamdem concluſionem, quando Papa cauſam ad ſe auocaſſet, quia tunc lite pendente continuatio poſſeſſionis non excuſat ab attentatis. Lancellott. *d. cap. 4. limit. 1. num. 68. & 69.* vbi id declarat procedere quando per continuationem fieret præiudicium negotio principali, aliàs ſecus. vide ſuprà *num. 19.*

50 Limita II. dummodo continuans vtatur poſſeſſione eo modo, quo vtebatur ante litem motam, ſecus ſi alio modo ea vti velit, puta illicito in præiudicium partis, qui tunc dicitur attentare. Lancellott. *d. 1. limit. n. 70. & ſeq.*

51 Limita III. in continuante poſſeſſionem ſibi de iure ſpeciali competentem. Lancellott. *d. 1. limit. n. 73. & ſeqq.* vbi videas. vide etiam ſuprà *n. 13.*

52 Limita I V. vt continuans lite pendente excuſetur ab attentatis, dummodo conſtet plenè & per teſtes, non nulliter, ſed legitimè examinatos, vel alio modo quòd continuans poſſidebat ante litem motam. Quod ſi de huiuſmodi poſſeſſione non conſtet, vel de ea ſit dubium, puta ſi aduerſarius & ipſe probaſſe prætendat ſuam poſſeſſionem (quo caſu poſſeſſio continuantis dicitur turbida) non excuſatur continuans ab attentatis. Lancellott. *d. 1. limit. n. 78. & ſeqq. cap. 4. & 20. limit. 9. num. 5.*

53 Limita V. dummodo poſſeſſio continuantis ſit antiqua, ſecus ſi noua, puta quia illam habuerit paulo ante motam litem. ſi enim ſtatim habita poſſeſſione poſſeſſor deſuper incontinenti litem introduxerit, non poteſt ab attentatis ſe excuſare, dicendo quòd continuat ſuam poſſeſſionem, quia, vt dixi, poſſeſſio eſt antiqua, & non noua. Lancellott. *d. cap. 4. limitat. 1. n. 87. & ſeq.* faciunt ſuprà tradita *q. 1. n. 26.*

54 Limita V I. non procedere quando in continuante notatur perfidia, tunc enim propter continuationem non excuſatur ab attentatis. Lancellott. *d. cap. 4. dicta 1. limitatione num. 90. & ſeq.* vbi exemplificat.

Qvæstio LV.

Appellatione pendente nihil eſt innouandum. Item de attentatis, quando & quomodo reuocentur pendente appellatione.

Svmmarivm.

1. *Appellatione pendente, an aliquid innouandum, generaliter.*
2. *Regula ſit quòd attentata appellatione pendente veniunt reuocanda.*
3. *Quid de attentatis pendente recurſu.*
 Vel pendente reductione ibid.
4. *Quid de attentatis pendente termino iuris, &c.*
5. *Quid pendente tempore ad appellandum. & ſeqq.*
16. *Quid ſi appellatio eſt interpoſita coram honeſtis perſonis, & ſeqq.*
19. *Quid in criminalibus.*
20. *Quid ratione ſcandali vitandi.*
21. *Quid in arreptione itineris.*
22. *Attentata appellatione pendente, an ſint ipſo iure nulla, & ſeqq.*
29. *Appellatione pendente an iudex à quo poſſit innouare ad fauorem appellantis.*
30. *Iudici volenti innouare pendente appellatione an poſſit reſiſti.*
31. *Iudex innouans appellatione pendente quomodo puniatur.*
32. *Appellatione deſerta an ſint attentata reuocanda, & ſeqq. pluribus.*
39. *Et an exequutio abſque alio poſſit fieri deſerta appellatione, & ſeqq.*
46. *Appellationi ſi eſt renunciatum, quomodo reuocentur attentata, & ſeqq.*
53. *Quid de attentatis illo medio tempore donec diſputatur, an appellatio ſit reſpicienda, nec ne.*
54. *Quid ſi attenta ſint à principio confirmata.*
55. *Quid ſi iudex, aut pars attentans non habuerit notitiam appellationis.*
 Quid ſi appellatio non eſt iudici, aut parti intimata, ibid.
56. *Quid ſi appellatio eſt nulla & inualida, & ſeqq. pluribus.*
57. *Puta ſi ſit interpoſita à non legitima perſona, vel non habente ſufficiens mandatum, & ſeq.*
59. *Quid ſi appellatio ſit interpoſita poſt decem dies.*
61. *Quid ſi eſt inhibitum, & 70. & 96.*
63. *Quid appellatione pēdente ab interloquutoria, & ſeqq.*
74. *Quid de attentatis in diuerſa cauſa, ſeu articulo.*
75. *Quid pendente appellatione extraiudiciali.*
76. *Quid in iis, quæ tendunt in faciliorem exitum cauſæ.*
77. *Quid pendente appellatione de iure prohibita, & ſeqq. pluribus.*
79. *Quid ſi iudex appellationem non admittat.*
80. *Quid è contra ſi appellationi detulit.*
85. *Quid ſi iudex* ad quem *remiſit cauſam iudici* à quo.
86. *Quid ſi iudex appellationem admiſit*, ſi & in quantum.
87. *Quid ſi de apoſtolis non reſponderit.*
 Vel terminum ad redeundum pro illis præfixerit, ibid.
 Quid ſi iudex præfixerit appellanti terminum ad proſequendum & ad certificandum, & in termino non certificauerit, ibid. & n. 102.
89. *Quid pendente appellatione friuola & calumnioſa.*
90. *Quid ſi cauſa eſt commiſſa cum clauſula*, appellatione remota.
91. *Quid appellatione pendente in notoriis.*
92. *Quid appellatione pendente à tribus conformibus.*

1 GENERALIS materia huius quæstionis ponitur præter alios per Lancellott. de attent. appell. pend. cap. 12. per Rotam, vbi præter infrascripta ponit plures alias ampliationes & declarationes, & præsertim circa excommunicationem & excommunicati materiam, multa ibi videas in discursu. Menoch. de recup. possess. pag. mihi 230. num. 26. & omnibus seqq. Couarr. pract. quæst. cap. 23. & 24. Rol. consil. 77. vol. 2. per tot. Paris. cons. 39. num. 2. & consil. 105. num. 33. vol. 1. & cons. 28. num. 16. & cons. 1-5. n. 28. vol. 4. & consil. 39. num. 3. vol. 1. Corset. sing. pag. mihi 3-. & seqq. & pag. 210. in paruis. Socin. reg. 21. Duen. reg. 42. & 273. Lancellott. in Bren. pag. 204. num. 12. & pag. 206. num. -0. & seqq.

2 Regula sit quòd appellatione pendente nihil est innouandum, & innouata vti attentata veniunt reuocanda, vt in rub. & nigro, ff. nil innouari appell. pend. & tot. tit. C. vt lit. pend. late comprobat & exornat hanc regulam Lancellott. de attent. d. cap. 12. in præfatione, num. 75. & seqq. exornat etiam Contard. in l. 1. C. si de mom. poss. quæst. 4.

3 Amplia hanc regulam I. vt non solùm appellatione pendente, sed etiam recursu pendente nihil innouari debeat. Sed de hoc dixi suprà quæst. 19. num. 8. An autem similiter pendente reductione possit aliquid innouari in sententia arbitri, dixi in q. 17.

4 Amplia II. vt non solùm pendente appellatione, sed etiam pendente termino iuris, videlicet 30. dierum ad petendum apostolos, nihil innouari debeat, & innouata vti attentata reuocantur. quod quando habeat locum, vide pulchrè declarantem & disputantem Lancell. de attentat. cap. 13. per tot. faciunt tradita num. 53.

5 Amplia III. vt non solùm appellatione pendente, sed etiam appellandi termino pendente, nihil innouari debeat ad cuius ampliationis cognitionem præter infrascripta videas Lancell. de attent. cap. 11. per tot. Duen. reg. 273. Cæpol. caut. 198. num. 1. Duen. reg. 41. Viu. com. 64. ver. exceptiones, &c.

Et pro illius resolutione

6 Regula sit quòd pendente tempore decem dierum ad appellandum concesso nihil innouandum, & innouata remedio attentatorum reuocantur, Ita tenuit Rot. in vna Neapolitana attentatorum. coram Sarmiento 9. Maij 1564. teste Lancellott. d. cap. 11. num. 14. & seqq. vbi inter alios allegat text. in cap. non solum, in princ. de appell. in 6. gloss. in l. ex iudiciorum, ff. de accusat. quæ communiter approbantur, teste Couarr. pract. quæst. cap. 23. num. 2. versic. 3. interpretatio. Franc. Marc. q. 760. Ant. August. decis. 8. incip. Cum Andreas. Put. decis. 98. lib. 2. & alibi sæpiùs vt ibidem per Lancellot. d. num. 14. & seqq. de communi Alex. in l. 3. §. si seruus, ff. de acq. possess. & de receptiori testatur Crass. in com. opin. lib. 2. cap. fin. quæst. 20. tom. 2. com. opin. Ægid. decis. 217. Bald. cons. 366. Quamquam, num. 4. lib. 3.

7 Amplia hanc regulam I. quòd etiam in crim[illegible]bus pendent[illegible] tempore ad appellandum nihil innouari debeat. Guid. Pap. decis. -4. In causis, &c. cum aliis, de quibus per Lancellott. d. cap. 11. num. 20. & seq. & faciunt quæ dixi in Repert. crimin. de occidente bannitum pendente termino ad appellandum, quæst. 12. num. 64. in addit. Put. decis. 30. lib. 1. vbi quòd collatio beneficij facta per priuationem pendente termino ad appellandum est nulla, nec reconualidatur ex eo quòd postea nullatenus fuerit appellatum. posui in impress. quæst. 101.

8 Amplia II. quòd attentata pendente tempore ad appellandum non solum veniunt vti attentata reuocanda, sed etiam sunt ipso iure nulla, vt per Lancellott. de attent. cap. 12. in 17. ampl. num. 13. faciunt generaliter infra tradita num. 22. & seqq.

9 Limita I. eamdem regulam, quòd vt attentata pendente termino decem dierum ad appellandum concesso, reuocentur remedio attentatorum, procedat in termino decem dierum a die sententiæ, non autem a die notitiæ, si aliquid attentatur post decem dies à die sententiæ, intra tamen decem dies à die notitiæ, illud regulariter non via attentatorum, sed via iniustitiæ reuocatur. Rot. decis. 18. alias 187. Licet, &c. de appellat. in nou. cum aliis, de quibus per Lancellott. de attent. cap. 11. num. 13. & cap. 12. limit. 50. num. 183.

10 Limita II. quando sumus in casu, in quo de iure est prohibitum appellare, quia tunc etiam pendente tempore ad appellandum innouata non dicuntur attentata, nec reuocantur Lancell. d. cap. 11. n. 39. & faciunt in simili tradita de attent. appellat. pend. infra n. 77. & seqq.

11 Hinc est quòd in notoriis pendente tempore ad appellandum exequutio facta non dicitur attentata, nec reuocatur, vt dixi in Repert. quæst. crimin. q. 78. num. 43.

12 Hinc etiam est quòd sententia lata in possessorio potest pendente tempore ad appellandum exequi absque vitio attentatorum, vt per Lancellot. d. c. 11. n. 27. & seqq. vbi hoc limitat duobus modis. Primò de iure Canonico Secundò quando in possessorio esset omissus ordo iuris, de quo dixi suprà quæst. 18. num. 15. & seqq & num. 89 & seqq.

13 Hinc etiam est quòd pendente tempore ad appellandum, videlicet 10. dierum, gesta post sententiam interloquutoriam regulariter non sunt attentata, vt ibid. per Lancell. c. 11. n. 30. & seqq. vbi id ampliat duobus modis, primò etiam quòd interloquutoria habeat vim diffinitiuæ, secundò etiam quòd tangeret negotium principale.

14 Limita III. vt attentata pendente tempore ad appellandum non reuocentur quando appellatio postea vel non fuerit interposita, vel interposita, sed post decem dies, & sic non debito tempore. Lancellott. d. cap. 11. num. 42. & seqq. vbi respondet ad contraria: sed contrarium, quòd immò attentata pendente appellatione non reconualescant per non subsecutam appellationem, videtur esse decisio Mohedan. 150. Papa contulit, de præben. quem refert & allegat Lancell. de attent. cap. 12. in 1- ampliat. n. 13.

15 Limita IV. respectu tertij, qui ad causam non venit, quia quo ad eum exequutio facta intra decem dies ad appellandum concessos non dicitur attentata, nec reuocatur,

uocatur, vt per Lancell. *d. cap.* 1c. *num.* 44. vbi quòd ita aliàs fuit resolutum in vna Ariminen. bonorum coram Grato 13. Maij 1569.

16 Amplia I V. principalem regulam suprà positam, quòd etiam pendente appellatione interposita coram honestis personis in casu in quo iudicis copia haberi non potest (quod quando fieri possit, dixi inter fragmenta *vers. Appellatio licet regulariter*) nihil est innouandum, & innouata vti attentata reuocantur. Rot. *decis.* 58. *aliàs* 309. *Attentata, &c. de appell. in nouis.* Lancell. *de attent. cap.* 12. *in* 15. *ampliat. n.* 9. *& seqq.*

17 Limita I. hanc quartam ampliationem procedere dummodo illa appellatio coram honestis personis sit interposita in casu à iure permisso, & ex iusta causa. Quia tunc attentata illa pendente reuocantur, aliàs secus, vt per Lancell. *d. cap.* 52. *num.* 15. ampliat *n.* 18. *& seqq.* Sed quomodo dicatur iusta causa interponendi appellationem coram honestis personis, dixi suprà inter fragmenta *vers. Appellatio licet regulariter, &c.*

18 Limita II. dummodo talis appellatio sit intimata iudici & parti, quia si non est intimata, attentata vel per partem, vel per iudicem, non reuocantur, nisi forsan appareat iudicem aliunde habuisse notitiam dictæ appellationis. Lancell. *d. cap.* 12. *ampliat.* 15. *num.* 20. *& seqq. & num.* 40. *& seqq.* vbi alia in materia huius limitationis, vide infra, quæ generaliter traduntur, *num.* 55.

19 Amplia V. quòd etiam in criminalibus pendente appellatione nihil est innouandum, de quo dixi *in Repert. crim. q.* 80. *per totam*, præsertim *n.* 22. *&* 28. *& supra num.* 7.

20 Amplia V I quòd appellatione pendente nihil est innouandum, etiam quòd ex innouatione scandala tollerentur. Lancell. *de attent. cap.* 12. *in* 7. *ampliat. & in* 12. *limit.* vbi declarat hanc ampliationem. Sed an attentata pendente appellatione reuocentur, si ex tali reuocatione scandala orirentur, dic quòd non, vt *in d. cap.* 12. *lim.* 46. vbi de materia, ad quod faciunt in simili tradita suprà *quæst.* 12. *num.* 55. *& seqq. & in antecedenti quæstione, num.* 28.

21 Amplia V II. non solùm in expressa appellatione, sed etiam in tacita, puta in itineris arreptione, quæ cùm habeat vim appellationis, ideo post itineris arreptionem attentata sunt reuocanda, sicut post appellationem. Ad cuius conclusionis veritatem vide ampliantem, & declarantem Lancell. *de attent. cap.* 52. *in* 16. *ampl. per totam*, vbi latè de materia huius arreptionis itineris. Lancell. *in Bren. pag.* 204. *n.* 12.

22 Limita V III. quòd attentata appellatione pendente non solùm veniunt reuocanda, sed etiam sunt ipso iure nulla, vt per Lancell. qui concord. allegat, & ad contraria respondet *in cap.* 12. *in* 17. *ampl. num.* 1. *& seqq. & n.* 14. vbi quòd hoc procedit non solùm in attentatis appellatione pendente, sed etiam in attentatis lite pendente, ac in omnibus aliis attentatis.

23 Et sic vides quòd appellans habet duplicem viam, vnam scilicet, vt petat reuocari attentata, aliam vt illa faciat declarari nulla, vt *ibidem* per Lancellot. *in d.* 7. *ampliat. num.* 15. vbi quòd etiam si fuerint latæ tres conformes super reuocatione attentatorum in fauorem appellantis, poterit tamen adhuc appellans, si sua intersit, petere vt dicta attentata nulla declarentur, & sic vna via electa, non censetur alteri renunciatum, vt *ibi* per eum.

24 An autem attentata pendente tempore ad appellandum sint etiam nulla ipso iure, dixi supra *in hac eadem quæst. num.* 8.

25 Limita hanc octauam ampliationem I. non procedere in attentatis appellatione pendente ab interlocutoria, quæ non sunt nulla ipso iure, sed veniunt reuocanda iustificata appellatione, nisi fuisset inhibitum, vel nisi iudex appellationi detulisset, quia tunc sunt nulla ipso iure. Lancellot. *in d.* 57. *ampl. num.* 16. *& seqq.*

Limita II. quando iudex procedere potest appellatione remota, quia tunc attentata, illa pendente non sunt nulla ipso iure. Lancell. *d.* 17. *ampl. num.* 19. 26

Limita III. in attentatis pendente appellatione extraiudiciali, quæ similiter non sunt nulla ipso iure, sed veniunt annullanda, vt per Lancell. *in d.* 17. *ampl. num.* 20. *& seqq.* ibi hoc ampliat, & limitat pluribus modis. 27

Limita I V. quia attentata sunt nulla ipso iure, quatenus consistant in iure; quatenus verò consistant in facto, sicut de facto processerunt, requirunt reuocationem facti. Lancell. *in d.* 17. *ampl. num.* 28. 28

Amplia I X. quòd pendente appellatione iudex *à quo* non potest aliquid innouare, non solùm ad fauorem appellati, sed nec etiam ad fauorem appellantis, vt per Lancell. *de attent. d. cap.* 12. *limitat.* 16. vbi respondet ad contraria, exemplificat & declarat. 29

Amplia X. vt iudici volenti innouare, & exequi suam sententiam appellatione pendente, potest impunè per partem appellantem resisti, vt dixi *in Repert. crim. vers. iudici resistens, n.* 3. 30

Amplia X I. quòd iudex, qui appellatione pendente innouando suam exequitur sententiam, punitur, vt dixi *in Repert. crim q.* 20. *num.* 80. 31

Amplia X II. quòd attentata appellatione pendente sunt reuocanda, etiam quòd appellans non fuerit appellationem prosequutus, & sic etiam quòd appellatio fuerit deserta, ad quam materiam præter infrascripta vide latiùs ampliantem & declarantem & inferentem Lancell. *de attent. cap.* 12. *in* 1. *ampl.* per Rotam. Et quid si causa sit deserta ex eo quòd quis non appellauit infra decem dies, vide infrà *num.* 59. 32

Et pro resolutione facias duas principales conclusiones.

Prima sit quòd gesta post appellationem, ante tamen illius desertionem, dicuntur attentata, & debent reuocari, etiam secuta desertione, *c. cùm venissent, extrà de eo qui mitt. in possess.* cum aliis, de quibus per Lancell. *d. cap.* 12. *in* 1. *ampl. n.* 2. *& seq.* 33

Limita hanc primam conclusionem I. non procedere quando de desertione notoriè constat, & quia tunc attentata etiam ante desertionem appellationis non sunt reuocanda, vt per Lancell. *in d.* 1. *ampliat. num.* 7. *&* 8. vbi in proposito dicit quòd ad hoc vt notoriè constare dicatur de desertione, non sufficit incontinenti offerre probationes super desertione, sed debet ex actis de illa constare, tunc enim si ex actis de desertione constat, attentata non reuocantur; secus, vt dixi, si probationes solùm incontinenti offeruntur. 34

Limita II. non procedere in appellatione interposita ab interlocutoria, quia attentata post appellationem ab interlocutoria non reuocantur, si postea appellatio est deserta, etiam quòd fuerit appellatum ab interloquutoria vim diffinitiuæ habente. Lancell. *de attent. d. cap.* 52. *d.* 1. *ampliat num.* 10. *& seqq.* vbi quòd licèt isto casu non reuocentur attentata per appellatum, benè tamen reuocantur attentata per appellantem. 35

Limita III. (& hæc est magna, & multum restringens limitatio) vt non procedat in totali & directa exequutione, puta quando soluitur id quod est iudicatum, vel quando quis mittitur in possessionem rei, de qua in sententia, hæc enim exequutio directa, & totalis non reuocatur sequuta desertione, sed tantùm reuocabuntur alia attentata, quibus deuenitur ad istam totalem & directam exequutionem. Lancell. *d. cap.* 12. *in* 1. *ampl. n.* 14. *& seqq.* 36

37 Limita IV. vt etiam deserta causa appellationis attentata ante illius desertionem veniant reuocanda, dummodo appellans ante desertionem commiserit causam attentatorum, vel petierit attentata reuocari, vnde secus si illa petat reuocari post desertionem. Lancell. *d.* 1. *ampliat. n.* 17. *& seqq.*

38 Limita V. vt in omnibus casibus in quibus deserta appellatione veniunt attentata reuocanda, id intelligatur non ex priuilegio attentatorum, sed per viam iniustitiæ, & nullitatis ordinariæ, vt per Lancel. *d.* 1. *ampl. n.* 20. *& seq.* vbi videas.

39 Secunda sit conclusio in hac 11. ampliatione quòd attentata post desertionem appellationis non sunt reuocanda: deserta enim appellatione absque alio posse exequutionem fieri, est decis. Put. 3. *de appellat. incip. Deserta sub arb. vt lit. pend.* Alciat. *cons.* 48. *in hac attentatorum causa, in princ. lib.* 6. cum aliis, de quibus per Lancell. *d* 1. *ampl. num.* 27. *& seqq.* Quid autem de attentatis post desertionem causæ ex eo quòd condemnetur, appellauit post decem dies, dixi *infr. n.* 59.

40 Amplia hanc secundam conclusionem I. vt deserta appellatione possit fieri exequutio etiam appellante non citato, vt per Lancell. *in d.* 1. *ampliat. n.* 34.

41 Amplia II. vt deserta appellatione possit fieri exequutio, etiam quòd super desertione non pronuncietur. Lancell. *ibidem num.* 35. vbi post alias allegat Mohed. *decis.* 36. Auditor Rotæ *sub rubr. de re iudic.* in quo videas. Alex. *cons.* 95. *lib.* 2. & *ibidem* Lancellot. *num.* 37. vbi quòd hæc ampliatio procedit in iudice ordinario, secus in delegato.

42 Limita, hanc secundam conclusionem procedere quando de desertione notoriè ex actis constat, vnde secus quando appellans aliquid allegaret, quod in dubium reuocaret, an appellatio esset deserta, nec ne, quia tunc exequutio attentata in primis, & ante omnia reuocatur, & postea de desertione disputatur, & si exequutio non est, minus fieri potest quando notoriè non constat de desertione prædicta, vt per Lancell. *de attent. d. cap.* 12. *in* 1. *ampliat. num.* 46.

43 Ideo si appellans allegaret aliquod iustum impedimentum, per quod excusaretur à desertione causæ, puta paupertas, & alia, (de quibus dixi in materia impedimenti, &c.) tunc exceptio non potest fieri donec de impedimenti veritate disseratur, & si exequutio est facta, reuocetur vti attentata, vt per Lancell. *in d.* 1. *ampliat. num.* 43. *& seqq.* in discursu, vbi etiam de materia; & quid si fuit impeditus facto iudicis, qui noluit causam expedire, vide infra *vers. Appellatio, num.* 54.

44 Appellatione autem deserta à quo iudice possit fieri exequutio, dicetur inter fragmenta *vers. appellationis, &c.*

45 An autem possit fieri exequutio quando appellans in termino sibi præfixo ad docendum de prosequutione appellationis nihil docuerit, dixi *infr num.* 102.

46 Amplia XIII. supradictam principalem conclusionem, vt appellatione pendente attentata reuocentur, etiam quòd sit appellationi renunciatum; renuncians enim appellationi, ad reuocationem attentatorum agere potest. Lancell. *de attent. cap.* 12. *in* 2. *ampliat. num.* 1. *& seqq.* vbi nonnulla alia præter infrascripta.

47 Amplia hanc ampliationem I vt procedat non solùm quando quis expressè appellationi renunciauit, verùm etiam si tacitè, puta si comparendo coram iudice *à quo* petat reuocari attentata, non dicitur appellationi renunciasse, vt per Lancell. *d.* 2. *ampliat. n.* 3. *& seqq.* licèt Alciat. *num.* 16. *incip. Licuerit, num.* 14. *lib.* 7. contrarium sensisse videatur.

48 Amplia II. etiam in appellatione extraiudiciali. Lancell. *d. cap.* 12. *ampl.* 2. *num* 6.

49 Limita I. hanc decimamtertiam ampliationem non procedere quando quis renunciauit appellationi ab interlocutoria, quia tunc non potest petere reuocationem attentatorum, illa pendente. Lancell. 2. *ampl num* 7.

50 Limita II. vt supradicta ampliatio procedat in attentatis post appellationem, sed ante renunciationem; illa enim debent reuocari non obstante subsequenti renunciatione, quia renuncians appellationi interpositæ non dicitur renunciasse attentatis, vnde secus in attentatis post appellationis renuntiationem, quia illa non veniunt reuocanda, vt per Lancellot. *in d.* 2. *ampl. num.* 12.

51 Limita III. vt attentata post appellationem interpositam reuocentur, non obstante subsequuta renunciatione appellationis, non ex priuilegio attentatorum, sed per viam nullitatis ordinariæ & iniustitiæ, vt per Lancell. *d.* 2. *ampl n.* 13.

52 Limita IV. vt prædicta ampliatio procedat quando appellatio iam est interposita, & illi appellans renunciauit, tunc enim attentata illo medio tempore post appellationem, & ante renunciationem reuocantur: vnde secus quando quis renunciauit appellationi interponendæ, quia tunc etiam quòd appellatio interponatur, gesta illa pendente non dicuntur attentata, nec reuocantur, vt *ibid.* per Lancell. *de attentat. c.* 12. *ampl.* 2. *num.* 13. *& seqq.*

53 Amplia XIV. eandem principalem regulam, vt reuocentur attentata non solùm post appellationem admissam, verùm etiam attentata illo medio tempore, donec disputetur, an appellatio sit admittenda, *l. vnic. in princip. ff. nil nouari appellatione pendente*, ibi, quoad deliberetur vtrùm recipienda sit appellatio, an non, cum aliis, per Lancell. *d. cap.* 12. *in* 19. *ampliat.* & faciunt suprà tradita *num.* 4 de attentatis termino 30. dierum ad redeundum pro apostolis pendente.

54 Limita I. supradictam principalem regulam non procedere in actu confirmato à Principe, qui etiam quòd sit appellatione pendente gestus, reconualidatur tamen ex Principis confirmatione, & propterea non reuocatur. quod quando habeat locum, vide pulchrè declarantem & disputantem Lancell. *de attent. cap.* 12 *limit.* 51 *per tot.*

55 Limita II. vt prædicta regula procedat dummodo iudex & pars notitiam habuerint appellationis, & sic quando appellatio est iudici & parti intimata, vel aliunde notitiam habuerint, aliàs enim attentata appellatione pendente non reuocantur, quia ignorans non dicitur nec attentare, nec contrauenire. Rot. *decis.* 38. *alias* 309. *Attentata, de appellat. in nouis*, cum aliis, de quibus per Lancell. *de attent. cap.* 12. *in præfat. num.* 8. *& seqq. & in limit.* 36. faciunt tradita in materia, *Ignorans non dicitur consentire, &c.* vide *in Rep. contract. vers. Ignorans, num.* 44. inter diuersa, & suprà *n.* 18.

56 Limita III. quando appellatio est nulla, & inualida, quia gesta pendente appellatione nulla, & inualida non reuocantur, vt per Lancell. *de attent. cap.* 12. *limitat.* 50. *n.* 1. *& seqq.* vbi præter infrascripta ponit plures modos, quibus appellatio dicitur nulla & inualida, ad effectum ne attentata reuocentur.

57 Hinc est quòd gesta post appellationem interpositam à non legitima persona non dicuntur attentata, nec veniunt reuocanda. Rot. *decis.* 30. *aliàs* 590. *Quod ad reuocationem, de appellat. in nou.* Port. Imol. *cons.* 175. *Posterioris, num.* 4 *lib* 4. Lancell. *d. limitat.* 50. *num.* 14. *& seqq.* vbi ponit quando appellatio dicatur interposita à non legitima persona, de quo nos diximus. vide inter fragmenta *vers. Appellatio, &c. n.* 36. 37. & 38.

58 Hinc etiam est quòd executio, & alia gesta post appellationem interpositam à Procuratore non habente legitimum mandatum, non reuocantur, etiam

quòd

quòd postea producatur legitimum & sufficiens mandatum. Lancell. *d. cap.* 12 *limit.* 50. *num.* 20. *& seqq.* ad quod faciunt tradita inter fragmenta *vers. Appellatio interposita à Procuratore*, & an mandatum ad appellandum debeat esse speciale, vel sufficiat generale ad lites, posui in materia mandati specialis, in quibus casibus requiratur.

59 Hinc etiam est quòd gesta post appellationem interpositam post decem dies ad appellandum concessas, non dicuntur attentata, nec veniunt reuocanda. Rot. *decis.* 30. *aliàs* 190. *Quoad reuocationem, de appell. in nou.* cum aliis, de quibus per Lancel. *d. cap.* 12. *limit.* 50. *num.* 57. *& seqq.* Sed quando possit, & non possit appellatio interponi post decem dies, posui suprà *q.* 53. vbi videas, quia ampliationes, & declarationes *ibi* positæ possunt huic illationi deseruire, & faciunt in proposito quæ suprà dicuntur de attentatis post desertam appellationem & causam, *num.* 39. *& seqq.* Et an gesta post appellationem interpositam post decem dies sint reuocanda quando est inhibitum, dixi *infr. num.* 61.

60 Hinc etiam est quòd gesta post appellationem, cui quis priùs renunciauit, similiter non reuocantur. de quo dixi suprà *n.* 46. *& seqq.*

61 Sublimita I. hanc tertiam limitationem non procedere quando est inhibitum, quia tunc etiam quòd appellatio sit nulla, nihil tamen innouari debet, & innouata vti attentata reuocantur, vt per Lancellot. *de attentat. cap.* 12. *limit.* 50. *num.* 128. *& seqq.* vbi exemplificat particulariter in appellatione nulla, quia interposita post decem dies, & idem tradit *ibidem n.* 213. *& seqq* vbi tamen hoc videtur declarare vt procedat in Rota, secus extra Rotam, & ita etiam videtur declarare idem Lancell. *cap.* 20. *limit.* 1. *num.* 10. *& seq* In Rota enim inhibitio siue iusta, siue iniusta, timenda est, vt dicemus in suo loco, in materia inhibitionis, non autem extra Rotam. faciunt in proposito in simili tradita infrà *num.* 70. *&* 96.

62 Sublimita II. quia ad hoc vt impediatur attentatorum reuocatio, propter nullitatem appellationis, ille qui dicit appellationem nullam, debet de nullitate incontinenti docere, aliàs secus. ita videtur præsupponere idem Lancell. *d. cap.* 12. *in* 50. *limit. num.* 2. *propè fin.* vbi videas.

63 Limita IV. supradictam principalem regulam non in gestis pendente appellatione ab interlocutoria, illa enim non dicuntur attentata, nec reuocantur, *cap. non solùm, de appell. in* 6. Guid. Pap. *decis.* 436. *num.* 9. *vers.* 2. *quæro*, cum aliis, de quibus per Lancell. *de attent. cap.* 12. *limit.* 1. *num.* 6. *& seqq.* & per totam, vbi multa alia de materia præter infrascripta, ad quam faciunt etiam ea, quæ suprà posui *quæst.* 16. *num.* 3. *& seq.* vbi, An, & quando liceat à sententia interloquutoria appellare, & vide in materia etiam Couarr. *pract. quæst. cap.* 24. *pag mihi* 173. *& seqq.* Crass. *in com. opin. lib.* 2. *cap. fin. quæst.* 23. *tom.* 2.

64 Sublimita I. hanc quartam limitationem non procedere, quando appellatio ab interloquutoria esset iustificata, & sic esset probata causa in appellatione expressa. iustificata enim & probata causa in appellatione expressa, tunc post illam attentata reuocantur. Lancell. *d.* 1. *limitat num.* 31. *& seqq.* vbi nonnullos alios in materia huius sublimitationis, *& num.* 104. vbi quòd sequuta huiusmodi iustificatione attentata reuocantur, etiam quòd non fuerit inhibitum, licèt Alexand. *cons.* 99. *Visis, num.* 1. *lib.* 5. contrarium dixerit, quòd videlicet vltra iustificationem causæ debeat interuenire inhibitio. adde Crass. *lib.* 2. *com. opin. cap. fin. q.* 23. *&* 24. *tom.* 2. vbi dicit quòd sententia interloquutoria, forma super articulo non connexa cum negotio principali, tunc etiam quòd iustificetur appellatio, tamen non per hoc suspenditur iurisdictio iudicis *à quo*, quoad negotium principale.

65 Sublimita II. in appellatione pendente à sententia interlocutoria habente vim diffinitiuæ, quia attentata post illam reuocantur, sicut attentata pendente appellatione à diffinitiua, vt per Lancell. *de attentat. d. cap.* 12. *in* 1 *limit. num.* 51. *& seqq.* vbi respondet ad contraria, & facit quia à sententia interloquutoria vim diffinitiuæ habente licitum est appellare, vt dixi suprà *quæst.* 16. *n.*. adde Contard. *in d. l.* 1. *C. si de mom poss. in* 5. *limit. num.* 11. vbi quòd quando sententia interlocutoria tangit negotium principale, tunc appellatione ab ea pendente iudex *à quo* non potest super negotio principali procedere.

66 Sublimita III. quando iudex appellationi ab interloquutoria detulit, quia stante delatione nihil potest innouari pendente appellatione, etiam ab interlocutoria. Lancell. *in d.* 1 *limit. num.* 64. *& seqq.* vbi infert, ampliat, & declarat hanc sublimitationem pluribus modis, de quibus & nos suprà diximus *num.* 80. *& seqq.* & faciunt in proposito suprà tradita *q.* 16. *n.* 46. *& quæst.* 18. *n.* 70. *& quæst.* 19. *n.* 33.

67 Et quid si iudex appellanti ab interlocutoria non responderit de apostolis, vel terminum ad redeundum pro illis, vel ad prosequendam appellationem præfixerit, an tunc censeatur appellationem admisisse, ita quòd illa pendente attentata veniant reuocanda, vide *ibid.* per Lancell. *in d.* 1. *limit. n.* 58. *& seqq.*

68 Et quid si appellatio ab interloquutoria fuerit admissa *si, & in quantum*, dixi *in suo loco*, videlicet in materia appellationis admissæ *si, & in quantum.*

69 Sublimita IV. quando appellatur à grauamine, per quod infertur damnum irreparabile, tunc enim appellatione pendente attentata reuocantur, etiam quòd appellatum sit ab interlocutoria. Lancellott. *d. cap.* 12. *in* 1. *limit. num.* 92. *& seqq.* vbi *num* 98. ampliat hanc limitationem, etiam quòd non sit inhibitum, *& num.* 100. vbi quòd etiam isto casu potest impunè resisti iudici volenti exequi suam sententiam pendente appellatione, etiam ab interlocutoria, de quo dixi *in Repert. crim. in fragmentis, vers. iudici resistens, num.* 3. & facit pro hac sublimitatione, quia quando adest damnum irreparabile, potest quis appellare à sententia interlocutoria, vt dixi suprà *q.* 16. *num.* 4. Item & à sententia possessorij, vt suprà *q.* 18. *num.* 77. *& seqq.* vbi videas, quia ibi tradita conferunt etiam ad hanc materiam attentatorum.

70 Sublimita V quando fuisset inhibitum. nam etiam appellatione pendente ab interloquutoria, attentata reuocantur, quando est inhibitum, vt per Lancellott. *d. cap.* 12. *in* 1. *limitat n.* 101. *& seqq & n.* 103. videtur hoc declarare, dummodo inhibitio non sit surreptitia, de quo dicemus in materia inhibitionis iustæ, vel iniustæ, quando timenda sit, faciunt in proposito suprà in simili tradita *num.* 61. & infrà *num* 96. Adde pro hac quinta sublimitatione Crassum *in com. opin. lib.* 2. *cap. fin. q.* 8. *tom.* 2. *com. opin. & ibidem quæst.* 24. *in fin.* vide eumdem Lancell. *cap.* 20. *in* 11. *ampl. num.* 13. vbi quòd licèt iudex *ad quem*, non debeat concedere inhibitionem nisi iustificata causa appellationis ab interloquutoria, tamen si concedatur dicta inhibitio absque alia iustificatione, adhuc timenda est, & causat attentata, sed præmissa declararem procedere in Rota, secus extra Rotam, per ea quæ infrà in sequenti quæstione dicemus, quòd videlicet inhibitio iniusta est timenda de stilo Rotæ, secus in aliis Curiis.

71 Sublimita VI. quia licèt pendente appellatione ab interlocutoria possit iudex ad vlteriora procedere, & alios actus facere, non tamen poterit ferre sententiam diffinitiuam, quæ isto casu si fuerit lata post appellationem ab interloquutoria vti attentata, veniat

reuocan

reuocanda, vt per Franc. *in c. interposita, sub num. 4. vers. Octauò limita, de appellat.* Sed contrarium, quòd videlicet nec sententia diffinitiua isto casu dicatur attentata, aliàs fuisse decisum in Rota, testatur idem Lancellot. *de attent. cap. 12. in 1. limit. n.* 106.

72 An autem appellatione pendente ab interlocutoria atteotata sint nulla ipso iure, dixi suprà *num.* 25.

73 Et an attentata pendente termino ad appellandum ab interlocutoria sint reuocanda, nec ne, dixi in materia pendente termino ad appellandum suprà *n.* 13.

74 Limita V. supradictam principalem regulam non procedere quando essemus in diuersa causa, gesta enim in vna causa, seu articulo, non dicuntur attentata pendente appellatione in alia causa, siue articulo, & quid si causæ, & articuli sint annexi, vide inferentem, exemplificantem, ampliantem & declarantem Lancell. *d. cap. 12. limit. 2. per tot.*

75 Limita VI. in appellatione extraiudiciali, qua pendente attentata regulariter non reuocantur, vt per Lancell. *in cap. 12. limit. 3. per tot.* vbi ampliat, & declarat hanc limitationem pluribus modis. Crass. *in com. opin. lib. 2. cap. fin. q. 25. tom. 2. com. opin.* vbi quòd huiusmodi appellatione pendente attentata non reuocantur nisi iustificata causa appellationis. Ad materiam vide Couarr. *pract. quæst. cap. 124. sub pagin. 173. & seqq.*

76 Limita VII. in iis, quæ tendunt in faciliorem exitum causæ, quæ etiam appellatione pendente possunt expediri, nec vti attentata reuocantur. Lancellott. *d. cap. 12. in 4. limitat. per totam*, vbi exemplificat & declarat.

77 Limita VIII. in appellatione interposita in casu à iure prohibito, tunc enim pendente attentata non sunt reuocanda, text. est expressus *in cap. non solum, de appell. in 6.* ibi. *Exceptis casibus, in quibus iura post sententiam prohibent appellari,* & ibi gloss. *in verb. casibus*, cum aliis, de quibus per Lancell. *cap. 12. limit. 53. num. 1. & seqq. & num. 49. & seqq* vbi nonnulla alia in materia. Præter infrascripta adde pro hac eadem limitatione Roland. *consl. 77. num. 10. vol. 1.* & de communi testatur Crass. *in com. opin. lib. 2. cap. fi. quæst. 22. tom. 2. com. opin.* latè exornat Contard *in l. 1. C. si de mom. poss. q. 4.* vbi aliqua pulchra in materia.

78 Hinc est quòd gesta post appellationem, cui quis priùs renunciauerat, non dicuntur attentata, nec reuocantur, de quo dixi suprà *num. 46. & seqq.*

79 Hinc etiam est quòd quando iudex videt appellationem à iure prohibitam, si illam non admittit, potest licitè ad vlteriora & ad exequutionem procedere, & gesta post appellationem non admissam à iudice non reuocantur, vt per Lancellot. *cap. 12. in 5. ampliat.* vbi de hoc declarat procedere, quando scilicet iudex non admitteret appellationem de iure non admittendam. quòd si non admittat appellationem de iure admittendam, tunc gesta post illam appellationem etiam non admissam vti attentata reuocantur, vt *ibi* per eum.

80 Et quid è contra, si iudex deferat appellationi, cui de iure & forma non debebat, an tunc attentata ista appellatione pendente veniant reuocanda, & sic an delatio appellationis operetur reuocationem attentatorum in casu, in quo appellatio erat de iure prohibita; in qua materia præter infrascripta vide Lancell. *de attent. cap. 11. in 1. limitat. n. 64. & seqq. & supr. quæst. 16. n. 46. & q. 18. n. 70. & quæst. 19. n. 33.*

81 Regula sit quòd gesta appellatione pendente, cui iudex detulit, etiam quòd aliàs de iure esset prohibita appellatio, vti attentata veniunt reuocanda, Lancell. *de attent cap. 12. in 1. limit. num. 66. & seqq. & limitat. 53. n. 55.* faciunt suprà tradita *n. 66.*

Amplia hanc regulam I. vt procedat etiam quòd non sit inhibitum per iudicem *ad quem*. Lancellot. *de attent. d. cap. 12. limit. 1. n. 78.* 82

Amplia II. etiam quòd friuolæ, & calumniosæ appellationi detulerit, quia adhuc ea pendente attentata reuocantur, propter delationem. Lancellot. *d. 1. limit. num. 80.* de quo etiam dixi in materia appellationis friuolæ, & calumniosæ, quando sit admittenda, &c. inter fragmenta. 83

Amplia III. vt hoc procedat etiam in criminalibus, in quibus iudex deferendo appellationi à iure prohibita priuatur facultate exequendi suam sententiam, de quo dixi *in Rep. crim. q. 80 num. 10.* 84

Limita I. hanc regulam non procedere quando iudex *ad quem*, remisisset causam indici *à quo*. Quia tunc non obstante delatione iudex *à quo* procedit ad vlteriora. Lancell. *de attent. cap. 12. limit 1. num. 81.* vide aliquid inter fragmenta *vers. appellationi an sit deferendum, num. 28.* 85

Limita II. quando appellatio non fuit simpliciter admissa, sed cum clausula, *si, & in quantum*, quia tunc si appellatio erat admittenda, attentata non reuocantur, quia habetur pro non admissa. de quo dixi infrà inter fragmenta appellationis admissæ, *si, & in quantum, n. 31.* vbi tradita ponas *hic* in extensione huius quæstionis. 86

Et quid si iudex in casu in quo de iure erat prohibita appellatio, vel non, responderit de apostolis, vel terminum ad redeundum pro illis, vel ad prosequendum appellationem præfixerit, an tunc censeatur appellationi detulisse, ita quòd attentata illa pendente veniant reuocanda. vide Lancell. *d. cap. 12. d. 1. limit. n. 58. & seq.* aliquid *infr. n. 102.* 87

Ex supradicta octaua limitatione infertur, etiam quòd appellatione pendente à sententia interloquutoria quæ de iure prohibita est, attentata non reuocantur, de quo dixi suprà *n. 61. & seqq.* 88

Item infertur quòd pendente appellatione friuola & calumniosa, attentata non reuocantur, de quo dixi infrà inter fragmenta in materia appellationis friuolæ, & calumniosæ. 89

Item infertur quòd attentata appellatione pendente non reuocantur, quando clausula *appellatione remota*, est inserta in rescripto commissionis causæ, de quo dixi suprà *q. 19. n. 29. & 36. & seqq.* 90

Item infertur quòd gesta appellatione pendente in notoriis non reuocantur vti attentata, de quo dixi *in Rep. crim. q. 28.* 91

Item infertur quòd appellatione pendente à tribus conformibus sententiis, gesta non dicuntur attentata, nec reuocantur, vt per Lancell. *cap. 12. limit. 53. num. 5. & limitat. 45.* vbi etiam qòd isto casu iudex *ad quem*, non statim debet inhibere, & ideo ante inhibitionem potest iudex *à quo*, suam exequi sententiam, qoia talis appellatio est quòd aliquo casu concedatur, tamen non impedit exequutionem, vt *ibi* per eum: quando autem concedatur appellatio à tribus conformibus, dixi infrà inter fragmenta *vers. Res iudicata inducitur, &c.* Sed post inhibitionem attentata appellatione pendente, & à tribus conformibus sunt reuocanda, vt per Lancell. *de attent. cap. 20. in 11. ampliat. n. 12.* quod declara procedere in Rota, secus extra Rotam, per ea, quæ infrà diximus *q. 56.* vbi posui quòd inhibitio iniusta causat attentata in Rota, secus in aliis Curiis, vbi videas. 92

Item infertur quòd pendente appellatione ab exequutione, seu pronuncia de exequendo, attentata non reuocantur, sed de hoc dixi suprà *q. 16. num. 36. & seqq. & num. 52. & seqq.* 93

Item infertur quòd pendente appellatione à sententia lata in possessorio attentata non reuocantur, 94
de

de quo vide suprà *quæstione* 18. vbi est locus suus.

95 Amplia supradictam octauam limitationem, vt procedat etiam in appellatione prohibita à iure, permissa tamen à statuto, quia isto casu statutum non censetur concedere appellationem quoad effectum suspensiuum, vt dixi suprà *q.* 15. *num.* 49. ideo gesta illa pendente non sunt reuocanda, vt per Lancell. *d. c.* 12. *limitat.* 53. *n.* 52. *& seq.* vbi videas.

96 Sublimita I. hanc octauam limitationem non procedere quando iudici *a quo* fuisset inhibitum per iudicem *ad quem*. Quia tunc appellatione pendente etiam in casu à iure prohibito attentata reuocantur, vt per Lancell. *de attent. d. cap.* 52. *limit.* 53. *num* 54. & ad hoc faciunt tradita in hac eadem quæst. *num.* 61. *&* 70. & quæ dicentur in materia inhibitionis iniustæ quando timenda sit, vbi videas, & pro hac sublimitatione, quòd videlicet inhibitio emanata in vim appellationis, quæ de iure est prohibita, & non admittenda, sit siue iusta, siue iniusta, timenda est. adde Lancell. *de attent. cap.* 20. *amplias.* 1. *&* 10. *n.* 7. vbi ex ea infert ad plures casus in quibus appellatio est prohibita, & tamen si inhibitio illius vigore emanauit, timenda est, de quibus & nos diximus in suis locis particularibus, ideo hîc non repetantur singulariter. in quo aduertas quòd prædicta prima sublimitatio videtur tantùm procedere de stilo Rotæ, secundùm quem inhibitio siue iusta, siue iniusta, timenda est, secus de iure communi, & sic extra Rotam, per ea quæ infrà dicentur *in seq. quæst.* 56. vbi agetur de inhibitione iniusta, quando timenda est.

97 Sublimita II. quando appellatio licèt sit à iure prohibita, est tamen interposita ex aliqua iusta causa, quia tunc attentata illa pendente reuocantur. Lancellot. *de attent. cap.* 12. *limitat.* 53. *num.* 57. & dixi *in q.* 19. *num.* 50.

98 An autem pendente tempore ad appellandum in casu à iure prohibito attentata reuocentur, dixi *sup. num.* 10. *& seqq.*

99 Limita IX. supradictam principalem regulam non procedere in taxatione expensarum, quia iudex *à quo* potest etiam pendente appellatione taxare expensas in quibus condemnauit, quia tunc non dicitur innouare, sed potiùs declarare pronunciatum, secundùm Lapum, Maran. & alios allegatos per Lancellot. *cap.* 12. *limit.* 11. *num.* 1. *&c.* Sed contrariam opinionem vti æquiorem defendit ipse Lancellot. & concordantes allegat *ibidem num.* 2. *& seq.* quòd videlicet iudex *à quo* pendente appellatione nec etiam possit taxare expensas, vbi *num.* 8. *& seqq.* declarat primò hoc non procedere quando essemus in casu, in quo vel ex forma rescripti, vel iuris, puta quando agitur contra Iudæos, esset seruandus rigor iuris. Secundò declarat id non procedere in expensis, *reg.* 4. *In expensis causa attentatorum*, in quibus casibus iudex etiam appellatione pendente potest expensas taxare, secus in aliis, vt *ibi* per eum. Asin. §. 32. *cap.* 12. *pag.* 463. vbi pro, & contrà.

100 Limita X. in sequestratione possessionis & fructuum, quæ etiam appellatione pendente fieri potest, & attentata non dicitur, de quo dixi suprà *q.* 54. *n.* 23. *& seqq.*

101 Limita XI. quia appellatione pendente potest Iudex *à quo* diuersos terminos præfigere, dummodo pars præfixionis non contradicat contradictioni: quando autem talis contradictio admittatur, & de materia, ponit Lancell. *d. cap.* 12. *limit.* 14. *n.* 8. *& seq.* & dummodo iudex appellationi detulerit. Lancellot. *de attent. cap.* 12. *in* 13. *limitat.* vbi *num.* 6. dicit quòd licèt possit iudex appellatione pendente diuersos terminos præfigere, non tamen potest terminum aliquem prorogare.

Et ex hac vndecima limitatione infertur quòd iudex *à quo* potest appellanti terminum præfigere ad prosequendum appellationem, & ad certificandum ipsum de prosequutione. Ideo si in tali præfixo termino de prosequutione non docuerit, & iudicem de illa non certificauerit, potest ipso appellante ampliùs non citato, absque attentatorum vitio suam exequi sententiam, vt per Lancell. *cap.* 12. *limit.* 14. vbi *n* 6. ampliat hanc conclusionem, etiam quòd appellans allegat in istum impedimentum, quo dicat se non potuisse iudicem certificare, & *sub num.* 4. *&* 7. dicit quòd licèt isto casu appellans qui in termino non certificauit iudicem de prosequutione suæ appellationis, non possit vti attentatam reuocari petere exequutionem factam à iudice *à quo*, potest tamen, si fouet bonum ius, illam reuocari facere per viam iustitiæ ordinariæ, & *num.* 9. *& seqq* dicit quòd quando appellans contradixit huiusmodi præfixioni termini, tunc potest petere d. exequutionem vti attentatam reuocari, etiam quòd iudicem in termino non certificauerit de prosequutione appellationis, vt *ibi* per eum, qui alia ponit in materia huius contradictionis. 102

Limita XII. supradictam principalem conclusionem non procedere quando iudex *ad quem* remisisset causam iudici *à quo*, quia tunc pendente appellatione attentata non reuocantur, de quo dixi suprà *num.* 85. 103

Limita XIII. in continuante suam possessionem, quia appellatione pendente continuans non dicitur attentare, de quo dixi suprà *q.* 54. 104

Limita XIV. quia in appellatione iudex *à quo* potest examinari facere testes ad perpetuam rei memoriam, sed de hoc dixi *in Rep. de testibus.* 105

Limita XV. in actibus consequutiuis ad actus factos ante appellationem, qui possunt explicari, & appellatione pendente. Lancell *de attentat. d. cap.* 12. *limit.* 40. vbi exemplificat, & declarat. 106

Limita XVI. quando per partes fuisset tacitè, vel expresè renunciatum attentatis, puta in actibus factis de consensu illius, qui petit attentata reuocari, & quando dicatur attentatis tacitè, vel expresè renunciatum, siue attentata sint commissa, siue sint committenda, & quid de appellato qui commissa causa attentatorum petit disputati, vel aliquid fieri quod tangat negotium principale generaliter, & particulariter, videas per Lancell. *de attent. cap.* 4. *limit.* 15. *&* 16. *& cap.* 12. *limit.* 42. 107

Limita XVII. quando periculum est in mora, quia tunc actus, de quibus erat periculum in mora, etiam facti appellatione pendente sustinentur, nec reuocantur, puta in probationibus tempore perituris admissis per iudicem *à quo* lite pendente. Lancell. *d. cap.* 12. *limit.* 43. 108

Limita XVIII. fauore paupertatis, propter quam appellatione pendente facta exequutio non retractatur, vt per Beninecas. *de pauper. pag mihi* 81. *n.* 1. *& seqq.* 109

Adde in materia quòd reuocare innouata per modum attentati nihil aliud est, quàm reuocare id quod post appellationem extitit attentatum, quamuis nondum constet de veritate appellationis. Contard. *in l.* 1. *C. si de mom poss. q.* 4 *n.* 24. 110

QVÆSTIO LVI.

Inhibitio siue iusta, siue iniusta, quando timenda sit, & de materia.

SVMMARIVM.

1. *Inhibitio iniusta an timenda sit, generaliter.*

2. Reen

2. *Regulariter est timenda de iure.*
3. *Quid de inhibitione contra ius.*
4. *Vel contra statutum.*
Vel contra stilum emanata.
6. *Quid de inhibitione qua quis priuatur commodo suæ possessionis.*
Vel contra formam commissionis.
8. *Quid de inhibitione emanata sine citatione.*
Vel sine causæ cognitione, ibid.
9. *Quid de inhibitione emanata à iudice non habente iurisdictionem, & seqq.*
10. *Puta in inhibitione vigore commissionis reformata.*
12. *Quid in inhibitione vigore rescripti surreptitij, & seqq.*
13. *Quid de inhibitione emanata vigore commissionis appellationis à diffinitiua, si fuit solùm appellatum ab interloquutoria.*
14. *Vel quid si de appellatione non constat.*
Quid si in commissione appellationis adest clausula, quam & quas vnà cum toto negotio principali, &c. *vel si vnà cum causa appellationis est etiam commissa causa attentatorum, restituitur in integrum & nullitatis, ibid.*
15. *Vel quid si in commissione appellationis adsint narrata tres conformes.*
19. *Appellare non est necesse à decreto inhibitionis iniusta.*
21. *Quid si appellatio erat nulla, & inualida.*
22. *Vel quid si fuerit appellatum in casu à iure prohibito.*
De stilo Rotæ inhibitio iniusta an timenda sit, n. 20. 23. & seqq.
24. *Quis stilus Rotæ non extenditur ad alias Curias.*
Quid si inhibitio sit notoriè iniusta, ibid.
25. *Quid si inhibitio sit minus calumnosa.*
26. *Quid si in commissione adest clausula,* prout de iure.

1 VIDE in materia Lancell. *de attent. post inhibitionem, c. 20. per tot.* in discursu, vbi plura alia exempla inhibitionis iniustæ, & inualidæ passim infraposita reperies.

2 Regula sit quòd inhibitio iniusta, & inualida non est timenda, ad hoc enim vt inhibitio inducat attentata, & nullitatem actus contra ipsum gesti, debet esse canonica, ita ad litteram dicit text. *in c. non solùm*, ibi, *Canonicè, &c. de appell in 6.* Rom. *decis. 58. alias 412. Si appelletur, de appell. in nou.* semper enim inhibitio censetur fieri cum conditione, si de iure fieri potest. Bero. *cons.* 5. Dicam breuiter *n. 23. lib. 3.* ideo si fiat inhibitio quæ de iure fieri non debebat, non operabatur suum effectum, nec illi parendum erit tamquam defecerit eius conditio, vt *ibi* per eum, & hanc regulam, quòd videlicet de iure inhibitio iniusta, & non canonica sit timenda, ponit etiam Lancell. *de attentat. d. cap. 20. limit. 1. & ampliat. 11. n. 5.*

3 Hinc est quòd inhibitio contra ius non est timenda, nec causat attentata, Lancell. *d. cap. 20. limit. 1. n. 7. & seqq.*

4 Idem si inhibitio sit contra statutum, vel eius formam emanata Lancell. *d. cap. 20. limit. 1, num. 9.*

5 Idem si inhibitio sit emanata contra stilum alicuius Curiæ, quia vti nulla & non canonica timenda non erit. Lancell. *d cap. 20 in 11. amplias. n. 14.*

6 Et quia de iure nemo sua possessione, & eius commodo priuandus est, vt dixi suprà *q. 54. n. 1. & seqq.* ideo inhibitio per quam quis priuatur commodo suæ possessionis vti iniusta, & non canonica, & contra ius, timenda non est, vt per Lancell. *d cap. 20. limit. 9. & c. 4. limit. 1. n.* 10. & facit, quia continuans suam possessionem non dicitur attentare, nec inhibitioni contrauenire, vt dixi suprà *d. q. 54. num. 39.* Circa quod aduertas quòd allegata per Lancell. credo loquuntur in inhibitione generali, qua scilicet quis simpliciter & generaliter inhibetur aliquid innouare, &c. tunc enim continuans non dicitur contrauenire, nec innouare, ideo inhibitio non obstat, vt *ibi* per eum, vnde secus crederem si inhibitio particulariter contineret, puta ne ille ad suam possessionem accederet. Licèt enim talis inhibitio, vt suprà dixi, vti contra ius emanata, non videatur iusta, nec canonica, nec de iure esset concedenda, concessa tamen videtur timenda si est emanata à Rota cuius stilus est, vt infrà dicetur *num. 20. & seq.* quòd siue iusta, siue iniusta sit inhibitio, timenda sit, sed quòd imò contrauenientes inhibitioni speciali non incurrat isto casu, multa ponit Bernard. de Plot. *cons. crimin. diu. 3. num. 12 & seqq vol 1.*

Hinc etiam est quòd inhibitio emanata contra famam rescripti dicitur iniusta, & propterea non causat attentata, nec est timenda Lancell *d cap. 20. in 11. ampliat. num. 22 & seq.* vbi exemplificat. 7

Hinc est etiam quòd inhibitio emanata sine citatione, & sine causæ cognitione, non dicitur canonica, & propterea timenda non est, nec caueat attentata. Lancell. *de attent. c. 20. limit. 1. n. 5. & 6.* quod non procedit de stilo Rotæ, secundùm quem inhibitio est timenda, etiam quòd sit lata sine citatione, & causæ cognitione, vt *ibid.* per Lancell. *in 11. ampl. n. 22 & seq.* & faciunt in simili infrà tradita *n. 15. & 20.* Quando autem inhibitio possit decerni sine citatione, & sine causæ cognitione, dicas infrà inter fragmenta *vers. Inhibitio.* 8

Hinc etiam est quòd inhibitio emanata à iudice non habente iurisdictionem, vti iniusta & nulla timenda non est, nec causat attentata, vt per Lancel. *de attent. d. cap. 20. in 11 ampliat. n. 15. & seqq.* Cassane. *dec. 10. siue 9.* Quis autem iudex possit, & non possit inhibere, posui infrà inter fragmenta *vers. Inhibitio, &c.* 9

Ideo inhibitio emanata vigore commissionis reformatæ, dicitur nulla defectu iurisdictionis, & propterea non est timenda. Lancell. *d. cap. 20. in d. 11. ampliat. n. 19. & seq.* 10

Quod procedit quando certum est iudicem inhibentem non habere iurisdictionem. quòd si hoc non sit certum, sed dubium, tunc inhibitio efficit vt caueat attentata donec iudicetur, & certum sit illum non habere iurisdictionem. Lancell. *d. cap. 20. in 11. ampl. num. 16. & seqq.* 11

Hinc etiam est quòd inhibitio emanata vigore rescripti subreptitij, dicitur inualida, & propterea non est timenda, concord. allegat Lancell. *d. cap. 20. limitat. 12. n. 1. & seq. & cap. 12. limit. 1. n. 103. in fine.* 12

Vnde infertur quòd inhibitio emanata vigore appellationis à diffinitiua, vel vigore commissionis appellationis à diffinitiua, non causat attentata si appellatio fuit interposita solùm ab interloquutoria. Lancell. *d. cap. 2. limit. 11. n. 3.* 13

Item infertur quòd inhibitio emanata vigore commissionis appellationis, si ex actis constat non fuisse appellatum, simile dicitur vti surreptitia, iniusta, & inualida, & non causat attentata Lancel. *d. c. 20. lim. 12. n. 12. & n. 1. & seqq.* imò isto casu dicitur notoriè iniusta, & propterea nec etiam de stilo Rotæ timenda est. Lancel. *d. cap 20. in 11 ampl. n. 25. & seqq.* vbi id limitat non procedere quando in commissione esset etiam commissa causa attentatorum, vel nullitatis, vel restitutionis in integrum, vel adesset clausula, *quam & quas, &c. vnà cum toto negotio principali, &c.* quia tunc licèt non sustineatur inhibitio in vim appellationis, cùm tenera appellatio non sit interposita, sustinetur tamen in vim aliarum causarum supradictarum, & ideo est timenda, & isto casu causat attentata, vt *ibi* per eum, *& in d cap. 20. limit. 12. num. 13.* 14

Limita prædicta I. non procedere de stilo Rotæ, secundùm quē inhibitio emanata vigore commissionis surrepti 15

ſurreptitiæ ſeruanda eſt Peregr.*deciſ.94 aliàs 74.incip. Fuit concluſum.* Achil.*dec.27.incip. Attentata ex ſtilo, ſub rubr.de attent.trad.*101. *&* 103. vbi quòd iſto caſu debeat recurri ad ſignaturam cum aliis, de quibus per Lancell.*d.cap.*20.*limit.*12.*n.*6.*& ſeqq* vbi ponit exemplum in inhibitione vigore commiſſionis appellationis, in qua non erant narratæ tres conformes, & dicit quòd de ſtilo Rotæ ſit ſeruanda, licèt ſecus forſan ſit de iure: ſed quòd imò etiam de iure talis inhibitio ſit timenda, etiam quòd in commiſſione non ſit facta mentio de tribus conformibus, videtur tenere idem Lancell.*d.cap.*20.*& d.limit.*12.*num.*12. faciunt pro hac limitatione, quòd videlicet de ſtilo Rotæ inhibitio etiam ſurreptitia ſit timenda, & ſuprà tradita *n.6.&* 8. & infrà *n.*10.23. *& ſeqq.*

16 Limita II. quia non omnis ſurreptio tollit effectum inhibitionis, ſed tantùm ea, quæ reſpicit fundamentum ipſius negotij & reſcripti, & ſic quando ſurreptio verſatur circa ſubſtantialia; ſecus ſi circa accidentalia. Lancell.*de attent.d.cap.*20.*limit.*12.*n.*12. & ad hæc videas quæ in ſimili dicentur in materia reſcripti ſurreptitij.

17 Limita III. in inhibitione geminata. Lancell. *d. limit.*12.*n.*14.

18 Limita IV. quia ſurreptio non nocet quando conſtat de bono iure. Lancel.*d.c.*20.*lib.*12.*n.*15. vbi videas.

19 Amplia ſupradictam principalem concluſionem ſuprà poſitam *n.*1. vno modo, quòd videlicet inhibitio iniuſta, contra ius, & non canonica, non afficit neque cauſat attentata, etiam quòd ab illius decreto non ſit appellatum. Lancellot.*d.cap.*20.*limit.*1.*n.*8.

20 Limita eamdem principalem concluſionem alio modo, quòd videlicet de ſtilo Rotæ inhibitio etiam iniuſta, & inualida ſeruanda ſit. Rota *dec.*26.*aliàs* 307. *Nota quòd audientia, in fine, de appell. in antiq.* Acoramb. *deciſ.*53.*incip. Licèt Rota.* Achil.*deciſ* 27.*incip. Attentata ex ſtilo, ſub rub.de attent.* cum aliis, de quibus per Lancell.*cap.*20.*ampl.*11.*n.*1.*& ſeqq.* vbi illatio, non poſitas ibi referas omnino. alias concordan. allegat in Rota deciſiones Put.*deciſ.*354.*lib.*1. & faciunt ſuprà per nos particulariter tradita *n.*6.8.*&* 15.

21 Et tunc eſt quòd inhibitio emanata vigore appellationis nulla, & inualida: adhuc tamen ſaltem de ſtilo Rotæ ſeruanda eſt, de quo & nos diximus ſuprà *q.*55.*n.*61. Quot autem modis appellatio dicatur nulla, & inualida, ponit Lancell. *de attent.cap.*12.*limit.*50. *per totam*, & nos diximus in ſuis locis particularibus, ideo hîc repetere non eſt neceſſe.

22 Hinc etiam eſt quòd inhibitio emanata vigore appellationis in caſu, in quo de iure prohibita eſt appellatio, (de qoibus particulariter per Lancell. *d.cap.*20. *in* 1.*&* 11.*ampliat.* *n.*7. & nos in ſuis locis particularibus, præſertim ſuprà *q.*16. diximus) ſimiliter etiam quòd iniuſta ſit de ſtilo Rotæ, timenda eſt, de quo & nos diximus ſuprà *q.*55.*n.*96.

23 Sublimita hanc limitationem tribus modis.

Primò an iſte ſtilus Rotæ non extendatur ad inhibitiones emanatas extra Rotam, & in aliis curiis. Lancell.*d.cap.*20.*ampliat.*11.*n.*5.*& limit.*1.*n.*1.*& ſeqq.* Cotta *deciſ.*204.

24 Sublimita II. quando notoriè conſtat quòd inhibitio eſt iniuſta & inualida. quia tunc nec etiam in Rota cauſat attentata. Verall.*deciſ.*529.*lib.*1. Lancell. *cap.*20.*in* 11.*ampl.n.*25.*& ſeq.*

25 Ideo inhibitio nimis calumnioſa, nec etiam de ſtilo Rotæ timenda eſt. Put. *deciſ.*122 *poſt med. lib.*2. Peregrin.135.*lib.*2. Ioan.Paul.197.

26 Sublimita III. non procedere quando commiſſio eſt ſignata, prout de iure, quia tunc inhibitio inde emanata ſi non ſit iuſta, & contra ius, nec etiam de ſtilo Rotæ timenda eſt. Lancel.*d.c.*20.*in* 11.*ampl.n.*28.

Farinacij Repert. iudic.

QVÆSTIO LVII.

De perſonarum legitimatione in iudicio.

SVMMARIVM.

1. *Perſonarum legitimatio quando facienda, generaliter.*
2. *Regulariter ſemper legitimatio perſonarum facienda eſt.*
   Agens tanquam talis debet probare ſe talem, ibid.
3. *Procurator debet docere de mandato, aliàs non auditur.*
   *De mandato, n.*24.*&* 44.
4. *Procuratorem ſine mandato ex officio iudex repellit.*
5. *Et non admittitur cum commiſſione de rato.*
6. *Et ad quid teneatur ſi principalis nolit ratificare.*
7. *Et quid ſi principalis ratificat, & n.*45.
   Et an geſta per falſum Procuratorem dno præiudicent, ibid. & 45.
8. *Ex quo tempore debeat docere de mandato.*
9. *Et quomodo probetur, ſeu præſumatur Procuratoris mandatum.*
10. *Agens tanquam filius debet probare ſe filium.*
11. *Agens tanquam proximior debet probare ſe talem.*
12. *Agens tanquam agnatus debet hoc probare.*
13. *Agens tanquam hæres debet probare ſe hæredem.*
14. *Agens contra aliquem vti hæredem debet probare illum hæredem.*
15. *Agens tanquam legitimatus debet hoc probare.*
16. *Etiam in reo facienda eſt perſonarum legitimatio.*
17. *Agens contra hæredem quid debeat probare.*
18. *Iudex ex officio, & parte non petente, debet facere legitimari perſonas comparentium in iudicio.*
19. *Etenim in ſummario, & exequtiuo iudicio.*
20. *Et iſto caſu eſt probanda voluntas perſona per nomen, & cognomen.*
21. *Exceptio legitimationis perſonarum in quocumque tempore, etiam poſt tres conformes, opponi poteſt.*
21. *Quid in comparente pro ſuo intereſſe.*
23. *Quid ſi agatur contra abſentem contumacem.*
24. *Procurator ſine mandato auditur pro pupillo, &* 32.
25. *Coniunctus quando agat pro coniuncto, & n.*42.43.
26. *Præſertim in caſu in quo requiritur ſpeciale mandatum.*
27. *Et quid de coniuncto cognatione ſpirituali.*
28. *Et an coniunctus poſſit recipere ſolutionem.*
29. *Et quis dicatur in propoſito coniunctus.*
30. *Et an filius poſſit pro patre appellare.*
31. *Quid ſi coniunctus caueat de rato.*
32. *Quid ſi compareat ad fauorem minoris.*
33. *Maritus quando agat pro vxore, & de materia, & ſeqq.*48.*& ſeqq.*
34. *Quid in bonis paraphernalibus.*
35. *Quid ſi maritus agat vt Procurator, cum non ſit.*
36. *Quid ſi maritus de rato caueat.*
37. *Et an ſemel recepto mandato poſſit iterum ſine mandato agere.*
38. *Et quid ſi maritus agat pro iure congrui rei dotalis.*
39. *Amicus quando agat pro amico, & de materia.*
40. *Perſonarum legitimatio plenè facienda eſt.*
41. *Perſonarum legitimatio debet in actu interuenire, non poſtea.*
44. *Exceptio falſi Procuratoris quando opponatur.*
46. *Socius quando agat pro ſocio ſine mandato.*
47. *Conſors litis quando poſſit agere pro conſorte ſine mandato.*

1 AD hanc materiam legitimationis personarum, an, & quando facienda sit, & quomodo, præter infrà posita vide Rolan. cons. 46. Credo sit, vol. 2. omnino Hippol. in l. si quis ne quæstio. ff. de quæst. pag. mihi 92. à num. 5. vsque ad finem. diffusè Roland cons. 71. n. 4. & 6. vol. 2. & cons. 3. n. 41. & seqq. & n. 113. vol. 1. vbi exemplificat. latè etiam de materia per Hercul. de negat. num. 86. & seqq. Bart. in l. si in rem, ff. de rei vend. & in add. sub litt. E. F. G. vbi pulchrè.

2 Sit quòd omnis comparens in iudicio suam personam legitimare debet, & sic probare se talem qualem se facit. Ceph. cons. 86. n. 6. & seqq. vol. 1. vbi interiectis aliquibus modis Maran. in spec. pag. mihi 130. n. 3. in vna impressione, & in alia vltima impressione pag. 263. num. 55. & seqq. Vant. de nullit. pag. mihi 342. num. 3. & 5. Stracca pag. mihi 418. n. 4. Grat. resp. 140. num. 38. & seq. Natta cons. 143. n. 1. lib. 1. Siluan. cons. 94. n. 1 lib. 2. Aym. cons. 169. n. 4. in primis enim quærendum est de persona, l. 3. ff. de testam. l. licèt, C. de procur.

3 Hinc principaliter inferri potest quòd qui comparet tamquam Procurator alicuius, debet docere de suo mandato, aliàs non audietur. Firman. in Rep. verb. legitimatio mandati, n. 1. Hercul. de negatiu. num. 86. & seqq. vbi de materia. de qua etiam per Turzan. opin. 92. exornat Vestr. & Grauat. in addit. in pract. lib. 4. cap. 5. vbi etiam de materia. est text. in reg. l. licet, C. de procur. & c. in nostra, eod. tit.

4 Imò ex officio & pro se non petente iudex repellit Procuratorem falsum, & agentem sine mandato. Duen. reg. 264. n. 4. vbi vide, & faciunt generaliter infrà tradita n. 18. & ista est verior, & magis communis opinio, quam tenet Grauat. ad Vestr. in pract. lib. 4. cap. 5. n. 25. & seq.

5 Et quid si Procurator promittat de rato, vide Rol. d. cons. 46. Credo sit, in 2. vol. super qua materia, an, & quando Procurator teneatur cauere de rato, & si cauit, audiatur, nec ne, vide Roman. sing. 98. & 115. Mars. sing. 228. & 245. Soc. reg. 317. & 318. Grauat. ad Vestr. d. lib. 4. cap. 5. n. 19. & seqq.

6 Et domino non ratificante, an isto casu Procurator teneatur, vide Roman. singul. 557. & infrà sub num. 45.

7 Et an, & quando gesta per falsum Procuratorem domino sciente & tacente præiudicent, quandóve per ratificationem subsequutam conualidentur, dicetur infrà in fragmentis, in vers. Procuratoris falsi gesta, &c. sed vide infrà n. 45. vbi posui.

8 Quo autem tempore Procurator debeat producere mandatum, vide Rol. cons. 71. num. 27. & seqq. vol. 1. Dicas quòd sufficit docere de mandato, etiam post actum gestum. Rota decis... aliàs 248. de procurat. in antiq. quod fallit, nisi ante actum fuisset oppositum neminem audiri nisi doctum, &c. nam tunc etiam quòd comparens sit Procurator, nisi ante actum, vel in actu doceatur de mandato, actus est nullus. Alex. cons. 146. lib. 5. Mohed. decis. 240. refert Lancell. de attent. cap. 6. n. 6. & seq. An autem de mandato quis possit docere in secunda instantia, & sic in causa appellationis, vide infrà in fragmentis, verb. Appellatio, n. 25.

9 Quomodo autem probetur, & quando præsumatur Procuratoris mandatum, dicetur infrà inter fragmenta vers. Mandatum, &c. n. 8.

10 Hinc enim infertur quòd agens tanquam filius debet in primis se probare filium. Roland. cons. 63. n. 10. & seqq. vol. 1. & consil. 22. num. 1. & seqq. vol. 3. Menoch. in 3. remed. adipiscend. possess. num. 164. & faciunt tradita suprà quæst. 43. num. 1. Roland. consil. 10. num. 23. & seq. vol. 3.

11 Interrogans tanquam proximior debet se in primis proximiorem probare. Roland. d. cons. 63. num. 10. & seqq. vol. 1. In quo aduertas quòd eo ipso quòd quis probat se proximum, præsumitur proximior, nisi contrarium ex aduerso probetur, de quo dixi in Rep. qq. vlt. vol. q. 50.

12 Item agens tanquam agnatus debet se agnatum probare. Roland. d. cons. 63. num. 18. & seqq. vol. 1. Cephal. consil. 82. num. 9. Roland. consil. 10. num. 23. & sequent. vol. 3.

13 Item agens tanquam hæres debet probare se hæredem. Menoch. in 3. remed. adipisc. possess. num. 134. Sed an filius præsumatur hæres, vide in Repert. vltim. vol. vers. adire, num. 16. Ioseph. Lud. in commun. opin. lib. 1. concl. 16. illat. 102. vbi quòd exceptio, Tu non es hæres, est peremptoria, & qui dicit se hæredem, debet probare, etiam parte non opponente, nisi id reus confessus fuerit.

14 Item agens contra aliquem tanquam hæredem, debet probare illum esse hæredem, vt per Menoch. in d. remed. 3. adipisc. poss. num. 166. & facit, quia non solùm respectu actoris, sed etiam respectu rei, personarum legitimatio facienda est, prout infrà dicetur num. 16. Adde pro eadem conclusione Mass. de obligat. Camer. part. 9. secunda partis, ad primam obligationis particulam, n. 16. vers. insuper, &c. & an filius præsumatur hæres, vide in Repert. vlt. vol. vers. adire, n. 16.

15 Item agens tanquam legitimatus debet probare se legitimatum, nisi pro eo adsit aliqua præsumptio quæ transferat onus probandi contrarium in aduersarium, vt per Menoch. vbi suprà dict. num. 164. & seq.

16 Amplia supradictam principalem regulam I. vt videlicet personarum legitimatio facienda sit, vt procedat tam in actore, quàm in reo, vt per Neuiz. cons. 16. n. 1. & seqq. & tradunt Doctores suprà allegati num. 2.

17 Hinc est quòd agens contra aliquem tanquam hæredem, debet probare illum esse hæredem, vt dixi suprà num. 14.

18 Amplia II. vt iudex etiam parte non petente possit ex officio comparentem repellere, non facta legitimatione personarum, tradit Neuiz. d. cons. 16. n. 1. & seqq. decis. Pedem. 1 n. 35. & 37. vbi quòd iudex debet quærere personarum legitimationem: sed contrarium, quòd imò nisi parte petente hæc legitimatio fieri non debeat, tradit Ias. C. de edict. diu. Adr. l. 2. in fine, ad quod vide Viu. in com opin. pag. mihi 120. verb. Iudex, &c. repellente ex officio falsum Procuratorem. Adde pro hac secunda ampl. Menoch. in l. fin. num. 442. C. de edict. diu. Adr. tollen.

19 Amplia III. vt non solùm in iudicio ordinario, sed etiam in summario, & exequutiuo personarum legitimatio facienda sit, ita enim loquuntur omnes Doctores suprà allegati n. 2. quibus addo Menoch. de recup. poss. pag. mihi 264. n. 273. Neuiz. d. cons. 16. n. 1. & seqq. & cons. 18 n. 4. decis. Pedem. 1. n. 35. & 37. Doct. in l. 2. C. de edict. diu. Adr. toll. Menoch. in d. l. fin. n. 442. C. de edict. diu. Adr. Achil. Personal. in d. l. fin. n. 65. sed an isto casu sufficiat semiplena probatio, vide infrà n. 40.

20 Amplia IV. vt legitimatio personarum sit facienda per probationem nominis, & cognominis, & sic agens, puta tanquam Prosper Farinac. debet probare se esse Prosperum Farinacium. Aym. consil. 169. n. 4. Sed de hac re, videlicet de probatione identitatis personarum, latiùs dicetur infrà in seq. quæst. vbi videas n. 7. & seqq quòd in summario sit facienda personarum legitimatio, concord. allegat Achil. Personal. ad l. fin. C. de edict. diu. Adr. toll. n. 65.

21 Amplia V. quia talis exceptio non legitimatæ personæ semper & quandocumque opponi potest Neuiz. cons. 16. n. 1. & seq. & post tres conformes dec. Pedem. 1. n. 36. Sed vide Magon. dec. Lucen. 6. n. 18. vbi quòd si iudex pronūciat super personarū legitimatione, & ab ea nō appelletur, transit talis interloquutoria in iudicatū,

ita

ita quòd de illa in secunda instantia ampliùs cognosci non potest.

22 Limita I. in eo, qui comparet pro suo interesse, in quo non esse necessariam legitimationem personarum, traditur *in d. decis. Pedem. 1. num. 35.* ad quod vide suprà *quæst. 47. num. 7. & seqq.* vide Mascard. *concl. 919. n. 13. & 14.* vbi quòd isto casu legitimatio personarum est plenè facienda, & ibi testatur de communi casu contra limitationem; sed pro limitatione vide *ibid.* per Mascard. *n. 15.* distingue, vt *n. 6. & 17.* sed eius distinctio videtur extra materiam.

23 Limita II. quando agitur contra absentem contumacem, quia tunc similiter non est facienda personarum legitimatio, *d. decis. Pedem. 1. n. 37.*

24 Dixi suprà *n. 3.* quòd sine mandato nemo auditur nomine alicuius comparendo. hæc regula fallit ad fauorem pupilli, qui potest quemlibet habere in defensorem, vt per Duen. *reg. 201. num. 6.* & faciunt tradita *in q. 61.* vbi agetur quòd gesta ad fauorem pupilli indefensi valeant, &c. & ibi etiam posui, an pupillus possit Procuratorem constituere. faciunt etiam infrà tradita *num. 32.*

25 Limita III. in coniuncto, qui regulariter pro coniuncto etiam sine mandato agere, & in iudicio comparere potest. quod quando verum sit, & de materia, amicus maxima amicitia coniunctus isto casu non æquiparatur coniuncto, secundùm communiorem opinionem, quam refutatis contrariis tradit Lambert. *de contrat. gloss. 11. n. 93. & 94* in materia Put. *decis. 21. lib. 1.* vbi quòd coniunctus potest pro coniuncto comparere, etiam quòd Procuratorem habeat, quando ille Procurator est negligens, vel impeditus comparere. vide Alexand. & Ias. *in l. sed & hæ, ff. de procur. & in l. exigendi, C. eod. decis. Lucen. 41. num. 1. prima part.* Cotta *in memor. pag. mihi 165.* Turzan. *opin. 75.* Rom. *sing. 227. & 619.* Diaz *reg. 129. & 130.* Duen. *reg. 123.* Tiraq. *de retract. in Rep. ver. Coniuncta persona*, vide infra *n. 42. 43.* Lamberteng. *de contr. gloss. 11. num. 49.* vbi quòd non admittitur coniunctus, nisi vsque ad decem gradum, ad agendum pro coniuncto.

26 Particulariter autem quòd coniunctus non possit facere ea quæ requirunt speciale mandatum, traditur per Tiraq. *vbi suprà decis. Lucen. 41. num. 41. part.* vbi remissiuè ponuntur exempla, de quo etiam *in consil. crim. 118. num. 5.* Magon. *decis. Lucen. 6. n. 13.* vbi quòd coniunctus non potest comparere in iis, quæ requirunt speciale mandatum, & tamen potest tutare de ea sententia, vt *ibid. n. 19.*

27 Et quid de coniuncto cognatione spirituali, vide Tiraq. *de reuoc. donat. pag. mihi 466. n. 40.* Lamberteng. *gloss. 7. n. 3.* vbi quòd non.

28 Et an coniunctus possit recipere solutionem debiti à debitore coniuncti sine mandato, Duen. *reg. 124.* Tiraq. *de retr. pag. mihi 294. num. 34.* Mathes. *singul. 41. in add.* Cotta *memor. pag. 165.*

29 Et quis dicatur in proposito *coniunctus*, ad hoc vt sine mandato possit agere; dic quòd debet esse coniunctus per lineam ascendentem, seu descendentem; secus si per transuersalem, vt per Monticell. *in Repert. testium pag. 11. col. 2. vers. 1.* Item accusare, impetrare rescriptum. Menoch. *de arbitr. qq. casu 146. num. 5. & seqq. lib. 2.* Gomez *de delicto, sub n. 34.* vbi quòd isto casu coniunctus intelligitur vsque ad decimum gradum. vide Magon. *decis. Lucen. 6. n. 10. & 14.* vbi secundùm communem dicit quòd isto casu inter coniunctos connumeratur etiam transuersalis, saltim vsque ad quartum gradum, licèt Felin. *ibi* per eum allegatus contrarium dixerit.

30 Et an filius possit sine mandato appellare, dixi infrà *in fragmentis, vers. appellare non possit filius.*

31 Et quòd coniunctus pro coniuncto possit compa-

rere cum cautione de rato, est text. *in l. sed & hæ, ff. de procur. & l. exigendi, C. eod.* vbi Alex. & Ias. hoc limitant pluribus modis cum aliis, de quibus *in decis. Lucen. 41. n. 1.* adde in materia Magon. *decis. Lucen. 6. num. 11.* vbi quòd coniunctus non admittitur pro coniuncto sine satisdatione de rato. Virg. Boccac. *in consil. March gl. 8. n. 159.* vbi iura allegat, & ne si postea sequatur ratificatio, non valeat actus factus per coniunctum, vt *ibid. num 20. & seqq.* vbi etiam infra quæ tempora sequi debeat ista ratificatio.

Et quòd coniunctus admittatur pro minore cum cautione de rato, vide *in d. decis. 41. n. 1.* allegato Bald. *in d. l. exigendi, n. 12.* faciunt suprà tradita *n. 14.* 32

Limita IV. in marito qui potest agere pro vxore, etiam sine mandato. quod quando verum sit, quandóve maritus possit vxori præiudicare contrahendo, vel conueniendo, & quando dicatur legitimus administrator vxoria, vide generaliter præter infraposita Mynsi. *obs. 53. cent. 3.* Tiraq. *de legib. connub. pag. mihi 565. n. 2.* Soc. iun. *cons. 105. n. 8. 11. & seq. 1. p.* Corn. *cons. 190. n. 11.* Alex. *consi. 90. num. 5. lib. 2.* Ias *in l. maritus, n. 7. C. de procur.* Feder. *in suo virid. concl. 109.* vbi explicat omnia quæ potest facere maritus pro vxore sine mandato. Tiraq. *de retr. pag. mihi 491. n.* & *seqq.* & faciunt suprà generaliter tradita de coniuncto *num. 25. & seqq.* vide infrà *num. 48. & seqq.* 33

Et quòd in bonis paraphernalibus vir sine dubio dicatur Procurator, posui *in Rep. contractuum, in materia bonorum paraphernalium, q. 52. num. 9.* 34

Et quid si maritus agat vt Procurator vxoris, cùm non haberet mandatum, an processus sustineatur, vt maritus & administrator. Dic quòd non, vt per Maran. *in spec. pag. mihi 75. n. 17.* allegato Rom. *cons. 446.* ad quod vide etiam Ias. *in l. maritus, n. 7. C. de procurat.* 35

Et quando maritus agat pro vxore sine mandato, sed cum cautione de rato, vide Feder. *in suo virid. conclus. 109.* cum cautione de rato, maritus potest agere pro vxore sine mandato: sine autem cautione non, nisi habeat instrumenta, seu scripturam facientem ad causam apud se, quia tunc mandatum præsumitur & admittitur sine cautione. Inseph. Ludou. *conclus. 32. in 1. amplias. & in 5. & 6 fallent.* 36

Et an maritus post receptum mandatum semel, possit deinde sine mandato agere? dic quòd non. Villalob. *in com. opin. pag. mihi 11. n. 133.* 37

Et an ius congrui competat marito pro retractu rei dotalis, vide Affl. *de iure protim. pag. mihi 15. num. 58.* Nouell. *in simili tract. pag. mihi 34. n. 135. & seqq.* Tiraq. *de retr. pag. mihi 491. n. 1. & seqq.* 38

Limita V. in amico qui æquiparatur coniuncto, & ideo etiam sine mandato agere potest, secundùm magis communem, de qua relatis contrariis testatur Decian. *in suo tract. crimin. in r. lib. 3. cap. 5. post num. 14.* loquens in amicitia stricta, & non vulgari. quod quando verum sit, vide Roman. *singul. 652.* Viu. *in commun. opin. pag. mihi 12. in paruis.* Placa *cap. 43. pag. 737. & seqq.* vbi etiam, an possit sine mandato impetrare rescriptum pro amico, *& pag. 744.* vbi an possit appellare pro amico. 39

Adde iam suprадictis de personarum legitimatione quòd illa est facienda per plures probationes. Mascard. *conclus. 919. num. 13.* vt per Achill. Person. *de acquir. possess. ad l. fin. C. de edict. diu. Adr. & c. num. 66.* & sic non sufficit semiplena probatio, etiam quòd simus in summario iudicio, vt per Menoch. *in d. l. fin. num. 443.* vbi de communi, quod intellige procedere, quando causa summaria sit grauis, & magni præiudicij, quia tunc & in summariis legitimatio debet fieri per plenas probationes, secus si causa sit leuis præiudicij, ita distinguit Mascard. *conclus. 919. num. 16.* 40

Adde etiam quòd personarum legitimatio debet 41

fieri tempore actus, nec sufficit quòd postea superueniat. Achil. *vbi suprà n.175. vers. & requiritur.*

42 Ad ea quæ suprà tradita sunt *num. 25. & seqq.* adde Magon. *decis. Lucen. 6. n. 11. & 15.* quòd quando principalis habet Procuratorem, de cuius mãdato constet in actis, tunc non admittitur coniunctus per coniuncto.

43 Adde secundò, quòd si fuerit oppositum contra coniunctum quòd non habeat legitimam personam comparendi, & iudex pronunciet illum habere legitimam personam, debet à tali interloquutoria appellari, aliàs transit in iudicatum, nec de ea ampliùs in secunda instantia cognosci potest. Magon. *decis. Lucen. 6. num. 16. & seqq.* Sed quid si iudex non expresè pronunciet, sed tacitè ad vlteriora procedendo exequutionem legitimationis personarum non admitiat, vide infrà *in fragmentis, vers. Exceptio, &c. num...*

44 Ad ea, quæ de falso Procuratore suprà tradita sunt *num. 3. & seqq.* si vis scire, an, & quando exceptio falsi Procuratoris opponi possit, videas Duen. *reg. 264.* Cotta *in memor. pag. 289.*

45 Procuratoris falsi gesta, an, & quando valeant, & de materia, vide Imol. *concl. 11. lib. 2.* Et quid de gestis per alium administratorem, qui re vera non erat administrator, vide *ibidem* per Imolam; & quid de gestis per falsum tutorem, vide *in Repert. vlt. volunt. vers. Tutoris, num. 2.* vbi tradita ponas hîc. ad quod teneatur Procurator etiam extra ordinem, Boss. *tit. de fals. n. 173.* Vant. *tit. de nullit. ex defectu inhibita, seu mandata, n. 68.* posui hoc de pœna *in Rep. crim. q. 68. num. 34. & in impress. in tit. de fals. q. 150. num.. Falsus Procurator.* Mynſ. *obseru. 33. cent. 4.* & quòd falsus Procurator agens duo sciente & permittente, ipsi præiudicet, ponit Cotta *in mem. pag. 711.* Paris. *cons. 31. num. 60. & 61. car. 72. vol. 1.* Aym. *de antiq. car. 41. n. 30. & seq.* faciunt tradita *in materia generali, Tacens, &c. quando dicatur consentire*, vbi etiam videas, & Roland. *cons. 70. n. 30. & seqq. vol...* vbi, an isto casu inducatur tacita ratificatio. vide etiam de eadem materia infrà *vers. mandatum, num. 9.* & infrà *in fragmentis, vers. ratificatio inducitur, &c. per solam scientiam, num. 1.* Et an Procuratoris falsi gesta conualidentur per subsequutam ratificationem, vide Rom. *sing. 686.* Soc. *reg. 161.* Cotta *in mem. pag. 711.* Cæpol. *caut. 15.* Marsil. *sing. 184.* vbi quando ratificatio habeat vim mandati, ratificatio regulariter æquiparatur mandato, vt per Lambert. *de contr. gl. fin. num. 192.* licèt aliqui per eum relati *num. 193.* contrarium dixerint, ad quod faciunt generaliter tradita infrà *vers. vtrùm ratificatio, num. 6.* vbi posui generaliter, an, & quando retrotrahatur. ponas quæ de ratificatione loquemur, quia ibi est locus suus. Massa *de obligat. Camer. part. 2. q. 1. ad pr. obligat. particulam, num. 10.* vide aliquid infrà *q. 77. num. 19.* Villalob. *S. num. 48.* Mynsing. *obseruat. 44. cent. 1.* vbi an gesta per falsum Procuratorem possint ratificari post sententiam latam, de quo, & de materia etiam per Menoch. *de arb. quæst. casu 32. lib. 2.* & per Andr. Gail. *obseru. 47. lib. 1. per tot.* & an processus factus per Procuratorem, qui non habebat mandatum sufficiens, conualidetur, si postea producatur sufficiens mandatum, vide Lancell. *de attent. cap. 12. limitat. 50. num. 22. & seqq.* & quòd nemo admittatur ad ratificandum gesta per falsum Procuratorem, nisi refectis expensis ante ratificationem factis, tradit Asin. *in pract. §. 32. in 74. ampliat.* vide Ias. *in l. licèt, num. 10. C. de procur.* vbi facit regulam cum 13. limitationibus. in materia Ioseph. Ludouis. *conclus. 30. vers. & vbi mandatum, &c.* vbi quòd ratificatio non sufficit in iis, quæ requirebant speciale mandatum: sed contrarium Zunt. *in cons. pro vxore, num. 554.* ad hæc faciunt infrà tradita *in fragmentis, vers. Ratificatio, in discursu,* vbi posui, quando ratificatio sit valida, & quando retrotrahatur, vbi videas, quia etiam conferunt ad hanc particularem materiam. & ad hoc vltimum vide *infr. q. 77. n. 19.*

Limita VI. in socio, qui an & quando possit sine mandato agere pro suo socio, traditur per Ias. *in l. de pupillo. §. plurim, num. 2. ff. de nou. op. nunc.* Alex. *cons. 186. n. 4. & seq. vol. 2. & cons. 186. n. 5. vol. 6.* vbi an videatur habere mandatum ad remittendum. 46

Limita VII. in litis consorte, qui potest agere pro consorte, etiam sine mandato, quando verum sit, vide per Duen. *reg. 13.* Diaz *reg. 135.* Gozad. *cons. 79. n. 1. & seqq.* vbi etiam quòd consors litis tripliciter consideratur. faciunt in proposito tradita de consorte non appellante & inhærente appellationi alterius consortis, in hoc eodem Rep. *q. 83. n. 2. & seqq.* ad materiam adde Tiraq. *de reb. exig. in pag. 50. à tergo, vers. 12.* vbi quòd consors dicitur etiam quòd quis consors sit ratione minimæ partis. 47

Ad ea quæ supradicta sunt *num. 33. & seqq.* addendo facias regulam quòd maritus dicitur Procurator & legitimus administrator rerum vxoris, *l. maritus,* vbi gloss. & Doct. *C. de Proc. l. final. C. de pact. conuent.* Ioseph. Ludouis. *in com. opin. lib. 1. concl. 46. n. 32. in princ.* 48

Amplia hanc conclusionem quòd sententia lata isto casu contra virum durante matrimonio nocet etiam vxori, siue vxor sciuerit, siue ignorauerit causam agi. Ioseph. Lud. *d. conclus. 32. vers. quando autem.* 49

Limita I. quia licèt maritus possit ipse tanquam Procurator vxoris agere, non tamen potest ad id alium constituere Procuratorem, prætterquam in concernentibus vsumfructum dotis. Ioseph. Lud. *concl. 32. in 2. ampl.* vbi & contrarios allegat. 50

Limita II. dummodo vir agat non nomine suo, nec tamquam maritus, sed vti Procurator, seu administrator bonorum vxoris, quia agendo nomine proprio, vel tanquam maritus simpliciter succumbet. Ioseph. Lud. *d. concl. 32. in 1. & 2. fall.* 51

Limita III. in sponso. idem Ioseph. *d. conclus. 32. in 5. fall.* 52

QVÆSTIO LVIII.

Identitas rei & personæ, quomodo, & quando præsumatur, & probetur, quandóve eadem res dicatur, & de materia.

SVMMARIVM.

1. *Identitas quomodo & quando probanda, generaliter.*
2. *Identitas probatur coniecturis.*
3. *Identitas rei per quem probanda, & seqq.*
   Identitas rei an præsumatur potius, quàm pluralitas rerum, ibid.
4. *Identitas rei debet probari per duas veras demonstrationes.*
5. *Identitas factorum an præsumatur.*
6. *Identitas prædij probatur per confines, vbi de materia.*
7. *Identitas personæ quomodo probetur, & seqq.*
   Identitas personæ per quem probanda, ibid.
   Identitas personæ an præsumatur potius quàm pluralitas, ibid.
   Identitas personæ probatur per probationem nominis, & cognominis, ibid.
   Identitas familiæ probatur per identitatem cognominis, ibid.
9. *Qui dicit plures extare personas eiusdem nominis, siue cognominis, debet hoc probare.*
10. *Identitas personæ probatur per signa quando non potest probari per nomen, & cognomen.*
11. *Quando sumus in materia reprobationis instrumenti, &*

& generaliter ad euitandum dolum pluralitas præsumitur potius, quam identitas, vbi idem in criminalibus.

12. *Identitas alicuius animalis quomodo probetur.*
13. *Eadem res semper dicitur si remanet forma identitatis, etiam quod substantia mutetur, vbi ponunt exempla.*
14. *Quid de identitate summæ, vel obligationis.*

1 IDENTITAS rei quando, & quomodo probanda sit, generaliter in materia præter infra posita, videas Socin. *cons.* 89. *num.* 1. *vol.* 1. Cotta *in memor pag.* 31. *verb. Antiquitas*, Cephal. *cons.* 98. *n.* 10. *&* 21. Cotta *vbi supra pag* 432. Duen. *reg.* 299. *num.* 13. Roland. *cons.* 67. *n.* 4. 5. 18. *&* 19. Monricell. *in Rep. sess. pag.* 396. *col.* 2. *in princ.* vbi aliqua de probatione identitatis per restes.

2 Identitas rei probatur coniecturis. Cephal. *d. consil.* 98. *num.* 10.

3 Identitas rei per quem sit probanda, & an in dubio præsumatur potius identitas, quàm pluralitas rerum, videas Aym. *cons.* 113. Cassan. *cons.* 8 *num.* 5. *& cons.* 14. *n.* 19. Siluan. *in cons. vlt. n.* 14. 23. *&* 36. *decis. Lucens.* 13. *num.* 31. *& seqq p.* 1. vbi quòd in omnibus casibus non præsumitur ploralitas rerum, & factorum, & *ibi* infert, & concordantes allegat, & idem dixi infrà *n.* 5.

4 Dicas quòd est probanda identitas per eum, qui se fundat in ea, quia in dubio potius ploralitas rerum, quàm identitas præsumitur. Ruin. *consil.* 46. *num.* 16. *lib.* 4. Alexand. *consil.* 119. *num.* 3. *lib.* 1. Rota diuers. *part.* 1. *decis.* 441. *num.* 2. Cephal. *consil.* 150. *num.* 10. Imò debet probari per duas veras demonstrationes, vt per Roland. *consil.* 46. *num.* 17. 30. *&* 31. *vol.* 3. Ioan. de Amic. *consil.* 40. *num.* 1. Aym. *consil.* 198. *num.* 4. Alexand. *consil.* 134. *col.* 1. *vol.* 2. Aym. *cons.* 112. *col.* 1. Silu. *consil.* 57. *col.* 2. *vers.* 2. *dubitatur.* Com. *consil.* 165. *num.* 4. *vol.* 3. Menoch. *de præsumpt. lib.* 6 *præsumpt.* 15. *num.* 2.

5 Contrarium quòd pluralitas rerum, & factorum non præsumatur, sed potius identitas, voluit Ioan. de Amic. *cons.* 71. *num.* 4. *& cons.* 82. *num.* 4. *& consil.* 114. *num.* 19. & dixi suprà *num.* 3. *in fine, decis. Auenionen.* 91. vbi quòd non præsumitur actuum diuersitas, *cap. in præsentia*, vbi Dec. *n.* 10. *de prob. l triticum, & l scire debeamus ff. de verb. oblig.* cum aliis *ibi* per eum alleg.

6 Identitas prædij probatur per confinia, ideo agens ad prædium debet probare identitatem per duo confinia, secundùm Cephal. *cons* 98. *num.* 21. *vol.* 1. & Roland. *cons.* 67. *num* 4. 5. 18. *&* 19. Menoch. *lib.* 6. *præsumpt.* 15. *num.* 29. *&* 14. *& seqq* vbi quòd si sint expressa quatuor confinia, quorum duo reperiuntur vera, duo autem falsa, an tunc dicatur identitas prædij probata, vide *ibi* per eum. Ad quam materiam probationis identitatis prædij per confines, vide Cottam *in suis memorab pag.* 432. Duen. *reg.* 199. *num.* 23. Hier. de Monte *in tractat. de finib. regun. cap.* 50. *& plur. seqq. pag* 43. à tergo, & faciunt quæ de probatione confinium infrà dicentur, *vers. Confinia, &c.* vbi videas etiam in materia. adde omnino Menoch. *de præsumpt. lib.* 6 *præsumpt.* 15. *n.* 32. *& seq.*

7 Identitas autem personæ quomodo probetur, & an in dubio personarum identitas, vel pluralitas præsumatur, vide Marzar. *de fideicom. q.* 55. Dicas quòd probatur per probationem nominis, & cognominis; ex identitate enim nominis proprij resultat identitas personæ. Cephal. *cons.* 90. *num.* 18. *&* 19. & ex probatione cognominis resultat identitas familiæ. Cephal *d. cons.* 90 *num.* 17. *& seqq. &* *n.* 24. Et idem traditur per Aym. *cons.* 169. *n.* 9. Foller. *in pract. crimin. pag.* ... 96. *n.* 10.

8 Idem quis dicens se talem, puta Prospetum Fatinacium, non præsumitur talis, nisi id probet per identitatem nominis & cognominis, vt per Cephal. Aym. & alios, de quibus *in proximè praced. num.* Non enim in dubio præsumitur identitas personæ, nisi probetur nomen, & cognomen, vt per Menoch. *de arbitr. quæst. pag.* 144. *num.* 32. & dixi suprà *in antecedenti quæstione, n.* 10. Marzar. *de fideicom. q.* 55. vbi generaliter, an præsumatur identitas personarum.

Facta autem probatione nominis, & cognominis, 9 præsumitur identitas personæ, & non pluralitas, & qui dicit plures extare personas illius nominis, vel cognominis, debet probare, vt per Aym. *cons.* 149. *col. pen. in fine.* Mandel. *cons.* 83 *num.* 12. *& cons.* 6. *num.* 11. *& cons. crim. diuers.* 123 *num.* 25. *& cons.* 126. *num.* 101. *vol.* 1. vbi videas.

Imò quando non potest constare de nomine, & 10 cognomine alicuius, sufficit probare signa ipsius, ex quibus verificatur identitas, vel diuersitas hominis, vt per Foller. *in pract. crim. pag. mihi* 196. *num.* 3. & Menoch. *lib.* 6. *præsumpt.* 15 *n.* 46.

Et quando sumus in materia reprobationis alicuius instrumenti, & generaliter semper ad euitandum 11 dolum præsumitur pluralitas, & non identitas personarum, etiam quòd non sit facta probatio nominis, & cognominis, non resultat probatio identitatis personæ, nisi expressè per testes probatur, qui de visu deponunt ipsum esse illum, de quo agitur, vt *in cons. crim. diu.* 117. *n.* 52. *pag.* 156. *& cons.* 118. *num.* 33. *pag.* 120. Sed contrarium *in cons.* 123. *n.* 25 *pag.* 128. vbi declarat, *& cons.* 126. *n.* 102. vbi etiam de materia, *vol.* 1. & generaliter adde quòd solemnitas, vbi aliàs præsumeretur, in criminalibus tantùm non præsumetur. Foller. *cons. crim. diuers.* 140. *num.* 17. *vol.* 1. Mascard. *concl.* 496. *n.* 5. *&* 6. vbi generaliter quòd in criminalibus identitas rei, & personarum non præsumitur, ideo per fiscum probanda. Osasc. *cons.* 64. *n.* 45 *post medium*, vbi idem vt falsitas euitetur. Menoch. *de præsumpt. lib.* 5. *præs.* 2. *n.* 9.

Identitas animalis quomodo probetur, vide Corser. *sing. pag.* 22. *verb. testis* 19. vbi quomodo debeant 12 deponere testes super recognitione animalis. Barr. *in l stigmata, in fine, C. de fabr. lib.* 11. vbi quòd animalia recognoscuntur, & probantur esse alicuius per stigmata, quibus signata existunt.

QVÆRO in materia, an, & quando dicatur esse 13 eadem, vel diuersa res. facias conclusionem quòd identitas forma permanente, licèt in substantia contingat mutatio dicitur eadem, & non diuersa res, *l. proponebatur, ff. de iud.* vbi ponuntur exempla in iudicibus, quorum licèt aliqui, vel omnes mutentur, idem tamen intelligitur iudicium quando aliis subrogantur. Item & populum eumdem hoc tempore reputari qui ab hinc centum annis fuisset, cùm ex illis hominibus nemo nunc viueret. Itemque nauem si adeò sæpè refecta esset, vt nulla tabula eadem permaneret, quæ non noua fuisset, nihilominus eamdem esse existimatur. Adde in materia Cephal. *cons.* 74. *num.* 22. *& seqq. vol.* 1. vbi quòd species non videtur noua, vbi prima res solùm reformatur, & an, & quando noua species iudicatur ex eo quòd aliquid addatur, vel minuatur, videas *in decis. Pedem.* 23 *n.* 22. *& seqq.* Morin. *de fide, &c. pag.* 231. *n.* 5. vbi quòd quando aliquid de nouo additur, noua dicitur species. idem Cephal. *cons.* 55. *n.* 52. *& seqq. & cons.* 67. *num.* 13. *vol.* 1. Menoch. *de arbitr. q.* 11 *n.* 13. *lib.* 1. vbi quòd qualitas superueniens enti, nouum ens constituit, de quo vide *in d. decis. Pedem.* 23. *n.* 22. *& seqq.* & an, & quando accidens mutet rei substantiam, vide *ibid. q.* 68. *n.* 34. *pag. mihi* 49. Ad hanc materiam vide *in Repert. contract. q.* 66. *n.* 9. vbi posuit, an & quando mixtum ex pluribus simplicibus dicatur noua species, *in fragmen. vers. mixtum.*

Identitas summæ & obligationis, an verò diuersi- 14 tas,

ras,an, & quando præsumatur. Menoch. *de arbitr. casu* 213. vide infrà *in fragmentis, verb. instrumentum, n.* 21.

QVÆSTIO LIX.

De fide & probatione apochæ, & priuatæ scripturæ, ac de eius recognitione per litterarum comparationem, seu alio modo facienda, & de materia.

SVMMARIVM.

1. *Scriptura priuata quando probet, & generaliter de materia.*
   Apocha priuata quando probet, & generaliter de materia, ibid.
2. *Apocha ad hoc vt probet, debet esse à partibus subscripta.*
3. *Sed quid si sit scripta, & non subscripta.*
4. *Et quid à contra, si solùm est subscripta.*
5. *Quid de apocha sigillata, & seq.*
   Et generaliter quid probet sigillum, ibid. & n. 6.
7. *Et an sit necesse quòd ambæ partes se subscribant.*
   Quando agitur in tertium quomodo, & quando probet apocha, seu scriptura priuata, ibid & n. 14.
8. *Quid de apocha manu tertij confecta.*
9. *In apocha debent testes se subscribere, & n. 11.*
   Sed quot testes, dicas tres, ibid.
10. *Qui debent esse integra opinionis.*
    Et quis debeat probare integritatem testium, ibid.
11. *Quid si in apocha nullus testis sit subscriptus.*
    Apocha, seu priuata scriptura antiqua semiplenè probat, ibid.
12. *Quid si vnicus tantùm testis interfuerit.*
13. *Quales debeant esse testes in apocha subscribendi.*
14. *An sufficiant fœminæ.*
15. *Apocha quomodo, & quando recognoscenda, & seqq. & n. 33. & seqq.*
16. *Testes super recognitione apochæ quomodo debeant deponere, & seq.*
    Testes in apocha subscripti an debeant vidisse apocham scribi, ac omnia, necesse quod illi præsentes extiterint, ibid. & seqq. & n. 33. & seqq.
17. *Quid si dicantur se notam habere manum scribentis, & num. 18.*
19. *Quid si ex tribus testibus subscriptis in apocha vnus sit mortuus.*
20. *Apocha, seu qualibet alia scriptura, quando, & quomodo possit recognosci per comparationem litterarum, & de tota hac materia.*
    Et an possit cogi ad scribendum vt recognoscatur si apocha sit eius manu scripta, necne, ibid.
21. *Debitor an possit cogi ad recognoscendum manū suam.*
    Et citatus ad recognoscendum si non compareat, apocha habetur pro recognita, ibid.
    Recognoscere manum alienam an quis cogi possit, ibid.
22. *Negans manum suam quomodo puniatur.*
23. *In apocha an sit necesse apponere tempus.*
24. *An locum.*
25. *Quid de scriptura priuata reperta in archiuio.*
26. *Quid de reperta in actis iudicij.*
    Quid de scriptura priuata quæ diu fuit habita pro publica, ibid.
27. *Vbi adest difficultas probationis quid probet apocha.*
28. *Apocha, seu scriptura priuata si non plenè probat, an saltem semiplenè, seu præsumptiuè probet.*
29. *Vide in materia statuta vrbis.*
30. *Scriptura priuata an probet coram arbitro, vel iudice habente liberum arbitrium.*
31. *Apocha & scriptura priuata parte non opponente plenè probat.*
32. *Scriptura priuata facta absente parte semiplenè probat.*
    Solutio probat plenè, etiam ex scriptura priuata facta absente parte, ibid.
    Testes in recognitione quando sufficiat etiam scripturæ interfuisse, n. 19. & seqq. & n. 33. & seqq. & n. 43. vbi quomodo debeant deponere.
35. *Quid si alia concurrant adminicula, & n. 18.*
36. *Quid in recognitione scripturæ priuatæ factæ absente parte.*
    Quid in epistolis & litteris missiuis, ibid.
    Quid in literis cambij, ibid.
    Quid in libris rationum, ibid.
38. *Quid de stilo Rotæ, & Romanæ Curiæ.*
41. *Quid in recognitione registri.*
42. *Quid in recognitione scripturæ testatoris.*
    Quid fauore piæ causæ, ibid.
44. *Apocha cancellata non probat.*
45. *Manus contrafacere facile est.*

SCRIPTVRA, & apocha priuata an, & quando probet, & contra quos, quæ requiruntur ad eius validitatem, cum multis quæstionibus præter infrascriptas, & generaliter de materia vide apud Marsil. *in rubr. de prob. n.* 167. *& seqq.* Bart. *in l. nuda, in* 2 *col. ff. de donat.* Ias. *in l. admonendi ff. de iureiur.* vbi latissimè Lanfranc. *in c quoniam contra, sub rubr. de instr. product. n.* 53. *& seq. pag. mihi* 111. *col.* 3. Afflict. *decis.* 85. 104 *&* 181. Boër. *q.* 105. *n.* 1. *& seq. t. p. & n.* 172. *n.* 58 *eadem part. &* 195. *n.* 15. *secunda parte.* Zapion *in forma oppos. contra instrumentum*, & maximè *gloss. quod negare. pag. mihi* 76. Tiraq *de retract. convent.* §. 1. *gloss.* 7. *pag. mihi* 868. *n.* 43. *& multis seqq. & pag* 743. *num.* 44. Foller. *in praxi censuali, in rub. qua quidem exequutio, pag. mihi* 366. *num* 60. *& seq.* Aym. *conf.* 73. *& de antiq. temp. car.* 37. *n.* 1 *& seqq. & ferè per tot.* 1. *parte.* Grat. *resp.* 122. *&* 123. 2. *part.* latè Couarr. *pract. quæst. cap.* 22. *per tot.* Viu. *in com. opin. pag mihi* 250 à tergo, *verb. testes in scriptura.* Alexand. *conf.* 14. *n.* 1 *& seq.* Socin. *conf.* 53. *num.* 5. *conf.* 41. *n.* 10. *conf.* 62. *n.* 6. *prima parte.* Lancell. *in Breu. pag.* 163. *& seq.* vbi latè Felin. *in cap.* 2. *de fide instrum.* Nouell. *reg.* 185. *&* 195. Couar. *var. resol. pag.* 547. *n.* 4. Neguſ. *de pign.* 2. *memb secunda partis, num.* 47. vbi ponit tria requisita ad hoc vt apocha priuata plenam fidem faciat, de quibus dicam *infrà.* 1

Primò ad hoc vt apocha, vel scriptura priuata fidem faciat, & plenè probet, necesse est, vt sit à partibus subscripta, *l. scripturas, in fine, C qui potio. in pig. hab.* Aym *de antiq. temp. conf.* 56. *num.* 33. 2

Sed quid si apocha est scripta solùm à parte, & non subscripta, vide Aym. *de antiq. temp. vbi suprà, num.* 42. *&* 43. Menoch. *de arbit. quæst. pag.* 162. *casu* 114. *num.* 4. *& seq. in magnis.* Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 66. *n.* 1 *& seqq.* vbi de materia. 3

Et quòd è contra non sufficiat sola subscriptio partis absque eo quòd sit ab eadem parte scripta apocha, vide *in Rep. contract. vers. subscriptio.* & ponas hic 4

An autem loco subscriptionis sufficiat sigillum, Aym. *de antiq. temp. vbi suprà, num.* 44. *& seqq. vsque ad n.* 50. ad quam materiam apochæ sigillatæ, an, & quando probet, vide Nouell. *reg.* 195. *in* 11. *fallent.* vbi dicit quòd apocha sigillata cum sigillo debitoris plenè probat. Roland. *conf.* 2. *n.* 140. *vol.* 1. *fine* 2. Couarr. *pract. quæst. cap.* 21. *n.* 9. *pag.* 160. Lancell. *in Breu. pag.* 167. *n.* 16. *vers.* 11. *limit.* Cephal. *conf.* 141. *n.* 10. vbi quòd sigillum facit plenam probationem contra sigillantem. 5

Generaliter autem quæ oriatur probatio ex sigilli appositione, videas Rotam diuers. *dec.* 135. *p.* 1. per Diaz *reg.* 245. Soc. *reg.* 373. Aym. *de antiq. temp. pag.* 93. *n.* 18. *& pag.* 100. *num.* 40. Lancell. *in Breuiar. pag.* 167. *num.* 2. 6

pulchrè

pulchrè Couarr. *suprà citat d.cap.22. num 9.d.pag.*160. Corat. *de commun. opin pag. mihi* 100. *n.*119. vbi quòd sigillum dicitur approbare omne id, quod in scriptura sigillata continetur, dummodo appareat dominum sigilli illud apposuisse, aliàs secus. latè de sigilli probatione per Menoch. *de arbitr.quæst.pag.mihi* 161. *à tergo, in magnis.* Gabr. *lib.*1. *tit.de præsumpt.conclus.*4. Por. Imol. *cons.* 95. *num.*15. *vol.*2. vbi quòd sigillum probat absque subscriptione, & scias in materia quòd sigillis officialium creditur in iis tantùm, quæ ad eorum officium pertinent, secus in aliis, vt per Aym. *cons.*221. *num.*52. *& de antiq. pag.*77. *num.* 72. Menoch. *casu* 91. *num.*22. & faciunt infrà in simili tradita de libro mercatoris *quæst.* 60. *num.* 22. ad materiam omnino Menoch. *de præsumpt. lib.*2. *præsumpt.*57. *&* 58. *per tot.* Mascard. *conclus.*1302.

7 Et an in apocha sit necessaria subscriptio ambarum partium, an verò sufficiat debitoris subscriptio, Aym. *de antiq. tempor. sub d. pag.* 56. *& seq. num.* 62. *& seqq. vsque ad num.* 69. Dic quòd non sufficit sola subscriptio debitoris, vt per Roland. *cons.*84. *n.*13. *vol.*3. vbi de communi, licèt aliqui ibi per eum relati *num.*5. *& seq.* contrarium dixerint, maximè quando agatur contra tertium, quia tunc tanto magis est necessaria subscriptio ambarum partium, vt ibi per eum. An scriptura priuata cōtra tertium probet, præter tradita *infr. n.*14. vide Doctores, præsertim Tiraq. suprà alleg. *n.*1.

8 Et quid si partes nesciunt scribere, an tunc apocha confecta per proxenetam, vel alium tertium, de voluntate partium, valeat, & de materia, vide Gabr. *tit. de testibus, conclus.*1. *num.*13. vbi quòd non creditur dicenti se scripsisse de mandato alicuius. Viu. *opin.*113. *n.*8. *& seqq.* vide Rom. *cons.*204. *Pro discutienda*, &c. & Doctores suprà allegatos *num.*1. Felin. *in cap.*2. *de fide instr.* Lancellott. *in Breu. pag.*168. Nouell. *reg.*185. *in* 1. *amplias.* vbi quòd scriptura manu tertij confecta, si habet subscriptionem duorum, vel trium testium, sortitur effectum prohibiti instrumenti. Aym. *de antiq. temp. sub d.pag.*56. *& seqq. n.*77. 78. *& seq.* Couarr. *pract. quæst. pag. mihi* 155. *num.*2. vbi pulchrè Benincas. *de paupert pag.*213. *num.*43. *& seqq.* vbi generaliter quando quis possit scribere pro nesciente scribere. Imol. *conclus.*1. *pag.*18. *in fine vers. amplia vt non credatur*, &c. vbi an credatur tertio se scripsisse de mandato alicuius. Scias in materia quòd subscriptio illius tertij, qui corpus schedulæ scripsit, non computatur in numero trium testium, qui debent in apocha se subscribere, & ideo apocha manu tertij confecta debet habere subscriptionem trium testium vltra subscriptionem tertij, qui apocham subscripsit, secundùm gloss. *in l. hac consultissima, in vers. octauum*, &c. *in fine, C. qui testam. fac. poss.* Felin. *in cap. cùm Ioannes, num.*5. *in fine, & seq. extra de fide instrum.* Paris. *cons.* 51. *num.*4. *&* 7. *vol.*1. Item scias quòd testes subscripti in apocha manu tertij cōfecta, debent in recognitione manus tertij etiam deponere se vidisse confici apocham & scripturam de mandato debitoris, alias apocha manu tertij confecta nihil probat. Imol. *in cap.*2. *col.*4. *num.*8. vbi etiam Felin. *num.*5. *de fid. instr.* Rom. *cons.*204. *sub num.*2. *vers. præmissis tamen.* Rip. *in l. admonendi, num.*105. *& seq. de iureiur.* Aym. *de antiq. temp. part.*1. *§. quæritur, num.*77. Couarr. *pract. quæst. c.*22. *sub n.*2.

9 Secundò in apocha requiritur testium subscriptio. *d. l. scripturas, in fin. C qui pot. in pign. habeantur.* Couar. *pract. quæst. c.* 22. *num.*3. vbi quòd requiritur vt testes se subscribant. Aym. *de antiq. temp. car.*56. *num.*53. vbi requiritur subscriptio trium testium, per *d. l. scripturas.* In hac materia testium probantium apocham, qui, quot, quales & qualiter deponere debeant, vide vltra infra scriptos Hector. Æmilian. *de testib. verb. testis apocham deponens, n.*191. *& seqq.*

Qui testes debent esse integræ, & probatæ opinio- 10
nis. *d. l. scripturas.* Aym. *d. num.* 33. 86. *& seqq.* quisnam debeat probare quòd isti testes sint integræ opinionis, an verò præsumatur in testibus talis probitas, & integritas, Rol. *cons.*84. *num.*7. *& seqq. vol.*3. vbi quòd ista qualitas est annullanda, & probanda, de quo dixi *in tit. de opp. contra test. q.*62. *num.*7.

Quid igitur si in apocha, seu priuata scriptura nul- 11
li sint testes subscripti, vide Couarr. *pract. qq. sub d. c.*22. Villalob. *S. num.*114. vbi quòd talis apocha non probat. Roland. *cons.*26. *num.*14. *vol.*1. vbi quòd licèt non plenè probet, facit tamen qualem qualem præsumptionem, secundùm communem, de qua per Paul. Granut. *num.*11. *& seqq. & n.*14. vbi quòd apocha antiqua facit semiplenam probationem. isto casu videatur *in theorem.*15. *lib.*1. vide *infr. num.*19 *&* 28.

Et quid si non est subscripta nisi ab vnico teste, an 12
saltim semiplenè probet, vide Aym. *de antiq temp. sub d. pag.*56. *& seqq. num.*57. *& seq* & infrà *num.*18. Si vnus testis deponit de præsentia eius, qui scripsit, talis apocha semiplenè probat, ita quòd ex ea defertur iuramentum in supplementum, & si concurrit alia semiplena probatio, puta recognitio testium, qui dicant se notam habere manum scribentis, tunc plenè probat, vt per Paul. Granut *theorem.*15. *n.*19. *& seq.*

Et an testes in apocha subscribendi debeant esse 13
masculi, vel fœminæ, vide Aym. *de antiq. temp. sub d. pag.*56. *& seqq. & num.* 34. *& seq.* Tiraquell. *de ll. connub pag. mihi* 220. *n.*67. *&* 69. Couarr. *pract. qq. d. c.*22. *num.*3. *&* 5. *vers. primum illud.* Dicas quòd fœminæ non sufficiant, secundùm communem, de qua per Roland. *cons.* 84. *num.*3. *vol.*3. & de communi etiam Crass. *in com. opin. lib.*2. *cap.*17. *quæst.*6. *tom.*2. licèt Tiraquell. *ibidem* per eum alleg. contrarium dixerit. Mascard. *conclus.*764. *num.*5. 6. *&* 7. vbi pro, & contrà, & postea distinguendo concludit quòd sufficiunt fœminæ, nisi contendatur de prioritate hypothecæ, etiam alio habente publicum instrumentum. posui *in tit. de oppos. contra test. q.*59. *n.*41.

Et quando agitur non contra debitorem principa- 14
lem, sed contra tertium, an tunc etiam requiratur subscriptio trium testium, vide Aym. *de antiq. temp. sub d. pag.*56. *& seqq. n.*58.

Tertiò requiritur vt sit recognita manus ipsius 15
scribentis, vel subscribentis apocham: ad quam generalem materiam recognitionis apochæ, vel scripturæ priuatæ, vide præter infrà positos, omnes Doctores suprà allegatos *n.*1. in generali materia huius quæstionis. Marsil. *in rubr. de probat. num.*267. *& seqq.* Couarr. *pract. quæst. sub d. cap.*22. Viu. *in commun. opin. vers. comparatio literarum, per totum, & car.*250. *à tergo, verb. testes in scriptura, in paruis.* Lancellott. *in Breu. pag. mihi* 165. *n.*14. *& seqq.*

Dicas quòd apocha potest recognosci per testes in 16
illa subscriptos, qui viderint illam scribi manu debitoris, & præsentes fuerint, & ita de visu, & de præsentia deponentes optimè super recognitione deponunt, aliàs secus, vt per Aym. *de antiq. temp. sub d. pag.*56. *& num.*7. *&* 76. Grammat. *decis.*106. *num.*33. *& seq. & decis.* 84. *num.*1. *& dec.* 103. *num.*14. Couarruu. *pract. qq. d. c.*22. *num.*1. Roland. *d. cons.*84. *num.*12. *vol.*3. apud quos etiam generaliter reperies, quomodo testes in apocha, seu priuata scriptura subscripti debeant super illius recognitione deponere, vide suprà *num.*1. & infrà *num.*33. *& seqq.* & generaliter super recognitione scripturæ, quomodo testes debeant deponere, vide aliqua per Monticell. *in Repert. testium, pag.*410. *col.*1. *&* 2. *&* 411. *col.*1. vbi generaliter, & particulariter.

Similiter testes qui in apocha subscripti non re- 17
periuntur, possunt etiam recognoscere manum scri-

bentis, si dicant se vidisse illam scribi illius manu, &c. & sic si præsentes extiterint quando apocha fuit scripta, licèt non se subscripserint, vnde secus si simpliciter dicunt se recognoscere manum, quia illam notam habeant, talis enim recognitio nihil valet. Io. Mar. Monticell. *in Repert. test. pag.* 410. *col.* 2. *vers.* 1. Afflict. *decis.* 181. *num.* 7. Alexandrin. *cons.* 14. *num.* 1. Grammat. *decis.* 206. *num.* 33. *& seq. & decis.* 84. *num.* 1. Menoch. *de arbitr. quæst. pag. mihi* 167. *num.* 20. *&* 23. latè comprobat Paul. Granut. *theorem.* 15. *num.* 1. *& seqq. lib.* 1. vbi & iura & rationem, & Rotæ decisiones adducit. Hæc conclusio fallit, vt *in num.* 18. & pluribus aliis modis, vt *infr. n.* 33. *& seqq.*

18 Quod fallit, cùm in ista depositione testium habentium notam manum scribentis, concurrerent aliqua alia adminicula, quia tunc apocha dicitur recognita, etiam quòd testes illam non viderint scribi. Alex. *cons.* 153. *num.* 5. *lib.* 1. & ita fuit resolutum coram Paleotto in vna Triuisin. matrimonij 13. Iunij 1550. Plura ad hanc fallentiam adducuntur iura, & Rotæ decisiones ad hanc conclusionem per Paulum Granut. *theorem.* 15. *num.* 10. *& seqq. lib.* 1. vbi *num.* 22. *vers.* 1. *quòd ex quo*, &c. & *vers.* 2. *quia adminicula*, &c. dicit adminicula debere esse saltim duo, & non ab extra, sed patrocinantia, & ad eumdem rei finem tendentia. vide infrà *num.* 34.

19 Sed quòd ex tribus testibus in apocha subscriptis duo tantùm illam recognoscunt, cùm alter sit mortuus, vide Aym. *de antiq. temp. sub d. pag.* 80. *& seq. n.* 51. *vsque ad num.* 57. Nouell. *reg.* 195. vbi de materia. Roland. *cons.* 84. *num.* 11. *vol.* 3. vbi quòd requiritur recognitio omnium trium testium, etiam quòd vnus sit mortuus, & non sufficit quòd alij duo testes asserant se recognoscere subscriptionem tertij defuncti, vide suprà *num.* 12.

20 Et an apocha, seu scriptura priuata possit recognosci per comparationem literarum. Dic quòd in omni casu, in quo admittitur recognitio per testes, qui dicant se notam habere manum scribentis, absque eo quòd scripturæ fuerint præsentes, de quibus infrà *num.* 35. *& seqq.* in iisdem admittitur comparatio literarum, quia insimul æquiparantur, vt per Paul. Granut. *theorem.* 15. *num.* 2. *in fine*, *& seqq.* vbi respondet ad contraria. Quid autem, & quantum probet comparatio literarum in criminalibus, & an sciat indicium ad torturam, vide Aym. *de antiq. temp. num.* 1. *Quæritur etiam de hac materia*, *num.* 75. *fol.* 82. Vulpell. *cons.* 133. *n.* 14. cum allegatis per eum. Rip. *in l. admonendi*, *n.* 100. *ff. de iur. iur.* Mascard. *cons.* 626. *num.* 29. *& conclus.* 740. *num.* 10. *& seqq. lib.* 2. Dec. *cons.* 615. *num.* 3. *post med. decis. Triuis.* 55. *num*... Franc. Marc. *decis.* 935. *p.* 2. posui *in fragmentis*, *vers. Comparatio*. Ad hanc materiam comparationis literarum, de illius vi, fide & effectu tam in apocha, quàm in epistola, instrumentis, libro rationum, & qualibet alia scriptura publica, seu priuata, & de requisitis in comparatione bonorum facienda, semper recurras ad pulchram interpretationem Menoch. *de arbitr. quæst. cas.* 114. *pag. mihi* 165. *& seqq. in magnus*, & remissiuè ad Paul. Granut. *theorem.* 40. *n.* 4. *lib.* 1. & latè per Mascard. *conclus.* 330. Vulpell. *cons.* 535. *decis. Triuis.* 55. *lib.* 1. Ludou. *decis. Perus.* 7. *p.* 1. & Borg. *decis.* 27. *num.* 65. *part.* 5. vide etiam in materia Doctores suprà alleg. *num.* 1. Marsil. *in rubr. de prob. num.* 267. *& seqq.* Vin. *in com. opin. pag.* 55. *vers. Comparatio literarum.* Paris. *in Repert. suorum consiliorum*, *verb. comparatio.* Aym. *de antiq. temp. sub d. pag.* 80. *& seqq. num.* 74. vbi ponit modum faciendæ comparationis literarum. Afflict. *decis.* 171. *n.* 4. vbi quòd apocha non recognoscitur per comparationem literarum, nisi sit trino teste signata. in hoc vide tantùm *in suo cons. pro vxore*, *num.* 172. *& seqq.* vbi quòd comparatio literarum fieri potest, etiam quòd scriptura non habeat testium subscriptionem, quod declarant *ibi* per eum. Aym. *de antiq. vbi suprà n.* 69. *& seqq.* vbi an apocha sine testium & partis subscriptione solùm per comparationem literarum approbata & recognita probet contra vxorem, vide rursus in materia Aym. *de antiq. vbi suprà pag.* 67. *num.* 63. *& seqq. & num.* 72. *& seqq.* Roland. *cons.* 26. *n.* 1. *& seqq. & n.* 9. *& seqq.* 17. *&* 25. *vol.* 1. Lancell. *in Breu. pag.* 167. *num.* 18. *& seqq.* & præsertim *num.* 19. *&* 51. vbi quòd quis cogi potest ad scribendum ad hoc, vt recognoscat manum suam, & apocham eius manuscriptam, de quo videas per Menoch. *de arb. quæst. pag. mihi* 162. *n.* 22. *& seq. & pag.* 164. *n.* 34. vbi quòd pars non potest petere fieri comparationem literarum, nisi inter se non habere alias probationes. In materia etiam Couarr. *pract. quæstionum d. cap.* 21. *pag.* 159. *sub num.* 7. Zunt. *in suo cons. pro vxore*, *num.* 166. *& seqq.* vbi *n.* 171. dicit quòd in hac materia habet locum regula, Si non prosunt singula multa iuuant. Cephal. *cons.* 141. *num.* 1. vbi quòd comparatio literarum regulariter non plenè, sed semiplenè probat. Fallit quòd coadiuuatur sigillo, vel aliis adminiculis, *num.* 10. *& seqq.* Item fallit in comparatione facta de consensu ambarum partium, *num.* 13. *& seq.* his casibus plenè probat. vide infrà *num.* 45.

21 An autem debitor possit cogi ad recognoscendum manum suam, & operam eius manu descriptam, & an quis possit cogi ad recognoscendam literam alienam, puta dominus literam institoris, hæres literam defuncti? Dic quòd sic, vt per Paul. Granut. *theorem.* 15. *num.* 27. *in fine*. vide Lanfrancum *in cap. quoniam contrà*, *in tit. de instr. productione*, *cap.* 9. *pag. mihi* 112. *col.* 3. *vers. an, & quando*, scilicet *in addit.* Papien. *in forma interrog. fien. cum reo*, *pag.* 1. allegat Roman. *cons.* 573. Boët. *decis.* 295. *num.* 19. 2. *part.* vbi quòd citatur ad recognoscendum apocham, si non comparet, habetur pro recognita. dixi aliquid suprà sub *num. antecedenti*.

22 Negans autem apocham manu sua scriptam, quam pœnam incurrat, posui in materia negantis verum, & de pœnis mendacij infrà *quæst.* 97. *n.* 8.

23 Quartò requiritur vt sit in apocha appositum tempus, puta dies & annus, in quo videas Marsil. *in rubr. de probat. n.* 267. *& seqq.* Cotta *in memor. pag.* 213. Nouel. *reg.* 207. & DD. suprà allegatos *n.* 1. Dic quòd apocha, & scriptura priuata etiam sine die, & anno probat contra scribentem, secus contra tertium, vt per Paul. Granut. *theorem.* 15. *sub num.* 57. *lib.* 1. vbi de communi.

24 Et an sit necesse in apocha apponere locum, vide Nouel. *d. reg.* 507. Marsil. *d. num.* 267. *& seqq.* & Doctores suprà alleg. *num.* 1. Dic quòd apocha, & scriptura priuata & sine loco probat contra scribentem, secus contra tertium. Paul. Granu. *theorem.* 15. *sub n.* 37. *lib.* 1.

25 Et quid de scriptura priuata reperta in archiuio publico, vide infrà *in fragmentis*, *vers. archiuij fides*, *n.* 17. inter diuersa, quæ ponas hîc.

26 Quid de scriptura priuata quæ diu fuit habita pro publica, Aym. *de antiq. temp. pag. mihi* 67. *sub num.* 1. *& seqq.* vbi etiam de scriptura priuata in actis iudicij reperta.

27 Quid si adest difficultas probationis? Dic quòd isto casu scriptura priuata semiplenè probat, vbi aliàs non probaret. Hercul. *de negat. num.* 16. *&* 17. vide *in num.* 28. quid in apocha antiqua, vide suprà *n.* 11.

28 Generaliter autem quando apocha, seu scriptura priuata, si non plenè probet, saltim semiplenè, & præsumptiuè, præter superiùs tradita *num.* 11. 15. *&* 27. vide Couarr. *pract. quæst. c.* 22. *n.* 6.

29 Item in materia scias quòd habemus statuta vrbis super hac quæstione generaliter disponentia, quæ seruari debent, illa vides, quæ volunt ad reco-

gnitionem

gnitionem apochæ sufficere tres testes, qui dicant se notam habere manum scribentis, in quo videas Paul. Granut. *theorem.* 15. *num.* 9. *lib.* 1. vbi allegat Rotæ decisiones. vide *infr. n.* 36.

30 Ao autem scriptura priuata fidem faciat coram arbitro, seu iudice habente liberum arbitrium, dixi supra *quæst.* 44. *c.* 2. *n.* 23.

31 Apocha & scriptura priuata plenè probat, si pars in eius productione nihil opponat. Paul. Granut. *theorem.* 15. *num.* 29. 1. *lib.*

32 Scriptura priuata facta absente parte contra scri-
bentem non plenè, sed semiplenè probat, nisi in ea
33 scribens fateretur aliquid sibi fuisse solutum. nam
tunc fauore liberationis plenam facit fidem contra
scribentem, vt per Paul. Granut. *theorem.* 15. *num.* 29.
& seqq. lib. 1.

34 Ex suprà traditis *num.* 16. *&* 17. colligitur conclusio quòd apocha, & scriptura priuata non dicitur legitimè recognita per testes, qui dicant se illam recognoscere, quia notam habent manum scribentis, sed necesse est vt dicant se vidisse illam scribere. §. *si quis igitur, in Auth. de instr. caut. & fid. collat.* 6. Put. *decis.* 1. *de fid. instr.* Caputaquen. *decis.* 27. *lib.* 1. Paleott. *decis.* 145. cum aliis, per Paul. Granut. *theorem.* 15. *n.* 1. *& seqq lib.* 1.

35 Primò hæc conclusio fallit, quando alia concurrerent adminicula, vt dixi suprà *n.* 18. quæ ponas hîc. Rota diuers. *decis.* 24. *n.* 3. *p.* 2.

36 Secundò procedit in apocha, & scriptura priuata confecta partibus præsentibus, vnde secus in priuata scriptura facta parte absente, vt in libro rationum, epistola, litteris missiuis, schedulis banchi & mercatorum. in iis enim sufficit quòd testes in recognitione dicant se notam habere manum scribentis, etiam quòd præsentes non fuerint, vel sufficeret comparatio literarum, quæ isto casu testium recognitioni æquiparatur, vt per Granut. *d. theorem.* 15 *num.* 27. 25. *& seqq.* 38. *&* 40. licèt in epistola aliqui relati suprà *n.* 28. contrarium dixerint, sed malè, vt *ibi* per eum.

37 Tertiò eadem conclusio non procedit ex vrbis statuto inter illi subditos, de quo dixi suprà *num.* 19. quæ ponas hîc.

38 Quartò non procedit de stilo & communi vsu sacri palatij, ac de consuetudine Curiæ Romanæ, secundùm quam in omnibus tribunalibus seruatur quòd in recognitione scripturæ priuatæ sufficiant testes dicere se habere notam manum scribentis, absque eo quòd scripturæ fuerint præsentes; sed an hoc sit verum, & quomodo hic stilus intelligatur, vide *ibid.* per Paul. Granut. *n.* 23. vbi pulchrè.

39 Quintò licèt testes qui non viderint scribi, licèt notam scribentis manum se habere asserant, non dicantur plenè scripturam recognoscere, aliqualiter tamen, licèt minus, quàm semiplenè, probant. Paul. Granut. *d. theorem.* 15 *num.* 14. *vers. huic præsumptioni*, licèt Ruin. *ibidem* alleg. quòd nihil prorsus probent, dixerit.

40 Sextò eadem conclusio procedit, vt loquitur, videlicet in priuatis scripturis, secus in instrumentis, præsertim de partibus, in quorum recognitione sufficit quòd testes dicant se habere notam manum & personam Notarij, licèt scripturæ præsentes non fuerint. Imò in antiquissimis instrumentis nulla requiritur recognitio, vt per Paul. Granut. *d. theorem.* 15. *num.* 35. ad quod vltimum de antiquitate vide aliquid suprà *num.* 11.

41 Septimò non procedit in recognitione regestri, in qua sufficit quòd testes habeant notam manum absque eo quòd viderint scribi. Paul Granut *d. theorem.* 15. *num.* 36.

42 Octauò eadem regula non procedit in recognitione scripturæ testatoris, qui locum pium instituit, tunc enim fit recognitio, etiam per eos, qui non fuerunt præsentes scripturæ, secus si non ad pium vsum, quia priuata scriptura testatoris non ad pium vsum non dicitur legitimè recognita: nisi testes dixerint se illi fuisse præsentes, vt per Paul. Granut. *d. theorem.* 15. *num.* 37.

Et in materia aduerte ad vnum quòd in omnibus 43
supradictis casibus, in quibus admittitur recognitio, etiam per testes qui non fuerunt præsentes scripturæ, non sufficit quòd dicunt se notam habere manum scribentis, nisi etiam dicant se vidisse illum aliàs scribere, vt per Paul. Granut. *d. theorem.* 15. *n.* 26.

Item adde quòd apocha, seu chirographum cancel- 44
latum minimè probat, quia ex cancellatione præsumitur solutio, vt per Mascard. *consil.* 1221. *num.* 5. *lib.* 3.

Manus contrafacere facile est, & ideo etiam re- 45
cognitio per comparationem, aut per testes denotans manum, periculosa est. Alex. *cons.* 76. *num.* 8. *vol.* 3. cùm multi reperiantur qui aliàs manum ita fingunt, vt illius scripturam esse dicamus. Marsil. *rubr. de prob. num.* 318. Menoch. *de arbitr. casu* 114. *num.* 15. Riminald. iun. *cons.* 236. *num.* 10. *decis. Triuis.* 52. *n.* 23. *& seqq. decis. Perus.* 7. *n.* 15. posui *in frag. vers. comparatio.*

Qvæstio LX.

Liber rationum priuatus quid probet; & quid de libro rationum alicuius mercatoris, seu alterius administratoris, & generaliter de materia.

Svmmarivm.

1. *Liber rationum priuatus quando probet, generaliter.*
   An probet contra scribentem, ibid. & 44.
2. *Quid debeat continere liber rationum, & quo ordine sint describenda partita.*
   Quid de libro rationum alicuius administratoris, ibid.
3. *Quid de libro tutoris.*
4. *Quid de libro Procuratoris.*
   Negotiorum gestoris, ibid.
   Seu officialis, ibid.
5. *Quid de libro socij.*
6. *Quid de libro censuali alicuius mercatoris.*
   Seu canonicorum, ibid.
   Seu Cathedralis Ecclesiæ, ibid.
   Liber Syndici, seu Receptoris Ecclesiæ quid probet, ibid.
7. *Quid si liber contineat verisimiles partitas.*
   Quid si inuerisimiles, ibid.
8. *An debeat continere diem, & consulem.*
10. *Quid de libro rationum defuncti.*
11. *Quid de libro continente partitas paruæ summæ.*
12. *Quid de continente partitas magnæ summæ.*
    Quid si ex partitis in libro descriptis aliqua reperiuntur vera, & aliæ præsumantur, ibid.
13. *Quid si pars alicuius partita faciat pro scribente, & pars contra scribentem.*
14. *Quid de libro qui verisimiliter potuit confici lite pendente.*
15. *Quid de libro rationum non iurato.*
16. *Et an voluntas scribentis plenè probetur per librum rationum.*
17. *Liber mercatoris quando plenè probet, generaliter.*
    An æquiparetur publicæ sententiæ, vel instrumento, ibid.
    Vbi an prior creditor ex tali libro præferatur secundo creditori habenti instrumentum publicum.

18. *Libro*

18. Libro Campsorum & Bancheriorum quando credatur, & de materia.
19. De iure communi quid probet liber mercatoris.
20. Limita in mercatore suspecta vita, &c.
21. Limita in libro suspecto de falso.
Limita quando mercator non consueuit scribere veritatem, ibid.
Limita in libro reprobato in aliqua pagella, ibid.
22. Limita in ijs, quæ non concernunt causam mercantiæ.
Limita in partita continente depositum, ibid.
Limita in partita continente fideiussionem, ibid.
Limita in partita continente absentem cum quo nihil actum est, ibid.
23. Limita si iudici visum fuerit.
Limita nisi in contrarium adsint coniectura, ibid. & 28.
24. Limita extra territorium statuentium.
25. Limita contra Clericos.
Et an è contra Clerici contra laicos possint vti tali statuto, ibid.
26. Limita in magnis summis.
27. Limita in libro Iudæorum.
28. Limita in partitis inuerisimilibus, & 23.
29. Limita in libro manu alterius quàm mercatoris scripto.
30. Limita si non est apposita causa debiti.
31. Limita si in libro nihil est scriptum contra mercatorem.
32. Limita si statutum indistinctè diceret quòd omni scripturæ mercatorum fides adhibeatur.
33. Limita in libro non continente diem & mensem.
34. Liber mercatorum admittit probationem in contrarium.
35. Libro mercatorum creditur super quantitate mercium, sed non super illarum consignatione.
36. Libro mercatorum non creditur nisi cum iuramento eiusdem mercatoris.
37. Liber mercatoris debet parte petête in iudicio exhiberi.
38. Liber mercatoris debet habere præfationem & subscriptionem.
39. Item debet esse compaginatus.
Scarta folia enim nihil probant, ibid.
40. Conclusio generalis quando liber mercatoris probet.
41. Quid de libro gabellarij.
4.. Quid de libro Cameræ Apostolicæ, & massarij.
Quid de libro Thesaurarij, ibid.
43. Libro armatariorum quando credatur.
44. Quid de libro facto solum pro memoriali scribentis.
Liber mercatoris probat contra mercatorem, & ibid. num.
45. Libro mercatoris an credatur si continet plures partitas, quæ vel simul vniuntæ excedunt summam statuti.
46. Liber mercatorum non probat contra tertium.

1 LIBER rationum an, & quando faciat fidem pro scribente, vel contra scribentem, vide infrà *num.* 44. Doct. *in l.* 1. *C. de edend.* vbi Dec. *in* 1. *notab.* Bolognet. *n.* 17. *& seqq.* latiùs per Doct. præsertim Ias. *in l. admonendi, n.* 112. *& multis seqq. ff. de iur. iur.* Aym. *cons.* 158. *n.* 6. *&* 9. & omnino *de antiq. temp. pag. mihi* 69. *n.* 24. *& omnib. seqq.* vbi latissimè ponit materiam cum omnibus quæstionibus generaliter & particulariter, de qua etiam per Menoch *de arbitr. qq casu* 93. *lib.* 2. & per Andr. Gail *obseru.* 10. *lib.* 2. Boër *quæst.* 105. Mathes. *sing* 78. *in addit.* Diaz *reg.* 441. Nouell. *reg.* 79. Couarr. *pract. quæst. cap.* 22 *num.* 8. Anchar *quæst.* 55. 1. *p.* & faciunt suprà tradita *quæst.* 41. *num.* 9. vbi quid debeat continere liber rationum, & quo ordine partitæ sint in eo describendæ, Aym. *de antiq. pag.* 80. *num.* 1. *& seqq. omnibus.*

Quid de libro rationum alicuius administratoris, an & quando ei credatur, vide particulariter tradita *in numeris seqq.* & præter Doctores suprà alleg. *num. anteced.* Aym. *de antiq. vbi suprà.* Menoch. *de arbitr. qq. pag. mihi* 143. *num.* 10. & suprà *quæst.* 41. *num.* 9. vbi posui quid debeat continere iste liber rationum administratoris, & quo ordine sint in eo describendæ partitæ, Ioseph. Ludouis. *in commun. opin. conclus.* 29. *in* 18. *ampliat.* vbi quando libro administratoris pro ipso administratore credatur, maximè circa expensas factas. 2

Et particulariter quid de libro tutoris, an & quando ei credatur, vide Aym. *de antiq. temp. vbi suprà.* Menoch. *de arbitr. quæst. d. pag.* 143. *num.* 10. *& casu* 173. *pag.* 196. vbi de quibus expensis, si expensæ sunt verisimiles, creditur libro tutoris. Ioseph. Lodoois. *in com. opin. lib.* 1. *conclus.* 29. *in* 16. *ampl* Item quòd expensæ minutæ probentur iuramento tutoris, seu alterius administratoris, ponit Tiraquel. *de iud. in reb. exig. pag.* 29. *à tergo, vers. ex hoc fit vt expensa,* &c. libro tutoris fides præstetur, & ad hanc materiam faciunt tradita *in Repert. vlt. vel in fragmentis vers. alimenta, num.* 32. vbi posui quæ nam expensæ per tutorem factæ sint legitimæ, & reficiendæ, & quæ non, vbi videas. adde *decis. Lucen.* 42. *num.* 38. *& seqq.* 1. *part.* vbi liber tutoris non probat contra tertium, nisi in paruis summis, & idem contra pupillum, de quo dixi aliquid *infrà num.* 11. vide eumdem Ioseph. Ludou. *in com. opin. concl* 29. vbi quòd libro tutoris legitimè confecto creditur, etiam in magnis summis, ac etiam quòd in contrarium cantet instrumentum Notarij, *pag.* 73. *in* 16. *ampliat.* vbi etiam quæ requirantur pro validitate libri tutoris. 3

Et de libro rationum Procuratorum, seu negotiorum gestorum, aut officialium quid probet, & quando & contra quos, videas in materia particulariter Aym. *de antiq. temp. d. pag.* 69. *sub num.* 24. *& seqq.* Ioseph. Lud *d. concl.* 29. *vers. ampliatur* 17. vbi quòd liber institoris probat contra eos, qui illum negotiationi proposuerant, *& vers. amplia* 23. vbi de libro officialis à publico deputati, quod probat sicut instrumentum. 4

Et quid si de libro socij quid probet, & quando contra alium socium, & de materia, vide Aym. *de antiq. temp. vbi suprà*, late Menoch. *de arb. quæst. casu* 92. *lib.* 2. *pag mihi* 142. *& seq.* Ioseph. Lud. *d. concl.* 29. *in* 19. *amplias. & in fin. concl col. penult vers. sic est dicendum.* 5

Et quid de libro rationum alicuius monasterij quando probet pro eo, vel contrà, videas per Aym. *de antiq. temp. pag.* 80 *num.* 1. *& seqq.* Menoch. *de arbitr. quæst. casu* 3 *lib.* 4. *num.* 2. vbi an liber censualis terragiorum tam Prælatorum & Capitulorum, quàm etiam particularium dominorum, quibus sunt scriptæ solutiones fundi censuati, seu emphiteotici, probant contra soluentes, non contra alios. Ioseph. Ludoo. *in com. opin. lib.* 1. *concl.* 29. *vers. Amplia* 10. *& vers. amplia* 14. *& vers. amplia* 30. vbi quòd libro census est maxima fides adhibenda in terminandis finium quæstionibus Ecclesiæ, vt probet dominium contra tertium. Anchar. *quæst.* 44. 1. *part.* vbi de libro Canonicorum. Ioseph. Louic. *d. concl.* 29. *vers. amplia* 11. *& seq.* vbi quòd probet liber antiquus Monasterij. *& vers. ampl.* 13. vbi quòd de libro Syndici, seu receptoris alicuius Ecclesiæ. *& vers. amplia* 36. vbi quòd de libro Cathedralis Ecclesiæ. 6

Et quid probet liber rationum si continet verisimiles partitas, videas per Cottam *in suis memorab. pag. mihi* 544 vbi quòd probet plenè si continet verisimilia, ad quod vide Tiraquel. *de renocand. donat. pag. mihi* 149. *num* 51. *& seq.* Anchar. *q.* 55. *num.* 4. *& seqq. p.* 1. Menoch. *de arbitr. quæst. casu* 85. *num.* 1. Cephal. *cons.* 85. *sub num.* 33. *& seqq.* vbi è contra quòd de libro continente partitas inuerisimiles, dic quòd præsumitur falsus. 7

Mascard.

Mascard. *concl.* 740. *n.* 36. *lib.* 2. de quo vide aliquid infrà *num.* 28.

8 Et an liber rationum debeat habere diem, & Consulem, vide Marsil. *sing.* 429. & faciunt suprà tradita *quæst.* 41. *num.* 9. vbi generaliter quid debeat continere liber alicuius administratoris, vide infrà *n.* 33.

9 Et quid de libro æstimi, seu allibrati, posui suprà *q.* 24 *num.* 18. & ponas hic.

10 Et quid probet liber rationum defuncti, videas per Anchar. *quæst.* 55. 1. *part.* Neuizan. *cons.* 25. *num.* 21. vbi quòd facit semiplenam probationem. vide Ioseph. Ludou. *in com. opin. conclus.* 29. *vers. Semoto etiam statuto, in fine, pag.* 74. vide Mascard. *concl.* 1223. *num.* 25. vbi quilibet defuncti, qui fuit bonæ opinionis, & famæ, plenè probat quando cum eo concurrunt aliquæ coniecturæ, vel præsumptiones, vide Menoch. *de præsumpt. num.* 4. *&* 5.

11 Et an credatur libro rationum super parua summa, dic quòd est magna veritatis coniectura, Ioseph. Lud. *d. conclus.* 29. *vers. inclinabit*, & tradita soprà *n.* 3.

12 Et quid si in libro rationum reperiantur aliquæ partitæ quas iam constat veras esse, an & aliæ veræ præsumantur. Anchar. *ibid.* Cephal. *cons.* 47. *num.* 46. *vol.* 1. quòd liber rationum priuatus non probat, etiam quòd eius aliquæ partitæ reperiantur veræ, idem tradit *in cons.* 85. *num.* 33. *& seqq. vol.* 1. & tenent multi relati per Gabr. *pag. mihi* 44. *num.* 4. videlicet *sub tit. de præsumpt. reg.* 5. Sed in contrarium est magis communis opinio, vt *ibid. num.* 1. quam ampliat, etiam quòd liber contineat partitas magni momenti, vt *ibid. num.* 3. ad quod videlicet de partita magnæ summæ, quando ei credendum, vide aliqua infrà *num.* 26. ad materiam vide allegatos per Ioseph. Ludou. *in com. opin. concl.* 19. *vers. semoto etiam statuto*, &c. *pag.* 72. *& vers. præfatus etiam index, & seq. pag.* 74. vbi quòd magis communis est quòd verificatis aliquibus partitis, in aliis credatur libro rationum; sed ipse hanc opinionem reprobat, dicitque isto casu non esse curam de maiori numero Doctorum, & aduerte quòd licèt Ioseph. Lud. loquatur in libro mercatoris de iure communi, tamen idem erit, & multo magis in libro priuato non mercatoris; sed pro prima opinione vide Rotam diu. *dec.* 813. *n.* 15. *& seqq. part.* 1. vbi de magis communi, & in practica seruanda opinio 288. vide etiam hac de re Hippol. Rim. *cons.* 686. *n.* 6. 41. *& seqq. lib.* 6.

13 Et quid de libro continente partitas, cuius pars faciat pro scribente, & pars contrà, an huic libro in huiusmodi partita sit fides adhibenda. Dic quòd non, vt per Ceph. *in d. cons.* 85. *sub d. n.* 33. *& seqq.* Menoch. *de arbitr. quæst. pag mihi* 143. *& seqq. casu* 93. vbi latissimè disputat, an credatur libro rationum in partita in qua scriptum reperitur, puta, an creditor possit hanc partitam acceptare in parte, & partibus, distingue vt *ibi* per eum.

14 Et quid de libro rationum qui verisimiliter potuit confici lite pendente, vide Cephal. *d. cons.* 85. *sub d. n.* 33. *& seqq.*

15 Et an liber rationum debeat esse iuratus, & quid de libro mortui, an in eo requiratur hoc iuramentum, videas per Ceph. *d. cons.* 85. *sub d. n.* 33. *& seqq.*

16 Et quòd liber rationum priuatus plenè probet voluntatem scribentis, ponit Zunt. *in suo cons. pro vxore, num* 87.

17 Quæro principaliter in materia, an, & quando probet liber mercatoris; ad quod generaliter præter infrascripta videas Marsil. *sing.* 458. *incip. Liber.* Aym. *de antiq. temp. pag. mihi* 41. *num.* 32. *& seq. & car.* 84. *num* 1. *& omnibus seqq.* vbi latissimè Corta *in suis memorial. pag.* 174. *verb. consuetudo indiscreta.* Cephal. *caut.* 79. *n.* 117. Socin. *reg.* 215. Mathes. *sing.* 51. Stracca *de mercatura pag. mihi* 423. *& seqq.* quibus in locis reperies generaliter, & particulariter, an, & quando valeat, & habeat locum consuetudo, seu statutum mandans adhiberi fidem libris mercatorum. omnino in materia Ias. *in l. age. C. de transact.* Viu. *car.* 223. *verb. statutum iubens.* Bou. *de statut. præscript. pag.* 32. *num.* 5. *&* 6. vbi an scriptura mercatorum æquiparetur sententiæ publicæ, vel instrumento publico, & sic, an prior creditor ex huiusmodi libro transferatur secundo creditori habenti instrumentum, de hoc particulariter vide *In quæst.* 63. *num.* 3. vbi agitur quando prior in tempore sit potior in iure. multa ad materiam videas per Surd. *decis. Mantuan.* 199. *per tot.*

De iure communi facias conclusionem quòd liber mercatoris non facit pro eo, nisi semiplenam probationem. Roland. *cons.* 92. *num.* 1. *&* 4. *vol.*... vbi declarat hoc procedere, quando mercator est bonæ famæ: si verò est malæ famæ, tunc non facit nec semiplenam probationem, & pro hac declaratione faciunt infrà dicenda *num.* 20. vide in materia Menoch. *de arbitr. quæst. casu* 97. vbi latè, an libro mercatorum, seu bancheriorum nostri temporis. Dic quòd campsores & bancherij nostri temporis æquiparantur nomulariis, & argentariis antiquis: sed eorum libro non creditur de iure communi, nisi quatenus iudici videbitur, & iuxta tradita infrà *num.* 40. sed bene creditur stante statuto, & consuetudine, quòd credatur libris mercatorum, quia tale statutum etiam ad eos extenditur, vt per Ioseph. Lud. *d. conclus.* 29. *vers. amplia* 5. vide *ibid. vers. amplia* 8. *& vers. & sicut diximus credatur, sicut olim credebatur libro argentariorum, ac nummulariorum*, & *ibi* facit *reg. cum limit.* Ioseph. Lud *in d. concl.* 29. *vers. est verum*, &c. vbi quòd stante verisimilitudine & coniecturis pro veritate contentorum in libro mercatorum, quòd totum iudicis arbitrio relinquitur, talis liber semiplenè probat, secundùm magis communem opinionem, vide infrà *n* 40. 18

Consuetudo, seu statutum quòd tali libro plenè credatur valet, secundùm, Roland. *d. cons.* 92. *num.* 5. *vol.* 3. Ioseph. Lud. *in com. opin. lib.* 1. *conclus.* 29. *in princ.* vbi de communi & indubitata opinione, & *ibidem in vers. amplia* 1. &c. declara vt per Tiraquel. *in tract. de iud. in reb. exig. pag.* 28. *vers. confirmantur hæc.* 19

Limita I. vt procedat quando mercator est persona legalis, & reputationis, secus si esset suspectæ vitæ, vt per Roland. *d. cons* 92. *n.* 6. *vol.* 3. Marsil. *sing.* 458. & faciunt pro hac declaratione suprà tradita *num.* 18. Ioseph. Lud. *d. concl.* 29. *in fine principij*, vbi de mercatore notato infamia, *& vers. primò requiritur, & vers.* 9. *requiritur.* 20

Limita II. vt pactum, statutum, seu consuetudo non habeat locum quando liber mercatoris laboraret aliqua falsi suspicione. Menoch. *de arbitr. qq. casu* 51. *num.* 20. Roland. *cons* 92. *num.* 15. *vol.* 3. vbi quòd libro mercatoris reprobato in aliqua pagella non creditur nec in reliquis, ad idem Natta *cons.* 59. *num.* 17. Paris. *cons.* 90. *num.* 15. *& seq. in* 1. *vol. & ibidem n.* 6. vbi quòd libro mercatoris eatenus creditur, quatenus consueuit dicere veritatem, aliter secus. super his tribus conclusionibus vide ad idem Ioseph. Lud. *d. concl.* 29. *vers. Si tamen d. liber*, &c. *& vers.* 3. *requiritur*, &c. *& vers.* 9. *requiritur*, &c. *& vers.* 11. *requiritur*, &c. *& vers.* 14. *requiritur*, vbi quòd suspicio oritur ex diuersitate manus, atramenti, & cancellationibus. 21

Limita III. quia libro mercatoris isto casu creditur in iis tantùm, quæ respiciunt causam eius mercaturæ, secus in aliis. Vasquius *controu. Illustr. cap.* 35. *n.* 6. Aym. *cons.* 221. *num.* 12. Roland. *cons* 93. *num.* 8. *& seqq.* vbi exemplificat in eo, qui scripsit penes aliquem deposuisse pecuniam. Aym. *de antiq. temp. pag* 77. *num.* 72. Menoch. *casu* 91. *num.* 22. *& seqq. lib.* 2. *de arbitr. quæstion.* & faciunt in simili tradita *de sigilli officialium probatione,* 22

suprà

glos.*in Auth. quo iure, C. qui potior. in pign. hab.* ad quam materiam vide Couar. *var. resolut. pag mihi* 118. *num.* 2. *&* 3. & Stracca *de mercatura, tit de decoct. part. vlt. n.* 10. vbi quòd specialiter mutuans ad emendam rem non habet in illa re hypothecam, nec in ea præfertur anterioribus creditoribus, nisi fuerit mutuata pecunia pupillaris, vide Negus. *d.* 2. *memb. quintæ partis, n* 3. *vers.* 4. *amplia, & vers.* 30. *amplia,* vbi quòd regula, *Qui prior, &c.* habet locum etiam in re empta per debitorem ex pecunia creditoris secundi, allegato tex. *in l. quod quis, ff de priuil. cred. & in Auth. quo iure, C. qui pot. in pign. hab.* & hoc ampliat, etiam quòd secundus creditor expressè mutuasset pecuniam ad emendam rem. nam adhuc in ea re est præferendus primus creditor habens generalem hypothecam, quia ex mutuo simpliciter facto ad emendam rem non inducitur tacita hypotheca in ea re empta, vt *ibi* per Negus.

Limita hanc conclusionem I. quando quis mutuat ad militiam emendam. nam in militia empta præfertur aliis anterioribus creditoribus. Negusan. 2. *memb. quintæ partis, n.* 21. vbi tamen quòd non præfertur doti anteriori, qui testatur de communi, & refutat contrarios. Hoc autem limitat duobus modis, primò nisi sic mutuans recepisset etiam hypothecam omnium bonorum, quia tunc sub ea comprehenderetur etiam res empta, in qua præfertur isto casu anteriori creditori.

Limita II. vt licèt sic mutuans non præferatur anteriori creditori habenti hypothecam, præfertur tamen aliis creditoribus solam personalem actionem habentibus, vide infrà *n.* 43. 44 50. *& seqq.*

15 Prior in tempore habens fidem de pretio rei venditæ & traditæ, an præferatur in re vendita aliis creditoribus anterioribus. Dicas quòd talis venditor habens fidem de pretio, non habet beneficium prælationis. Villalob. *in comm. opin. litt. V. num.* 13. Cephal. *cons.* 131. *num.* 1. *& seqq. vol.* 1. Negus. *de pign.* 2. *memb.* 5. *part. num.* 18. & est communis, vt per Campeg. *de dote* 4. *part. q.* 8. *num.* 2. *in fine.* Stracc. *de mercatura tit. de decoct. vlt. part. num.* 5 *&* 6. Negusan. *de pign.* 2. *membr* 5. *part. num.* 9. vbi idem de mercatore vendente alteri mercatori merces, & de illarum pretio fidem habens quòd in illis mercibus non præfertur anteriori creditori, nisi in casu, quo emptor præparasset fugam ante emptionem, quia isto casu cùm non transferatur dominium mercium venditarum, ideo vendens habens fidem de pretio præfertur in iis, aliis creditoribus, vt *ibi* per Negus. *in vers. dicta tamen decisio, &c.*

16 Limita I. hanc conclusionem non procedere, quando venditor in instrumento apposuisset pactum quòd dominium rei venditæ non intelligatur translatum, nisi soluto pretio, tale enim pactum valet, & communiter obseruatur, teste Cæpol. *in cautel.* 124 *vulgaris,* quem refert, & sequitur Negus. *d. n.* 18. ad quam materiam & cautelam, vide Tiraq. *de retract. pag mihi* 48. *num.* 34. *vsque ad num.* 38. & Stracc. *in tract. de decoctoribus pag. mihi* 353. *num* 6. *&* 7. videlicet *in tit. de decoct. part. vlt. num.* 7. vbi affert limitationis huius concordantes authoritates.

17 Limita II. nisi res vendita esset specialiter venditori hypothecata pro pretij satisfactione, quia tunc in ea habet priuilegium prælationis, etiam quòd non adsit supradictum pactum. Cephal. *d. cons.* 131. *sub d. num.* 1. *& seqq.* Negus. *vbi suprà d. num.* 18. allegato text. *in l. licet, & in l. interdum ff. qui potior. in pign. hab.* & plures adducit concordantes Stracca *vbi suprà n.* 5. *&* 6. vbi etiam, an sufficiat adiicere in contractu istam specialem hypothecam post rei traditionem, & tenet quòd sic, dummodo contractus non sit in mundum publicatus, licet aliqui *ibi* per eum relati contrarium dixerint. Sed an sufficiat isto casu quòd venditor recipiat solùm generalem hypothecam, vide *ibidem* per Negus. *d. num.* 18. *vers. quinimo, & vers. tamen,* de hac vltima decisione, vbi pro & contrà.

18 Sublimita, hanc secundam limitationem non procedere in præiudicium vxoris habentis factam hypothecam pro dote. Nam & illa præfertur venditori in re vendita, etiam quòd sit specialiter hypothecata, vt per Cephal. *d. cons* 131. *sub d. num.* 1. *& seqq.* allegato Spec. *in tit de oblig. & solutio. col.* 14. *vers. quid si vendidi fundum Titio.* Affl. *decis.* 306 *n.* 4 *vers. huic motiuo, &c.*

19 Prior in tempore, an, & quando præferatur secundo creditori, cui iam per debitorem solutum est debitum in pecunia sibi soluta & consumpta, & sic, an, & quando primus creditor possit à secundo creditore illam pecuniam iam per ipsum consumptam repetere, vide Afflict. *decis.* 120. *&* 100. *incip. Pulchrum.* Capye. *decis.* 78. Gram. *q.* 1. post eius decisiones, *pag. mihi* 173. vbi examinantur multæ quæstiones. in materia Firma. *in Repert. ver. Debitor soluens, n.* 3. *&* 21. & latiùs per Brun. Arimin. *in tract. de cessio. bonor. q.* 24. *pag. mihi* 159. omnino Anconitan. *in loco citato* per Brun. *in fine præfatæ quæstionis.* vide Couarr. *pract. quæst. c.* 29. *car.* 202. vbi de materia. Paris. *cons.* 69. *n.* 1. *& seqq. vsque ad n.* 10. *lib.* 4. Cephal. ad quem semper recurras, in materia *cons.* 86. *vol.* 1. vbi latè, præsertim de fisco, an in hoc habeat aliquod priuilegium. Item an sit facienda excussio, multa ibi videas. In materia dicas quòd fiscus ex particulari priuilegio potest à secundo creditore pecuniam bona fide consumptam repetere, si non adsunt alia bona debitoris, *l. pecunia. C. de priuil. fisci. l. deferre, §. vlt. ff. de iure fisci* & in hoc nulla est controuersia, vt per Couar. *d. cap.* 19. *in princ.* vide infrà *num.* 33. *& seqq.*

20 Prior in tempore an præferatur secundo creditori ex causa funeraria, generaliter in hac materia præter infrascripta vide Vinc. de Franc. *in decis Neap.* 51. vbi præsertim an præferatur hypothecæ anteriori expressæ, & alia ad materiam, Nouel. *reg.* 24. Couar. *de testam. pag. mihi* 382. *num.* 2. Firman. *in Repert. verb. expensa in personam, num* 41 *&* 42. *& verb. funus, num.* 3 Negusan. *de pign.* 2. *memb* 5. *p. num.* 18. *pag. mihi* 96. *& seq.* Duen. *reg.* 397. *num.* 7. *pag. mihi* 752. *in paruis.* Ripa *in l quæsitum est, num.* 2. *&* 3 *ff. de priuil. credit. pag. mihi* 57. *& ibidem num.* 7. *&* 8. Siluan. *cons.* 101. Natt. *cons.* 448. *num.* 14. *lib.* 2. Franc. Marc. *dec.* 322 facias regulam quòd secundus creditor ex causa expensarum funeris præferatur anteriori creditori, *l. final §. in computatione, C. de iure delib. l. an si quis, §* 1 *ff. de relig & sumpt. funer. & l. penult. ff. eod. tit.* posui hanc regulam infrà *num.* 23.

21 Funeris expensa quæ dicatur, & in quibus consistat, traditur per Monticell. *de inuentario, pag. mihi* 146. *num.* 131. *&* 137. & quotuplex sit impensa funeris, tradit Roland. *cons.* 14. *num.* 23. *& seqq. vol.* 1. vide Panorm. *in sua quæst.* 4. *in suo vol. consil. in fine voluminis,* vbi quòd quædam impensæ tendunt in remedium, seu solatium animæ defuncti, vt impensa quæ fit circa Clericos confluentes ad officium sepulturæ, & similia; quædam verò sunt impensæ quæ tendunt ad viuorum amicorum solatia, vt apparatus funeris, constructio sepulturæ, pretiosa exequiorũ pompa, quòd mulri induantur vestibus luctuosis, & similia. & pro hac distinctione allegat textum *in c. missa defunctorum, iuncto c qui diuina* 13. *q.* 2. & in proposito vide Monticell. *de inuentario, pag. mihi* 145 *n.* 129. vbi quòd si impensa funeris sit immoderata, tunc non deducitur per hæredem, etiam quòd sit facta iussu testatoris. Ad quam totam materiam vide Sebast. Medic. *in tract. de sepul.* 2. *part. q.* 5. *per tot. in discursu.* & nonnulla exempla expensarum funeralium factarum ad pompam, videas per Redoan. *de reb. Eccles. non alien pag.* 334. *n.* 4. *&* 5.

22 Funeris impensæ censentur in dubio semper factæ animo repetendi. Bal. Nouell. *de dote, part.* 5. *num.* 9.

pag. 7. Sebastian. Medic. *de sepultur. part.* 2. *quæst.* 5. *num* 26.

23 Funeris expensæ regulariter habent priuilegium prælationis, & ideo creditor ex causa funeraria præfertur omnibus aliis anterioribus creditoribus. textus est *in l. penult. ff. de relig. & sumpt funer.* Mantic. *de inuent. pag. mihi* 144. *num.* 118. quod quando verum sit, vide Negus. *de pign.* 5. *part.* 1. *memb. n.* 28. Sebast. Med. *in tract. de sepult.* 2. *part. q.* 5. vbi etiam latè actio funeraria, de quibus, à quibus, quomodo, quando, & contra quos detur. de hac regula dixi etiam suprà *n.* 10.

24 Infirmitatis expensæ habent simile priuilegium quod habent expensæ funeris. quia in hoc æquiparantur. Sarnen. *in reg. de infirm. resig. q.* 9. *n.* 7. *vers. quintum singulare priuilegium.* allegato Bal. *in l. in restituenda, C. de pet. hæred.* vbi æquipatat expensas funeris, & expensas infirmitatis. Ad quam materiam vide Negus. *de pign. d.* 2 *memb.* 5. *part. eod. num.* 18 *propè finem, vers. & quod dictum est*, vbi pariter quòd æquiparantur expensæ funeris & infirmitatis, late Ias. *in l. fin.* § *in computatione, C. de iure delib.* Aret. Iustin. *ad l. Falcid. in fin.* Mant. *pag. mihi* 146 *num.* 137. *in suo tract. de inuent.* vbi quòd expensæ infirmitatis habent etiam priuilegium anterioritatis, & quòd illas hæres detrahit ante omnes alios creditores, & *ibidem n.* 132. vbi quòd si de dictis expensis infirmitatis & medicinalibus aromatatiis non sit satisfactus ab hærede, habet ipse aromatarius eandem prioritatem hypothecæ, & actionem, tam contra hæredem defuncti, & ipsius hæredis bona, quàm contra possessores hæreditatis defuncti.

25 Funeris causa creditor præfertur aliis anterioribus creditoribus. non solùm habentibus actionem personalem, sed etiam habentibùs hypothecariam, vt per Roland qui concordantes allegat *cons.* 14. *num.* 22. *& seqq lib.* 1. licet gloss. *in l. penult. ff. de relig. & sumpt. funer.* contrarium videatur tenere. Intellige vt præferatur habentibus tacitam hypothecam, non autem expressam. Bocc *in const. Mareh. gloss.* 9. *num* 17. *l. impensam vbi gloss ff. de relig. & sumpt funer.* de qua vltima declaratione vide Negus. *vbi suprà num.* 28. *vers. sed difficultas est.*

26 Funeris causa creditor præfertur hypothecæ anteriori, ex causa dotis. Roland *d. cons.* 14. *sub d. num.* 22. *& seqq. vol.* 1. ad quod vide Negus. *vbi supra d.* 2. *membr.* 5. *partis principalis, num.* 18 *vers. sed difficultas est.*

27 Funeris expensæ factæ in morte alicuius Prælati, an habeant priuilegium prælationis, particulariter vide Capyc. *decis.* 84.

28 Funeris impensas debet soluere hæres, & vsufructuarius. Roland. *cons.* 8 *n.* 11. *&* 14 *vol.* 2.

29 Funeris expensas an possit deducere hæres qui inuentarium non confecit in præiudicium aliorum creditorum? Dicas quòd sic, dummodo eas fecerit bona fide, & non fuerint immoderatæ. Montic. *de inuent. pag mihi* 63 à tergo, *num.* 9. *&* 10. *& pag* 107. *num.* 192. vbi videas in materia.

30 Funeris expensas an possit retinere hæres qui hæreditatem repudiat, vide *ibidem* per Montic. *pag. mihi* 125. *num.* 27. vbi tamen non se firmat.

31 Funeris impensæ an probentur per iuramentum hæredis? Dic quòd sic, quando impensæ sunt modicæ: secus si magnæ, nisi cum iuramento concurrerent aliæ coniecturæ, quia tunc crederetur etiam in magnis, aliàs secus. Item libro hæredis similiter creditur super istis expensis, si similiter impensa non est magna, & hæres sit vir probus, aliàs secus. hæc omnia tradit Montic. *d. tract. de inuent. pag. mihi* 147. *n.* 139.

32 Funeris impensas hæres qui inuentarium confecit, potest propria authoritate in præiudicium aliorum anteriorum creditorum in primis & ante omnia deducere. Montic. *de inuent. pag.* 144. *num.* 128. vbi ampliùs quòd detractio harum expensarum funeris potest fieri per hæredem, etiam post rem iudicatam.

Pro resolutione eorum quæ suprà tradita sunt *n* 19. facias conclusionem quòd primus creditor non potest à secundo creditore vindicare pecuniam bona fide per ipsum consumptam. Couar. *pract. quæst. cap.* 29. *num.* 2. vbi de communi, quicquid in contrarium dixerit Capyc. *in decis.* 78. Sed quòd imò possit talis pecunia repeti, etiam bona fide consumpta, non actione hypothecaria, quia consumptâ pecuniâ non datur hypotheca, sed actione in factum, vel condictione ex lege. contra Afflictum defendit & probat Stracc. *de mercatura, tit. de decoctor rubr. qui potior. in bon. decoct. habeantur, n.* 28. *& seqq.* vbi *n.* 30. testatur de frequentiori opinione. 33

Limita hanc conclusionem non procedere in fisco, de quo dixi *suprà n.* 19. Item nec procedit in creditore ex causa dotis, seu alio quocunque creditore ius prælationis, ac priuilegium habente, quia talis creditor potest à secundo creditore pecuniam ei solutam siue ex titulo lucratiuo, siue oneroso, licet bona fide consumpta, repetere & vindicare, secundùm communem, de qua per Afflict. *decis.* 190. quam sequuntur & alij relati per Couar. *vbi suprà sub n.* 1. vbi *in vers. sit igitur*, dicit quòd licet hæc communis non sit omnino certa ex iuribus, & authoritatibus *ibi* per eum allegatis, tamen diligenter disputata fuit semel recepta in suo Granaten. Prætorio, & pro hac communi addo Straccam *de mercator. vbi suprà n.* 30. 34

Sublimita hanc limitationem vt procedat, nisi quando non adsunt alia bona debitoris, quia tunc isti creditores priuilegiati repetunt à secundo creditore pecuniam, &c. secus si debitoris adsunt alia bona. ita videtur præsupponere Couarr. *d. cap.* 19. *in princ.* 35

Prædicta autem procedunt, quando secundo creditori pecunia soluitur à debitore, vel eius hærede compulso per iudicem; sed quid si sponte soluitur, vide *ibi* per Couar. *d. cap.* 19. *col.* 4. *vers. his etiam.* 36

Vnum tamen Nota in materia quòd si posterior creditor recipiendo pecuniam præstitit cautionem de illam restituendo prioribus & potioribus; tunc perinde habetur ac si soluta non fuisset, & repetitur dicta pecunia actione ex illa cautione. Stracca *vbi supr. n* 31. *&* 34. *& seq.* vbi etiam quando creditor iste teneatur præstare istam cautionem. 37

Creditor sub conditione, adimpleta conditione in iure prælationis quoad alios reputatur creditor à die contractus, & sic à die adimpletæ conditionis quæ retrotrahitur, *l. qui balneum,* § *amplius, ff qui pot. in pign. hab* Lambert. *de contract. gloss.* 2. *q.* 19. *n.* 62. faciunt tradita *in Repert. contract. vers. creditor, n.* 1. *& vers. conditio, num.* 1. Hæc declata, si conditio sit casualis, vel mixta: secus si potestatiua, vt per Negus. 2. *membro* 5. *partis, num.* 10. *vers. decimosexto amplia, & vers. sed licèt ita sit*, vbi etiam quòd in legatis, de quo etiam *ibi num.* 14. 38

Regulariter prior in tempore, potior in iure, *c. qui prior, de reg. iur in* 6. *l quoties vtriusque, ff. eod. titulo, l. qui balneum, in princ. & l. potior ff. qui pot. in pign. hab.* & hoc procedit, siue agatur, siue excipiatur, siue replicetur, *l. creditor qui prior.* § *si primus, ff. qui pot in pign. hab.* Negus. *in* 2. *memb. quintæ partis, n.* 2. *vers. secundò amplia.* 39

Limita, quando prior in tempore non habet hypothecam, secundus autem sic, quia prioritas hypothecæ attenditur, *l. creditor qui prior,* § *si primus, ff. qui pot. in pign hab* & *ibi* Negus. *vbi suprà n.* 2. vbi videas. faciunt suprà tradita *n.* 2. 40

Amplia, quia mutuans ad domum, seu nauem faciendam, non præfertur anteriori creditori habenti generalem hypothecam. ex hoc enim mutuo ad rem faciendá minimè inducetur in ea re tacita hypotheca 41

ad

ad fauorem mutuantis. Neguſ. 1. *memb. 5. part. n. 4. verſ. quinto amplia.*

41 Limita hanc ampliationem, quia licèt mutuans ad domum, ſeu nauem faciendam non præferatur in ea re anterioribus creditoribus; ſecus tamen eſt in mutuante ad reficiendam nauem, ſiue domum. ex hoc enim mutuo ſic ad refectionem facto inducitur tacita hypotheca, & quidem priuilegiata, & quoad alios anteriores creditores, vt per Neguſ. *d. 2. membr. 5. partis, n. 15. & 16.* vbi hanc concluſionem ampliat tribus modis, & reſtringit ſex modis, inter quos eſt ille, quando vxor ratione dotis eſt anterior creditrix, quia tunc ei non præfertur ſecundus creditor, ſic mutuans ad reficiendum rem, vt ibi *n. 17.*

43 Ampliaui ſuprà *n. 14. d. regulam, Qui prior, &c.* procedere etiam in mutuante ad rem emendam. Sed quid de mutuante ad emendum merces, an in illis mercibus talis mutuans præferatur anterioribus creditoribus habentibus generalem? Dic quòd non, vt per Neguſan. qui contrarios reprobat *d. 2. memb. 5. part. num. 9. verſ. ſed Iaſon.* Quod tamen præcipuè declaraui non habere locum, quando mutuans recepiſſet generalem hypothecam à debitore. Modò adde, vt multo magis procedat, quando ſic mutuans ad emendum rem expreſsè ſibi in ea re hypothecam reſeruaſſet, quia tunc abſque dubio præfertur aliis anterioribus creditoribus, vt eſt text. *in l. licet, C. qui pot. in pign. hab.* Neguſ. *d. 2. mem. 5. partis, num. 17.*

44 Amplia hanc ampliationem, vt iſto caſu ſic mutuans & ſibi prouidens in re empta de expreſſa ſpeciali hypotheca, vt præferatur etiam vxori habenti generalem hypothecam ex cauſa dotis, vt per Neguſ. *ibid. num. 17.* licèt Bart *ibi* per eum allegatus contrarium tenuerit.

45 Amplia, vt primus creditor præfertur ſecundo, etiam habenti apud ſe rem hypothecatam, & illam poſſidenti, *l. ſi prior, § fin ff qui pot. in pign. hab.* Neguſ. 2. *memb. 5. part. num. 5.*

46 Amplia, vt etiam in bonis acquiſitis poſt ſecundam hypothecam primus creditor præferatur ſecundo, *l. fin. in princ. & ibi* Bart. *ff. qui pot. in pign. habean.* Neguſ. *vbi ſuprà d. num. 5. verſ. 8. amplia, & num. 39. 40. & 41.* vbi de magis communi, & reſpondet contrariis.

47 Amplia, vt regula, *Qui prior*, procedat non ſolùm pro ſorte principali, ſed etiam pro vſuris, *l. hac edictali. § his illud, C. de ſecun. nupt. & ibi* Bald. *in vlt col.* Neguſ. *vbi ſuprà num. 10. in 13. ampl.*

48 Amplia, vt regula procedat nedum in expreſſa hypotheca, ſed etiam in tacita, quia prior in tacita hypotheca præfertur ſecundo, etiam habente tacitam, ſiue expreſſam, ac etiam quòd eſſet fiſcus. Neguſan. 2. *memb. 5. partis, num. 10. verſ. Quartodecimo amplia.*

49 Amplia etiam vt prior hypotheca præferatur ſecundæ, etiam quòd prior eſſet generalis, ſecunda autem ſpecialis, quia primus habens generalem præfertur ſecundo habenti ſpecialem, etiam in re ſpecialiter hypothecata, vt per Neguſan. *de pign. 2. memb. 5. partis, num. 14.*

50 Amplia, vt primus creditor præferatur ſecundo creditori, etiam in re empta ex pecunia ſecundi creditoris, *l. quamuis, C. de pign.* Neguſ. *d. 2. memb. 5 partis, num. 19.* & hoc nullam habet difficultatem, quia, vt ſuprà dixi *num. 15.* primus creditor præfertur ſecundo, & quòd ſecundus expreſsè mutuaſſet ad emendam rem. Ergo multo magis eſt præferendus vbi non adeſt illud pactum. ad quam materiam vide Gail. *obſeruat. 12. lib. 2.*

51 Limita I. hanc ampliationem in re empta ex pecunia pupillari, quæ pro rata pecuniæ debitæ eſt pupillo debita cum tacita hypotheca, & cum priuilegio prælationis, quo ad alios creditores, etiam quòd non ſit mutuata ad emendum illam rem, *l. idemque, & ibi* gloſ. Bart. & alij, *ff. qui pot. in pign. hab.* Neguſ. *vbi ſuprà d. num. 19.*

Limita II. vt idem ſit in re empta ex pecunia militis, quia etiam illa eſt tacitè hypothecata militi cum eodem priuilegio prælationis, ſicut dictum eſt in pupillo, gloſ. & Bar. *in l. quamuis ex ea, C. de pign.* Salyc. *in l. licèt, in 1. & 2. oppoſ. C. qui pot. in pign. hab.* Neguſan. *vbi ſuprà n. 2.* 52

Ad ea quæ de dote ſuprà tradita ſunt *num. 5.* adde Neguſan. *de pign. d. 2. memb. 5. part. num. 12. & num. 22.* vbi quòd quando concurrunt duæ dotes, tunc ceſſat priuilegium dotis, quia priuilegiatus non vtitur priuilegio contra pariter priuilegiatum, & ideo prior in tempore, potior in iure, per text. *in l. final. in verſ. excepto, cum verſ. ſequent. C. qui pot. in pign. habean.* Niſi extarent aliquæ res ſecundæ dotis, quia in illis creditor ex cauſa ſecundæ dotis, præfertur etiam anteriori doti, vt eſt text. & *ibi* notant Doct. *in Auth. fin. C. qui pot. in pign. hab.* & trad. Neguſan. *d. num. 22. & 23.* vbi quòd licèt tacita hypotheca dotis non præferatur anteriori creditori habenti expreſſam, de quo dixi ſuprà *num. 5.* præfertur tamen alteri creditori anteriori non priuilegiato habenti tantummodo aliam tacitam hypothecam, *l. aſſiduis, C. qui pot. in pignor. hab.* Quid ſi concurrant fiſcus & dos, vide text. *in l. 1. C. de primipil. lib. 12. & ibi* Luc. de Penn. Io. de Plat. & alios. 53

Omnia ſuprà dicta loquuntur, prout vides, quando vnus creditor eſt altero prior. Quid modò ſi omnes ſunt creditores eodem tempore, & habent hypothecam eiuſdem temporis, & nemo ſit magis, quàm alter priuilegiatus, quis præferetur in re hypothecata, & quid ſi vnus fuerit altero diligentior, & reperiatur immiſſus in poſſeſſionem rei hypothecatæ, ponitur hæc materia per Neguſ. *de pign. 2. memb. 5. part. n. 32. vſque ad num. 39.* 54

Et quid ſi res eodem die reperiatur duobus hypothecata, cuinam prius hypothecata præſumetur, & quis debebat probare prioritatem iſto caſu. Habes pariter materiam per eundem Neguſ. *d. 2. memb. 5. part. num. 43. verſ. 6. dubitatur, & num. 44. & 45.* & iſta videtur eadem materia, de qua infrà *in fragmentis, verſ. Inſtrumentorum eadem die confectorum, num. 4.* vbi tradita ponas hic. 55

Et in materia ſcias quòd licèt qui dicit ſe priorem in tempore, debeat probare, vt dixi infrà *in fragmentis, verſ. Tempus, num. 14.* ſufficit tamen probare diem hypothecæ; ſi enim probato die hypothecæ per agentem conuentus poſſeſſor non probat de prioritate ſui crediti, cenſetur probata prioritas agentis. Neguſ. *d. 2. memb. 5 part. n. 46.* 56

QVÆSTIO LXIV.

Ignorantia iuris, ſeu facti, an, & quando præſumatur potius, quàm ſcientia. quomodo probetur. quando, & quas perſonas excuſet, & alia ad materiam.

SVMMARIVM.

Ignorantia, ſeu ſcientia, an, & quando præſumatur, ſeu probetur.

1. *Ignorantia iuris, ſeu facti quando præſumatur, & ſeqq. vſque ad num 28.*
   Ignorantia in facto proprio, ſeu alieno, an, & quando præſumatur, generaliter. ibid.
2. *Ignorantia in facto alieno regulariter præſumitur.*

3. Igno

3. *Ignorantia iuris regulariter non præsumitur, & de materia, & seq.*
4. *Ignorantia iuris difficilis & obscuri præsumitur, & num. 29*
5. *Ignorantia & scientia iuris & facti, quomodo probetur, & particulariter an probetur coniecturis, & seqq. & n. 100.*
7. *Scire non dicitur qui omnes qualitates ignorat, &c. & num. 99.*
8. *Scientia præsumitur ex iis, quæ communiter eueniunt.*
9. *Scientia facti notorij præsumitur.*
Scientia præsumitur eorum quæ publicè fiunt, ibid.
Scientia præsumitur eorum, quæ omnes sciunt, ibid.
10. *Ignorantia an præsumatur in eo, qui actum palam facit.*
11. *Ignorantia iuris, seu facti, an probetur iuramento, & num. seqq.*
19. *Ignorantia an præsumatur in absente.*
Ignorare quis non præsumitur factum non de recenti secutum, ibid.
20. *Scientia præsumitur ex cohabitatione, & conuersatione.*
21. *Contrahens præsumitur scire conditionem illius cum quo contrahit.*
22. *Vicinus an præsumatur scire facta vicini.*
23. *Hæres an præsumatur scire contenta in testamento.*
24. *Coniunctus an præsumatur scire facta coniuncti, & num. seqq.*
90. *Scientia probatur per testes singulares.*
Scientia probatur per vnicum testem, ibid.
95. *Scientia præsumitur ex præsentia.*

Ignorantia an, & quando, & quas personas excuset.

28. *Ignorantia iuris quando, & quas personas excuset, & num. seqq.*
Ignorantia iuris vbi præsumitur, an semper excuset, ibidem.
29. *Ignorantia iuris difficilis & obscuri excusat.*
Doctoris authoritas contra communem opinionem an excuset ignorantem, ibid.
30. *Doctor an excusetur iuris ignorantia.*
31. *Ignorantia in facto proprio, seu alieno quando excuset.*
32. *Ignorantia crassa & supina non excusat.*
33. *Ignorantia in capiendo lucrum non excusat. quid in damno vitando, ibid.*
34. *Ignorantia facti quod quis ratione officij scire tenetur non excusat.*
Scire, & scire debere paria sunt, ibid.
35. *Ignorantia facti notorij non excusat.*
76. *Ignorantia iuris an ascribatur dolo, vel latæ culpæ.*
77. *Ignorantia iuris quando excuset quoad fructuum acquisitionem.*
79. *Minor an excusetur iuris ignorantia, & n. 82.*
80. *Vniuersitas an excusetur iuris ignorantia, & num. 81.*
81. *Miles an excusetur iuris ignorantia, & n. 82.*
82. *Ignorantia iuris vbi alias excusaret, non excusat si aliunde probatur scientia.*
83. *Ignorantia iuris quando eum excuset qui peritiores consuluit, vel credidit viro fide digno, & de materia, & n. seqq.*
89. *Ignorantia iuris quando excuset à dolo in delictis.*
97. *Ignorantia iuris naturalis non excusat.*
98. *Ignorantia iuris ciuilis notorij, & indubitati non excusat.*
36. *Mulier quando excusetur iuris ignorantia, & n. seqq.*
37. *Quid de muliere quæ potuit consulere peritiores.*
38. *An mulier excusetur ab omissione formæ.*
39. *Et an excusetur in iis, quæ concernunt iuris rigorem.*
40. *Et an excusetur ignorantia iuris naturalis.*
41. *Mulier non excusatur à dolo.*
53. *Et an excusetur à præsumpta fraude vsurarum.*
78. *Mulier an excusetur vbi agitur de lucro, &c.*
82. *Mulier non excusatur si aliunde constat de eius scientia iuris.*
91. *Item nec excusatur nisi in casibus à iure expressis.*
92. *Et an à pœna imposita ipso iure.*
94. *Mulierum genus fragile est, ideo eis succurrendum.*
97. *Mulier an excusetur a falsitate.*

Rusticus quando, & in quibus excusetur.

42. *Rusticus quando, & in quibus excusetur, & n. seqq.*
43. *Regulariter non excusatur nisi in casibus à iure expressis.*
Rusticus excusatur de æquitate, & non ipso iure, ibid.
44. *Quid de rustico sagace.*
45. *Quid si potuit consulere peritiores.*
46. *An excusetur ab omissione formæ, & d. n. 44.*
47. *Quid in iis quæ concernunt iuris rigorem.*
48. *Quid in iis quæ fiunt contra ius naturale.*
49. *An excusetur per ignorantiam iuris notorij.*
50. *Rusticus an excusetur in delictis, & n. seqq.*
51. *In actu clandestino non excusatur rusticus.*
An à dolo, ibid. & seq.
52. *An a simulatione.*
53. *An à fraude vsurarum.*
An à contumacia, n. 67. & seq.
54. *Rusticus an præsumatur contra ius contraxisse.*
55. *Quid de rustico vocante in ius patrem sine venia.*
56. *Quid de rustico se nubente cum pupilla.*
57. *Quid de rustico emphyteota non soluente canonem, vel alienante sine domini consensu.*
58. *Quid de matre transeunte ad secunda vota, non petendo tutorem filio.*
59. *Rusticitas an excuset ab expensarum condemnatione.*
60. *Rusticus an possit testes examinare post publicationem.*
61. *Quid de rustico propria auctoritate occupante.*
62. *Rusticus an possit emendare libellum.*
63. *An excusetur à surreptione & obreptione rescripti.*
64. *Quid si rusticus lacerauit banimenta.*
65. *Quid de rustico volente indebitum repetere.*
66. *Quid de rustico sciente verum rei valorem, an gaudeat beneficio l. 2. C. de rescind. vend.*
68. *Rusticus contumax an possit appellare.*
69. *Quid si produxit falsos testes, & instrumenta.*
70. *Quando potuit reuocare scripturas productas.*
71. *Quandóve possit post litem contestatam opponere exceptiones declinatorias.*
72. *An à non confectione inuentarij.*
73. *An rusticus ex diutina solutione efficiatur debitor.*
74. *An à delatione armorum*
75. *An à non confectione libri rationum.*
80. *Rusticus an excusetur iuris ignorantia si aliunde constet de scientia.*
93. *Rusticus an excusetur à periurio.*
96. *An à falsitate.*

IGNORANTIA tam in facto proprio, quàm alieno, an, & quando præsumatur generaliter de hac materia, vide Odd. *de restitut. in integr.* 1
q. 38 & *in Repert. cons.* Honded. *verb. Ignorantia*, & *ver. scientia.* Mascard. *conclus.* 879. & *seqq.* Odd. *de restit. q.* 8. *in discursu*, per Gabr. *pag. mihi* 618. *concl.* 5. *per totum, in tit. de reg. iur.* Aym. *cons.* 271. *num* 8. vbi adducit nouem præsumptiones, & *cons* 123. *num.* 1. & *seqq. vsque ad num.* 7. Felin. *in cap.* 2. *num.* 10. & *seqq. de const.* Rolan. *cons.* 36. *num.* 7. 21. & 13. & *cons.* 18. *n.* 42. & *seqq. vol.* 1. Socin. *reg.* 175. Bert. *in l. cùm de indebito, ff. de prob.* Rol. *cons.* 35. *num.* 1. *vol.* 2. Mandell. *cons.* 18. & *cons.* 3. *num.* 5. Socin. *reg.* 176. & *seq.* Nouell. *reg* 145. Corset *sing. scientia*, aliàs *sententia* 11. vide etiam Doctor. infra allegatos

gatos *num.* 31. *& seqq. in discursu.* Sebastian. Medic. *in tract. de cas. fortuit. part.* 1. *q.* 3. *per tot.*

2 Ignorantia in facto alieno regulariter præsumitur, *l. verius ff. de prob. c. præsumitur, de reg. iur. in* 6. Gail. *obseruat.* 48. *num* 14. vbi de materia. vide omnino declarantem Mandell. *cons.* 18. *lib.* 1. concordantes allegat Menoch. *de recuper. poss. pag. mihi* 711. *num.* 28. *& seqq. remed.* 16. *decis. Pedem.* 71. *num.* 35. vbi quòd præsumptio ignorantiæ est fortior illa scientiæ.

3 Ignorantia iuris regulariter non præsumitur. allegationes ponit Gabr. *pag. mihi* 622. *conclus.* 7. ad quod vide etiam Doct. suprà allegatos *n.* 28. quilibet enim præsumitur scire leges, *l. leges sacratissimæ, C. de legib. l. constitutiones, C. de iur. & fact. ignor.* cum aliis per Lamberten. *de contractibus eorum, &c. glos.* 1. *num.* 131. 166. in materia vide Sebast. Medic. *in tract. de cas. fortuit. p.* 1. *q.* 3. *per totam.*

4 Ignorantia iuris, licèt regulariter non præsumatur, id tamen intelligitur procedere in regulis iuris generalibus: an autem in iuribus difficilibus, prout est materia *l. Gallus*, & similiter Nenizan. *cons.* 34. *num.* 21. faciunt suprà tradita *num.* 29.

5 Ignoraoria & scientia probatur coniecturis. De
6 scientia Rot. Ianuen. *decis.* 172. *num.* 10. Aym. *cons.* 192. *num* 7. *&* 8. vbi quòd fallit quando agitur de pœna corporali. Aym. *cons.* 193. *num.* 7. *&* 8. vbi secus si pœna non sit corporalis. Ruin. *cons.* 66. *num.* 19. *& seq. lib.* 3. quos videas. Cephal. *cons.* 720. *num.* 13. *lib.* 5. Addo pro hac eadem conclus. Bald. *in l.* 1. *num.* 2. *C. de his qui latro.* Dec. *cons.* 327. *in fin.* Surd. *decis.* 221. *num.* 14. vide infrà *num.* 100. quod & idem Boss. *in tit. de rapin. num.* 29. *& seqq.* Item fallit vbi agitur de magno præiudicio. Paris. *cons.* 23. *num.* 241. *lib.* 2. ad idem Put. *lib.* 2. *decis.* 77. *num.* 7. *& lib.* 2. *decis.* 147. *num.* 2. Ruin. *d. cons.* 66. *n.* 19. *lib.* 3. Rot. coram Seraphino in vna Romana secretariatus de Glorietiis 17. Febr. 1592. vbi dicit quòd quando agitur de iure tollendo, & pœna ferenda, requiritur certa & indubitata scientia, ex Afflict. & aliis *ibi* alleg. Item fallit quando agitur de præiudicio alterius. Simon de Præt. *cons.* 199. *num.* 36. Rot. *de dol. & contum. decis.* 21. *in antiq.* vbi idem quando agitur de priuatione beneficij, & idem Mohedan. *decis.* 4. *alias* 160. *tit. de prob.* vide *Pedem. decis.* 174. *num.* 3. *&* 4. & infra *num.* 100. Auchar. Regien. *q.* 63. *num.* 3. *&* 4. Quòd iuris ignorantia ac etiam scientia cùm sit difficilis probationis, probetur coniecturis iuxta facti, & personarum qualitatem, tradit Lamberten. *de contract. eor. &c. glos.* 1. *num.* 165. 169. *&* 181. Item ignorantia iuris probatur iuramento, si iurans sit persona fide digna, & aliæ pro ignorantia contra præsumptionem scientiæ iudicis arbitrio concurrant coniecturæ, secus si nullæ concurrant coniecturæ. Lamberten. *vbi suprà num.* 182. *& plurib. seqq.* vbi respondet ad contraria: sed de hac probatione per iuramentum, vide infrà *n.* 11. *& seqq.* vbi est locus suus.

7 Scire vt aliquis dicatur, requiritur vt sciat factum cum omnibus suis qualitatibus, & sic non dicitur quis habere alicuius rei scientiam nisi illam habeat plenam, vt latè per Natt. *cons.* 456. *num.* 18. *& cons.* 51. *num.* 1. *vol.* 1. Ad qoam materiam vide superiùs tradita *quæst.* 53. *num.* 20. *& seq.* Petra *singul.* 80. Paris. *cons.* 123. *num.* 6. *vol.* 4. qui videtur tenere contrarium, immò *in Clem. causam, col.* 2. *vers. & aduerte, de elect.* Couarr. *var. resol.* 9963. *num.* 1. Menoch. *de arbitr. quæst. q.* 66. *per tot.* Tiraq. *de retr. lignag. gloss.* 2. §. 36. *num.* 30. *& plurib. seqq. pag. mihi* 338. *decis. Pedem.* 174. *num.* 3. 4. vide infrà *n.* 99.

8 Scientia præsumitur ex iis, quæ communiter eueniunt. Roland. *cons.* 19. *num.* 42. *& seqq. vol.* 1.

9 Scientia præsumitur eius quod omnes sciant. Rol. *cons.* 54. *n.* 3. *vol.* 1. Menoch. *de arbitr quæst. cas.* 186. *n.* 8. *& de recup. poss. pag.* 371. *num.* 31. *& seqq.* vbi quòd ignorantia facti notorij dicitur improbabilis, & æquiparatur latæ culpæ. *decis. Pedem.* 71. *n.* 1. vbi quòd scientia præsumitur scientia eorum, quæ publicè fiunt. vide *infra num.* 13. *&* 35. Item præsumitur scientia eorum, de quibus est publica vox, & fama. Aduerte tamen quòd ista præsumpta scientia non sufficit ad imponendam pœnam corporalem, vt per Mandos. *ad Roman. in consil.* 127. *litt. E.* ex Aym. *cons.* 193. *num.* 8. Cephal. *cons.* 147. *num.* 6. intellige prædicta in eo, qui est præsens, secus in eo, qui est absens, vt dixi infrà *num.* 19.

Ignorantia an præsumatur in eo, qui actum facit 10
palam, Menoch. *de arbitr. quæst. cas* 244.

Ignorantia an probetur iuramento. Odd. *de restit.* 11
q. 38. *num.* 52. *& seq.* Hond. *cons.* 55. *num.* 61. *& seqq. lib.* 1. Mascard *conclus.* 881. Marsil. *in l. qui falsam, num.* 90. *& seqq. de fals.* vide Botium *de statutar. prascript. pag mihi* 70. *num* 13. *& seqq.* Diaz *reg.* 325. Felin. *in c. cognoscentes, de constit.* & *ibi* omnino Doct. & Repeten. omnes, vbi latissimè Tiraq. *de reb. exig. pag. mihi* 30. *vers. Et hinc est.* Cotta *in memoriali, pag. mihi* 959. Ancar. Regien. *q.* 63. *num.* 2. *&* 3. 1. *part.* Hercul. *de negatiua, n.* 275. Tiraq. *de renoc. don. pag. mihi* 44. *num.* 36. vide in proposito Lamberten. *de contract. eor. glos.* 1. *num.* 182. *& plurib. seqq.* vbi refutatis contrariis concludit ignorantiam iuris non probari iuramento, & quòd iurans sit persona fide digna, nisi aliæ pro iurante concurrant coniecturæ. Capra *conclus.* 5. *n.* 41. *& seqq.*

Regula sit quòd ignorantia probatur iuramento. 12
Menoch. *de arb. quæst. cas.* 186. *num.* 3. *decis. Pedemont.* 71. *n.* 24. *&* 28. Istud tamen iuramentum reiicit probationem in contrarium. Roland. *cons.* 87. *num.* 9. *vol.* 4. & idem Menoch. *cas.* 186. *num.* 8. *in fin.* pro regula adde Ceph. *cons.* 242. *num.* 17.

Amplia vt etiam eorum quæ publicè fiunt igno- 13
rantia probetur iuramento, *decis. Pedem.* 71. *num.* 28. ad quod vide etiam *n.* 9.

Limita I. hanc regulam, vt scilicet ignorantia pro- 14
betur iuramento, si iudici visum fuerit, & non aliàs. Menoch. *d. cas.* 186. *num.* 6. vide in proposito Lambert. *vbi suprà num.* 190. vbi quòd iuris ignorantia probatur iuramento, si aliæ concurrant coniecturæ, de quibus statur iudicis arbitrio.

Limita II. vt admittatur hæc probatio ignoran- 15
tiæ per iuramentum in subsidium, & aliis probationibus deficientibus, & non aliàs. Menoch. *d. cas.* 186. *num.* 6. vide Lamberten. *de contract. &c. glos.* 1. *n.* 187. *& seq.* vbi quòd iuris ignorantia nunquam probatur iuramento nisi in subsidium, & quando alia probatio haberi non potest, & *ibi* pulchrè declarat, quando dicatur non adesse aliam probationem ignorantiæ. ad qood faciunt generaliter tradita de assertione iurata *in quæst.* 89. *n.* 9.

Limita III. non procedere quando contra istam 16
probationem per iuramentum adesset aliqua iuris præsumptio scientiæ. Menoch *d. cas.* 186. *n.* 7. Ancar. *q.* 63. *num.* 2. *&* 3. 1. *pars. decis. Pedem.* 72. *n.* 2 *& n.* 25. *& seq.* vbi quòd in homine bonæ famæ admittitur probatio ignorantiæ per iuramentum, etiam quòd contra eam adsit aliqua præsumptio scientiæ. vide in proposito Lamberten. *de contract. eorum, gloss.* 1. *n.* 182. *& seqq.* vbi refutatis contrariis concludit quòd ex quo ignorantia iuris habet à lege contra se præsumptionem scientiæ. Idcirco, & quòd iurans sit homo bonæ famæ, tamen eius iuramento super iuris ignorantia non statur, nisi aliæ pro iurante concurrant coniecturæ, & ad hoc in simili faciunt suprà tradita de assertione iuramenti, *q.* 84. *n.* 10. *& seqq.*

Limita IV. vbi ageretur de præiudicio tertij, quia 17
tunc ignorantia non probatur iuramento. Menoch *d. cas.* 186. *n* 9. vbi declarat *decis. Pedem.* 71. *n.* 46. vbi quòd

quando

quando agitur de modico præiudicio, tunc ignorantia etiam probatur iuramento.

18 Limita V quia licèt ignorantia probetur iuramento, tamen iuramentum non probat iustitiam ipsius ignorantiæ, puta si iuro me ignorasse, quia absui, non per hoc dicitur probata absentia, vt *ibid.* per Menoch. *d. cas.* 186. *n.* 15.

19 Ignorantia præsumitur ex absentia. Menoch. *de arbitr. quæst. cas.* 186. *num.* 16. Fallit propter diuturnitatem temporis. secundùm quam etiam in absente præsumitur scientia, vt per Aym. *de antiq. temp. cas.* 150. *num.* 4. vbi etiam de materia, de qua etiam per Hercul. *de negatiua*, *num.* 175. & faciunt suprà tradita *in fragment. vers. absens causa Reipublica, &c. & in Rep. contract.* similiter *in fragmentis, vers. absentia, an, & quando excuset, &c.* adde Rol. *cons.* 9. *num.* 44. *vol.* 3. vbi quòd in absente præsumitur ignorantia etiam eorum, quæ publicè fiunt, ac etiam quòd sit coniunctus. hæc ponas in materia restitutionis concedendæ ex causa absentiæ, vbi videtur aptior locus, quàm alibi pro primo dicto. adde Dec. *cons.* 64. *in discursu*, *lib.* 1. Adden. *ad Mandel. cons.* 770. *lit. E.*

20 Scientia præsumitur ex cohabitatione, Menoch. *de recup. poss. pag. mihi* 183. *n.* 55. *in* 11. *remed.* Mascard. *conclus.* 1234. *num.* 2. *& conclus.* 451. *n...* Aym. *cons.* 220. *sub num.* 12. *vers. Amplius.*

21 Ignorare quis non præsumitur conditionem illius, cum quo contrahit. Menoch. *de recup. poss. pag.* 30. *n.* 29. *& seqq.* Gabr. *conclus.* 6. *n.* 5. *pag mihi* 621. Amplia etiam quòd contrahens sit extraneus. Mascard. *conclus.* 104. *num.* 23.

22 Scientia an præsumatur ex vicinitate, & sic an, & quando vicinus præsumatur scire facta vicini. hæc præsumptio est coniuncta cum illa de consanguineo, de qua *infr num.* 24. *& seqq.* & dixi de ea *in tract. de test. q.* 70. *n.* 164 *& seqq.* vbi posui quando sit bona ratio testis, quia vicinus, & ad materiam vide omnino Menoch *de præsumpt. tom.* 1. *præsumpt.* 14. *lib.* 6. & Doctor. præcipuè Rip. *in l.* 1. *ff. si cert. pet* & omnino Cagnol. *ibid.* vide Menoch. *de recup. poss pag* 313. *n.* 48. *& seqq.* Cagnol. *in l.* 1. *sub num.* 106. *& seqq ff si cert. pet.* Imol, *conclus.* 11. *lib.* 4. Bal. & Angel. *in l. quoniam, C. de iur. delib.* Aym. *cons.* 271. *num* 8. *vers. Tertiò arguitur.* Duen. *regul.* 125. Dec. *cons.* 445. *in fin. vers. non obstat, &c.* Grat. *resp.* 76. Couar *var. resol. pag.* 31. *n.* x. Rol. *cons.* 19. *n* 38. *& seqq vol* 1 Nouell. *reg.* 137. Menoch *de arbitr. quæst. cas* xxx. *num* 8. vbi & qui dicatur vicinus, de quo vltimo dixi *in Repert. contract. vers. verum, num.* 15. quæ ponas hic, *in fragmentis*, inter diuersa. in materia vide Tiraq. *in tract. de iud. in reb. exig. pag* 34. à tergo, *vers.* 14. per eumdem text. vbi quòd vicinus infirmus non præsumitur scire facta vicini, nisi infirmitas sit leuis. ad hanc totam materiam omninò Mascard. *concl.* 1406. *lib.* 3. omnino etiam Doctor *in l.* 1. *ff. si cert. pet. & in c. litteris, de præsumpt.*

23 Ignorare non præsumitur hæres contenta in testamento, & factum testatoris. posui *in Repert. vltim. vol. vers. hæres, n.* 9 *& seq in fragmentis*, & ponas hic.

24 Scientia an præsumatur ex coniunctione, & sic an coniunctus præsumatur scire facta coniuncti si coniunctus est infirmus, non præsumitur scire facta coniuncti, nisi infirmitas sit leuis, vt per Tiraq. *de reb. exig. pag.* 34. à tergo, *vers.* 14. *&c.* vide in materia *de test.* in ea quæstione, an ratio testis, quia vicinus & coniunctus, probet, & quando *q.* 70. *n.* 164. & omnino Menocb. *de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 24. *tom.* 2. Ad hanc materiam vide Imol *conclus.* 11. *lib.* 4. Cagnol. *in l.* 1. *num.* 106. *& seqq. vsque ad num.* 120. *ff. si cert. pet.* Mandell. *cons* 25. *num.* 15. Rol. *cons.* 3. *n.* 98. *& seqq. vol.* 2. Corset. *sing. pag. mihi* 176. *vers. Mors.* Soc. *reg.* 71. Duen. *reg.* 125. Bal. & Angel. *in l. quoniam, C. de iur. delib.* Aym. *cons.* 271. *num.* 8. *vers.* 3. *arguitur.* Dec. Grat. Couar & Rol. suprà allegatos *num.* 22. Alphan. *in suis Collectan. num.* 163. Menoch. *de recup. poss. pag.* 312. *num.* 39. *& seqq.* & suprà *num.* 19. vbi quid in coniuncto absente. Lamberten. *de contract. gloss.* 7. *n.* 57. *&* 58. vbi ponit regulam, & declarat eam procedere in factis successiuis, puta morte, infirmitate, ætate, & simil. secus in momentaneis, prout sunt contractus, vel materia, vide Doct. & præcipuè Rip. & Cagnol. *in l.* 2. *ff. si cert. pet & in c. litteris, de præsumpt.*

Regula sit quòd coniunctus præsumitur scire facta 25
coniuncti. Menoch. *de recup. poss. pag.* 312. *n.* 39. *& seqq. l. Lectaus, ff. vnde cognat. l. de tutela, C. de in integr. rest* Masc. *conclus.* 1224. *n.* 2.

Limita I. quia coniunctus præsumitur scire facta 26
successiua, secus momentanea, vt *ibidem* per Menoch. *n.* 41. *& de præsumpt. lib.* 2. *præsumpt.* 51. *n...*

Limita II. vt coniunctus præsumatur scire res re- 27
spectu coniunctionis, & consanguinitatis, & non aliàs. Menoch. *de recup. poss. d. pag.* 312. *num* 42. Franc. Marc. *decis* 423. *sub num.* 14. vbi quòd hæc præsumptio scientiæ procedit in iuribus consanguinitatis & naturæ, secus in aliis consistentibus in facto.

Ignorantia iuris an, & quando, & quas personas x8
excuset. Gabr. *de reg. iur. conclus.* 6. Gail. *obseru.* 48. *lib.* 2. vide text. *in l. regula, ff. de iur. & fact. ignor.* iuncta gl. *ibi in verb. quibus.* latè Freder. *in eius viridario, concl.* 29. Plot. *in l. si quando, num.* 258 *& plurib. seqq. C. vnde vi.* Viu. *in com. opin. car.* 107. Tassar. *in error. notar. cap.* 97. *fol.* 88. Et quia ignorantia iuris excusat, vbi à iure præsumitur; secus verò vbi non præsumitur. In hoc aduerte quòd non in omni casu, in quo iuris ignorantia præsumitur, & tamen non excusat, vt per Lamberten. *de contract. gloss.* 1. *num.* 163. vbi respondet ad contraria, ideo in hac materia vide superiùs tradita *n.* ... *& seq.* vbi posui, an & quando iuris ignorantia præsumatur. in hac materia quando ignorantia iuris excuset, vide Sebast. Medic. *in tractat. de cas. fortuit par.* 1. *q.* 5 *per tot.* & Barth. Taëg. *part.* 4.

Ignorantia iuris difficilis dubij, seu obscuri excu- 29
sat. Neuiz. *cons.* 34. *num.* 21. Corat. *in tract. de commun. opin. pag mihi* 220. *num.* 8. *in paruis.* faciunt tradita *num.* 4. Item ignorantia iuris controuersi excusat ignorantem, quia sufficit pro se habere aliquas opiniones, & authoritates Doctorum, licèt in contrarium sit communis opinio. ita colligitur ex traditis *in decis. Pedem.* 54. *num* 6. *vers. non obstat* ad quod vide in simili tradita *in Repert. crim. q* 51. *num.* 1x. vbi videas contrarium, quòd immò ignorantia iuris dubij non excuset quando habemus communem opinionem, tradit Lamberten. *de contract. cor gloss.* 1. *num.* 177. *& seqq.* vbi respondet ad contraria. distingue vt per Barth. Taëg. *in suo tract. crim part.* 4. *num.* 6. *& seqq.* quòd ignorantia iuris dubij, & difficilis præsumatur & excuset. latè probat Lamberten. *de contr. corum, &c gloss.* 1. *num* 139. *& seqq. plurib. & num.* 170. *& num.* . 7. *& seqq.* vbi quòd excusat etiam petitiores non consulentem, licèt aliqui *ibi* per eum relati contrarium dixerint. Sed quid in Doctore, an excuset ignorantia iuris dubij, vide infrà *num.* 40.

Ignorantia iuris an excuset Doctorem, vide aliquid 30
infrà *in fragment. vers. restitutio an sit concedenda minoris Doctori, &c. num.* 30. Dic quòd Doctor non excusatur iuris ignorantia, vt per Lamberten. *de contract. cor. &c. glos.* 1. *num.* 132. 134. *& seq.* vbi an in Doctore ignorantia iuris adscribatur dolo, de quo vide generaliter infrà *num.* 76. vel latæ culpæ, *& num.* 139. *& seqq. pluribus*, & *num.* 170. dicit quòd vbi agitur de iure dubio, & difficili, tunc etiam Doctor excusatur. ad quod faciunt generaliter tradita *n.* 29. suprà.

Ignorantia in facto proprio, seu alieno quando ex- 31
cuset? De hac materia vide Sebast. Med. *in tract de cas. fortuit.*

fortun.part.1.quæst.3.per tot. Gabr. *de reg.iur.conclus.*6. Andr.Gail.*obseru.*48.*pag.*2.Marsil.*in l.qui falsam. n.*65. *& seqq.ff. de fals.* Socin.*reg.* 25. Bart.*in l.cum de indebito,ff. de probat.* Roland. *consil.*46.*num.*1. Mandell.*consil.*18.*& cons.*3.*num.*5.Soc.*reg.*176. Gabr.*pag mihi* 610. *conclus.*6 Menoch.*de recup.possess.pag.*311. *n.*18.*& seqq.* Et quia ignorantia facti, vbi præsumitur à iure, tunc ignorantem excusat, secus vbi non præsumitur, ideo in hac materia vide Doct.suprà allegat. *n.*1.*& seqq. in discursu.*

32 Ignorantia crassa & supina neminem excusat. *cons. crim.diu.*118.*n.*17.*& seqq.pag.mihi* 118. à tergo, *vol.*1. *in magnis.* Gabr. *de reg. iur. conclus.* 6. vide Crescen. *decis.* 9. *de dol. & contum. ad fin.* talis autem ignorantia benè excusat à dolo. Tiraquell. *de pæn.caus.*43. *num.*4.*ad med.*de quo vide omninò eundem Tiraq. *de pæn.caus.*13.*n.*22.*& seqq.*

33 Ignorantia an, & quando excuset in captando lucrum. Villalob.*litt.I. num.* 2. *& seqq.* vide Lamberten. *de contract.cor.&c.gloss.*1.*num.*138. vbi quòd iuris error non nocet vbi agitur de damno vitando, licèt secus sit vbi agitur de lucro captando. Quid in muliere tractante de lucro, vide infrà *num.*78. Adde Natt.*cons.*77. *num.*9. vbi quòd ignorantia tam iuris, quàm facti proprij excusat, quando ignorans agit de damno vitando, & aduersarius de lucro captando. Pro primo dicto adde Peregr.*decis.crim* 34.*num.*8. vbi quòd ignorantia non excusat, vbi agitur de turpi lucro.

34 Ignorantia facti quod quis inuestigare tenetur ratione sui officij, ignorantem non excusat. Corat.*in tract. commun.opin.pag mihi* 212.*n.*4 *in paruis.* Roland. *cons.*72.*num.*10. *& seqq. vol.*3. Roman *cons.*48 *t.num.*8. Dec. *cons.*160.*num* 5. *vers. cùm ergo.* Grat. *decis.* 103. *n.*36.*& seq.*vide Crescen.*de dol & contum.decis.*9.facit, quia paria sunt scire, & scire debere, vt *in Repert. contract vers.scire,n.*35.

35 Ignorantia facti notorij non excusat. Corat. *de commun. opin. pag.mihi* 221. *num.*14 faciunt suprà tradita *num.* 9.

36 Mulier an, & quando excusetur iuris ignorantia, videas per Fredet. *in suo viri dario, conclus.*39. Tassar. *in error. notarior. cap.* 97 *num.* 1. *& seqq.* Regulariter mulier excusatur iuris ignorantia, quia in ea illa præsumitur, *l si adulterium*, §. *stuprum, ff ad l.Iul. de adult. l.diuus Claudius*, §. *idem in filia*,& *ibi glos. in verb scripserit, ff. ad l.Cornel. de fals.* cum alijs per Lambert. *de contract.eorum,&c. gloss.*1.*n.*154.

37 Mulier quæ potuit consulere peritiores, non excusatur iuris ignorantia. Hercul.*de negat.n* 16.*vers.quartò infertur*, vbi quòd in dubio præsumitur quòd potuerit consulere peritiores, sed contrarium videtur tenere Ziriz. *de testam. coniug. pag.* 72. *num.* 6. super qua materia vide quæ in simili de rustico infrà tradentur *num* 45.

38 Mulier non excusatur àb omissione formæ. Tiraq. *de retract.pag. mihi* 916.*n.*31. *& pag.*914. *n.*13.*& seqq.* Ziriz. *de testam.coniug. pag.*76.*sub n.* 5. *& pag.*77. vbi hoc ampliat, etiam quòd non potuerit consulere peritiores, vide Natt.*cons.*574.*n.*10.*vol.*3.*& cons*575.*n.*22. *&* 23.*eod.vol.*vide in simili tradita de rustico *num.*46. *in Rep.contract.q.*7.*n* 12. pro primo dicto adde Lamberten. *de contract.glos.*1.*n.*80.

39 Mulier non excusatur in iis, quæ concernunt rigorem iuris. Ziriz. *de testam coniug. pag.*77.*sub num.*5. vide supra in simili tradita de rustico *n.* 47. Lambert. *de contract.d.n.*80.

40 Mulier non excusatur ignorantia iuris naturalis,& de materia Menoch. *de recup. possess. pag.* 123. *num.* 18. *& seq. & pag.*124 *& seqq.in num.*48. Lambert. *d.n.*80. vbi idem de iure gentium. posui *in tit. de pæn. temper. quæst.*98.*causa* 10.

Mulier non excusatur à dolo, *in Repert.crim. in materia,dolus quando præsumatur,&c. q.*30. *num.*17. *in impress. q.*89. 41

Rusticus an, & quando, & in quibus excusetur, quandóve rusticitati fauendum sit, & quando non, generaliter, & particulariter præter infraposita videas per Menoch. *de arbitr.quæst.cas.*194.*per tot.* Regulariter rusticus iuris ignorantia excusatur, quia illa præsumitur in rustico, *l.si quis in graui*, §.*si quis moriens ,ff.ad Sillan. l. cùm de indebito*, § *si autem u , ff. de probat.* *l.*2.§.*fin.ff.de iur. fisc.l.*1.§.*fin.ff.de eden.*cum aliis per Lamberten. *de contract. cor. &c. gloss.*1.*num* 153.ad quam materiam præter allegatos vide Tiraq. *de pæn. temper.causa* 11.omnino Odd.*de rest.in integ.*1.*par.q.*1. *per tot* vbi latissimè. 42

Rusticus regulariter ipso iure non excusatur nisi in casibus à iure expressis; ex æquitate tamen illi aliquando subuenitur, vt per Menoch. *d.cas.*194 *num* 5. *&* 82.Tiraq. *de pæn.caus.*11.*n.*23. 43

Rusticus sagax an excusetur iuris ignorantia, vide Cephal.*cons.*118.*n* 12. Menoch. *de recuper.poss.pag.mihi* 524. *& seqq in discursu*, *& de arbitr. quæst.pag. mihi* 215.*n.*2.*& seqq.in magnis*, posui *in tit.de pæn.temper. q* 98.*caus.*11. 44

Rusticus qui potuit consulere peritiores, & non consuluit, non excusatur iuris ignorantia. Hercul. *de negat. num.*16. *vers. quartò infertur.* vbi ampliùs dicit quòd io dubio præsumitur quòd potuerit,& noluerit consulere peritiores,cuius contrarium tenuit Ziriz. *de testam.coniug.pag.* 124. *& seqq.in magnis*, *& de arbitrariis quæst.pag.*216.*num.*22. *& seqq.*vbi distinguit faciunt in simili suprà tradita de muliere, *num.* 37. sed quos,& quales, & quot peritos rusticus consulere debet ad hoc, vt iuris ignorantia excusetur, vide infrà *n.*84.*& seqq.* præsertim *n.*84. 45

22 Producens autem exceptiones, regulariter dicitur fateri omnia in dictis exceptionibus contenta. Soc. *reg.* 63. *in* 1. *fallent.* Mascad. *conclus.* 347. *num.* 16. Roman. post Paul. *in l. cùm mulier num.* 17. *& seqq. ff. solut. matrim.* & *ibi* per eum cæteri scribeotes, Gabr. *in tit. de confess. conclus.* 1. *lib.* 1. *num.* 12. *& seqq. & ibidem conclus.* 4. *num.* 13. *pag. mihi* 122. Non tamen regulariter excipiens dicitur aliquid fateri de intentione aduersarij. *l. non vtique. ff. de except.* Gomez *tit. de probat. delict. num.* 16. vbi allegat concordan. de quibus etiam per Card. Alban. *consil.* 7. *num.* 7. Ad materiam vide in primis tradita in materia confessionis qualificatæ, Abb. Dec. & Felin. *in c. cùm venerabilis, de except.* Alex. *in l. decem, ff. de verb. oblig.* Paul. Granut. & quos ipse citat, *d. theorem.* 2. *num.* 5. *decis. Pedemont.* 176. *num.* 9. *& seqq.* Aret. *Instit. de except. in princ. num.* 36 *& seqq.* Lanfranc. *in pract. tit. de except. num.* 12. *& ibi in addit pag. mihi* 35. Ioan. de Amicis *cons.* 49. *&* 99. Imol. *concl.* 13. *pag.* 42. *& seqq.* Dyn. *in reg. Exceptionem obyciens, de reg. iur. in* 6 Paris. *cons.* 125 *num.* 18. *& seqq. vol.* 1. *car.* 194. *& cons. num.* 70. 87. 89. *vol.* 4. *car* 3. Natta *consil.* 18. *num.* 8. *vol.* 1. Nicol. de Mil. *in suo Repert. in verb. exceptionem obyciens. pag.* 116. Soc & alij *in d. l. non vtique, ff. de except.* Franc *in d cap. exceptionem, de reg. iur. in* 6. & an excipiens de solutione dicatur fateri debitum, vide Doctores proxime allegatos, præsertim Ioan. de Amic. *vbi supra*, qui secundùm magis communem opinionem negatiue concludit, & faciunt tradita infra *in fragmentis vers. Debitor, num.* 8. & an excipiens conditionaliter, puta, promisi sub conditione, aliquid videatur fateri de intentione agentis, & sic an ista exceptio diuidi, & pro parte agentis acceptari, pro parte verò impugnari, vide Cephal. *consil.* 133. *num.* 34. *lib.* 1. Ad hanc totam materiam vide latissimè Pacian. *de probat. lib.* 1. *c.* 21. *& seqq.*

23 Producens testes regulariter censetur eos approbasse. de hac materia reporta ea, quæ scripta sunt per Mascard. *de probat lib.* 3. *conclus* 1211. *per totam*, vbi latè, & pro regula addo Hector. Æmil. *de testib. verb. testis aduersæ partis. num* 6. *fol.* 51. *& verb testis approbatus à parte, fol.* 199. *& seqq.* Quid de affine, an probet contra producentem, dixi *in tit. de oppos contra test. quæst* 54. *num* 78. Quid de fratre, *ibid. num.* 126. Quid de parente, *ibid. num...* vbi & hîc fac mentionem, vt dixi suprà *num.* 10. *& seqq.* quibus adde quòd testibus à fisco puta productis, & approbatis, fiscus tenetur illis stare, & hinc est quòd testes examinati pro informatione curiæ, probant contra ipsam curiam, vt per Cepb. *cons.* 110. *num.* 26. *& seqq. vol* 1. & de fratre examinsto pro informatione curiæ, dixi *in tit. de oppos. contra test. quæst.* 54. *num.* 127. vbi & hîc fac mentionem, & de paupere dixi *in quæst* 57. *num.* 21. *in tit. de oppos. contra test. quæst.* 62. etiam quòd deponunt per verba minus concludentia, puta per verbum *videtur*, aut de credulitate. Aym. *cons.* 201. *num.* 7. *cons. crim. diuers.* 123. *num.* 9. *& cons* 116. *num* 48. Paul. Granut. *theorem.* 20. *n.* 9. vbi de credulitate probant contra producentem, nisi in redditione rationis sui dicti rationem de auditu subiungeret, quia isto casu testis de credulitate non probat contra producentem, vt *ibi*. Hîc nota quòd id, quod supra dixi producentem posse opponere contra dicta testium *n.* 17. limitatur io dicto credulitatis. vide infrà *num.* 32. Item limitatur & in teste deponente de auditu, vt modò dicam. Addo pro primo dicto Hector Æmilian. *de testib verb. testis aduersæ partis, num.* 4. *fol.* 51. Hippol. *in rubr. de probat. num.* 278. Aym. *consil.* 107. *num.* 7. Soc. iun. *in consil.* 69. *num.* 12. *vol.* 1. Paris. *cons.* 88. *col.* 2. *vol.* 3. Gabr. *de testib. conclus.* 1. *num.* 151. vbi de communi. Cephal. *cons.* 141. *num.* 16. *lib.* 1. Idem etiam si deponerent de auditu testes à fiscu producti, plenè contra ipsum probant Paris. *cons.* 50. *num.* 60. *lib.* 1. Tob. Non. *cons.* 99. *num.* 10. *&* 18. Bursat. *cons.* 10 *num.* 23. *lib.* 1. Riminal. iun. *cons.* 183. *num.* 11. *lib.* 2. Ceph. *cons.* 65. *num.* 55. *vol.* 1.

&

& *conf.* 8 1. *num.* 47. Btun. *conf. crim. diuerſ.* 11 5. *num* 41. *tom* 2. *in magnu*. Generale enim eſt quòd teſtes de auditu probent contra producentem. Monticell. *in Repert. teſtium, pag.* 2 5 2. *col.* 1. *verſ. pen.* Hector Æmil. *de teſtibus, verb. teſtis aduerſæ partis, num.* 5. *fol.* 5 1. & in materia teſtis de auditu, *fol.* 176. *num.* 76. & 77. Sed contra prædicta faciunt ſuprà tradita *num.* 17. concorda vt hic, limita regulam quando aduerſarius producentis proteſtando impugnaſſet ipſum teſtem, quia tunc contra producentem non probat, vt per Hect. Æmil. *de teſtib. verb. teſtis aduerſæ partis, num.* 1. *fol.* 50. de quo etiam dixi infrà *ſub n.* 34.

24 Producens libellum dicitur fateri omnia in eo contenta. Paul. Granut. *theorem.* 10. *num.* 2. & vide in propoſito Doctores ſuprà allegatos *num.* 1. declara vt per Stiaticum *in pract. iudic. cap.* 19. *num* 87. & *ſeqq.* pro primo dicto adde Maſcard. *concluſ.* 347 *num.* 16. & *concluſ.* 348. *num* 48. vbi ampliat, etiam quòd talis productio expreſsè non acceptetur à parte: ſed quid ſi expreſsè impugnetur, dixi ſuprà *n* 21.

25 Producens librum, ſeu ſcripturam alterius, ſeu aduerſarij, (ad idem Menoch. *lib.* 2. *præſumpt.* 45. *n.* 12. vbi de eo qui petit ſibi produci, & exhiberi ab aduerſariu, & eſt nobilis ampliatio ad regulam.) ad ſui fauorem adhuc cenſetur fateri omnia in eo contenta. Paul. Granut. *d. theorem.* 28. *num.* 8. vbi idem de producente computum, ac etiam idem de producente apodixam, & *num.* 10. vbi de producente ſcripturam priuatam, & ad idem de producente ſcripturam priuatam, Menoch. *lib.* 2. *præſumpt.* 45 *n.* 7.

26 Producens ſcripturam non dicitur fateri, niſi ea in quibus fundat ipſe producens intentionem ſuam. Ceph. *conſ.* 136. *num.* 10. refert, & ſequitur Paul. Granut. *d. theorem.* 10. *num.* 10. & hæc eſt magna limitatio, ſi vera eſt, & in contrarium faciunt ſuprà tradita *num* 3.

27 Productio ſcripturarum facta per Procuratorem, an noceat domino quoad tacitam confeſſionem ex ea reſultantem, Gram. *dec.* 103. *num.* 84.

28 Producens dicitur fateri omnia contenta, &c. etiam quòd productio fiat per compulſum, vt per Paulum Granut *d. theorem.* 10. *n.* 12. *in fine*.

29 Producens non dicitur fateri contenta in ſcriptura producta, quando productio eſſet nulla. Paul. Granut. *d. theorem.* 10. *num.* 11.

30 Producens ſi poſt productionem dixit ſe non produxiſſe animo fatendi omnia contenta in inſtrumento, dubium non eſt quòd talis declaratio nihil prodeſt, quia facta poſt ſimplicem productionem eſt ius parti quæſitum, vt per Paul. Granut. *d. theorem.* 10. *num.* 16. Sed ſi in ipſa productione expreſsè proteſtaretur quòd non intendit approbare inſtrumentum, ſecus videtur, quia quòd talis proteſtatio iuuet, tradit Stiaticus *in practic. iudiciali, cap.* 15. *n.* 39. vbi allegat concordantes. Sed veritas huius concluſionis, credo, pendeat à ſuprà traditis *num.* 8. quia proteſtatio, de qua *ibi*, videretur eadem cum hac proteſtatiune, licèt ſint diuerſa verba.

31 Producens non ſolùm cenſetur fateri contenta in inſtrumento, ſed etiam approbaſſe perſonam Notatij qui ſe de illo rogauit. Stiat. *in pract. iudic. d. cap* 15. *n.* 40. Paul. Granut. *theorem.* 10. *num.* 19. vbi ampliùs quòd nec in aliis inſtrumentis poteſt ampliùs perſonam Notatij improbare. Ad idem Menoch. *lib.* 2. *præſumpt.* 45. *n.* 2. Maſcard. *concl.* 915. & *conſ.* 1235. *n.* 16.

32 Addendo ſuprà traditis de teſte de credulitate, *num.* 23. communis eſt opinio, vt patet ex *ibi* allegatis, quòd probet contra producentem: & ad hoc ſolet allegari originalis doctrina. Roman. *in conſ.* 104 Ex quo etiam communiter Doctores idem dicunt eſſe in teſte de auditu. Sed aduerte prout aduertit Ioſeph. Ludou. *in concluſ.* 70. *verſ. fallit primò*, & *ſeqq. vſque ad verſ. Ergo autem firmiter credo*, præſertim *in verſ. Illud autem quod dicitur*, &c. & *verſ. allegant, num...* & *ſeqq.* & *verſ. ſimiliter adducunt*, quòd Rom. *in d. conſ.* de teſte de auditu, nihil dicit: de teſte autem de credulitate non dicit quòd probet contra eos producentem, quia ſi hoc diceret, eſſet falſum, cùm producens non dicatur approbare teſtem quo ad dicta, ſed tantùm quoad perſonam, vt dixi ſuprà *num.* 17. ſed benè dicit quòd producens teſtium examen probat contra ipſum, etiam quòd deponant de credulitate: & ſic non ſufficit ſola productio, ſeu inductio teſtium, niſi etiam producatur examen illorum poſt didicita teſtificata, & in iſto caſu loquitur Romanus prout aduertit Ioſeph. Lud. *in verſiculis ſuprà allegatis*, *d. concl.* 70. Sed quòd imò indiſtinctè nullo caſu, etiam quòd quis produxerit non ſolùm ſimpliciter teſtes, ſed etiam eorum examen poſt didicita teſtificata, & ſic etiam in caſu Romani, teſtes de credulitate, ſeu auditu, non probent contra producentem, tradit idem Ioſeph. Lud. *d. concl.* 70. *verſ. Ego autem firmiter credo*, & *ſeqq. vſque ad verſic. Illud autem quod ſuprà dictum eſt*, vide Monticell. *in Repert. teſt. pag.* 146. *col.* 2. *verſ.* 2. vbi remiſſiuè quando producens teſtes de credulitate dicatur eos approbare in dictis.

Item generaliter addendo ad tradita ſuprà *num.* 10. & *ſeqq.* quando ſcilicet producens teſtes dicatur illos approbaſſe. Ad hanc materiam præter infrà tradita vide remiſſiuè per Monticell. *in Repert. teſt. pag.* 77. *col.* 1. *verſ. pen.* & *pag.* 78 *col.* 1. *verſ.* 4. & *verſ. final.* & *col.* 2. *verſ.* 1. & omnino Hector Æmil. *de teſtib. verb. teſtis approbatus à parte*, *fol.* 199. & *ſeqq.* vide Monticell. *in Repert. teſtium, pag.* 76. *col.* 1. *verſ.* 3. vbi qui approbauit teſtium perſonas in vno capitulo, an compellatur approbare & in alio, de quo etiam *in pag.* 78. *col.* 1. *verſ. antepen.* & *verſ.* 4. vbi è contra, ſi quis ſemel vſus eſt teſtimonio ab aduerſario producto in eo quod contra aduerſarium deponit, an poſſit poſtea tales teſtes, quorum dictis ſemel vſus fuit, appellare, remiſſiuè videas etiam per eundem Monticell. *pag.* 78. *col.* 1. *verſ. primò ponitur materia*, ibi, & quòd non poſſit, traditur per Monticell. *pag.* 77. *col.* 2. *verſ* 3. generale enim eſt quòd teſtes ſemel approbans non poteſt illos ampliùs reprobare, vt *ibi pag.* 77. *col.* 1. *verſ.* 1. & *col.* 2. *verſ.* 2. vbi quòd teſtibus qui vtitur pro ſe, cogitur eos recipere contra ſe, de quo etiam dixi ſuprà *n.* 15. *in* 4. *ampliatione*. 33

Dixi ſuprà *num.* 11. quòd ex quo producens teſtes cenſetur illos approbaſſe, quod de producente affines dixi in impimen. *quæſt.* 54. *num.* 78. vbi fac mentionem qui de parentibus, conſanguineis, & fratribus dixi *in quæſt.* 54. *num* 78. 126. & 189. Ideo teſtes etiam quòd inhabiles ſint, probant contra ipſum producentem regulariter. Quod limitatur pluribus modis, vt *ibi n.* 12. & *ſeqq.* Limita modò d. regulam alio modo, vt non procedat, quando ille contra quem teſtes inhabiles fuerunt producti, illos impugnaſſet, & contra eos excepiſſet. Tunc enim non probant contra producentem. Æmil. *de teſtib. verb. teſtis aduerſæ partis*, *num.* 1 *fol.* 50. *deciſ. Auenionen* 116. *num.* 3. vbi declarat, quia non videtur iuſtum vt quis debeat vti iis teſtibus, quos nixus eſt impugnare, vt per Monticell. *in Repert. teſt. pag.* 189. *col.* 1. *verſ* 4. vbi etiam de materia, de qua & remiſſiuè per eundem *in pag.* 78. *col.* 1. *verſ.* 3. Adde pro ampliatione quòd nec iudex poteſt ratione eorum quæ ſuprà dicta ſunt *num.* 15. ex officio repellere illos teſtes, etiam infames, & inhabiles, quos ego produco contra illum, qui priùs eoſdem teſtes produxit contra me, vt per Maſcard. *concl.* 1356. *n.* 15. 34

Adde quòd tacita confeſſio reſultans ex productione ſcripturarum, prodeſt etiam tertio, vt per Menoch. 35

Menoch. *lib. 2. de præsumpt. 45. num. 8. & seqq.* & faciunt quæ suprà posui *n. 12.* vide supra *n 4.*

36 Producens non censetur fateri producta, quando agitur de delicto dolo interueniente. Mascard. *conclus. 915. num. 8.*

37 Qui interrogat nihil ponit, nec aliquid de veritate asserit, sed petit se certificari ab aduersario Bar. *in l. 1. num. 6. vers. videte quòd istæ interrogationes. ff. de interrogatorijs actionibus.* Franc *in cap. 1 num. 5. vers. & sic sequitur, de confess. in 6.* Francisc. Curt. *in tract. de positionib. & interrogatorijs, num. 4.* Addentes ad Alex. *cons. 172. lit. A. lib. 6.*

QVÆSTIO LXVII.

Fructus alij naturales, alij industriales, & alij ciuiles. quando restituendi sint per bona, vel malæ fidei possessorem, generaliter, & particulariter.

SVMMARIVM.

1. *Fructus naturales, qui dicantur.*
   Qui industriales, & qui ciuiles, ibid. & n. 49.
2. *Pensio domus an dicatur fructus ciuilis.*
3. *Fructuum appellatione quidnam veniat*
   Fructus ciuiles an veniant appellatione fructuum, ibid.
   Fructuum significatio, ibid.
4. *Bonæ fidei possessor quos fructus lucretur, vbi generaliter, & num. 18 vbi an lucretur fructus naturales, & num. 12. & seqq. vsque ad num. 27. vbi an lucretur fructus industriales, & n. 36. vbi an lucretur fructus ciuiles.*
   Malæ fidei possessor quos fructus restituat, d. n. 4. vbi generaliter, & num. 20. vbi an lucretur fructus naturales, & num. 27. & sequentib. vsque ad n. 35. vbi an lucretur fructus industriales, & num. 37. & seqq. vbi an lucretur fructus ciuiles.
5. *Bonæ fidei possessor quis dicatur.*
6. *Quis sit malæ fidei possessor.*
7. *Emens res minoris sine solemnitatibus quos fructus lucretur, & num. 47. vbi an teneatur restituere fructus.*
8. *An possessor bonæ fidei sine titulo, vel cum titulo inualido teneatur restituere fructus. vbi generaliter, & num. 19. vbi an talis possessor lucretur fructus naturales, & num. 23. vbi an lucretur fructus industriales.*
9. *Quid si ex fructibus perceptis ante litem contestatam, & consumptis possessor sit factus locupletior, & 19. 26. & 48.*
10. *Fructus quando spectent ad dominũ, vel ad possessorem.*
11. *A quo tempore fructus sint restituendi, & 24. 25. 26. 28.*
    Quid in actionibus bonæ fidei, ibid.
    Quid in actionibus stricti iuris, ibid.
    Quid in actione præscriptis verbis, ibid.
    Quid quando quid incurritur ipso iure, ibid.
12. *Possessor hæreditatis alienæ, quos fructus lucretur.*
13. *Fructus percepti ex meliorationibus quando restituendi, & num. 14.*
    Spoliato qui fructus sint restituendi, ibid.
15. *Fructus quando restituantur qui non sint percepti, sed percipi potuerint, generaliter, & num. 32. vbi in fructibus industrialibus quos poterat percipere malæ fidei possessor, & num. 38. vbi de fructibus ciuilibus quos poterat percipere malæ fidei possessor.*
    Et quomodo probetur fructus esse perceptos, vel percipi potuisse, ibid.
16. *Fructuum æstimatio secundum quod tempus fieri debeat.*
17. *Quos fructus faciat suos possessor qui non est in bona. nec in mala fide, & 39.*
19. *Fructus naturales quando lucretur bonæ, vel malæ fidei possessor, & 19. 20. & 21.*
    Fructus percepti lapso triennio quando sint restituendi, d. n. 19. 20. & 47.
21. *Fructus mala fide consumpti quando restituendi.*
    Et quid de possessore, qui a principio erat bonæ fidei, & post est factus malæ fidei, vel è contra, ibid.
22. *Fructus industriales quando lucretur bonæ, vel malæ fidei possessor, & sequentib. vsque ad 36.*
29. *An possessor malæ fidei, qui habet causam ab auctore bonæ fidei, teneatur restituere fructus industriales.*
30. *Fructus turpiter percepti, quando sint restituendi.*
31. *Et quid de possessore malæ fidei, qui titulum ex post facto consequitur.*
33. *Et quid de possessore malæ fidei, qui rem possedit per 30. annos.*
36. *Fructus ciuiles quando lucretur bonæ, vel malæ fidei possessor, & n seqq. vsque ad 40.*
40. *Fructus rei venditæ an spectent ad emptorem, vel venditorem, & n. seqq.*
41. *Fructus rei retrouenditæ vigore pacti de retrouendendo an pertineant ad primum, vel secundum venditorem.*
42. *Fructus rei venditæ an sint emptoris ipso existente moroso in solutione.*
43. *Fructus quando veniant restituendi in remedio legis 2. C. de rescind. vendit.*
44. *Fructus rei fideicommissæ quando sint restituendi.*
45. *Fructus an possint per iudicem taxari, & liquidari.*
46. *Emens, & contrahens contra iuris, seu statutorum prohibitionem an faciat fructus suos.*
    Quid si sciens, aut ignorans prohibitionem, ibid.
    Quid si ius non resistat, sed tantum non assistat, ibid.
    Quid in rustico, muliere, & minore, & similibus personis, ibid.
    Quid si dispositio iuris sit dubia, ibid.

FRVCTVS qui dicantur naturales, qui in- 1
dustriales, & qui ciuiles, & generaliter de materia videas Bar. *in l fructus, in princ. ff. de rei vendic.* Bald. *in l. 1. C. de vsur. & fruct. legat.* Aret. *cons. 139. num. 2* Boër. *quæst 224 num 1 part. 2.* Corn. *consil. 119. num. 1. & seqq.* Cyn. *in l. certum, C. de rei vendicat.* Bar. *in l ex diuerso. ff. de rei vendicat.* Couarr. *var. resol. pag. mihi 64. num 6.* pulchrè Menoch. *de recup. possess. pag. mihi 198. in magnis, num. 577. 378. 593. & 623. pag. 304. & in tract. de arbitr. quæst. casu 210 lib 2.* vbi etiam pulchrè ponit exempla, de quibus etiam infrà *num. 49.* Adde ad hanc materiam Lamberten. *de contract. gloss. 1. num. 250.* vbi quòd naturales fructus sunt qui sine hominis industria in esse producuntur, & in quibus magis natura, quàm industria operatur, vt poma, & similia: industriales è contra, in quibus potest magis industria, quàm natura, vt segetes. Hinc est quòd si in fructibus natura præponderet, & maior sit quàm opera, & impensa facta in eorum recollectione, naturales dicuntur: si verò opera, & impensæ præponderant naturæ, industriales dicuntur, vt *ibid.* per Lamberten. *num. 261.* quem tu videas *in n. 250.* vbi quòd ad hoc vt fructus dicantur naturales, non sufficit illos ex sui natura, & absque facto hominis nasci, nisi etiam & in finalem vsum destinentur, absque hominis industria.

An autem pensiones domus connumerentur inter 2
fructus industriales, vel ciuiles, Lamberten. *de contract. gloss. 1. n. 260.* vbi remissiuè. vide Corn. *cons. 301. num. 18.*

n.18.vol.1. vbi quòd connumerauit inter industriales. Rom. cons. 159. num.5. Aret. in §.si quis à non domino, num.3. Instit. de rerum diui. Aret. d. cons. 159. num.2. & 3. Bal. cons. 118. num.3. lib.1. Fium. in Reper. verb. Pensio. Menoch. de recup. possess. pag. mihi 304. n.623.

Fructuum autem appellatione quidnam veniat, vide Rom. sing. 555. Diaz reg. 301. Duen. reg. 194. multa de generali, stricta, propria, & impropria significatione fructuum latissimè traduntur per Ioannem Copum in tract. de fruct. num.16. pag. 147. & seqq. In quo particulariter scias quòd in materia stricta, appellatione fructuum non veniant fructus ciuiles, vt per Alex. in l. si diuortio, sub num. 32. vers. puto tamen. & ibi Ias. num.9. ff. solut. matrim. Natta cons. 141. n.1. in fine, & seq. vol.1.

4 Fructus an, & quando lucretur bonæ, vel malæ fidei possessor, generaliter in materia præter infraposita, & præter Doctores suprà allegatos num.1. vide Abb. in c. grauis, de restit. spoliat. Curt. sen. cons. 75. per totum. Bar. in l. ex diuerso ff. de rei vendic. vbi plenè Boer. quæst. 98. num.1. & seqq. 1. part. Cæpol. cons. 25. num. 9. Roffred. de lib. concep. p.5. sub rub. de off. iud. pag. mihi 218. per totam Ang. cons. 9. num.1. Corn. cons. 301. n.18. vol.1. decis. Bonon. 10. Soc. reg. 298. Couarr. var. resol. pag. mihi 64. num.7. & seqq. Roman. sing. 336. 337. 341. Mathes. sing. 159. in addit. Soc. reg. 251. Imol. conclus. 25. lib.3. Bart. in l. indebiti, n.2. ff. de condict. indeb. Maran. diff. 9. num.19. Silu. cons. 49. num.78. vide Doctores infrà allegatos num.14. & vide etiam Ant. Thesaur. in decis. Pedemont. 29. in discursu, vbi de materia bonæ fidei possessoris, & omnino ad hanc materiam vide latissimè Thom. Sanchez in precept. Decalog. lib.2. cap.23. per tot. num. 1. & omnibus seqq.

5 Quis autem dicatur bonæ fidei possessor, vide per Couarr. var. resolut. d. pag. 64. num.7. & seqq. & tradunt Doctores supra allegati in antecedente num.

6 Et è contra quis dicatur malæ fidei possessor, tradunt similiter Doctores suprà allegati num. 4. & aliquid per Roland. cons. 18. num. 85. & seqq. Credo sit, in 2. vol.

7 Et particulariter, an emens, seu contrahens, contra iuris dispositionem, vel sine solemnitatibus à iure requisitis, dicatur esse malæ fidei possessor, & propterea an teneatur fructus restituere, vide infrà num. 46. & in Repert. contract. quæst. 14. num. 40. vbi de emente res minoris sine requisitis solemnitatibus, & in Repert. crim. quæst. 50. vbi agitur quando, & ex quibus dolus præsumatur, & faciunt quæ infrà de possessore cum titulo inualido dicuntur num. 19. & 23. & infrà num. 17. & 30. vbi quando errans in iure faciat fructus suos.

8 Fructus restituere minime teneri possessorem bonæ fidei sine titulo, tradit Villalob. lit. P num. 161. vide infrà num. 19. & 23.

9 Fructus consumptos ex quibus bonæ fidei possessor locupletior factus est, an, & quando restituere teneatur, vide Imol. concl. 25. lib.3. vbi & alia. ad materiam vide infrà num. 19. & 26. & 48.

10 Fructus an, & quando spectent ad dominum, vel ad possessorem, vide Cephal. cons. 65. n.2. & seqq. 10. & seqq. 19. & seqq. vol.1.

11 Fructus à quo tempore sint restituendi, an à tempore moræ, vel litis contestatæ, vide Bar. in l. si filiusfamilias, § cum fundũ, ff. de verb. obligat. Dic quòd in actionibus stricti iuris fructus non veniunt nisi à die litis contestatæ, sed in actionibus bonæ fidei veniũt à tempore moræ. Rol. cons. 27. n.29. & seqq. Credo sit, in 2. vol. Diaz reg. 14. Et quid in actione præscriptis verbis, vide ibid. per Roland. Tiraquel. de reuoc. donat. pag. mihi 710. in paruis, num. 219. vbi quòd quando quid fit ipso iure, tunc ex eo tempore debentur fructus, non expectata alia petitione, seu litis contestatione, & idem tradit Plac. in epitom. delictorum, cap. 11. pag. mihi 173. vide in hac materia, an scilicet fructus sint restituendi ante, vel post litem contestatam, suprà num. 9. 19. 24. 25. 26. 28. In hanc eadem quæstione vide etiam Villalob. in com. opin. lit. F. num. 173. vbi quòd regulariter fructus rei petitæ debentur à victo post litem contestatam, & generaliter etiam de materia, vide decis. Pedem. Ant. Thesaur. 29. in discursu.

Fructus an, & quos lucretur, vel restituere teneatur possessor hæreditatis alienæ, Soc. iun. cons. 350. lib.1. vide infrà n.48. 12

Fructus percepti ex meliorationibus factis per possessorem, an, & quando restituendi sint, Couarr. var. resol. pag. mihi 148. num.4. vide infrà n.34. 13

Fructus an, & quando, & qui restituendi sint spoliato, vide super hoc Doctores suprà allegatos n. 4. Menoch. de recup. poss. pag. mihi 1. in magnis, n.6. & pag. 59. n.277. & pag. 69. n.366. & seqq. per totam quæst. 14

Fructus qui non sunt percepti, sed percipi potuerunt, an & quando restituendi sint, & de materia vide Menoch. de recup. possess. d. pag. 69. eodem num. 366. & seqq. per totam illam quæstionem, & quomodo probetur fructus fuisse perceptos, vel percipi potuisse, licèt non fuerint percepti, tradit Marzar. in sua epitom. de fideicom. quæst. 63. in fine. vide in materia infrà num. 32. 38. de liquidatione fructuum, vide Put. decis. 9. lib.1. vbi quòd probatur per testes qui deponunt quòd fructus possunt valere tantum singulis annis, computato anno fertili cum sterili, & deductis impensis, & oneribus reddendo bonam rationem, vtputa, quia ipse testis arrendauerat per aliquod tempus illum fundum, &c. & isto casu probat testis, etiam quòd deponat per verbum potest. quia sufficit illa potentia, & imputatur possessori si non recepit tot fructus, vt ibi per eum. 15

Fructuum æstimatio quando restituitur, tunc fieri debet non secundùm tempus restitutionis, sed perceptionis dictorum fructuum. Menoch. de recup. possess. pag. mihi 301. in magnis, n.599. 16

Fructus an, & qui restituendi sint per illum possessorem, qui non est nec in bona, nec in mala fide, puta quando errat in iure, latè ponit hanc materiam Menoch. de recup. possess. pag. mihi 305. num.628. & seqq. & decis. Pedemont. 159. num.5. & seqq. 10. & seqq. faciunt tradita in Repert. crim. quæst. 51. n.11. 12. & 15. vbi vide. Vide etiam in hac materia infrà num. 39. Ad hanc materiam, quando scilicet errans in iure faciat fructus suos, vide tradita infrà num.46. & suprà quæst.64. vbi posui, an, & quando iuris error, & ignorantia aliquem excuset, & Lamberten. de contract. eorum, &c. gloss. 1. num. 120. vbi quòd errans in iure facit fructus suos, & num. 170. & 171. vbi pariter quòd errans in iure dubio facit fructus suos, & quòd sit Doctor; si verò ius non sit dubium, tunc Doctor errans in iure non facit fructus suos, vt ibid. num. 132. & seqq. & in dubio non præsumitur iuris error, sed debet per allegantem probari, vt ibid. num. 131. & num. 164. vbi quòd rusticus, mulier, miles, & minor errantes in iure faciunt fructus suos ad quæ, vt dixi, vide generaliter tradita suprà quæst. 64. & quòd errans in iure faciat fructus suos, si peritiores consuluit, tradit Lamberten. vbi suprà num. 191. de qua re latiùs dixi suprà d. quæst. 69. num.83. & seqq. & an errans in iure teneatur restituere fructus ex quibus factus est locupletior, vide infrà num.48. & an eos, quos per triennium retinuit, vide infrà num.47. Adde quòd errans in iure non resistente, facit fructus suos, secus si erret in iure resistente, vt dixi infrà sub n.46. & 48. 17

Fructus naturales lucratur possessor bonæ fidei legitimus, & cum titulo. Menoch. de recup. possess. pag. mihi 298. num. 579. 18

Fructus

19 Fructus naturales lucratur possessor bonæ fidei, licèt sine titulo, seu inualido. Vide in simili suprà tradita *num.*8. & infrà *num.* 21. Sed restituendo rem, tenetur etiam restituere fructus qui tempore litis contestatæ reperiuntur: secus si fuerint ante consumpti. Hæc omnia firmat Menoch. *de recup. possess. pag. mihi* 299. *num.*580. *& seqq. vsque ad* 585. eademque omnia firmat Lamberten. *de contract. gloss.*1. *num.*229. *& seq.* prædicta declara duobus modis. Primò nisi possessor ex fructibus consumptis esset factus locupletior, &c. vide suprà *num.*9. & infrà *num.*26 *&* 48. quia tunc eos tenetur reficere, & restituere, vt *ibid.* per Menoch. *n.*585. *& seq* Secundò nisi iste possessor hos fructus suscepit per triennium, &c. vide infrà *num.*20. *&* 47. quòd declarauit *ibid. num.* 586. *& seq.* Alias declarationes in proposito tradit Bero. *in cap grauis, num.*42. *&* 43. *de restit spoliat.* vide etiam in materia *decis. Pedem* 159. *n.*5. *& seqq.* 10. *& seqq.*

20 Fructus naturales non lucratur malæ fidei possessor, etiam quòd sit lapsum triennium. Menoch. *de recup. possess. pag* 300. *in magnis, num.* 190. *& seq.* de hac fructuum triennali præscriptione vide infrà *n.*47.

21 Fructus naturales quando lucretur possessor qui à principio erat bonæ fidei, & postea est effectus malæ fidei, vel è contra. Menoch. *de recup. possess. pag.* 300. *num.*592. *& pag.* 309. *num.* 14. faciunt in simili tradita infrà *num.*31. *&* 35.

22 Fructus industriales lucratur bonæ fidei possessor, nec eos tenetur restituere, vt per Menoch. *de recup. poss. pag mihi* 300. *num.*593. *& seq.*

23 Amplia, vt tales fructus industriales lucretur etiam bonæ fidei possessor sine titulo, vel cum titulo inualido, vt *ibid.* per Menoch. *d. num.*593. *& seq.* vide in simili suprà *num.*8. *&* 19.

24 Limita I. vt non procedat in fructibus existentibus tempore litis contestatæ, vel perceptis, & consumptis post litem contestatam, quia tales industriales fructus bonæ fidei possessor non lucratur, licet bene lucretur fructus perceptos ante litem contestatam. Menoch. *d. pag* 300. *num.*595. *&* 596. ad quod faciunt supra generaliter tradita *n.*11.

25 Limita II. quia bonæ fidei possessor tenetur restituere fructus industriales, etiam perceptos ante litem contestatam, si eos mala fide consumpsit, vt *ibid.* per Menoch. *num.*597.

26 Limita III. quia si ex fructibus industrialibus etiam perceptis ante litem contestatam, & consumptis, possessor factus est locupletior, tenetur eos restituere, etiam quòd sit bonæ fidei, vt *ibid.* per Menoch. *num.*598 vide suprà *n* 9. *&* 19. *& infra num.*48. Sed quæro, an in dubio præsumatur quis ex fructibus locupletior, an verò id debeat probari, & per quem, vide Lamberten. *de contract. eorum,* &c. *gl.*1. *n.*241. *& seqq.* vbi relatis contrariis distinguendo concludit quòd ille, qui prætendit possessorem factum, vel non factum locupletiorem, siue actor id affirmans, siue reus, & possessor id negans debet suæ intentionis, siue negatiuæ fundamentum probare. Nonnulla alia ad hanc materiam vide *in Repert. contract. quæst.* 41. *num* 25.

27 Fructus industriales non lucratur malæ fidei possessor. Menoch. *de recup. poss pag. mihi* 301. *n.*601.

28 Amplia hanc conclusionem, vt malæ fidei possessor teneatur ad fructus consumptos, & perceptos ante litem contestatam, vt *ibid.* per Menoch. *num.*602. faciunt suprà tradita *n.*11.

29 Amplia II vt malæ fidei possessor teneatur restituere fructus industriales, etiam quòd habeat causam ab authore bonæ fidei, vt *ibidem* per Menoch. *num* 603.

30 Amplia III. vt malæ fidei possessor teneatur restituere fructus industriales, etiam quòd sint turpiter percepti, vt *ibid.* per Menoch. *n.*604.

Amplia IV. vt fructus industriales teneatur restituer malæ fidei possessor, etiam quòd postea titulum consequatur, & sic efficiatur bonæ fidei possessor, vt *ibid.* per Menoch. *num.*605. vide in simili suprà *num.* 2. & infrà *num* 33. 31

Amplia V. vt malæ fidei possessor teneatur restituere fructus industriales, non solùm perceptos, sed etiam eos, quos percipere potuit, & sua culpa non percepit, vt *ibid.* per Menoch. *num.* 606. *& seq.* vbi declarat, *& num.*611. vbi tamen quòd non tenetur ad eos fructus, quos inhonestè potuit percipere, & non percepit, vide suprà *n.*15. & infrà *n.*38. 32

Limita I. eandem conclusionem, vt non habeat locum supradicta regula in illo malæ fidei possessore, qui possedit rem per spatium 30. annorum, quia iste non tenetur restituere fructus industriales, vt *ibid.* per Menoch. *num.*608. vbi declarat. 33

Limita II. non procedere in fructibus industrialibus perceptis ex melioramentis factis per malæ fidei possessorem, quia eos non tenetur restituere, vt *ibid.* per Menoch. *num.*609. vbi declarat. vide suprà *num.* 13. vbi posita ponas hîc. 34

Fructus industriales quomodo lucretur possessor ille, qui ex principio erat bonæ fidei, & postea est effectus malæ fidei, vel è contra latè Menoch. *de recup. possess pag. mihi* 303. *in magnis, num* 612. *vsque ad n.*622. *& pag.*309 *num.*14. faciunt in simili suprà tradita *n.*21. *&* 31. 35

Fructus ciuiles lucratur bonæ fidei possessor. Menoch. *de recup. poss. pag* 304. *n.*624. 36

Fructus ciuiles tenetur restituere malæ fidei possessor. Menoch *d. pag.* 304. *num* 623. 37

Amplia vt malæ fidei possessor teneatur restituere fructus ciuiles, non solùm perceptos, sed & eos, quos percipere potuit, & non percepit. quod declara vt per Menoch. *d. pag.* 304. *num.* 625. *& seqq.* faciunt in simili suprà tradita *n.*15. *&* 32. 38

Fructus ciuiles quando faciat suos errans in iore. Menoch *de recup. possess. pag. mihi* 305. *in magnis, n.*628. *& seqq.* faciunt tradita *in Repert. qq. crimin. quæst.* 51. *num.* 11. 12. *&* 15. vbi vide. faciunt in simili suprà tradita *num.*17. 39

Fructus rei venditæ an sint emptoris, vel venditoris, vide generaliter per Couar. *var. resol. pag. mihi* 249. *num.*1. *& seqq* Roland. *cons.*17. *per totum, Credo sit, vol* 2. Anchar Regien. *quæst.* 13. *part.* 1. Cæpol. *caut.* 115. vbi an fructus per venditionem percepti computentur in sortem, & vide etiam ad materiam Ant. Thesaur. *decis. Pedem.* 53. *per totam.* 40

Et quid si res fuerit iterum vendita vigore pacti de retrouendendo, vide *ibid.* per Couarr. *num.*6 8. *&* 10. vbi quid de fructibus pendentibus in censu retrouendito vigore similis pacti de retrouendendo, an pertineant ad primum, vel ad secundum emptorem, ad quæ generaliter videas Roland. *d. cons.* 27. vbi etiam à quo tempore debeantur isti fructus, & eundem Couarr. *ibidem pag.*841. *num.* 1. & Ant. Thesaur. *decis. Pedemont.* 56. 41

Et an fructus rei venditæ pertineant ad emptorem, vel venditorem, ipso venditore existente moroso in solutione pretij, posui *in Repert. contract. quæst.* 35. *c.* 3. *num.* 12. *& seqq.* 42

Et quid si res recuperetur per venditorem ex remedio *l.* 2. *C. de rescind. vendit.* an fructus etiam sint restituendi, & qui, tradit Couarr. *var. resolut. pag. mihi* 397. *num.*9. & faciunt generaliter tradita in materia illius remedij, per Imol. *conclus.* 36. *lib.*1. *pag. mihi* 155. Pinell. *in l.* 2. *part. cap.* 4. *per totum, C. de rescinden. vendit.* 43

44 Fructus rerum fideicommisso subiectarum, an, & quando per hæredem grauatum restituendi sint, posui in *Repert. ult. volum.* vbi videas.

45 Fructus si non sunt liquidati per actorem, an iudex ex officio illos possit taxare, & liquidare, posui infrà *quæst.* 76. *num.* 7.

46 Pro resolutione eorum, quæ suprà tradita sunt *num.* 7. facias conclusionem quòd emens, & contrahens contra iuris, seu statutorum prohibitionem vti malæ fidei possessor non facit fructus suos. latè hanc probat conclusionem Stephan. Lamberten. *contract. eorum*, &c. *gloss.* 1. *n.* 119. 123. & 166. quæ conclusio maximè procedet in Doctore contrahente contra ius, qui tanto minus lucrabitur fructus, vt *ibidem n.* 132. & faciunt tradita suprà *quæst.* 64. *num.* 30. vbi posui, an & quando Doctor iuris ignorantia excusetur.

Limita I. vt procedat si contrahens & emens sciebat iuris prohibitionem, quia tunc non facit fructus suos, secus si ignorabat, vt *ibid.* per Lamberten. *n.* 130. Sed an in dubio præsumatur scientia iuris, & statutorum scientia, vel ignorantia, dixi suprà *quæst.* 64. & faciunt suprà tradita *n* 17. & 30. vbi posui, an, & quando errans in iure faciat fructus suos.

Limita II. vt procedat quando ius expressè actui resistit, vnde secus si tantùm non assistat; quia contrahens contra ius non assistens facit fructus suos, vt *ibid.* per Lamberten. *n.* 12. & 129.

Limita III. in rustico, muliere, minore, & similibus personis, qui faciunt fructus suos, etiam quòd contrahant contra iuris prohibitionem, vt *ibidem* per Lamberten. *num.* 164 & nos diximus suprà *quæst.* 64. vbi an, & quando rusticus, & similes excusentur iuris ignorantia.

Limita IV. vt procedat in contrahente contra claram iuris dispositionem, secus si dubiam, quia tunc non facit fructus suos vti bonæ fidei possessor, vt *ibid.* per Lamberten. *n.* 173. & faciunt suprà tradita *q.* 64. *n.* 29. vbi posui, an ignorantia iuris dubij ignorantem excuset. Tu verò ad hanc materiam vide *in Repert crim. quæst.* 30. *num.* 36. vbi posui, an, & quando dolus, & mala fides præsumatur in contrahente contra ius, seu statutum, ac sine debitis solemnitatibus, & *in Repert. contract. q.* 30. *num.* 17. vbi quando vxor donataria lucretur fructus rei donatæ contra iuris dispositionem, & *q.* 14. *n.* 4. vbi quando emptor rerum minoris sine debitis solemnitatibus faciat fructus suos, & *quæst.* 20. *n.* 70. vbi quid de contrahente cum muliere, seu minore prohibitis à statuto contrahere sine certa solemnitate.

47 Ad ea quæ suprà tradita sunt *num* 19. & 20. adde Lamberten. *de contract. eorum*, &c *gl.* 1. *num.* 120. & *seqq. vsque num.* 128. vbi multa ponit in hac materia, quando scilicet bonæ fidei possessor teneatur restituere fructus quos per triennium possedit, & particulariter concludit quòd bonæ fidei possessor cum titulo lucratur fructus quos per triennium possedit, & sic affectens se triennio fructus percepisse, probare debet se tanto tempore eos restituisse, & quid si titulus sit generalis pro suo, an sufficiat. & quid si titulus ad non titulum reducatur, & quid de fructibus consumptis, & non extantibus, an, inquam, in his casibus currat hæc triennalis præscriptio, vide *ibi* per eum, præsertim *num* 120. vbi quòd omnia prædicta procedant, etiam quòd quis ex fructibus factos sit locupletior, de quo latiùs vide infrà *num. seq.* Et quòd errans in iure non lucretur fructus, etiam quòd eos per triennium possederit, & sic quòd non possit allegare fructuum præscriptionem triennalem, ponit *ibidem* Lamberten. *num.* 126. Cætera verò de errante in iure, vide suprà *num.* 17.

Farinacij Repert. iudic.

Ad ea quæ suprà tradita sunt *num.* 9. 19. & 26. adde 48
Lamberten. *de contract. gloss.* 1. *num.* 218. & *seqq. vsque ad num.* 250. vbi præter instaposita multa ponit in materia, an, & quando scilicet locupletior factus est, & ad eum semper recurras, quia in quolibet casu refert hinc inde contrarias Doctorum opiniones. Particulariter autem in hac materia distingui potest in hunc modum, aut agitur de possessore conuento iudicio vniuersali, puta petitione hæreditatis, aut de conuento iudicio particulari. Primo casu omnes concordant possessorem teneri ad fructuum restitutionem, quatenus ex eis factus est locupletior, vt *idem* per Lamberten. *d. gloss.* 1. *num.* 228. Secundo verò casu, quando scilicet agitur de possessore conuento iudicio particulari, & tunc iterum distingue, aut agitur de fructibus naturalibus, aut de industrialibus: si de fructibus naturalibus, tunc dicas quòd bonæ fidei possessor, siue etiam errans in iure, non lucratur fructus naturales, ex quibus factus est locupletior, sed eos tenetur restituere, vt *ibid.* per Lamberten. *n.* 229 & 230. vbi tamen multum restringendo hanc conclusionem dicit quòd tenetur restituere fructus si extant, secus si non extant, nisi eos dolo desierit possidere, vel nisi eos in eam rem consumpserit, in quam tantundem de suo consumpsisset, si illos fructus non habuisset. Sed aduerte quòd Lamberten. *ibi*, & Doct. per eum allegati non videntur loqui in casu quo quis ex fructibus factus est locupletior; sed generaliter in fructibus naturalibus. Si verò agatur de fructibus industrialibus, tunc dicas quòd bonæ fidei possessor, seu etiam errans in iure, non tenetur illos restituere, etiam quòd ex eis factus sit locupletior, secundùm veriorem, & magis communem opinionem, quam relatis, & reprobatis contrariis defendit Lamberten. *vbi supr. n.* 232. & *seqq.* quòd tamen declara vt *ibid. n.* 239. vbi inter alia dicit quòd errans in iure non assistente non tenetur restituere fructus, etiam quòd sit factus locupletior, secus si erret in iure resistente, de qua vltima distinctione vide aliquid suprà *n.* 46. & *sub n.* 17.

Ad ea, quæ suprà tradita sunt *num.* 1. adde Lamberten *de contract. gloss.* 1. *num.* 251. vbi quòd lac, pilum, & lana dicuntur fructus industriales, & *n.* 252. & *seqq.* vbi idem de oleo; sed quid de oliua quæ comeditur, vide *ibi n.* 254. & 256. vbi quòd vua, & vinum dicuntur fructus industriales. Idem de agnis, hædis, vitulis, & aliis pecorum fœtibus, vt *ibidem num* 258. & quid in fœno, & lignis, distingue, vt *ibi num.* 261. quòd videlicet si opera, & impensæ præponderando naturæ, dicantur industriales, secus si è contra. Pascua verò quæ secantur, dicuntur fructus naturales, vt *ibidem, num.* 261. 49

QVÆSTIO LXVIII.

De ordine in notorijs seruando.

SVMMARIVM.

1. *Notorium quid sit, & quando dicatur.*
   In notorijs an aliquis ordo seruandus sit, ibid.
2. *Notorium an sit vox Latina.*
3. *Notorium duplex, iuris, & facti, &* 14.
4. *Notorium quod dicatur, quod euidens, & quod manifestum.*
5. *Notorium dicitur quod ex actu resultat.*
   Notorium non dicitur quod aliquo modo impugnatur, ibid. 10. & 9.
6. *Notorium dicitur quod coram populo gestum est.*
7. *Notorium dicitur quod coram decem hominibus gestum est, &* 8.

Notorium dicitur quod coram tribus testibus gestum est, ibid.

9. *Notorium resultat ex confessione partis.*
10. *Notorium quando non dicatur.*
11. *Notorium resultat ex instrumentis.*
12. *Notorium dicitur quod celari non potest.*
13. *Notorium resultat ex sententia.*
14. *Notorium dicitur quod à iure affirmatur, & n.3.*
15. *Notorium an sit quod in villa factum est.*
16. *Notorium quid sit, relinquitur iudicis arbitrio.*
17. *An aliqua causæ cognitio interuenire debeat, & qua.*
18. *An debeat probari, & quomodo, testes desuper deponãt.*
19. *An debeat allegari.*
    An iudex possit de eo se extraiudicialiter informare, ibid.
20. *An requiratur sententia.*
21. *An citatio.*
22. *Notorium an cadat super facto negatiuo.*
23. *An litis contestatio.*
24. *An detur appellatio.*

1 AD hanc generalem materiam vide omnino in simili tradita *in Repert. crimin. quæst. 78. per totam*, & de ordine in notoriis seruando cum pluribus quæstionibus in materia præter infraposita generaliter per Abb. *in c. vestra, de cohabit. Clericor. & mulierum.* Marsil. *in rubr. de probat. a num. 196. & seqq. vsque ad num. 230.* Viu. *in com. opin. pag. mihi 161. verb. Notorium quamuis*, &c Lancellott. Corrad. ad quem semper recurras, in materia *in suo Breu. pag mihi 237. & seqq* vbi generaliter, & particulariter qui ordo sit seruandus, & quæ solemnitates omitti possint in notorio iudicio Menoch. *de recup. possess. pag. mihi 263. num. 260. & casu 235. num. 14.* vide infrà *n. 17.* omnino Capr. *conclus... in tract. de notorio*, videlicet *in Repert. vers. Notorium*, &c.

2 Notorium an sit vox Latina, Menoch *de arbitr. qq. cas. 166. num. 1.*

3 Notorium duplex est, aliud iuris, aliud facti. Mascard. *conclus. 1101. num. 2. & 24.* quid, & quotuplex notorium, Capra *car. 77. n. 1. vsque ad 21. & car. 78. n. 1.* vbi quid sit notorium in genere; sed notorium iuris non dicitur propriè notorium, vt per Lancellott. *in Breu. d. pag. 237. n 6 & 8.* vide infra *n. 14.*

4 Notorium euidens, & manifestum, Capr. *pag. 76. num. 16 27. & 28.* hæc verba quomodo inter se differant, videas *in Breu. vbi supra n. 7.* Mascard. *concl. 1101. num 1 & concl. 1014.*

5 Notorium dicitur quod ex actis resultat. Paris *consil. 53. num. 106. & cons 77. num. 19. vol. 3.* Gram. *decis. 36. num. 18. & cons. 98. num. 25. vol. 1. & cons. 111. num. 7 vol. 4.* Menoch *de arbitr. quæst. casu 166. n. 6.* Contard. *in l. 1. C. si de mom. possess. num 19. & seqq. in 9. limitatione.* Menoch. *de recup. possess. pag 45 n. 105.* Sed prædicta intellige vt ex actis inducatur notorium post conclusionem in causa, secus antea, vt *ibid.* per Contard *n. 23. & seqq.* vbi plures allegat, sed quòd imò etiam ante conclusionem in causa inducatur notorium ex actis esse, magis communem dicit *ibid.* Contard. *num. 25.* Item intellige, quòd si id quod resultat ex actis, potest impugnari aliquo pacto, tunc non inducitur ex eis notorium, vt *ibidem* per Contard. *num. 31. & seqq.* & faciunt in proposito suprà tradita *quæst. 39. num. 11.* vbi posui, an sententia dicatur notoriè iniqua, quæ ex actis resultat, & suprà *q. 50. n. 25.* vbi posui, an ea dicatur nullitas notoria, quæ pariter ex actis resultat. Roland. *cons. 63. n. 46. vol. 4.* vbi quòd ex actis non resultat notorium, si acta illa à parte impugnantur, & contra ea opponuntur, & faciunt ad hoc vltimum dicta infrà *n. 10.* ad materiam Mascard. *concl. 1102. n. 13. 13. & seqq. vsque ad num. 30.*

Notorium dicitur quod coram populo gestum est, 6
vel maiori parte Capra *2. membr. num. 4.* Follet. *num. 17.* vt per Menoch. *de arbitr. quæst. casu 166. num. 8.* & faciunt in simili tradita *in Repert. crimin. q. 78. n. 13.*

Notorium dicitur quod fit coram decem homini- 7
bus. Roland. *cons. 48. n. 15. Credo sit, in 2. vol.* Lancellott. Corrad. *in suo Breu. iuris pag. 241. n. 16.* Menoch. *d. casu 166. n. 2. & 3.* faciunt in simili tradita *in Repert. crim. q. 78. num. 14.* & quod à decem testibus deponitur, illud dicitur notorium, vt per Hier. de Monte *q. 27. n. 6. lib. 1.* Corrad. *pag. 241. n. 16. in fine.* Mascard. *concl. 1101. num 17.* Gomez *n. 42. tit. de delict.*

Notorium dicitur quod fit coram tribus testibus 8
præsentibus, & videntibus, vt per Menoch. *de recup. poss. pag. mihi 263. in magnis 265.* Mascard. *d. concl. 1101. num. 17.* vbi de materia.

Notorium inducitur ex confessione partis, vt per 9
Menoch. *de recup. poss. pag. 44. n. 193.* Gram. *decis. 31. n. 8. & decis. 36. num. 30. & decis. 69. num. 38.* Fallit, nisi talis confessio impugnetur, vt per Contard. *in l. 1. C. si de mom. possess. num. 28. in 9. limitat.* ad quod faciunt tradita in materia confessionis suprà *quæst. 8. num. 4.* & meliùs *in Repert. qq. crim. q. 50. num. 2.* vbi posui an, & quando in delinquente confessio faciat rem notoriam. ad materiam *concl. 1102. num. 2. vsque ad num. 15.* Capra *1. membr. num. 27. vsque ad 47.*

Notorium regulariter non dicitur vbi aliquid op- 10
ponitur contra illum actum, ex quo notorietas resultat. ista conclusio colligitur ex suprà traditis *in hac eadem quæst. sub n. 5. & 9.* & suprà *quæst. 39. n. 10. & q. 50. n. 26. & 37. in Repert. crimin. q. 50. sub num. 2. & quæst. 78. num. 35.* quibus in locis inferendo ad plures propositas quæstiones concluditur quòd quando aliquid opponitur ad offuscationem notorij, tunc non ampliùs dicitur notorium. Ad hoc faciunt etiam infrà tradita *sub num. sequenti.* Sed hæc loquuntur de notorio iuris, secus facti. Mascard. *concl. 1101. n. 7.*

Notorium dicitur quod ex instrumentis resultat. 11
Menoch. *de recup poss. pag. mihi 44. num. 195. & seq.* Contard. *in l. 1. C. si de mom. possess. num. 19. in 9. limitat.* vbi ampliat etiam in eo quod indirectè probatur ex instrumẽto; quod tamen intellige procedere, si nihil opponitur, vel incoloratè opponitur contra instrumentum, secus si aliquid opponatur, vt *ibid.* per Contard. *d. num. 19.* sed de hac re latiùs dicetur infrà *in fragmentis, vers. instrumenti fides*, &c. vbi omnino videas, quia ibi est propriè locus huius conclusionis ad materiam Mascard. *concl. 1102. num. 19. 20. 21.* & generaliter de omni probatione delictum quod ex omnibus probationibus resultat, dicitur notorium. Gram. *decis. 36. n. 38. & decis. 69. n. 37.* ad materiam Capra *conclus. 10. 1. membr. n 47. & omnibus seqq* Menoch. *de recup. possess. n. 265.* vbi de testibus. Contard. *num. 21.* & per testes *num. 17. 18. 12. vsque ad 30.*

Notorium dicitur illud quod celari minimè potest. 12
Menoch. *de recup. poss. pag. mihi 263. in magnis, n. 261. & de arb. quæst. casu 166. num. 4.* faciunt in simili tradita *in Repert. crimin. quæst. 78. num. 12.* Mascard. *conclus. 1101. num. 13. 14. 16.*

Notorium inducitur ex sententia; sed de hac re vi- 13
de in alia materia, scilicet an, & quando sententia, & res iudicata habeant præsumptionem pro se, Mascard. *conclus. 1102. num. 31.* Capra *1. membr. num. 21. vsque ad 27.*

Notorium dicitur quod à iure affirmatum est. Me- 14
noch. *de arb. quæst. casu 166. n. 5.* vide aliquid suprà *n. 3.*

Notorium an possit dici, quod in villa est factum. 15
Menoch. *de arbitr. quæst. casu 166. num. 9.* vide Capram *2. membr. n. 5.* Follet *num. 17.*

Notorium quid sit relinquitur arbitrio iudicis. 16
Menoch. *de arbitr. qq. casu 166. num. 7.* faciunt in simili tradita

tradita in Repert. crim. q. 78. n. 15. Mascard. concl. 1101. n. 18. Capra 2. membro, sub n 4. & 5.

17 In notorio debet interuenire aliqualis causæ cognitio, sed qualis debeat esse ista causæ cognitio, vide Doctores omnes supra allegatos num. 1. Marsil. in rubr. ff. ad l. Corn. de falsis, n. 49. & seqq. Roland. cons. 53. n. 34. & seqq. Credo sit, in 2. vol. Abb. in c. vestra, de cohabit. Clericorum, & mulierum.

18 Notorium an probari debeat (regulariter non probandum. Viu. in princ.) & quomodo debeant deponere testes, dixi in Repert. crimin. quæst. 78. num. 31. hic solùm ponas, an probandum. Vide Menoch. de recup. possess. pag. mihi 263. num. 264. vbi quòd non debet probari. Mascard. conclus. 1101. num 5. & conclus. 1103. num. 1. & 2. vsque ad num. 6. vbi ampliatur duobus modis. Viu. in princ. & in medio, vbi etiam quòd sufficit extraiudicialis informatio, de qua dixi in alio loco, & considera, an sit melius ponere hic. vide omnino in materia in simili tradita in Repert. crim. quæst. 78. n. 27. & seqq. Viu. in com. opin. pag. mihi 161. verb. Notorium quamuis. vide etiam in materia Doctores infrà allegatos in seq. num Diaz reg. 496. Nouell. reg. 113. vbi similiter quandò, & quomodo probetur notorium. Hercul. de negatiua, num. 60. & seqq. vbi quòd notorium non probetur, & quot testes requirantur. de hoc in Reper. crimin. quæst. 78. num. 31. In probatione notorij quando notorium est facti permanentis, tum non indiget probatione, secus si non sit notorium facti permanentis. Mascard. conclus. 1103. num. 7. 8. 17. 18. 19. 32. Amplia vt isto casu sit plenè probandum, n. 9. vsque ad 14. & d. num. 14. & 15. vbi quòd notorium est probandum, etiam in facto interpellato, & n. 27. vbi idem extra locum notorij, & num. 28. vbi quando probatio requiritur pro forma. decis. Perus. 67. num. 16. & 22. 2. part. ad hanc materiam vide Monticell. in Repert. test pag 406. & seq.

19 Et licèt regulariter notorium non debeat probari, vt in antecedenti num. dixi, debet tamen allegari. Viu. sub versic. Notorium quamuis. Ias. in l. si verò. §. qui pro rei, num. 11. & seqq. ff qui satisdar. cogan. vbi ampliùs quòd non solùm debet allegari, sed de tali allegatione debet iudici constare, & ibi testatur de communi. sequitur Tiraquell. de vtroque retract. gloss. 1. §. 32. n. 97. pag. mihi 690. & de communi etiam testatur Couarr. de testam. pag. mihi 363. col. 2. vbi hoc limitat non procedere in notorio resultante ex actis, quod nec etiam allegari debet, & idem in decis. Perus. 67. num. 17. 2. part. vt ibi per eum, vbi sublimitat. Ad quam materiam, an & quando notorium debeat allegari, vide Felin. in cap cùm ordinem, num. 11 vsque ad finem, vbi ponit multas limitationes, & declarationes. Ruin. in l 1. ff. de nou. oper. nunciat. num. 59. vbi quòd notorium non debet allegari quando pars illud absque alterius partis petitione non expressisset, & sequitur Soc. iun. in eadem lege, num. 154. Vio. in comm. opin. pag. 161. vers. Notorium quamuis, &c. Diaz reg. 496. vide omnes Doctores suprà allegatos in num. anteced Hercul. de negat. num. 60. & seqq. vbi similiter quòd licèt notorium non debeat probari; tamen debet allegari, & idem tradit Menoch. de recup possess pag. mihi 40. num. 165. vide in materia Lancellot. in Breu. pag mihi 239. num. 10. & Cephal. consil 85 num. 13. & seq cons. 85. num. 23. & seq & cons. 108. n. 16. & 17. vbi quòd notorium potest allegari in informationibus iuris, & iudex absque alio debet se de eo extraiudicialiter informare. vide in simili tradita infrà vers. Consuetudo notoria, num. 9. de materia Cortad. num. 20. Mascard. concl. 1104. per totam Capra 4. membro num. 77. & seq.

20 In notorio an requiratur sententia? Dic quòd non. Nouell reg. 113. in 5. fallen. vide in simili tradita in Repert. crimin. quæst. 78. num. 34. Marsil. in rubr. ff. ad l. Corn. de falsis, num. 49. & seqq. vbi quòd sic, & idem tradit Roland. cons. 53. num. 34. & seqq. Credo sit, in 2. vol. ad quod vide Abb. in d. cap. vestra, extrà de cohabit. Cleric. & mulier. Corset. sing. pag. mihi 179. Lancell. in Breu. pag. mihi 239. num. 17. Lambetten. de contract. gloss. 11. num. 33. vbi remissiuè, an requiratur iudicis declaratoria ad hoc, vt aliquid notorium dicatur? Dic quòd sic, vt per Mascard. in conclus. 1101. n. 10. & concl. 1103. num. 8. in fine. Sed contrà Viu. &c. ad materiam Capra 4. membro, num. 79. vsque ad 95.

In notorio an requiratur citatio, vide omnino in simili tradita in Repert. crimin. quæst. 78. num. 21. & seqq. Marsil. in rubr. ff. ad l. Corn. de falsis, sub d. num. 49. & seqq. vbi quòd sic, & idem tradit Roland. d. cons. 53. num. 34. & seqq. Ad quam materiam vide Abb. in d. cap. vestra, de cohabit. Cleric. & mulierum. Hercul. de negat. num. 62. & 64. Lancellott. in Breu d pag. mihi 239. n. 2. & 11. Menoch. de recuper. possess. pag. mihi 263. n. 259. Imol. conclus 43. lib. 1. pag 259. & seqq. in 1. ampliatione. Tiraquell. in tract. Res inter al. acta, pag. 12. à tergo, vers. postremò hinc est. vbi quòd in notoriis non requiritur citatio. Limita, & declara, vt per Capram 4. membr. num. 15. vsque ad 31. 21

Notorium an cadat super facto negatiuo, Hercul. de negat. num. 63. Mascard. conclus. 1103. num. 19. 30. 31. Capra 3. membr. 22

In notorio an requiratur litis contestatio, Lancellott. in Breu. pag. mihi 239. num. 12. & seq. Menoch. de recuper. possess. pag. 263. num. 258. vbi quòd non. 23

In notoriis an detur appellatio, vide omnino tradita in Repert. crim. quæst. 78. num. 35. & 42. & seqq. Dic quòd non datur appellatio, vt per Contard. in l. 1. C. si de mom. possess. in 3. limitatione num. 35. & seqq. Declara quando notorietas est talis, vt nulla subsit excusatio, prout in notorio ex euidentia rei, vt ibid. per Contard. n. 38. Secundò limita, quando in appellatione appellans exprimit causam legitimam, quæ si vera esset, notorietas obscuraretur, quia tunc etiam in notorio datur appellatio, vt ibid. per Contard. n. 39. Tertiò limita, dummodo expresse procedatur, & pronuncietur super notorio, aliàs secus, vt ibidem per Contard. num. 46. 24

QVÆSTIO LXIX.

Exceptio de iure tertij quando admittatur.

SVMMARIVM.

1. De iure tertij an, & quando opponi possit, generaliter.
2. De iure tertij non datur quando non est in totum exclusiuum fallit vt ibid. & seqq. vbi de materia.
3. Quid si excipiens habeat causam ab illo tertio, & num. 11.
4. Quid si ius tertij prodest ipsi excipienti.
5. De iure tertij an & quando possit opponi per actorem. Et an sit necessarium speciale mandatum tertij, ibid.
6. De iure tertij non potest dari quando illud ius tertio non competit simpliciter, sed quatenus vti velit, & declaret.
7. De iure tertij non potest dari nisi sit exclusiuum ipso iure.
8. De iure tertij non potest dari post sententiam.
9. De iure tertij non datur in summarijs.
10. Ius tertij est plenè probandum.
11. Quid in materia obiectiua.
12. Per spoliantem dari non potest de iure tertij contra spoliatum agentem remedio reintegranda.

1 IVs tertij an, & quando opponi possit, & generaliter de materia præter infraposita videas Ant.Thesaur.*decis.Pedem.4.per totam.*vbi generaliter,& particulariter ponit casus, in quibus quis potest opponere de iure tertij. Crot.*cons.34.num.22.& cons.119.num.*8. Abb.*cons.64.num.2.& 3.*Paris. *cons.47. num.16.48. & 49.vol.4.& cons.56. num.1. vol.3.& consil.70.num.74. vol.3. & consil. 86. num.18. vol.4. & consil.10. num.152. lib. 2.* Barth. Soc. omnino *in l.2.ff.de except.rei iudic. & ibi in Apostill.* idem Bar. *in l.indebiti. §.sed et si nummis. ff. de condict. indeb.* Iacob. Æmilian. *consil.117. num.4.* Papien. *in forma libel. in actione negatoria, gloss.spectat,& pertinet, n.3.4.& 5.pag.mihi 224.* vbi distinguit Soc. iun. *consil.47. num. 17.& consil. 71. num.6.& 7.lib.2.*Alexand.*consil.11.num.20.vol.7.& consil.177.num. 10.vol.6.& consil.92. num.49. eodem vol. & consil. 65. eod. vol. fol.* 46. Firman. *in Repert. verb. exceptio, de iure tertij, in discursu, & verb. Possessor convenitus, num.77.* Corn. *consil.65. num.11.vol.1.* Bald. & Salic. *in l.cùm seruum. C. de seru.fugit.* & omnino *ibi in addit. ad Salicet. sub lit.* C. Aym. *consil. 312. num.5.* Soc. *consil.78.num.4.lib.4.* Capra *consil.84. num.20. & seqq.* Marsil. *sing.280. post med.* Rolaod. *consil. 57. num.10. vol.3.*

2 De iure tertij opponi non potest quando non est in totum exclusiuum iuris agentis. Aym. *in suo consilio pro genero, num. 278. 393. & seqq.* secus si in totum sit exclusiuum. Menoch. *de retinen. possess. in 3. remedio, num. 602.* Boecae. *in constit. March. gloss. 10. num. 26.* Tiraquell. *de reuocan. donat. ver. reuertatur, num. 357.*

3 Limita I. quando opponens causam habet à tertio, quia tunc potest de iure tertij excipere, etiam quòd non sit in totum exclusiuum iuris agentis, vt per Aym. *in d.suo consilio pro genero, num.* 399. amplia etiam in materia obiectiua infrà *num.* 11. Adde pro hac eadem limitatione Tiraq.*vbi suprà d.n.357.*

4 Limita II quando opponentis interest, & opponenti ius illud tertij prodest, quia tunc similiter potest opponi, etiam quòd non sit in totum exclusiuum, vt *ibidem* per Aym.*num.400.*facit *decis.Lucen.64. num 35.*vbi secundùm Nattam*cons.563.n.31.lib.3.*dicit quòd quando exceptio iuris tertij est talis quòd per eam non solùm negatur intentio agentis, sed etiam fundatur ius excipientis, potest opponi.

5 De iure tertij non potest opponi per actorem, nisi actor habeat speciale mandatum ab illo tertio. Papien. *in forma libell. in actio. negat.gloss.spectat, & pertinet, num.4.*Soc.ion. *cons.71.num.7.vol.2.*vbi de communi.Soc *in l.2.num.7 ff. de re ind.* & prædicta procedunt etiamsi ius tertij sit in totum exclusiuum, &c. vt per præallegat. Doctores,& per Tiraquell. *de reuocan. donat.ver.reuertatur,num.364.*

6 De iure tertij etiam quòd sit exclusiuum, &c. non potest opponi, quando tale ius non competit tertio simpliciter, sed quatenus ipse tertius velit, & declaret. Soc. iun.*consil.47.num.17.& consil.71. num.6.vol.2.* vbi de communi.Crot.*consil.119.num.8.* Paris. *consil.47. num.49.vol.4.*Tiraquell.*de reuocan. donat. verb. reuertatur,num. 358. & seq.* vbi propterea limitat post declarationem factam ab illo tertio.

7 De iure tertij opponi non potest, nisi sit exclusiuum ipso iure. Alexand.*consil.177.num.10.vol.7.*Paris. *cons.47.num.8.vol.4.*Soc.*in d.l.2.num.11.ff.de except. rei iudic.*& sic non sufficit esse exclusiuum, nisi etiam sit ipso iure exclusiuum. Tiraquell. *vbi suprà num. 356. 360. & seq.* vbi an debeat interuenire etiam iudicis declaratio.

8 De iure tertij etiam quòd sit exclusiuum, &c. non potest opponi, &c. post sententiam. Bald. *in l.cùm seruum,num.2. C.de seru. fugit.*& *ibid.* Salicet. *in fine*, multo minus post rem iudicatam. Virg. Boccac.*d.gloss.10. num.26.*

De iure tertij in summariis non datur, etiam quòd sit exclusiuum, &c. vt *in decis.Pedem.1.num.11.*Tiraq. *vbi suprà.num.362.* 9

De iure tertij quando datur, debet illud ius tertij 10 clarè & plenè probare, non autem obscurè. Put.*decis. 366.lib.1.* vbi quòd ius tertij debet esse clarum in superlatiuo gradu.Virg.Bocc.*in constit. March.d.gloss.10. num.26.*

De iure tertij in materia obiectiua non potest dari, 11 etiam quòd sit exclusiuum iuris agentis, nisi ab eo qui habet causam ab illo tertio. Boccac. *d.gloss.10. d. num.26.*

De iure tertij dari non potest per spoliantem agen- 12 ti contra ipsum remedio recuperandæ. Tiraquell. *de reuoc.donat.ver.reuertatur,num.363.* vbi ampliat, etiam quòd tertij ius sit ipso iure in totum exclusiuum iuris agentis.

QVÆSTIO LXX.

De exceptione non numeratæ pecuniæ.

SVMMARIVM.

1. *Exceptio non numeratæ pecuniæ quando opponi possit,generaliter,& num 4.5.& 7.*
2. *Exceptio non numeratæ dotis quando opponi possit.*
3. *Renunciatio exceptionis non numeratæ pecuniæ quid operetur.*
4. *Confessio non probat numerationem.*
5. *Exceptio non numeratæ pecuniæ regulariter transfert onus probandi numerationem in aduersarium.*
6. *Exceptio non numeratæ pecuniæ an possit opponi in alio mutuo.*
7. *Et in mutuo, an in dubio pecunia præsumatur tradita.*
8. *In contractu iurato an possit dari de non numerata pecunia.*
9. *Quid aduersùs confessionem de mutuo præterito.*
10. *Post biennium non admittitur exceptio non numeratæ pecuniæ,& 19.*
   Sed bene post biennium imploratur officiũ iudicis,ibid.
11. *In deposito an possit dari exceptio de non numerata pecunia.*
12. *Quid aduersùs confessionem geminatam.*
13. *Instrumentum an dicatur falsum, in quo dicitur pecuniam numeratam,si re verà non fuit numerata.*
14. *Confessio de recepto quando tertio præiudicet.*
   Exceptio non numeratæ pecuniæ quando possit per tertium opponi,ibid.
15. *Numeratio non probatur si instrumentum dicat quòd talis habuit & recepit, nisi addatur, in præsentia mei,&c.*
16. *Exceptio non numeratæ pecuniæ opponitur etiam aduersùs instrumentum guarantigiatum, & 21.*
17. *Confessus, vel condemnatus in iudicio non opponit de non numerata pecunia.*
18. *Exceptio non numeratæ pecuniæ non potest opponi in vltimis voluntatibus.*
19. *Etiam post biennium potest probari pecuniam non esse numeratam.*
   Instrumentum an possit creditori deferri super numeratione pecuniæ,ibid.
20. *Exceptio non numeratæ pecuniæ nunquam censetur exclusa à statuto.*
21. *Exceptio non numeratæ pecuniæ an opponatur contra instrumentum guarantigia,& 16.*
22. *An possit opponi per hæredem debitoris.*
23. *Quid in liberatione debiti,& confessione solutionis.*

Exce

1 Exceptio non numeratæ pecuniæ an, & quando opponi poſſit, generaliter. præter infraſcripta in materia videas Villalob. *in com. opin.lit.C.num.*156. Rom. *ſing* 642. Corſer. *ſing.pag.mihi* 159. *verb.exceptio.* Marſil. *ſing.*277.*&* 463. Diaz *regula* 249. *&* 257. Duen. *reg.*121. 250. *&* 261. *deciſ. Tholoſ.*574.*in addit.*omnino Hercul. *de negat. pag. mihi* 24. *à tergo, num.*27. *& ſeqq.* vbi latè & pulchrè Tiraquell. *de retract. pag.mihi* 917.*num.*8. *& ſeqq* .vide etiam Doctores infra allegatos *n.*4. omnino præter alios Emanuel Coſta *in l.ſi ex cautione. C. de non num.pecun.* inter eius opera *pag.* 207.*& ſeqq.*vide etiam Hippol. Riminal.*conſ.*271. *lib.*3.*per tot.*

2 Exceptio non numeratæ dotis quando opponi poſſit per maritum, & eius hæredes, vel creditores mariti, vide *in alio Repert.contract.q.*21.

3 Exceptio non numeratæ pecuniæ an opponi poſſit ſi illi renunriatum fuit. Marſil *ſing.* 222. Turzan. *opin.*76. Felin. *in cap.ſi cautio, de fid.inſtrument. num.*48. *& ſeqq.* Couarru. *var. reſol. pag.mihi* 413. *num.*3. Marſil. *ſing.* 327. & faciunt in ſimili tradita de except. non num. pecuniæ dotis, *in Repert. contract. quæſt.*21. *num.*5. Duen. *reg.*260. *num.*4 Villalob.*R.n.*22.

4 Confeſſio non probat numerationem. Roland. *conſil.*17.*num.*18. *vol.*1. licèt aliqui *ibi* per eum relati contrarium voluerint. Ad quam materiam, an & quando ſcilicet confeſſio de recepto habeatur pro vera numeratione, vide præter Doctores generaliter ſuprà allegatos *num.*1. Tiraquell. *de retractu, pag. mihi* 917. *num.*8.*& ſeqq.* Ceph. *conſil.*101. *num.*1. *& ſeqq. & n.*9. *& ſeqq. vol.*1.vide *in ſeq.num.& n.*7.

5 Exceptio non numeratæ pecuniæ oppoſita regulariter transfert onus probandi numerationem in aduerſarium. Ita præter Doctores ſuprà allegatos *num.*1. *&* 4. tradit Imol. *concluſ.* 34. *lib.* 5. *pag. mihi* 1030. ſola enim confeſſio de recepto, niſi aliter de numeratione conſtet, confitentem ad ſoluendum non aſtringit, competit enim exceptio non numeratæ pecuniæ. *l.*1.*l.ſi ex cautione,& l in contractibus, & per totum. C. de non numer. pecun.* Ant. Gomez *tit. de contract. mutui, ſub num.* 2. *verſic. Prædicta tamen intelligé*,&c.

6 Exceptio non numeratæ pecuniæ an poſſit opponi in alia cauſa, quam mutui, vide Alex.*conſil.*190.2.*part.* Afflict.*deciſ.*105.*num.*2.

7 Et in mutuo an in dubio pecunia præſumatur tradita, præter Doctores ſuprà allegatos *num.*1.4.5. vide Villalob.*in com opin.lit.P.n.*58.

8 Exceptio non numeratæ pecuniæ an poſſit opponi aduerſus contractum iuratum, vide Crem.*ſing.*153. Firman. *in Repert. verb. iuramenti effectus, num.* 17. Taſſara *in error. Notar.cap.*75.*num.*1. *& ſeqq.* Roland. *conſil.*94.*n.*4.*& ſeqq.n.*20.*& ſeqq. vol.*1.Hercul.*de negat. num* 28.*&* 34. faciunt in ſimili tradita *de except non numerata dotis, in Repert. contract. quæſt.*21.*num.*6. Dic quòd talis exceptio poteſt opponi, etiam non obſtante iuramento.*l.fin* vbi gloſſ. & communiter Doct. *C.de non numer.pecun.* Gomez *d. tit. de contract. mutui, cap.* 6. *num.* 2. *in fine.* quod maximè procedit in iuramento minoris, vt per Simoncell. *de decreto lib.*3.*tit.*8. *num.*180. ſed quòd iurans omnia & ſingula eſſe vera, non poſſit iurare de non numerata pecunia, ponit Virg.Boce *in conſt. March.gloſſ.*2.*num.*69.

9 Exceptio non numeratæ pecuniæ, an, & quando opponi poſſit aduerſùs confeſſionem de mutuo præterito, vide Alex.Dec. Curt. Iur.& Emanuel.Coſtam *in l.*2. *§. appellata. ff.ſi cert. pet.* Dic quòd adhuc poteſt opponi talis exceptio, ſecundùm Ant Gomez *tit. de contract. mutui, cap.*6.*num.*4.licèt aliqui *ibi* per eum relati contrarium dixerint.

10 Exceptio non numeratæ pecuniæ, licèt non poſſit opponi poſt biennium; tamen bene poterat implorari officium iudicis.Roland.*conſ.*1.*num.*57.*vol.*1. vide infrà *num.*19.

11 Exceptio non numeratæ pecuniæ an admittatur in depoſito, Roland. *conſ.*17. *num.*7. *vol.*1. faciunt generaliter tradita *in Repert. contract. in fragmen. verſic. depoſitum confeſſatum*, &c. *num.* 6. vbi poſui an depoſitum confeſſatum habeat priuilegia veri depoſiti. Dicas quòd in depoſito confeſſionato non admittitur exceptio non numeratæ pecuniæ. *l. in contractib.* §.1. *C. de non numer. pecun. l. Publia.* §. *vltimo. ff. depoſiti.* Roland. *d.conſil.*17. *num.*7. *vol.*1. Sed contrarium tradit Tiraquell. *de retract. conuent.* §.4. *gloſſ.* 6. *num.* 15. Sed aduerte quòd Tiraquell. loquitur quoad tertium, non quoad confitentem, & ita potes concordare opiniones.

12 Exceptio non numeratæ pecuniæ non admittitur aduerſùs geminatam confeſſionem. Roland.*d.conſ.*17. *n.*11.*&* 12.*vol.*1.Cephal *conſ.*192. *num.*21. Maſcard. *de prob.concl.*347.*num.*52.*& ſeq.*

13 Inſtrumentum in quo dicitur numeratam eſſe pecuniam ſi re vera non fuit numerata, an reddatur falſum, & quomodo iſto caſu puniatur Notarius, vide *in Repert.contract.q.*69.*n* 4.vbi poſui.

14 Exceptio non numeratæ pecuniæ quando poſſit opponi per tertium, vel ſic confeſſio de recepto quando tertio præiudicet, Tiraq. *de retract. pag. mihi* 917. *num.* 17. & de tutoris confeſſione de recepto quando præiudicet pupillo, vide *in Repert. vlt. vol.in fragmen. verſ.Tutoris*,&c. vbi remiſſiue etiam de aliis ſimilibus confeſſionibus.

15 Scias in materia quòd ſi in inſtrumento dicatur, Talis confeſſus eſt habuiſſe & recepiſſe centum, quæ habuit, & recepit, non probatur per iſta verba numeratio, niſi addatur, in præſentia mei, &c. Roland. *conſ.*47.*num.*10.*vol.*4.*& num.*30.vbi quòd iſtud procedit in materia ſuſpecta.

16 Exceptio non numeratæ pecuniæ poteſt opponi etiam aduerſùs inſtrumentum guarantigiatum. Ant. Gomez *tit.de contract. mutui,cap.*6. *num.* 3. vbi reſpondet ad contraria.vide infrà *n.*21.

17 Exceptio non numeratæ pecuniæ non poteſt opponi per eum, qui in iudicio confeſſus, Maſcard. *concluſ.*348 *num.*12. vel per ſententiam condemnatus eſt. Ant.Gomez *d.tit de contract.mutui, c.*6.*n.*3.*verſ.*3. *quia ſicut.* vide *deciſ.Pedem* 134. Stiatic.*in pract.iudic.cap.*19. *n.*11. *& ſeqq.* vbi in propoſito quòd non dicitur facta confeſſio in iudicio, ſi ſimpliciter ſit ſcripta apud acta coram Notario, niſi etiam coram iudice præſente aduerſario, ſed de hoc vide ſupra *q.*8.*n.*35.*& ſeqq.*

18 Exceptio non numeratæ pecuniæ non poteſt opponi in confeſſione debiti facta per teſtatorem in teſtamento. Dixi *in Repert vlt.volun q.*63.*n.*10.

19 Exceptio non numeratæ pecuniæ non poteſt opponi poſt biennium, vt dixi ſuprà *num* 10 & addo Ant.Gomez *tit.de contract. mutui, c.*6 *num* 6. vbi quòd licèt poſt biennium non duret niſi ciuilis obligatio abſque naturali, & tamen ſola efficax & ſufficiens eſt ad exigendum, & habet vim naturalis, & ciuilis obligationis, & *ibidem num.*7.vbi tamen quòd non obſtante lapſu biennij poterit probare debitor per teſtes, vel per alias probationes pecuniam non fuiſſe numeratam, licèt non poſſit deſuper creditori deferre iuramentum, & *ibi* teſtatur de magis communi, ad quod vide latè Rimin.iun.*conſ.*272 *lib.*3.

20 Exceptio non numeratæ pecuniæ nunquam cenſetur excluſa à ſtatuto exceptiones prohibente, vt dixi ſuprà *quæſt.*21.*num.*33.

21 Exceptio non numeratæ pecuniæ poteſt etiam opponi contra inſtrumentum guarantigiæ, & quod à ſtatuto habet exequutioné paratam, ſecundùm vero [illegible]

opinionem, de qua per Emanuel. Costam *in l. si ex cautione in 11. fall. C. de non num. pec.* & est *decis. Tholos.* 32. quæ tamen limita non procedere quando statutum non solùm daret exequutionem instrumento, sed etiam & exceptiones prohiberet. Tunc enim aduersùs guarantigiæ instrumentum nec etiam exceptio non numeratæ pecuniæ opponi poterit, secundùm Bened. de Barz. *in tract. de guarantig. in 3. p. in 4. quæst.* & faciunt suprà tradita *quæst.* 21 *num.* 35. vide suprà *num.* 16. adde in materia Virg. Boccac. *in constit. March. gloss.* 1. *num.* 46. vbi si pars passa est in obligatione Camerali probationes recipi super numerata pecunia, exequutio impeditur, & non obstante iuramento & priuilegio Cameralis obligationis iudex potest super ea pronuntiare, quod quomodo intelligatur, ibi declarat, *& gloss.* 7. *num.* 35. vbi quòd in Curia obligatio Cameralis non admittit exceptionem non numeratæ pecuniæ ante solutionem.

Exceptio non numeratæ pecuniæ sicut infra bien-
32 nium potest opponi per principalem debitorem, ita & per eius hæredem, eo defuncto, vt per Ioseph. Lud. *in com. opin. lib* 1. *in* 61. *illat. concl.* 16.

Exceptio non numeratæ pecuniæ in liberatione
33 debiti, & confessione solutionis, non nisi infra 30. dies opponi potest. *l. qui debitorem. ff. de fideiussor.* Ant. Gomez *tit. de fideiussor. sub n.* 13. *pag.* 248. *col.* 3. *in fine.*

QVÆSTIO LXXI.

De iuramento in supplementum.

SVMMARIVM.

1. *Generalis materia.*
2. *Iuramentum in supplementum an deferatur in causis magnis, & seqq.*
8. *Quid in causis possessorijs.*
9. *Quid si contra semiplenè probantem adest aliqua præsumptio leuissima.*
10. *Quid si id quod petitur non est verisimile.*
11. *Quid si iurans non sit persona legalis, & omni exceptione maior.*
12. *Iuramentum in supplementum non defertur periuro.*
   Item nec verisimiliter peieraturo, ibid.
13. *Item nec spurio.*
14. *Item nec Iudæo, infideli, excommunicato.*
15. *Quid in causa matrimonij.*
16. *Quid si probatio semiplena est solùm præsumptiua.*
17. *Quid in causa syndicatus.*
   Instrumentum sibi deferri petens suspectus redditur, ibid.
18. *Iuramentum non defertur ex officio, sed parte petente.*
19. *Appellare quis debet ab indebita delatione, vel non delatione huius iuramenti, aliàs sibi præiudicat non appellans.*
20. *Iuramentum non defertur vbi lex requirit probationes apertissimas.*
21. *Idem vbi probatio requiritur pro forma, vel conditionaliter.*
22. *Iuramentum non defertur post conclusionem in causa.*
   An deferatur lapso termino probatiuo, ibid.
23. *Quid vbi plures testes in facto interuenerunt.*
24. *Iuramentum an deferatur ex dicto vnius fœminæ.*
23. *An non plenè informato.*
   Puta hæredi, vel filio, ibid.
26. *Item nec rustico.*
27. *Quid in causa criminali, & seqq. & 45.*
34. *Quid in probatione doli.*
35. *Quid in causa famosa, & seq.*
37. *Quid vbi lis per negationem reciperet augmentum.*
38. *Quid si in testamento deficiat vnus testis.*
39. *Iuramentum non deferatur potius actori, quàm reo.*
40. *Quando est plusquam semiplenè probatum, tunc iuramentum defertur vbi aliàs non deferretur, & seq.*
42. *Iuramentum in supplementum non defertur, nisi sit semiplenè probatum.*
   Item nec defertur quando semiplena probatio est elisa per contrarias probationes, ibid.
43. *Iuramentum hoc an deferatur in causa alimentorum.*
44. *Iuramentum non defertur minori.*
46. *Item non defertur nisi parte citata.*
   Et causa cognita, ibid.
47. *Iudex facit litem suam si non defert hoc iuramentum vbi de iure debet.*
48. *Iuramentum in supplementum an deferatur Procuratori, vel per Procuratorem.*

IVRAMENTVM in supplementum an, & 1
quando deferatur, & de materia præter infrascripta videas Marsil. *sing.* 197. 273. 451. 461. Soc. *reg.* 204. Lancellott. *in Breu. pag.* 152. ad quem semper recurras in materia. Corr. senior *in repet. l. admonendi.* vbi posuit 43. fallentias, *num.* 152. *vsque ad n.* 165. omnino Seraph. *de priuil. iuram. priuil.* 33. *per tot.* Mascard. *de probat. concl.* 954. Surd. *decis. Mant.* 316 *n.* 93. *& seqq.* vide plures quæstiones positas per Andr. Fachin. *controu. iur. lib.* 1. *cap.* 16. *& seqq.*

Iuramentum in supplementum an deferatur in cau- 2
sis magnæ quantitatis, vide Marsil. *sing.* 27. *decis. Bonon.* 67. *num.* 2. *&* 5. Roland. *cons.* 82. *num.* 22. *vol.* 2. *& consil.* 26. *num.* 10. *& seq.* 21. *& seqq. vol.* 1. Hercul. *de negat. num.* 235. *in fine.* Lancellott. *in Breu. pag. mihi* 54. *num.* 5. Plat. *in l. si quando, num.* 666. *C. vnde vi.* quando pars est conuicta de mendacio, tunc ob mendacium datur iuramentum suppletorium, etiam in causis arduis, vt *in decis. Lucen.* 42. *num.* 19. 1. *part.* Aym. *de antiq. temp. part.* 1. *vers. vidimus, num.* 17. qui concordantes allegat. Andr. Gail. *obseru.* 108. *num.* 11. *lib.* 1.

Et quæ in proposito dicantur causæ magnæ, & quæ 3
paruæ, habetur per Roland. *cons.* 16. *n.* 10. *& seq.* 21. *& seqq. vol.* 1. Menoch. *de arbitr. quæst. casu* 72. *lib.* 2. & traditur per Doct. suprà allegatos *in antecd. num. decis. Bonon.* 67. *num.* 5.

Regula sit quòd in causis magnæ quantitatis non 4
defertur iuramentum in supplementum. Menoch. *de arbitr. quæst. casu* 190. *num.* 17. *& seq.* Suarez *in com. opin. lit. I. n.* 317. vbi loquitur in causis arduis. Menoch. *casu* 464. *num.* 4. *centur.* 5. vbi *num.* 5. dicit quòd qui asserit causam magnam, debet id probare.

Limitatur hæc regula I. vt non procedat quando 5
cum semiplena probatione adsunt aliæ coniecturæ, quia tunc etiam in causis magnæ quantitatis defertur iuramentum, secundùm Neuizan. *in cons.* 25. *n.* 11. & Cephal. *cons.* 141. *num.* 20. *vol.* 1. vbi quòd iuramentum defertur in causis magnæ quantitatis, quando est plusquam semiplenè probatum, & idem traditur *in decis. Perus.* 100. *part.* 2. *n.* 7. & faciunt tradita per Suarez *in com. opin. lit. I. num.* 311. & faciunt pro hac limitatione infrà tradita *num.* 15. 30. 36. *&* 40. & idem per Menoch. *casu* 464. *sub num.* 8. vbi nihilominus id totum iudicis arbitrio remittere videtur. Striatic. *in pract. cap.* 20. *num.* 13. 39. *& seq.* vbi *de comm.* Mascard. *conclus.* 944. *n.* 31. Paciano. *de probat. lib.* 1. *c.* 39. *n.* 19. vbi plures refert concordantes.

Sublimita hanc limitationem procedere, quando 6
scilicet concurreret legalitas personæ iurantis, aliàs secus, nisi enim persona iurantis sit legalis, & omni

exceptione

exceptione maior, in causis magnæ quantitatis non defertur iuramentum, etiam quòd sit plusquam semiplenè probatum; ita enim hanc legalitatem personæ iurantis præsupponit Ceph. *in d.cons.* 141. *num.* 20. & faciunt infrà tradita *n.* 11. *& seqq. & n.* 31. *&* 41. & tradit Menoch. *d.casu* 464. *n.* 9. Fulu. Pacian. *de prob. lib.* 1. *c.* 39. *n.* 21.

7 Limita II. supradictam regulam in causis possessoriis, vt *in seq. num.*

8 Iuramentum in supplementum defertur etiam in remediis possessoriis, ac etiam quòd causa possessorij sit magna *decis. Pedem.* 99. *num.* 30. vide aliquid suprà *q.* 22. *n.* 86. *& seqq.* vbi an vnicus testis sufficiat in causa possessorij, quod repetij *in tit. de oppos. con. test. q.* 63. *n.* 31. *& seqq.* Grat. *resp.* 42. *n.* 7. *lib.* 2. Mathes. *sing.* 2. Dec. *cons.* 252. *col.* 2. Alex. *cons.* 91. *col.* 1. *lib.* 5. Marsil. *sing.* 620. Aym. *cons.* 158. *n.* 12.

9 Iuramentum in supplementum non defertur vbicumque contra semiplenè probantem adest aliqua præsumptio, etiam leuissima, *decis. Bonon.* 67. *n.* 6. Rol. *cons.* 50. *n.* 20. *& seqq. decis. Pedem.* 71. *n.* 3. & faciunt infrà dicenda *in seqq. num.* In hac materia vide Menoch. *de præsumpt. lib.* 1. *q.* 83. vbi qualis debeat esse talis præsumptio, generaliter & particulariter Mascard. *conclus.* 1221. *n.* 8. *&* 9. vbi quòd non defertur hoc iuramentum quando contra actorem adest præsumptio iuris, vel consuetudinis.

10 Item iuramentum in supplementum non defertur, quando id quod petitur, non est verisimile. Tiraq. *de reuoc. donat. pag. mihi* 44. *n.* 39. Ceph. *cons.* 225. *n.* 55. vbi de facto inuerisimili & insolito, & faciunt tradita *in anteced. num.* Marsil. *in rub. de probat. n.* 111.

11 Item iuramentum non defertur in supplementum, nisi iurans sit persona legalis, ac omni exceptione maior. Menoch. *de arb. cas.* 190. *num.* 12. *& seqq.* Plat. *in l. si quando, n.* 791. *C. vnde vi.* Ceph. *cons.* 225. *n.* 54 *& consil.* 141. *num.* 20. vbi videtur loqui etiam quòd sit plusquam semiplenè probatum. vide de hoc aliquid suprà *n.* 6. & infrà *num.* 11. *&* 41. ad hæc vide idem tradentem Menoch. *casu* 464. *n.* 9. *&* 12. Sriatic. *d.c.* 20. *num.* 9. *&* 40. *in fine.* Mascard. *conclus.* 857. *num.* 15. *in fragment. vers. Iuramentum*

12 Hinc est quòd iuramentum in supplementum non defertur periuro. Clar. *in pract.* § *periurium, vers. Item periuro, &c.* Imò nec defertur verisimiliter peieraturo, vt per Menoch. *de arb. quæst. casu* 192. *lib.* 2. quòd non deferatur periuro, tradit Menoch. *casu* 464. *n.* 19. vbi *num.* 10. *& seqq.* id limitatur in periuro absoluto à periurio.

13 Hinc etiam est quòd tale iuramentum non defertur spurio, quod an verum sit, videas per Cagnol. *in l. si qua illustris, C. ad Orfician. n.* 8. & per Duen. *reg.* 358. Menoch. *casu* 464. *num.* 16. *& seq.* vbi pro & contrà. Striatic. *in pract. iudic. cap.* 20. *n.* 41. *& seq.*

14 Hinc etiam est quòd tale iuramentum non defertur Iudæo. Rol. *cons.* 33. *num.* 10. Natt. *cons.* 620. *num.* 4. *&* 10. *vol.* 3. Ad quod videas Menoch. *de arbitr. quæst. casu* 190. *num.* 15. *& casu* 464. *num.* 15. *cent.* 3. vbi quòd Iudæo exercenti fœnus contra Christianum non defertur hoc iuramentum; sed bene defertur Iudæo contra Christianum exercentem fœnus. Mascard. *conclus.* 944. *n.* 18. Lambert. *de contract. glos. fin. q.* 13. *n.* 58. vbi quòd hoc iuramentum non defertur Iudæo contra Christianum, secus contra alium Iudæum. faciunt in simili tradita infrà *vers. Iuramentum in litem, num.* 15. *& in Repertorio contract. vers. Iuramentum in litem, n.* 35. Mascard. *conclus.* 857. *num.* 14. vbi quòd hoc iuramentum non defertur Iudæo, infideli, hæretico, seu excommunicato, & de Iudæo idem *in conclus.* 944. *n.* 17. *& seqq.* Sed contrà *num.* 22. *& seqq.* vbi de communi. concorda, quia non defertur Iudæo contra verum Christianum, sed bene contra Christianum vsurarium, *ibidem num.* 28. & dixi suprà. posui *in fragment. vers. Iudæus, &c.*

Iuramentum in supplementum an deferatur in causa matrimonij, vide relatos per Fulu. Pacian. *de prob. lib.* 1. *c.* 39. *num.* 22. Villalob. *in commun. opin. litt. I. n.* 155. Lancell. *in Breu. pag.* 154. *num.* 5. *vers.* 3. Hercul. *de negat. num.* 279. Ceph. *cons.* 141. *num.* 8. *&* 9. *vol.* 1. vbi quòd defertur in causa matrimonij quando est incidenter proposita, secus si principaliter. vide Suarez *in com. opin. litt. I. num.* 309. vbi facit regulam negatiuam, *& num.* 310. vbi eam limitat quando cum semiplena probatione concurrerent aliæ coniecturæ, vel ita suaderet bona conditio personæ iurantis. Ad quam declarationem, videlicet de concursu aliarum coniecturarum, faciunt suprà tradita *n.* 5. & infrà *n.* 30. 36. *&* 40. 15

Iuramentum in supplementum an deferatur ex media probatione præsumptiua, vide Myns. *obseru.* 65. *cent.* 1. Dic secundùm Menoch. *de arbitr. quæst. casu* 190. *num.* 2. *& seqq.* quòd licèt regulariter iuramentum hoc non deferatur nisi stante semiplena probatione, tamen potest etiam deferri, quando adesset aliqua vehemens præsumptio, quia succedit loco semiplenæ probationis, vt *ibi* per eum. In hac materia vide Menoch. *de præsumpt. lib.* 1. *q.* 82. *&* 84. Mascard. *de probat. lib.* 3. *conclus.* 1221. *num.* 15. *& seqq. vsque ad num.* 22. vbi quòd hoc iuramentum defertur etiam ex præsumptiua probatione, quando est semiplena, secus si minus quàm semiplena. 16

Iuramentum in supplementum non defertur in causa syndicatus. Rondinell. *de syndicat. pag. mihi* 133. *n.* 137. vide infrà *n.* 33. vbi ponas hæc. 17

Iuramentum in supplementum qui sibi deferri petit, redditur suspectus. Cephal. *cons.* 227. *num.* 40. *vol.* 2. quod non videtur verum, quia regulariter iuramentum in supplementum non potest ex officio parte non petente per iudicem deferri, vt per Crass. *in com. opin. lib.* 1. *cap.* 7. *q.* 20. vbi de magis communi opinione. & per Menoch. *casu* 464. *num.* 18. vbi de communi, & per Sriatic. *in pract. iudic. cap.* 20. *n.* 18. vbi de communi, *& num.* 26. vbi ampliat, etiam quòd iudici ita æquum videatur, sed limitat quando in libello adesset clausula, ius & iustitiam ministrari, quia tunc sine alia petitione potest iudex ex officio deferre, *d. n.* 26. posui *in fragment.* 18

Iuramentum in supplementum si indebitè deferatur, vel si non deferatur cui de iure erat deferendum, pars debet appellare, aliàs videtur acquiescere, vt per Cephal. *cons.* 127. *num.* 33. *& seqq. vol.* 2. si iudex putat non esse locum delationi iuramenti, debet desuper pronuntiare. Sriatic. *d.c.* 20. *n.* 30. & à tali pronuntia datur appellatio, *ibid. n.* 33. 19

Iuramentum in supplementum non defertur quando lex requirit probationes apertissimas. Roman. *singul.* 200. Cotta *in memorab. pag.* 460. & Suarez *in comm. opin. litt. I. n.* 314. 20

Iuramentum in supplementum non defertur vbi probatio requiritur pro forma. Pro forma autem dicitur requisita probatio si lex, vel statutum conditionaliter loquatur, puta si hoc fuerit probatum, &c. Cotta *in memor. pag. mihi* 335. Hercul. *de negat. n.* 280. Suar. *in com. opin. litt. I. n.* 319. 21

Iuramentum in supplementum non defertur post conclusionem in causa. Sriatic. *in pract. cap.* 10. *num.* 21. *& seqq.* vbi quòd hoc iuramentum ante conclusionem potest quandocunque deferri, etiam lapso termino dato ad probandum: post conclusionem autem secus, *& num.* 29. vbi etiam ante conclusionem denegatur hæc delatio, quando lapsus est terminus datus ad probandum, & probatum habendum per omne genus probationis. Cotta *in memor. pag.* 455. Lancell. *in Breu.* 22

*pag.*151.*num.*1.*in fine*,& hæc est communis opinio, & de consuetudine approbata, secundùm Crassum *in com.opin.lib* 1.*cap.*7.*q.*19.*tom.*2.*com.opin.*licèt aliqui *ibi* per eum relati contrarium dixerint, *decis. Lucen.*42. *num.*13.1.*part.* Menoch.*casu* 464.*num.*29. vbi quòd petitio delationis huius iuramenti debet fieri infra tempus probatiuum,& *ibi* testatur de communi.ad materiam vide Andr. Gail. *obseru.*108.*lib.*1.

23 Iuramentum in supplementum non defertur ei, qui produxit vnum testem super facto, in quo plures testes interuenire potuerunt. Bar.*in l.admonendi,col.*8. *vers. Item hoc intellige verum.ff.de iureiur.* Natt.*cons.*666. *n.*9.*lib.*4.Rol.*cons.*50.*num.*24.*vol.*2.vbi quando in probando aliquod factum plures testes inueniri possunt, quàm examinati, iuramentum non defertur,*decis.Lucen.*42. *num.*21. *& seqq.* 1.*part.* Surd. *decis. Mant.*326. *num.* 93.

24 Iuramentum in supplementum an deferatur ex dicto vnius fœminæ, Tiraq. *de l.connub.pag.*221.*num.*72. *& seqq.*

25 Iuramentum quando deferatur non plenè infirmato,puta filio,vel hæredi,aut alteri,Roland.*cons.*52.*per totum,vol.*1.Plot.*in l.si quando,num.*610.*& seqq. C.unde vi*,vbi latè.& omnino Menoch. *de arb. quæst. casu* 190. *n.*5.*& seqq.*vbi infert & declarat Diaz *reg.*386.*&* 392. Ceph.*cons.*225.*num* 56.*vol.*2.*decis.Lucen.*41.*num.*16.1. *parte*, vbi quòd tale iuramentum non defertur, nisi ei,qui verisimiliter sciat veritatem per actum corporeum,quia in hoc æquiparatur testi.Ad materiam huius versiculi vide Ioseph. Ludou.*in com.opin.conclus.*16. *in* 52. *illatione.* Quid de Procuratore, an possit ei, vel per eum hoc iuramentum deferri,dixi *infrà n.*48.

26 Iuramentum in supplementum an deferatur rustico,Menoch,*de arb.quæst.d.casu* 190.*n.*16.*in fragm.*

27 Iuramentum in supplementum an deferatur in causis criminalibus, vide Hercul. *de negat. num.* 333. *&* 279.Laucell.*in Repert pag.mihi* 154. *num.*5. *vers. secundus casus.*vide infrà *num.*45 & allegatos *in addit.*ad Ful.Pacian.*de prob.lib.*1.*c.*39.*litt.*C. Hier. Ceuall.*in com. opin q.*300. Andr.Facbin.*controu.iur.lib.*1.*cap.*15. Gail. *obseru.*108 *n.*11.*lib.*1.

28 Regula sit negatiua, quòd videlicet in criminalibus,& vbi agitur de commissione pœnæ,iuramentum in supplementum non defertur. Fulu.Pacian. *de prob. lib.*1.*c.*39.*num.*11.Cephal.*cons.*127.*num.*6. *& cons.*141. *num* 2.*&* 8 Suarez *in com.opin.litt I num.*312. Clar. *in pract.q.*63.*in princ.& vers.seqq* Mathes.*in* 1. *vol. comm. opin.diuer.pag.mihi* 394.*col.*1. *in fin.* Ant.Gomez *tit. de prob.delicto.num.*9.vbi de communi. Menoch.*casu* 464. vbi quòd istud iuramentum accusatori qui semiplenè probauit, non defertur, & *ibi* concordan. allegat, & testatur de recepta opinione Mascard. *conclus.* 864. *num.*22.24.*&* 25.vbi de communi.

29 Limita I. hanc regulam non procedere in causa ciuiliter intentata, vt *ibidem* per Clarum. Sed vide Menoch. *casu* 464.*n.* 6. vbi quòd nec accusatori defertur hoc iuramentum, & in causa criminali ciuiliter intentata,nisi plusquam semiplenè probauerit,prout dicetur *in seq.limitat.* Sed quòd non deferatur hoc iuramentum, etiam quòd sit plusquam semiplenè probatum,tenuit Soc.relatus per Pacian *de prob.lib.*1.*cap.*39. *n.*19.*vers Verum tamen* Sed hæc opinio Socin.confunditur ex alleg.infrà *n.*30.

30 Limita II. quando esset plusquam semiplenè probatum, quia tunc etiam in criminalibus defertur iuramentum in supplementum, vt *ibidem* per Clarum, & per Cephal.*cons.*141.*num.*1. *vol.*1. & ad hoc faciunt suprà tradita *num* 5. 15.36. & 40. Sed vide Menoch. *d casu* 464. *num.* 7. *& seqq.* vbi nihilominus dicit hoc iudici arbitrarium. Pacian. *de prob.lib.*1.*c.*39. *num.*19. licèt aliqui *ibi* relati per eum *n.* 19.*in fin.* contrarium dixerint, quorum opinionem declarat procedere, *ibi n.* 20. quando ageretur de pœna corporali, secus si de pecuniaria,vt infrà *num.*32.

Sublimita, hanc limitationem procedere concurrente legalitate personæ iurantis. Nisi enim iurans sit persona legalis, etiam quòd sit plusquam semiplenè probatum,tamen in criminalibus causis non defertur iuramentum;ita enim legalitatem personæ in isto casu concurrere debere, præsupponunt Clarus & Cephal.suprà allegati *in anteced. num.* & faciunt in simili suprà tradita *num.* 6. *&* 11. & infrà *num.* 41. & expressè tradit Menoch.*d.casu* 464.*num* 9. *&* 12. & præsupponit etiam Pacian. *d. cas.*39.*n.*18. & expressè declarat *num.*2. 31

Limita III.quando imponeretur pœna pecuniaria, quia tunc etiam in criminalibus defertur iuramentum in supplementum,vt per Clar. *ibid.* & per Cepb. *d. cons.*141. *num.*20.*& seqq. vol.*1. cuius contrarium in hac limitatione tradit Suarez *in com.opin. litt.I. n.*353. vide in hoc Pacian.*de prob.lib.*1.*c.*39.*num.*20 vbi tenet hanc limitationem, sed loquitur quando adest plusquam semiplena probatio, aliter secus. 32

Limita IV. in delicto commisso in officio, quia in tali casu defertur iuramentum in supplementum, vt per Tiraq.*de pæn temper. causa* 58.*n.*7. vide aliquid suprà *n.*17.& *ibi* tradita ponas hîc. 33

Ex supradicta regula, quòd videlicet in criminalibus non deferatur iuramentum in supplementum, primò inferri potest,quòd ad probandum dolum non defertur iuramentum in supplementum, vt per Cott. *in suis memor.pag.*110. 34

Item & secundò infertur quòd in causa famosa non defertur iuramentum in supplementum. Ceph. *consil.*127 *num* 1. Villalob.*litt.I.n.*308.& quæ dicatur causa famosa,vide *ibi* per Ceph.*n.*2.3.12.*& seqq.* 35

Limita, hanc illationem non procedere quando esset plusquam semiplenè probatum, quia tunc etiam in causa famosa defertur iuramentum in supplementum,vt per Cephal.*cons.*127 *n.*27.& faciunt suprà tradita *n.*15.5.*&* 30 & infrà *num.*40. 36

Item & inferri potest quòd iuramentum in supplementum non defertur in casu,in quo per negationem lis posset recipere augmentum. Cephal. *d. cons.*127. *n.*4.sed contrà *n.*42.*& seqq.*vbi declarat. 37

Iuramentum in supplementum defertur, quando in testamento adsunt sex testes, de quo dixi in *Repert. vlt.volunt.q.*61.*n.*31. 38

Iuramentum in supplementum an deferatur potius reo,quàm actori, quando vtriusque probationes sunt pares,& de materia per Menoch. *de nob.qq. q.*21. *tomo* 1.vbi relatis opinionibus videtur concludere secundùm receptiorem opinionem, iuramentum esse potius reo,quàm actori ferendum. 39

Nota in materia generaliter quòd vbi est plusquam semiplenè probatum, & sic quando cum semiplena probatione concurrerent aliæ coniecturæ, tunc iuramentum in supplementum defertur etiam in casibus vbi aliàs non deferretur. Colligitur hæc conclusio generalis ex particulariter traditis suprà *n.* 5. 15. 30. *&* 36. & expressè tradit Stiatic. *in practic. cap.* 20. *num.*13. 40

Quæ conclusio limitatur,an procedat,quando scilicet concurrit etiam legalitas iurantis, aliter enim iuramentum non defertur, etiam quòd sit plusquam semiplenè probatum, vt similiter colligitur ex suprà tradita *n.*6.11.*&* 31. 41

Iuramentum in supplementum non defertur nisi sit semiplenè probatum. Ias.post alios *in l.admonendi, n.*294 *ff.de iureiuran.* cum aliis,de quibus in *decis. Lucen.*42.*num.*13. & de hoc nemo dubitat, ideo similiter nec defertur iuramentum hoc, quando illa semiplena probatio 42

probatio eſſet eliſa per contrarias probationes, vt *in d.deciſ.42.n.10.part.1.*

43 Iuramentum in ſupplementum an deferatur in cauſa alimentorum, dixi infrà *in fragm.verſ.alimenta.*

44 Iuramentum in ſupplementum non defertur minori, quia non dicitur omni exceptione maior. *deciſ. Lucen.42.n.34.1.part.in fragm.*

45 Adde ad ea quæ ſuprà tradita ſunt *num. 27. & ſeqq.* quòd in cauſis criminalibus reo, qui ſemiplenè probauit ſuam innocentiam, defertur iuramentum in ſupplementum. Menoch. *d.caſu 464.num.10.*& hæc ſit altera limitatio ad regulam. Et hoc iuramentum vocatur iuramentum purgationis, quod quando reo deferatur, vide Fulu. Pacian. *de prob.lib.1.cap.39.num.12. & ſeqq.*& *ibi in addit.C.in fragm.*

46 Iuramentum in ſupplementum non defertur, niſi cauſa cognita, & parte citata. Menoch. *dict.caſu 464. n.26.& ſeq.* Stiat.*in pract.ſua cap.20.num.7. & ſequent. in fragment.*

47 Iudex, qui non defert iuramentum, vbi de iure debebat, facit litem ſuam. Stiat.*in pract. iud.cap.20.n.33.*

48 Iuramentum in ſupplementum an poſſit Procuratori, vel per Procuratorem deferri. Stiat. *in pract. iud. d.cap.20.num.34. & ſequent.* faciunt ſuprà generaliter tradita *n.25.*

Qvæstio LXXII.

Filiusfamilias an, & quando poſſit agere, ſeu conueniri ſine patris conſenſu.

Svmmarivm.

1. *Filiusfamilias quando poſſit agere, ſeu conueniri ſine patris conſenſu.*
2. *Regulariter non poteſt in iudicio comparere ſine conſenſu patris.*
3. *Quid in iis in quibus patri quæritur, vel non quæritur vſusfructus, & n.4.*
   Quid de filiofamilias minore, ibid.
5. *Quid in actibus vtilibus factis per filiumfamilias.*
6. *Quid ſi pater eſt abſens.*
7. *An ſufficiat tacitus patris conſenſus, & de materia.*
8. *An præſumatur ex diuturnitate temporis.*
9. *An poſſit per Procuratorem, nuncium, vel epiſtolam præſtari.*
10. *Quid de filio agente tutorio, ſeu procuratorio nomine.*
11. *Quid in poſſeſſorio iudicio.*
12. *In impetratione veniæ, an ſit neceſſaria citatio.*
13. *Quid in ſummariis, & vbi agitur ſola facti veritate inſpecta, &c.*
14. *Quid in caſibus, in quibus minor poteſt ſtare in iudicio, & ſine curatore.*
15. *Quid in filio adeunte hæreditatem.*
16. *Patris conſenſus, quo tempore, an ante, vel poſt litem conteſtatam interuenire debeat.*
    Quid ſi pater ratificauerit poſt litem conteſtatam, ibidem.
17. *Quid in filio, qui faſſus eſt debitum coram iudice.*
18. *Quid ſi pater nolit conſentire.*
19. *Filiusfamilias an poſſit conſtituere Procuratorem.*
20. *Patrem filius in ius vocare non poteſt ſine venia.*
    Quid de filio ſpurio, ibid.
    Quid de filio adoptiuo, ibid.
    Quid de filio ſpirituali, ibid.
    Quid de filio lactis, puta alumno, ibid.
    Quid de filio ruſtico, an ob ruſticitatem excuſetur, ibidem.
    Filius quando poſſit cum patre litigare, ibid.
    Quid de priuigno in ius vocante nouercam, ibid.
    Exceptio non impetratæ veniæ quo tempore opponenda, ibid.
21. *Patris conſenſus ſemel præſtitus non eſt ampliùs neceſſarius in exequutione ſententiæ, nec in cauſa appellationis, aut reconuentionis.*
22. *Quid de filio litigante coram arbitro.*
23. *Et an patris conſenſus ſufficiat generalis.*
    Et an requiratur ad integrandam perſonam filij, an verò ob præiudicium patris, ibid.
24. *Et an requiratur in filio agente Procuratorio nomine.*

Generaliter in materia præter infra- 1
poſita videas Rom.*ſing.321.*Socin.*reg.151.* Diaz 195. Duen. 351. Villalob. *in com.opin. lit.F num.130.& ſeqq.* Viui. *in comm. opin.pag.mihi 55. verſ.emancipationis,in fin. & car. 81. verb. filiusfamilias.* Aret.*in §.tranſeamus, Inſt.de tutel. num.2. verſ.ex his infertur.* Afflict.*deciſ.*180.Rot.*deciſ.6. num.2. fol.mihi 27. de iudic.in nouis.* Felin. *in c.cum dilecta, col.26. extrà de reſcript.* Cotta *in memor.pag.mihi 340.* Vant.*de nullitat. pag.mihi 201.num.39.& ſeqq.* Matan.*pag.mihi 61 n.30. & ſeqq.*Bar.*in l.fin.§.de neceſſitate, C. de bonis quæ liber.* Menoch. *de recuper.poſſeſſ.pag. mihi 267.n.298. & ſeqq.* vbi diſputat, an patris conſenſus filio agenti requiſitus ſit de iure antiquo, vel nouo, & *ibi* iura, & authoritates allegat, & ponderat.

Regulariter filiusfamilias nec agere, nec conueniri 2
poteſt ſine patris conſenſu. Neuiz.*conſ.18.n.1. & ſeqq.* vbi concordantes allegàt.

Patris conſenſus licèt requiratur filio agenti in 3
iis, in quibus patri acquiritur vſusfructus, tamen ſecus eſt in iis, in quibus patri nullus acquiritur vſusfructus, nec ab ipſo principio quæri potuit, ſecundùm communem, de qua per Socin. *conſ.34.num.18.vol.1.* cuius contrarium videtur tenere Menoch. *de recuper. poſſeſſ.pag.mihi 269.ſub num.315.* Ad quam materiam vide Neuiz. *d.conſ.18. num.1.& ſeqq.7. & ſeq. & n.23. & 24.* & pro primo dicto adde Lambert. *de contract. gloſſ.7.n.14.*

Aduerte tamen in propoſito quòd ſi filiusfamilias 4
ſit minor, tunc etiam quòd agatur de rebus, in quibus patri non acquiritur vſusfructus, tamen ei curator liti dandus eſt, ſecundùm Soc. *d conſ.34 n.18.vol.1.* ſed de hac re latiùs ſuprà dixi *in q.61.*

Patris conſenſus, etiam quòd non interuenerit, ta- 5
men actus facti in iudicio per filiumfamilias, ſi ſibi vtiles ſunt, ſuſtinentur, vt per Tiraqu.*de ll.connub.pag. mihi 526. num.72.* & faciunt in ſimili ſuprà tradita *q 61. num.9.*

Pater ſi eſt abſens, tunc filius poteſt agere, & con- 6
ueniri, etiam ſine illius conſenſu, vt *ibidem* per Tiraq. *pag.516.num.9.& 15.*Menoch.*de recuper.poſſeſſ.pag.mihi 269.n.318.*

Patris conſenſus filio agenti requiritur expreſſus, 7
nec ſufficit tacitus, ſecundùm Tiraq. *de ll. connub. pag. mihi 479. num. 10.* Et an talis conſenſus poſſit tacitè præſtari, & quomodo, vide *ibidem* per Tiraq. *in numeris ſeqq.*præſertim *n.24.25.29.& n.31.*

Patris conſenſus an præſumatur ex diuturnitate 8
temporis, vide *ibidem* per Tiraq.*de ll.connub.d.pag.480. n.40.*& generaliter tradita *q.79.n.16.*

Patris conſenſus an poſſit filio agenti præſtari per 9
Procuratorem, nuncium, vel epiſtolam, vide *ibid.* per Tiraq.*de ll.connub.pag.475.num.18.* Dic quòd ſic, quia talis conſenſus non requiritur ad integrandam perſonam filij, ſed ne fiat conſentienti præiudicium, vt per Lamberten.*de contract.gloſſ.7.ſub num.14.& 16.*faciunt tradita *in Repert.contract. verſ. Authoritas,num.4. inter diuerſa.*

Patris conſenſus non requiritur filiofamilias agen- 10
ti tutorio, ſeu procuratorio, & ſic alieno nomine. Tiraq.

Tiraq. de l. connub. pag. mihi 460. num. 174. Menoch. de recuper. possess. pag. mihi 267. num. 307. vide infrà n. 24.

11 Patris consensus an requiratur filiofamilias agenti in iudicio possessorio, vide Menoch. de recuper. possess. pag. mihi 72. n. 381. & seqq. & pag. 264. num. 273. & seqq. Neuizan. d. cons. 19. num. 1. & seqq. vbi quòd in iudicio possessorio potest filiusfamilias agere, sed non conueniri sine consensu patris.

12 In impetratione istius veniæ patris ad effectum agendi non est necessaria citatio. Imol. conclus. 43. lib. 1. pag. mihi 319.

13 Patris consensus an sit necessarius filio agenti in summariis iudiciis, vide Menoch. de recuper. possess. pag. mihi 264 num. 273. & seqq. Neuiz. cons. 18. n. 1. & seqq. Et quid vbi agitur sine strepitu, & figura iudicij, vide ibidem per Menoch. pag. 166. num. 296. & per Neuizan. d. cons. 18. n. 10. & seqq. vbi etiam quòd si agatur sola facti veritate inspecta, &c.

14 Patris consensus non requiritur filio agenti in casibus, in quibus minor potest stare in iudicio sine curatore, Menoch. d. pag. 266. num. 295. In quibus autem casibus possit minor stare in iudicio sine curatore, dixi suprà q. 61.

15 Patris consensus an requiratur filio adeunti hæreditatem, & de materia per Menoch. de recuperan. possess. pag. mihi 268. num. 310. Regulariter requiritur, nisi hæreditas nullum habeat æs alienum. Ioseph. Ludouis. in commun. opin. conclus. 16. illat. 82. versic. sextò hereditas, &c vide aliquid in num. 23.

16 Patris consensus filio agenti debet interuenire ante litem contestatam, alias omnia sunt nulla, etiam quòd pater postea ratificauerit, super quibus vide Neuiz. d. cons. 18. n. 9. & seqq. & n. 25. Et an possit pater in quacumque parte iudicij consentire, traditur per Afflict. decis. 180. Rot. decis. 6. num. 2. de iudic. in nouis, pag. mihi 27.

17 Patris consensus non requiritur, vbi filiusfamilias coram iudice sine petitione, & libello fassus est debitum, & passus fuit se condemnari. Neuizan. d. cons. 18. num. 9.

18 Pater si nolit consentire filio agenti, potest ad id cogi, etiam captis pignoribus; si verò filius conueniatur, sufficit patrem requiri, nec refert, quòd postea requisitus nolit consentire. Bar. in l. fin §. necessitate, C. de bon. quæ liber. Vant. de nullit. pag. mihi 367. num. 87. & 88. in magnis.

19 Filiusfamilias non potest constituere Procuratorem, quia exercitium suarum actionum pertinet ad patrem. Spec. in tit. de procurat. §. 2. num 10 pag. mihi 83. & an minor possit constituere Procuratorem, posui suprà q 61. n. 21.

20 Patrem filius non potest in ius vocare sine venia, ex traditis per Placam in epitom. delict. cap. 40. Sed an quis possit sine venia in ius vocare patrem spiritualem, vide ibid. Placam pag. mihi 684 & 688. Tiraq. de revoc. donat. pag. mihi 465. n. 13. & pag 467. n. 31. & an filius vocans patrem sine venia excusetur ob rusticitatem, vide Menoch. de arb. quæst. casu 194 n 6. & seqq. Et quid de filio adoptiuo, an possit sine venia patrem in ius vocare, vide Placam d. cap. 40. pag. mihi 676. Et an filius spurius possit patrem sine venia in ius vocare, Placa cap. 41. pag. 649. Et an filius lactis, puta alumnus, possit eius nutricem sine venia in ius vocare, Placa cap. 42. pag mihi 727. in princip. Ad materiam, quando scilicet filius possit cum patre litigare, vide Rom. singul. 621. Socin. regul. 244. Menoch. de recuperand. possess pag mihi 264. num 280. & seqq. Et an nouerca possit à priuigno sine eius venia vocari, omnino decis. Pedemont. 31. vbi latissimè pro, & contrà, & ibid. n. 21. vbi in qua parte iudicij opponi possit hæc exceptio non impetratæ veniæ.

Patris consensus semel filio agenti præstitus, non est ampliùs necessarius in causa appellationis, reconuentionis, seu exequutionis sententiæ. Lamberten. de contract. glos. 3. quæst. 23. n. 56. 21

Patris consensus non requiritur filio litiganti coram arbitro. Lamberten. de contract. gloss. 3. q. 24. num. 57. 22

Patris consensus filio agenti ex quo secundùm magis communem à iure requiritur, non ad integrandam personam ipsius filij, sed ob præiudicium, quod filius litigando posset patri facere, vt per Lamberten. de contract. gloss. 7. q. 8. Ideo patris consensus iste non requiritur specialis, sed sufficit generalis, puta ad agendum in quocumque iudicio, vt ibidem per Lamberten. q. 21. n. 43. & seqq. vbi num. 46. hoc limitat non procedere in additione hæreditatis, in qua non sufficit consensus generalis. 23

Patris consensus non est necessarius, quando filius agit alieno, puta procuratorio nomine, quia filiusfamilias non prohibetur esse Procurator. Lamberten. de contract. 18. n. 3. & 4. 24

QVÆSTIO LXXIII.

Incontinenti fieri, aut probari quando quid dicatur, & de materia.

SVMMARIVM.

1. Incontinenti fieri quando quid dicatur, & n. 3.
2. Incontinenti quando dicatur recuperata possessio.
Incontinenti, illico, mox, continuò, & similia Aduerbia temporalia, quid significent, d. n. 3.
Quid si adiungantur actus momentaneo, ibid.
Et quid si adiungantur actus successiuo, & iterabili, ibidem.
4. Incontinenti probari quando quid dicatur, & seqq.
Iudicis arbitrio remittitur an quid incontinenti fieri, seu probari dicatur, n. 1. & 5
Exceptio quando dicatur requirere altiorem indaginem, d. n. 5. & seqq
6. Exceptio dominij quando dicatur incontinenti probari.
7. Probatio per instrumenta an dicatur in promptu, & incontinenti.
8. Homicidium quando dicatur incontinenti commissum.
9. Probatio dicitur in promptu, & incontinenti, quando excipiens offert se probaturum infra illud tempus, in quo processus expediretur, si talis exceptio non fuisset opposita.
10. Probatio non dicitur in promptu, nec incontinenti, si longa dilatio concedenda esset.
11. Probatio per testes an dicatur incontinenti, & in promptu.
12. Probatio per scripturam an dicatur in promptu, & incontinenti.
13. Probatio quæ fit infra tres dies dicitur esse in promptu & incontinenti.
14. Restitutio in integrum quando dicatur incontinenti probata.
15. Nullitatis exceptio quando dicatur incontinenti, &c.
16. Appellationis causa quando dicatur incontinenti iustificari.
17. Incontinenti quando præsumantur inesse.
Contractus incontinenti facti an sint correspectiui, ibid.

INCONTINENTI fieri quando quid dicatur, iudicis arbitrio remittitur. gloss. & Bar. in l 3. §. cùm igitur, ff. de vi, & vi arma. Plat. in §. recuperandæ, num. 71. Instit. de interd. Æmil. consil. 2. num. 1

num. 58. & 59. Menoch. *de arb. qq. casu* 11. Ghirlan. *de heret. q.* 5. *sub num.* 13. & *seqq.* & faciunt infra in simili tradita de probatione incontinenti, particulariter *num.* 5. & generaliter per Doctores infrà allegatos *num.* 4. & generaliter quando quid incontinenti fieri dicatur, vide Cagn. Cæpol. & Soc. infra allegatos *num* 4.

2 Incontinenti quando quis recuperare dicatur possessionem, de qua quis deiectus fuit, vide supra *q.* 1. *n.* 26. vbi posui hanc particularem quæstionem.

3 *Incontinenti, illico, continuò, mox,* & similia Aduerbia temporalia quid significent, & infra quantum tempus verificentur, vide Ghirlan. *in tractat. de heretic. quæst.* 5. *sub num.* 13. & 15. *versic.* & *ideo dico,* vbi quòd aut talia verba apponantur super actu momentaneo, qui scilicet fieri debet vnico contextu, nulla interueniente dilatione, nec extranei actus intercessione, & tunc significant tempus immediatum, nullamque recipiunt dilationem, saltim quòd præoccupet extraneum actum, aut apponantur super actu successiuo, vel termino reiterabili, qui interdum requirit terminum ad deliberandum, prout est aditio hæreditatis, & tunc recipiunt semper aliquam dilationem plus, & minus, secundùm subiectam materiam iudicis arbitrio, vt *ibidem* per Ghirlan. & dixi suprà *in n.* 1. De significatione huius Aduerbij *incontinenti, &c.* vide Cephal. *cons.* 4. *n.* 19. & *seqq.* & Menoch. *de recup. possess. pag. mihi* 50. *n.* 224. & *seqq.*

4 Incontinenti quando quid probari dicatur, vide Blanch. *in tractat. de comprom. quæst.* 4. *num.* 35. *pag. mihi* 167. *decis. Bonon.* 77. *num.* 13. & *seqq.* & *decis.* 83. *num.* 2. & 7. Roland. *consil.* 1. *num.* 3. *vol.* 1. Menoch. *de recup. possess. pag. mihi* 50. *num.* 224. & *seqq.* Cephal. *consil.* 116. *num.* 9. *vol.* 1. Menoch. *de arbitr. quæst. casu* 9. & *seqq.* vbi infert ad plura exempla Cagnol. *in l. lecta, ff. si cert. pet. num.* 105. & *multis seqq.* Cæpol. *consil.* 76. Socin. *consil.* 66. *num.* 35. *prima parte.* Cæpol. *de simulat. contract. num.* 12. Socin. *consil.* 121. *num.* 13. 1. *part.* Villalob. *in commun. opin. litt. P. num.* 312. & vide etiam in proposito suprà tradita *quæst.* 29. *num.* 19. 20. *decis. Bononien.* 77. *num.* 13. & *seqq.* & *decis.* 83. *num.* 2. & 7. vbi quando probatio dicatur esse in promptu, *decis. Pedemont.* 26. *num.* 16.

5 Incontinenti probatio vt dicatur facta, remittitur iudicis arbitrio, vt per Contard. *in l.* 1. *C. si de moment. possess. in* 12. *limitatione, num.* 7. vbi similiter quando probatio dicatur esse in promptu, & quando exceptio opposita dicatur requirere altiorem indaginem, remittitur iudicis arbitrio, vt *ibi* per eum, & tradunt etiam Doctores allegati *in num. antecedenti,* & aliquid dixi suprà *n.* 1.

6 Exceptio dominij opposita in remedio possessorio, an, & quando dicatur incontinenti probari, vel requirere altiorem indaginem, Roland. *cons.* 1. *num.* 38. & *seqq. vol.* 3. & latiùs dixi *in materia c. reintegranda, suprà q.* 22. *n.* 65. & *n.* 68. & *seqq.*

7 Incontinenti dicitur fieri probatio illa quæ offertur fieri per instrumenta. Cephal. *cons.* 4. *n.* 19. & *seqq.* quod declara non procedere in instrumentis antiquis, vel illis quæ requirunt interpretationem, seu probationem extrinsecam, quia ex istis non dicitur summa probatio in promptu, seu incontinenti, vt per Contard. *in d. l.* 1. *C. si de mom. possess. in* 12. *limitat. num.* 8. & 10 vide infrà *n.* 12.

8 Incontinenti quando dicatur commissum homicidium ad hoc, vt non præsumatur animus deliberatus, posui *in Repert. crim. q.* 33. *cap.* 1. *n.* 11.

9 Incontinenti, & in promptu dicitur esse probatio, quando excipiens, puta, offert se paratum suam exceptionem probare infra illud tempus, infra quod processus principalis expediretur, si talis exceptio non fuisset opposita, vt *ibi* per Contard. *in d.* 12. *limitatione, num.* 8.

Incontinenti, & in promptu non dicitur esse probatio, quando longa dilatio esset concedenda. Contard. *in d.* 12. *limit. d. n.* 8. 10

Incontinenti non dicitur, nec in promptu probatio, quando sunt examinandi aliqui testes, vt per Contar. *ibid. d. n.* 8. & 9. vbi hoc limitat in eo, qui velit suam exceptionem probare per testes quos iudici nominat, & quos statim sine dilatione citari, & examinari facit. nam tunc probatio dicitur esse in promptu, vt *ibi* per eum. 11

Item incontinenti, & in promptu, ea dicitur esse probatio, quæ per scripturam offertur, quando illa, scilicet scriptura, sit liquida, & non exigat pro eius verificatione extrinsecas probationes, aliàs secus, vt *ibid.* per Contard. *n.* 9. vide suprà *n.* 7. 12

Incontinenti, & in promptu ea dicitur esse probatio, quæ infra tres dies fit, vt *ibid.* per Contard. *num.* 15. 13

Restitutio autem in integrum, quando dicatur incontinenti probari, dixi suprà *quæst.* 48. *n.* 7. 14

Nullitas autem quando dicatur incontinenti probari, & quando nullitatis exceptio dicatur requirere altiorem indaginem, posui suprà *q.* 50. *num.* 29. & 37. 15

Appellationis causæ quando dicantur incontinenti iustificari, dixi aliquid suprà *q.* 19. *n.* 25. 16

Incontinenti autem facta quando præsumantur inesse, dixi *in Repert. contract. in fragmen. vers. Incontinenti,* & quando pacta, seu contractus incontinenti facti correspectiui dicantur, dixi *in eod. Rep. vers. Pacta, &c.* 17

Quæstio LXXIV.

Iudex in sententia quando causam exprimere debeat.

Summarium.

1. *In sententia quando causa sit exprimenda, generaliter.*
2. *Regulariter in sententia causa non est exprimenda.*
3. *Si tamen exprimatur, & sit falsa, sententia redditur nulla.*
   Quia sententia regulatur secundùm causam expressam, ibid.
4. *Limita in causa appellationis in qua sententia debet exprimi.*
5. *Idem quando iudex absoluit ob ineptum libellum.*
6. *Idem quando absoluit ob peremptam instantiam.*
7. *Idem vbi ex aliqua causa iudex recedit à iure communi.*
8. *Idem vbi iudex vult vti arbitrio sibi à iure concesso.*
9. *Idem vbi iudex ex causa recedit à pœna ordinaria.*
10. *Idem in criminalibus.*
11. *Idem quando absoluitur reus ex eo quod non possidet.*
12. *Idem in sententia excommunicationis.*
13. *Idem quando iudex in sententia partis præiudicaret vltra suam intentionem.*
14. *Idem in sententia contra contumacem ferenda.*
15. *Idem vbi iudex reiicit exceptionem recusationis.*
16. *Idem in sententia interloquutoria.*
17. *Sententia an sit nulla in casu in quo causa non est expressa si ea exprimi debebat.*
18. *Quid in sententia ab obseruatione iudicij.*
    Quid si iudex vtatur verbo maximè, *d. n.* 2.
19. *Quid si iudex irroget, vel referuet famam, aut infamiam.*

Iudex

1 IVDEX an, & quando debear in sententia causam exprimere, præter infrascripta videas Felin. *in c. sicut nobis, de sent. & re indic.* Socin. *reg.* 196. Viui. *in com. opin. pag. mihi* 109. *in paruis, verb. iudex.* Nouell. *reg.* 40.

2 Regula quòd iudex in sententia non tenetur exprimere causam. ita præter Doctor. suprà allegatos *in anteced. num.* tradit Felin. in eius Repert. *verb. causa in sententia*, vbi assignat rationem istius regulæ, & fatuus est iudex illam exprimendo. Tiraq. *de pœn. temp. in præfat. num.* 54 *& seq.* vbi hoc limitat quando iudex vtitur in sententia, verb. *maximè, &c.* Aud. Gail. *in tractat. de pace publ. lib.* 2. *c.* 6. *n.* 11.

3 Ideo si iudex qui in sententia non tenetur causam exprimere, si eam exprimat, & falsa reperiatur, vel in iure, puta quia sit contra ius, & continuat expressum iuris errorem, vel in facto, puta quia ex actis appareat contrarium, tunc sententia dicitur nulla. Andr. Gail. *d. cap.* 6. *num.* 12. vt dixi suprà *quæst.* 39. *num.* 7. *&* 8. & propterea hîc non repeto. Ratio istius conclusionis est, quia licèt in sententia non sit exprimenda causa, si tamen exprimatur, tanquam expressa regulari debet, vt Paris. *cons.* 102. *num.* 1. *&* 2. *car.* 166. *in magnis, vol.* 1. *& consil.* 107. *num.* 137. *car.* 139. *vol.* 3.

4 Limitatur prædicta regula pluribus modis, & I. vt non procedat in causa appellationis, quia in tali sententia causa est exprimenda, secundùm Felin. *in d. verb. causa in sententia, in eius Repert.*

5 Limita II. quando iudex absoluit reum ob ineptam petitionem, quia tunc similiter in sententia causa est exprimenda, vt *ibidem* per Felin. *in eius Repert. verb. causa in sententia, &c.* & faciunt in proposito tradita *in fragment vers. libellus quando dicatur ineptus.* Adde pro hac secunda limitatione Follet. *in pract. crimin. Canon. c.* 35. *n.* 12. Andr. Gail. *d. c.* 6. *n.* 13.

6 Limita III quando iudex absoluit ob peremptam instantiam, quia tunc similiter in tali sententia est causa exprimenda, quia scilicet instantia est perempta, vt *ibidem* per Felin. *in suo Repert d. verb causa in sententia.* Andr. Gail *d c.* 6. *n.* 14. vbi generaliter in omni absolutione ab obseruatione iudicij, de quo dixi infrà *n.* 18.

7 Limita IV quando iudex in sententiando recedit ex aliqua causa à iure communi, quia in tali sententia est exprimenda causa, quare scilicet à iure communi recedat, vt *ibidem* per Felin. & per Contard. *in l.* 1. *C. si de mom possess. in* 9. *limit. sub num.* 60. vbi quòd nisi isto casu causa in sententia exprimatur, sententia talis in causa appellationis venit reuocanda, & cassanda; sed ad hoc dictum Contardi videntur obstare infra tradita *num.* 17. ad quod vide Tiraq. *de pœn. temper in præfat. in fin.* vbi quòd isto casu causa ponatur in sententia, non ad validitatem sententiæ, sed ad excusationem iudicis, qui recessit à iure communi, ex causa. Et faciunt tradita *in n. seq. & in Repert. crim. q.* 22. *cap. . n.* 13. *& seqq.* vbi omnino videas, quia ibi nonnulla ponuntur in materia huius limitationis, *& in Repert. contract vers. causa, n.* 4. *in fragm.* Pro hac limitatione vide Tiraq. *de pœn. temper. in præfat. n.* 54. *& plurib. seqq.* vbi exemplificat, & infert Andr. Gail. *d. c.* 6. *n* 13. *vers & regulariter.*

8 Limita V. quando iudex in sententia vult vti arbitrio sibi à iure concesso, quia tunc similiter debet in ipsa sententia causam exprimere, vt *ibidem* per Felin. *in dict. suo Repertor. verb. causa in sententia*, & faciunt tradita *in Repertor. crimin. quæst.* 22. *cap.* 1. *num.* 13. *& seqq.* & suprà tradita *in antecedenti numero.*

9 Hinc est quòd si iudex ex aliqua causa recedendo à pœna ordinaria, arbitratus est in sententia pœnam extraordinariam, tunc in tali sententia debet causam exprimere, sed de hoc particulari videas *in Repert. qq. crim. q.* 22. *c.* 1. *n.* 13. *& seqq.*

Limita VI. in criminalibus, in quibus iudex debet in sententia causam exprimere, secundùm Felin. *in d. suo Repert. eod. verb. causa in sententia, &c.* ad quod vide Clarum *in pract. q.* 93. *vers. fuit aliquando, &c.* & Andr. Gail. *d. c.* 6. *n.* 16. *&* 17. 10

Limita VII. in sententia in qua reus absoluitur ex eo quòd non possidet, quia in tali sententia similiter causam esse inserendam, tradit Felin. *in d. verb. causa in sententia, &c.* 11

Limita VIII. in sententia excommunicationis, vt *ibid.* per Felin. 12

Limita IX. quando iudex in sententiando præiudicaret parti vltra suum intentum, quia tunc similiter est causa exprimenda, vt *ibidem* per Felin. *in d. eius Repert. d. verb. causa in sententia.* 13

Limita X. in sententia ferenda contra contumacem, in qua similiter causa est exprimenda, vt *ibid.* per Felin. ad quod vide Clarum *in d. q.* 93. *d. vers. fuit aliquando.* Andr. Gail. *d. c.* 6. *num.* 12. *& seqq.* vbi quòd in sententia banni, &c. 4

Limita XI. quando iudex pronunciat exceptionem recusationis non esse admittendam quia tunc in tali sententia causa est exprimenda, vt *ibid.* per Felin. *in d. eius Repert. verb. causa in sententia, &c.* 15

Limita XII. in sententia interloquutoria, an & quomodo causa sit exprimenda, traditur per Cephal. *cons.* 58. *n.* 23. *vol.* 1. Sed Cephalus loquitur non de sententia, sed de appellatione ab interloquutoria, quod debet continere causam, & est materia diuersa. 16

Aduerte in materia quòd licèt in omnibus supradictis casibus iudex in sententia teneatur causam exprimere; si tamen non exprimat, non per hoc sententia dicitur nulla. Ita tradit Felin. *in d. eius Repert. d. verb. causa in sententia*, vbi ad propositum in singulo casu adducit concordantes, sed contra hanc conclusionem videntur obstare suprà tradita *n.* 7. & infrà *n. seq.* 17

Limita XIII. in sententia ab obseruatione iudicij, in qua si causa non exprimitur, sententia est nulla. Foller. *in pract. crim. cap.* 35. *n.* 12. vbi de communi, licèt aliqui *ibi* contrarium dixerint, vide suprà *n.* 6. 18

Limita XIV. quando in sententia iudex vult alicui famam reseruare, vel infamiam irrogare, quia tunc tenetur exprimere causam. Andr. Gail. *de pace pub. lib.* 2. *c.* 6. *post num.* 13. 19

QVÆSTIO LXXV.

Mora quando sine interpellatione committatur. quando dies interpellet pro homine, & generaliter de materia interpellationis.

SVMMARIVM.

1. *Interpellatio quando sit, vel non sit necessaria ad constituendum debitorem in mora, vbi generaliter.*
Interpellatio vbi non est necessaria, &c. mora ipso iure committitur, ibid.
An adhuc sit necessaria iudicis deliberatio, ibid.
2. *Regulariter mora non committitur sine interpellatione.*
3. *Interpellet an, & quando dies pro homine, & de materia, & seqq. vsque ad num.* 10.
10. *Interpellatio non requiritur in obligatione conditionali.*
11. *Interpellatio non requiritur in obligatione iurata.*
12. *Interpellatio non requiritur ad fauorem Ecclesiæ.*
13. *Interpellatio non requiritur ad fauorem minoris.*
14. *Idem in eo qui promisit se facturum & curaturum.*

15. *Inter*

15. *Interpellatio non requiritur in debitore ex causa dotis.*
16. *Interpellatio an statim constituat debitorem in mora.*
17. *Interpellatio vnica an constituat debitorem in mora.*
18. *Interpellatio extraiudicialis an constituat debitorem in mora.*
19. *Interpellatio an fieri possit per negotiorum gestorem.*
Per Procuratorem, ibid
Vel per hæredem, ibid.
20. *Interpellatio non præsumitur, ideo probanda.*
21. *Interpellatio fit verbis enunciatiuis.*
22. *Interpellatio minori non fit sine iudicis decreto.*
23. *Interpellatio constituit debitorem in mala fide.*
24. *Interpellatio non requiritur in foro conscientiæ.*
25. *Interpellatio requirit expressionem diei in quo est facienda solutio.*

1 INTERPELLATIO quando sit, vel non sit necessaria ad constituendum aliquem in mora, præter infrascripta vide Soc. *reg.* 269. Villal. *in com. opin. litt. I. n.* 90. *& seqq. & litt. M. n.* 128. *& seqq.* omnino Menoch. *de arb. quæst. casu* 220. *lib.* 2. vbi ponit quatuordecim casos, in quibus mora re ipsa committitur absque alia hominis interpellatione.

Et dicit quòd licèt in pluribus casibus mora committatur ipso iure absque interpellatione: tamen adhuc requiritur iudicis declaratio. de quo latiùs nos dicemus in materia, verb. *ipso iure, &c.*

2 Regulariter mora non committitur sine interpellatione. Natta *cons.* 451. *n.* 40. *vol.* 2. vbi ponit allegationes & concordantes.

3 Interpellatio non est necessaria vbi in obligatione adest dies præfixus, & sit lapsus, quia dies interpellat pro homine. Amplia etiam in contractu stricti iuris. Mascard. *conclus.* 933 *num.* 35. secundùm Menoch. *de arb q. d casu* 220. *num* 43. *& seq.* vbi concordantes allegat. Lamberten. *de contract. gloss.* 3 *num.* 72. *&* 73. vbi quòd dies interpellat pro homine ad constituendum debitorem ne dum in mora, sed in peccato, & mala fide, de quo vide infrà *num.* 23.

4 Ad quam materiam, an, & quando scilicet dies pro homine interpellet, videas Marsil. *sing* 22. Alexand. *consil.* 172. *num.* 2. *vol.* 2. Bald. *in pract. sub tit. de caut. & remed. q.* 16. *pag. mihi* 87. à tergo, Socin. iun. *consil* 28. *num.* 2. *vol.* 1. Socin. *regul.* 90. Duen. *regul.* 180. Imol. *conclus.* 23. *lib.* 4. vbi ampliat & limitat pluribus modis, quibus in locis habetur etiam, an, & quando ex lapsu diei mora committatur.

5 Et an mora quæ per lapsum diei absque interpellatione committitur, committatur ipso iure, nec ne, videas per Menoch. *d casu* 220. *eod. num.* 45. *& seqq.*

6 Et quid si sit lapsus vnicus tantùm dies, vide *ibidem* per Menoch.

7 Et in materia scias quòd non solùm dies expressus ab homine, sed etiam tacitus, & subintellectus à lege habet vim interpellationis. Cornel. *consil.* 20. *n.* 6. *vol.* 1. Alexand. *in l. si ita stipulatus, num.* 2. *ff. de verb. obligat.*

8 Item scias quòd quando creditor & debitor sunt diuersi fori, tunc dies non interpellat pro homine. Mynf. *obseru.* 95. *cent.* 3.

9 Item dies non interpellat pro homine, quando solutio est facienda in aliquo loco, & creditor non probat se eo tempore fuisse in eo loco. Roland. *consil.* 57. *num.* 36. *& seqq. vol.* 1. *& cons.* 87. *num.* 20. *eod. vol.* Anchar. *q.* 64 *num* 4. 1 *part.* Ruin. *consil.* 151. *num.* 1. *& seqq. vol.* 1. Cagnol. *in Auth. qui rem, num* 33. *C. de sacros. Eccles.* Isto enim casu debitor excusatur à mora, nec tenetur deponere pecuniam debitam, vt per Put. *decis.* 8. *lib.* 1. Mascard. *conclus.* 935. *num.* 37. Ad quam materiam vide Cephal. *consil.* 24. *num.* 5. 27. *& seq. vol.* 1. Natt. *cons.* 451. *num.* 54. *vol.* 1. & facient generaliter tradita *in Repert. contract. vers. solutio in quo loco, num.* 5.

10 Interpellatio non requiritur in obligatione conditionali, quia euentus conditionis interpellat pro homine, ad quam materiam vide Villalob. *in comm. opin. litt. C. num.* 120. Paris. *cons.* 19. *num.* 193. *pag. mihi* 51. *in magno.*

11 Interpellatio non requiritur in obligatione iurata. Cremon. *singul.* 122. *&* 123. Gozad. *cons.* 57. *num* 10. *&* 11. Cotta *in memorab. pag. mihi* 449. ad quam materiam vide Couar. *variar. resolut. pag. mihi* 965. *num.* 5. Roland. *consil.* 25. *num.* 21. *vol.* 2. vbi remissiuè, *& consil.* 77. *num.* 19. *vol.* 1. Anchar. *q.* 54. *num.* 19. *part.* 2. Imol. *conclus.* 14. *lib* 4. Cephal. *consil.* 118. *num.* 19. *vol.* 1. vbi quòd non requiritur interpellatio. Menoch. *d. casu* 220. *num* 21.

12 Interpellatio an sit necessaria in obligatione facta ad fauorem Ecclesiæ, ponit Couarr. *variar. resolut. pag. mihi* 965. *num.* 4. Menoch. *de arbitr. d. casu* 220. *num.* 18. *& seq.*

13 Interpellatio non requiritur in obligatione facta ad fauorem minoris. Menoch. *d. casu* 220. *num.* 17. vide Couar. *var. resol. d. pag.* 965. *eod. n* 4.

14 Interpellatio non est necessaria in eo, qui promisit se facturum & curaturum. de hoc vide *in Repert. contract. q.* 43. *n.* 11.

15 Interpellatio an requiratur in debitore ex causa dotis, Menoch. *de arb. quæst. d. casu* 220. *n.* 25.

16 Interpellatio licèt constituat debitorem in mora, tamen hoc intelligitur non statim facta interpellatione, sed post aliquod temporis spatium. Menoch. *casu* 36.

17 Interpellatio vnica regulariter constituit debitorem in mora. Rom. *sing.* 429. vide Menoch. *d. casu* 220. *n.* 25. *& seqq.* vbi disputat hanc quæstionem.

18 Interpellatio extraiudicialis quando constituat debitorem in mora. Rom. *sing.* 429. 355. *&* 356. Duen. *regul.* 181. Soc. *reg.* 191. Diaz *reg.* 185. vbi etiam an interpellatio constituat debitorem in mala fide, *& reg.* 355. *&* 356 Mascard *concl.* 935 *n.* 39. *&* 40. vbi quòd requiritur iudicialis obligatio in eo, qui ad aliquid tenetur ex iudicis officio sine actione.

19 Interpellatio facta per negotiorum gestorem, an constituat debitorem in mora. Villalob. *in commun. opin. litt N. num.* 2. & quid de interpellatione facta per Procuratorem & hæredem, vide Corset. *singul. pag. mihi* 184.

20 Interpellationis probandi onus, cui incumbat onus probandi, Rom *sing.* 402. Diaz *reg.* 170.

21 Interpellatio fit etiam verbis enunciatiuis. Ceph. *cons.* 118. *n.* 20. *vol.* 1.

22 Interpellatio non constituit minorem in mora, quando est facta super re, quæ non potest sine iudicis decreto alienari, nisi dictum decretum interueniat, siue iudicialis, siue extraiudicialis sit, & siue sit adultus, siue impubes; & siue habeat, siue non habeat tutorem, vel curatorem. hæc tradit refutatis & relatis contrariis, Simoncell. *de decreto lib.* 2. *tit.* 6. *inspect.* 12. *n.* 116 *& seqq.*

23 Interpellatio nedum constituit debitorem in mora, sed etiam in mala fide, vt dixi infrà *q.* 96. *n.* 27. vide suprà *n.* 3. *in fine.*

24 Interpellatio expressa non requiritur secundùm Theologos in foro conscientiæ, quia debitor constituitur in mora ex egestate creditoris ex signis, ac etiam ex metu reuerentiali erga debitorem, vt per Mascard. *conclus.* 933. *n.* 56.

25 Interpellatio non constituit debitorem in mora, nisi creditor exprimat diem, in quo est paratus recipere solutionem. Mascard. *concl.* 933. *n.* 38.

QVÆSTIO LXXVI.

Iudex ex officio quando procedere possit, quandóve non petenti possit, seu debeat suum officium impartiri.

SVMMARIVM.

1 IVDEX ex officio in quibus casibus procedere possit, & generaliter de materia huius quæstionis, præter infrascripta vide Roman. *singul.* 525. Soc. *reg.* 197. & 100. omnino relatos *in decis. Pedemont.* 1. *num.* 42. vbi remissiuè. Vide infrà *num. seq.* Bar. & Ripa *in l.* 4. §. *hoc autem iudicium, ff. de damn. infect.* vbi latè.

2 Iudex regulariter non petenti non tenetur suum impartiri officium. Villalob. *in commun. opin. litera A. num.* 108. Diaz *reg.* 375. Viui. *in com. opin. pag. mihi* 120. Nouell. *reg.* 28.

Quod procedit etiam in notoriis, de quo etiam infra *n.* 23. vt per Menoch. *de recup. poss. pag. mihi* 41. *in magnis, n.* 174.

Hæc conclusio ampliatur & limitatur pluribus modis, per Diaz *d. reg.* 375.

3 Iudex ex officio potest liquidare & taxare quod non est liquidum, nec certum. Colligitur ista conclusio ex traditis *in num. seqq.*

4 Hinc est quòd quando in iudicio non est facta æstimatio rei, potest iudex ex officio se informare, & proferre sententiam super ipsa æstimatione. textus est *in l. si quod ex Pamphila, ad fin.* vbi Bart. *num.* 3. *ff. de leg.* 2. refert Curt. iun. *cons.* 30. *num.* 15. *in fine.* Paria enim sunt quòd iudex ipse æstimet rem, vel mittat æstimatores ad æstimandum. Redoan. *de reb. Eccles. rub.* 19. *n.* 196. *pag.* 131. pro primo dicto adde Bar. *in l. vinum, num.* 17. *ff. si cert. pet.* Put. *in addit. ad Bart. in l. si quod eo magis, de rescindend. vendit.* vbi allegat Guidop. *quæst.* 485. de materia Mascard. *conclus.* 652. *lib.* 2. & 930. *num.* 16. & *seq.*

5 Hinc etiam est quòd iudex ex officio potest taxare quanta remissio pensionis sit facienda colono ob sterilitatem, & similia. de quo particulariter dixi *in Repert. contract. q.* 4 *n.* 47.

6 Hinc etiam est quòd interesse non liquidatum per partes, ex officio potest liquidare, & taxare. Mascard. *concl.* 933. *num.* 14. ad quam materiam vide Gramm. *decis.* 58. *num.* 9. Plot. *in l. si quando, n.* 663. 703. & 893. *C. vnde vi.* Natt. *cons.* 370. *num.* 3. vbi quòd interesse lucri cessantis si non est liquidatum, potest ex officio per iudicem taxari, & *cons.* 536. *n.* 5. *lib.* 3. & *cons.* 510. *n.* 7. Anchar. *q.* 33. *n.* 15. 2. *part.* Corn. *cons.* 26. *n.* 10. *lib.* 1. & *cons.* 55. *n.* 12. *vol.* 3. & *cons.* 221. *num.* 23. *lib.* 2. *decis. Pedemont.* 129. *per tot.* vbi pulchrè de materia, ad quam vide etiam aliquid infrà *in fragmentis, vers. exequutio incerta.* Pro primo dicto adde Mascard. *concl.* 931. *n.* 11. & 13. vbi declarat hoc procedere dummodo præcedant coniecturæ probatæ & sufficientes, secus si nullæ, vel leues tantùm præcedant coniecturæ.

7 Hinc etiam est quòd si fructus non sunt per actorem liquidati, potest iudex ex officio se de illis informare, & taxare. Natt. *cons.* 510. *n.* 7. & 536. *n.* 5. *lib.* 3.

8 Hinc etiam est quòd si non est probata, nec liquidata quantitas pretij rei venditæ, potest iudex illud ex officio taxare. Affl. *decis.* 83. *n.* 6. & *decis.* 58. *n.* 7. Curt. iun. *cons.* 30. *n.* 15. Item si venditio non est facta, non specificato pretio, iudex potest pretium arbitrari, & taxare, secundùm Menoch. *de arb. quæst. casu* 43. *lib.* 2.

9 Iudex ex officio an possit se de aliqua re informare. Hercul. *de negatiua, n.* 314. & *seqq.*

10 Iudex ex officio potest pupillo dare Aduocatum, Procuratorem, & in integrum restitutionem Roman. *sing.* 462. & an iudex ex officio possit pupillo non petenti dare curatorem ad lites, dixi suprà *q.* 61. *n.* 19. Et generaliter quòd in causis miserabilium personarum iudex suppleat ex officio, tradit Monticell. *reg.* 1. *n.* 20.

11 Iudex ex officio quando possit supplere in necessariis sententiæ, Diaz *reg.* 367.

12 Iudex ex officio potest omnia facere pro elicienda veritate. Cotta *in memorab. pag.* 448. & ad hoc faciunt tradita *in Repert. crim. pag.* 24. *n.* 9. & *seqq.*

13 Hinc est quòd in plenariis iudex potest ex officio interrogare partes ad fundandum ius ipsius partis; in summariis verò potest interrogare non ex officio, sed ad instantiam partis. Neuizan. *cons.* 5. *num.* 20. Et hoc procedit etiam post litem contestatam, & post conclusionem in causa, *ibidem num.* 15. & *seqq.* vbi etiam de materia, de qua vide omnino Menoch. *de arbitr. qq. lib.* 1. *q.* 25. *num.* 23. & *seq.* & *lib.* 2. *casu* 51. *num.* 18. & *seqq. omnibus*, vbi latè & pulchrè Maran. *in speculo in* 4. *part.* 9. *distinct. n.* 26. & latiùs *in* 6. *part. num.* 3. & *seqq.* vbi limitat pluribus modis, *decis. Pedem.* 10. *num.* 6. vbi quòd iudex potest interrogare in quacunque parte iudicij, etiam ad instantiam partis ad fundandum ius eiusdem partis, in causis, in quibus proceditur sine figura iudicij.

14 An autem iudex ex officio possit testes interrogare, vide *in tract. de testibus.*

15 Et an iudex ex officio debeat quærere innocentiam rei testes terminando, & alia faciendo, ac pro ipso supplendo defensiones, & eidem ex officio & parte non petente copias indiciorum decernere. posui *in Repert. crim. q.* 14. *n.* 5. & *q.* 24. *n.* 9. & *seqq.*

16 Iudex an possit ex officio & parte non petente repellere falsum Procuratorem, posui suprà *q.* 57. *n.* 18.

17 Iudex an possit ex officio repellere exceptiones calumniosas, vide infrà *in fragmentis, vers. exceptiones calumniosæ, n.* 17.

Iudex

18 Iudex ex officio an poſſit cogere partes ad cauendum de non offendendo, vide *in Repert.crim.in materia cautionis de non offendendo.*

19 Iudex ex officio an poſſit admittere exceptionem non implementi,poſui *in Repert.contract.q.3.*

20 Iudex poteſt allegare errorem , ſi ex actis ſibi conſtat etiam parte non petente,*decis.Pedem.1.n.42.*

21 Iudex ex officio an poſſit agentem ſine actione repellere,vide infrà *in fragmentis,verſ. Actionem non habens, &c.*

22 Iudex ex officio poteſt ſupplerè,& procedere fauore piæ cauſæ , vt per Monticell. *in pract. crimin. reg.1. num. 21.*

23 Iudex ex officio ſupplet & procedit in iis,quæ notoriè ex actis liquēt.Montic.*d.reg.1.n.20.*vide ſup.*n.2.*

Qvæstio LXXVII.

Mandatum quando more mandantis , ſeu mandatarij extinguatur : in quibus requiratur ſpeciale mandatum , ac nonnulla in materia mandati generalis.

Svmmarivm.

1 Andatvm non finitur morte mandantis in multis caſibus,de quibus & generaliter de materia , per Dec. *in l. eius qui in prouincia,§.quas vere,num.11.ff.ſi cert.pet.*Socin. *reg.*254. Boët.*q.*348 *num.6.2.part.* Matan. *in ſpec. pag. mihi* 146.*num.*109.Crem *ſing.*144.*num.*1.Marſil.*ſing.*44. Firman.*in Rep.verb. mandatum finitur, in diſcurſu.* Soc. iun.*conſ.97.num.4.part.*1.Nouell.*in pract.crim.pag.mihi* 591.*num.*110.*& regul.*87. Mynſing.*obſeru.*84.*cent.*2. Couarr. *practic. quaſt. pag. mihi* 66. *num.* 2. Grauat. *in addit. ad Veſtr. in ſua praxi , pag. mihi* 90. *num.* 39. *& ſeqq. lib.* 4. *cap.* 4. Regulariter mandatum morte mandantis expirat , *l. inter cauſas , in princ. ff. mandat. l. eius qui in prouincia , ff. ſi cert. pet. l. mandatum, C. mandati.*

2 Mandatum non finitur morte mandantis tamquam reuocatum à domino , ſed tanquam eſſet eius voluntas. Bartol. *in l. & quia , in vlt. col. ff.de iuriſdict. omn. iudic.*

3 Mandatum ad faciendum pacem non finitur morte mandantis. Cotta *in memoral.pag.mihi* 663. Nouell. *in pract.crim pag.mihi* 237.*num.*110.

4 Et an,& quando Procurator efficiatur dominus litis per mortem domini?Regula eſt affirmatiua,*l.ſi defunctus, ff.de procur.* Guid.Pap.*q.*109. videas per Cott. *in ſuis memoral. pag. mihi* 710. vbi quòd per mortem principalis Procurator efficitur dominus litis , ſi hæreditas eſt adita,aliàs ſecus. & idem tradit Grauat. *ad Veſtr.in pract.lib.*4.*cap.*4.*n.*39.vide *infr.n.*27.

5 Mandatum an finiatur morte mandantis fauore piæ cauſæ, tradit Couarr. *var. reſolut. pag.mihi* 244.*ſub n.*15.*&* 16.*in princ.*

6 Mandatum an cenſeatur finitum ſi dubitatur de morte mandantis, vide Roman. *ſing.*218.

7 Mandatum non finitur morte mandantis fauore dotis.Nouell.*reg.*87.vbi videas ſi hoc dicat.

8 Mandatum non finitur morte mandantis quando ſit acceſſoriè ad alicuius actus neceſſariam exequutionem. Cephal. *conſil.* 91. *num.* 19. 118. *num.* 6. *& ſeqq.*34.*& ſeqq.*

9 Mandatum non finitur morte ſi adiiciatur alicui contractui de ſui natura irreuocabili. Ceph.*d.conſ.*91. *n.*6.*& ſeqq.*34.*& ſeqq.*

10 Mandatum in rem ſuam non finitur morte mandantis.Ceph.*d.conſ.*118.*n.*6.*& ſeqq.*34.*& ſeqq.vol.*1.

11 Mandatum licet aliquando morte mandantis non extinguatur , poteſt tamen ad libitum per hæredes mandantis reuocari.Ceph.*d.conſ.*118.*n.*35 *vol.*1.

12 Mandatum finitur morte mandantis, niſi ſit mandatum alicui officiali ſub nomine officij , quia tunc tranſit ad mandatarij ſucceſſores.Ceph.*d.n* 35.

13 Mandatum ſpeciale an , & quando , & in quibus caſibus requiratur. Rota *deciſ.* 27. *in nouis*, dicit enumerari per Ioan. Andr. *in cap. qui ad agendum , de elect. in* 6. & per Specul. *in titul. de Procurat.*§.1. *verſ. Item opponitur quòd licèt habeas generalem , &c.* Couarr. qui late , generaliter , & particulariter examinat materiam , & ad eum ſemper recurras , *variar. reſolut. pag. mihi* 106. *in princip. num.*1. *& ſeqq.* Duen. *regul.* 123. *in fin.* Roland. *conſil.* 26. *per tot. vol.* 1. vbi ponit multos caſus , in quibus ſpeciale mandatum requiritur. Ioſeph Ludouic. *concluſione* 30. vbi ponit caſus 93. in quibus requiritur ſpeciale mandatum.

14 Et quando dicatur quis habere ſpeciale mandatum,vide *ibid.*per Roland.*d.conſ.*16.& per Ioſeph Ludou.*concl* 30.*verſ.*64.*ſi eſt factum,&c.& ſeqq.*vbi ponit in propoſito nonnullas quæſtiones.

15 Et quando dicatur quis habere ſpeciale mandatum, an ſufficiat quòd quis generaliter ſit conſtitutus Procurator in omnibus caſibus , in quibus requiritur

ſpeciale mandatum, ponit Tiraquell. *de R. connub. pag. mihi* 496. *n.* 109. *& ſeqq.*

16 Et an mandatum generale cum libera, &c. æquipolleat mandato ſpeciali, ponit Nouell. *reg.* 91. Turzan. *opin.* 16. *&* 81. Tiraquell. *de retract. pag. mihi* 293. *num.* 32. vide *in num.* 18. *&* 17. Couarr. *de teſtament. pag. mihi* 217. *col.* 1. vbi quòd Procurator habens generale mandatum cum libera, &c. poteſt agere etiam ea quæ requirunt ſpeciale mandatum, & hoc *ibi* limitat non procedere in valde præiudicialibus. & de materia *ibi* videas. pro regula affirmatiua addo Ioſeph. Ludouiſ. *concluſ.* 30. *verſ. & mandatum ſpeciale, & verſ.* 31. *mandatum ſpeciale, & ſeqq.* vbi declarat pluribus modis. Adde pro eadem regula affirmatiua, Anchar. *q.* 4. *n.* 19. 1. *part.*

17 Et generaliter ad quæ extendatur, & quomodo intelligatur mandatum generale, ponit Diaz *reg.* 450. vide Doctor. ſuprà alleg. *num.* 16. & infra *num.* 18. & quòd Procurator generalis non poſſit alienare, tradit Roman. *ſingul.* 133. & an Procurator ad omnes cauſas cenſeatur etiam conſtitutus ad cauſas criminales, vide infrà *in fragm. verſ. delegata, num.* 2.

18 Et quid de Procuratore conſtituto cum libera, &c. quid facere poſſit, & ad quæ extendatur eius mandatum, præter ſuperiùs tradita *num.* 16. vide Cotta *in memorab. pag.* 707. *in fine.* Nouell. *reg.* 91. Nicol. Moron. *de fide, treug. & pace, pag. mihi* 29. *num.* 18. *& ſeqq.* Ioſeph. Ludou. *d. concl.* 30. 31. *mandatum, &c. & ſeqq.*

19 Et an mandatum ſpeciale iudicetur per clauſulam ratihabitionis, Couar *var. reſol. pag.* 110 *num.* 4. ad quod faciunt tradita in materia Procuratoris falſi geſta, &c. videlicet *in quæſt.* 57. vbi poſui, an, & quando ratificatio habeat vim mandati ſpecialis, *ſub num.* 45. *in fine.*

20 Mandatum ſpeciale an requiratur in faciendo pacem. Roman. *ſing.* 466. Clar. *in pract. q.* 58. *verſ. Sed non Procurator.*

21 Mandatum ſpeciale an requiratur in recuſatione iudicis ſuſpecti? Dic quòd ſic, vt per Rol. *conſ.* 19. *n.* 2. *vol.* 3. poſui *in fragm. verſ. Iudex.*

22 Mandatum ſpeciale non requiritur ad appellandum, ſed ſufficit generale ad lites. Lancell. *de attent. cap.* 2 *limitat.* 50. *num.* 32. *& ſeqq. part.* 1. Et an poſſit filius pro patre, dominus pro vaſallo, Epiſcopus pro eius ſubditis, abſque mandato appellare, vide infrà *in fragmentis, verſ. appellare an poſſit filius, &c.* Aduerte tamen quòd ad appellandum ab exequutione requiritur mandatum ſpeciale, vt per Maſſam *de obligat. Cameral tit. de perſona petente exequutionem, num.* 8. Ratio eſt, quia appellans ab exequutione punitur, tanquam temere appellans, in pœnam 50. librarum argenti, *l. ab exequutione, §. vlt. C. quor. appell.* Menoch. *caſ* 445. *n.* 3. & dixi infrà *in fragm. verſ. appellatio, n.* 50. ideo ad faciendum incurrere dominum in pœnam, ſpeciale mandatum requiritur, vt ſuo loco dictum eſt, videlicet ſuprà *quæſt.* 16. Sed hic aduerte ad duo, primò quòd prædicta non procedunt in appellante ab exceſſu exequutionis, ex quo enim talis appellatio à iure permittitur, vt dixi ſuprà *quæſt.* 16. *num.* 40. non punitur aliqua pœna. Secundò aduerte quòd ex quo hodie pœna temere litigantium receſſit ab aula, vt dixi infrà *in fragm. d. verſ. appellatio, num* 50. idcirco videtur quòd non requiratur in huiuſmodi appellatione mandatum ſpeciale, cùm ceſſet ratio ſupradicta.

23 Mandatum ſpeciale an requiratur ad petendum reſtitutionem in integrum, vide Couar. *variar. reſolut. d. pag.* 106. *in princ. n.* 1. *& ſeqq.* latè de materia Roland. *conſ.* 26. *per tot. vol.* 2. Roman. *conſ.* 116. Ioſeph Ludou. *d. concluſ.* 30. *verſ.* 1 *requiritur, & ſeqq.* vbi facit regulam cum 13. ampliat. Virg. Boccac. *in conſtit. March. gloſ.* 8. *n.* 269. Tiraq. *in tract. Res int. al. acta, pag.* 8. *verſ. Et quidem dictum eſt*, vbi quòd ad petendum reſtitutionem in integrum requiritur ſpeciale mandatum, quando principaliter petitur, ſecus ſi incidenter. Ratio eſt, quia, vt dixi infrà *verſ. Procurator, num.* 40. mandatum ſpeciale non requiritur in iis, quæ incidenter veniunt ſub generali mandato.

Mandatum ſpeciale an requiratur ad impetran- 24
dum diſpenſationem, Corſet. *ſing. mihi* 175. *verſ. mandatum.*

Mandatum ſpeciale requiritur ad faciendum com- 25
promiſſum. Nouell. *reg.* 89. & eſt text. *in cap. per tuas*, vbi Abb. *in* 2. *notab.* & *ibi* communiter docet *de arbitr. l. procurator, ff. de procurat.* Craſſ. *in commun. opin. lib.* 1. *cap.* 11. *q.* 1. *tom.* 2. *commun. opin. & quæſt.* 2. vbi hoc limitat non procedere in compromiſſo faciendo ex neceſſitate, puta vigore ſtatuti. Adde ad materiam *deciſ. Bonon.* 21. *num.* 1. *& ſeqq.* Papien. *pag. mihi* 189. *num.* 4. *&* 5. *& in apoſtilla ſub litt. A.* Marc. *de comprom. pag. mihi* 134. à tergo, *verſ. Procurator, &c.* Pariſ. *conſ.* 133. *num.* 12. *lib.* 4. *infr. in fragm. verſ. compromiſſum, n.* 21. ponas hîc.

Mandatum ſpeciale non requiritur ad iurandum 26
in Procuratore conſtituto, ad faciendum aliquem actum, in quo ſolitum eſt apponere iuramentum. Maſſà *de oblig. Cam.* 2 *p. q.* 1. *ad primam obligationis particulam, num.* 8. Gabriel *tit. de conſuetud. concluſ.* 3. *n.* 25. *lib.* 3. Item vbi quis habet à lege mandatum ad agendum, cenſetur etiam habilitatus ad iurandum de calumnia, licèt ſecus ſit in Procuratore habente mandatum ab homine, quia iuramentum calumniæ requirit ſpeciale mandatum. Magon. *deciſ. Lucen.* 6. *n.* 12. *&* 19. Generaliter in materia forma iuramenti per Procuratorem præſtandi eſt, vt iuret in animam ſui principalis, vt per Lamberteng. *de contract. gloſſ. final. q.* 16. *num* 70. Gail. *lib.* 1. *obſeru.* 83. vbi præſertim ad iurandum de calumnia, an requiratur mandatum ſpeciale, quando ſcilicet iuramentum poſſit præſtari per Procuratorem, vide Roman. *ſingul.* 8. Viuian. *in commun. opin. pag. mihi* 136. *&* 256. *in paruis.* Cotta *in memoral. pag.* 709 Couarr. *practic. quæſt. pag.* 146. *verſ. eſt tamen, &c.* Simoncell. *de decreto, lib.* 3. *tit.* 8. *num.* 151. vbi quòd præſtatur per Procuratorem de iure Canonico, ſecus de iure ciuili. ad materiam vide Lamberteng. *de contract. gloſſ. final. quæſt.* 16. *num.* 68. *& ſeqq.* vbi quòd ad iurandum ſpeciale requiritur mandatum, ideo iuramentum Procuratoris generalis prælati orphano Trofi Decurionis ciuitatis, ſeu alterius adminiſtratoris, non obligat dominum, niſi iuraſſet etiam obſeruare geſta per talem Procuratorem, ſeu adminiſtratorem. quia hoc iuramentum æquiparatur ſpeciali mandato ad iurandum, vt *ibi q.* 17. *&* 18. *num.* 72. *&* 73. quid de iuramento tutoris, dixi *in contr. q.* 16. *n.* 46.

Mandatum non expirat morte mandantis, qui ob- 27
ierit poſt litem conteſtatam. Grauat. *ad Veſtr. in pract. lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 40. *& ſeqq. pag. mihi* 90. iſto enim caſu Procurator efficitur dominus litis, vt *ibid.* per Granat. & per Maran. *pag. mihi* 146. *num.* 108. *&* 109. vbi hoc limitat non procedere in Procuratore Prælati, ſeu Rectoris Eccleſiæ, cuius mandatum extinguitur per mortem mandantis, & quòd obierit poſt litem conteſtatam. *Clement. final. de procurat.* vide ſuprà *num.* 40.

Mandatum ſpecialiſſimum requiritur in contra- 28
hendo matrimonium. Ant. Rub. *in l. pen. §. ad crim. n.* 165. *ff. de publ. iud.*

Mandatum ſpeciale requiritur ad faciendum ali- 19
quem carcerari. Anchar. Regien. *quæſt.* 3. *num.* 18. *parte* 1.

Qvæstio LXXVIII.

De Protocolli & originalis, seu abbreuiaturæ & matricis instrumentorum fide, probatione, materia.

Svmmarivm.

1. *Protocollum quid sit, quid authenticum, & quid originale.*
2. *Protocollum quam fidem faciat in iudicio.*
3. *Protocollum si non reperiatur, instrumentum inde sumptum an probet.*
4. *Notarius an possit cogi ad ostendendum Protocollum.*
   Et quando quis teneatur producere Protocollum, ibid. & 13.
5. *Quid si Notarius dicat se amisisse Protocollum.*
6. *Instrumentum diuersum à Protocollo an probet.*
7. *Bastardello Notarij an credatur.*
8. *Protocollum, seu originale si est nullum, vel falsum, nec etiam instrumentum inde sumptum aliquid probat.*
9. *Abbreuiatura Notarij quando credatur, & de materia, & 16.*
   Abbreuiatura non creditur nisi inde instrumentum leuetur, ibidem.
10. *Abbreuiatura abrasa, & cancellata, an credatur.*
    Notarius potest instrumentum primò scribere confusum & cancellatum, & deinde illud scribere in Protocollo, ibidem.
11. *Abbreuiatura an debeat continere indictionem, & quid aliud, & 17.*
12. *Abbreuiatura an magis credatur, quàm Protocollo, vel è contra.*
    Abbreuiatura an suppleatur per Protocollum, vel è contra, ibidem.
    Ad Abbreuiaturam semper recurritur, ibid.
13. *Notarius tenetur seruare, & ostendere matricem, & non seruando potest torqueri.*
14. *Protocolli substantialia.*
15. *Matrics reperta in filcia, seu scartafolio an credendum.*
17. *Abbreuiatura requisita quæ sint, & 11.*
18. *Notario asserenti aliquam scripturam esse matricem creditur.*

1 Protocollvm quid sit, quid authenticum, quid imbreuiatura, seu matrix, & quid originale, traditur per Couar. *pract. q. c.* 19. *pag. mihi* 187. *& seqq.* vbi præter infrascripta multa alia ponit in materia Menoch. *de arb. quæst. casu* 187. *num.* 3. *&* 21. vbi quid sit Protocollum. Mascard. *de prob. concl.* 3. *in fine*, vbi benè declarat quid sit originale, seu abbreuiatura, item quid sit authenticum. Paris. *cons.* 28. *num.* 11. *& seqq. lib.* 2. Bald. *in rubr. C. de fid. instr. n.* 10. *decis. Pedem.* 16. *num.* 4. Berous *cons.* 1. *num.* 5. 10. *&* 63. *lib.* 2.

2 Protocollum quam fidem faciat in iudicio, vide Couar. *vbi suprà d. cap.* 19. Menoch. *de arb. quæst. d. casu* 187. *num.* 4.

3 Protocollum si non reperiatur, an instrumentum inde sumptum faciat fidem, videas Couar. *sub d. c.* 19. Menoch. *in l. final. n.* 736. *& seqq. C. de edict. diu. Adr.* vbi distinguit plures casus. Cephal. *cons.* 187. *n.* 34. *& seq.* vbi quòd instrumentum redditur de falso suspectum, si Protocollum non reperiatur. contrarium dixit Cagn. *in l. si librarius num.* 81. *ff. de reg. iur. pag. mihi* 148. *à tergo*, & firmat *in Repert. verb. Abbreuiatura, n.* 21. Virg. Boceac. *in const. March. glos.* 7. *num.* 13. vbi pro & contrà: sed ipse tenet quòd si isto casu sumptum sit de falso suspectum, quòd instrumentum reddatur suspectum, traditur Mascard. *concl.* 740. *n.* 33. *&* 34. vbi declarat hoc procedere in præiudicium Notarij, non in præiudicium partium, quia debet curam habere de Protocollo, vide infrà *n. seqq.* posui *infrà quæst.* 154.

Et an Notarius possit cogi ad ostendendum Pro- 4
tocollum, Mascard. *concl.* 1094. *n.* 31. vbi quòd Notarius non seruans penes se Protocollum, contra eum præsumitur, & venit puniendus iudicis arbitrio. vide Couar. *pract. qq. d. cap.* 19. Cephal. *cons.* 287. *n.* 36. *vol.* 2. vbi quòd quando opponitur de falsitate instrumenti, & petitur productio Protocolli, tunc illud debet produci, aliàs instrumentum non probat, & ista est magis communis, teste Achill. Personal. *de adipisc. poss. n.* 149. *& seqq.* vbi refert & reprobat contrarios. Generaliter autem quando pars teneatur producere Protocollum, vide *in decis. Pedem.* 16. per totam. Roland. *cons.* 44. *vol.* 1. vide *infrà n.* 13. *in fine*. posui *infra q.* 154.

Et quid si Notarius dicat se amisisse Protocollum, 5
an possit super hoc torqueri, vide Couarr. *pract. qq. d. cap.* 19. Menoch. *de arb. quæst. casu* 370. *in princ.* faciunt in proposito infrà tradita *in fragmentis, vers. omissio testium*, &c. *& in Rep. crim. q.* 69. *n.* 7. vide *infr. n.* 13. *in fine*, & ponas hîc. posui infrà *quæst.* 154.

Si instrumentum sit diuersum à Protocollo, an 6
probet, vide Couar. *pract. qq. sub d. cap.* 19. Dicas quòd isto casu instrumentum redditur de falso suspectum. Mascard. *concl.* 740. *num.* 32. *lib.* 2. Cephal. *d. cons.* 187. *n.* 11. *& seqq. vol.* 2. vbi si testes in Protocollo descripti non sunt iidem, qui in instrumento reperiuntur appositi, & quid si copia tradita à Notario sit diuersa ab originali, vide *in Repert. crim. quæst.* 69. *n.* 15. Ad materiam instrumenti diuersi à Protocollo, vide Virg. Boceac. *in const. March glos.* 7 *n.* 13. posui *infr. q.* 154.

Bastardello autem Notarij non creditur. Cephal. 7
cons. 113. *n.* 6. *vol.* 1. Sed considera verba Menoch. *in tract. de arbitr. q.* 4. *casu* 187. *n.* 1. 2. *&* 3. vbi posui quæ fides danda sit bastardello, diciturque illum etiam nuncupari Protocollum, & deinde æquiparat cuicumque alteri notæ, seu matrici, imò videtur quòd matrici scriptæ in bastardello magis credendum sit, quàm repertis in folio & in filcia, per ea quæ tradit Menoch. *casu* 187 *num.* 10. *& seqq.* diciturque infrà *vers. instrumentum, num.* 17.

Protocollum, seu originale quando est falsum, de 8
falso suspectum, vel nullum, tunc etiam instrumentũ inde sumptum & leuatum similiter est falsum, de falso suspectum, & nullum. Roland. *cons.* 16. *n.* 13. *col.* 3. Anchar. *cons.* 431. *col.* 1. *vers. ex quo infero.* Corn. *cons.* 70. *col.* 2. *vol.* 4. *& cons.* 118. *col.* 2. *eodem vol.* quos refert & sequitur idem Roland. *cons.* 44. *num.* 16. *vol.* 1. Alex. *cons.* 175. *n.* 2. *&* 3. *vol.* 3. Paris. *cons.* 27. *num.* 11. *vol.* 2. faciunt in proposito tradita per Menoch. *de arbitr. qq. casu* 187. *n.* 23. *& cons. crim. diu.* 121. *n.* 4. *&* 125. *num.* 4. *&* 128. *n.* 18. *& seq. &* 129. *n.* 1. *& seqq. tom.* 1. *in magnus*, quibus in locis ex falsitate originalis arguunt ad falsitatem sumpti. faciunt etiam tradita *in Rep. crimin. q.* 67. *n.* 25. Mascard. *conclus.* 4 *n.* 14. vbi non potest leuari instrumentum ex Protocollo, seu originali de falso suspecto, posui *in quæst.* 154.

Abbreuiaturæ autem Notarij an, & quando creda- 9
tur, & de materia, vide Ang. *cons.* 210. *n.* 3. Grammat. *decis.* 106. Alexandrin. *cons.* 94. Alex. *cons.* 153. *n.* 10. *& cons.* 59. *n.* 6. *vol.* 2. *& cons.* 14. *vol.* 6. Aym. *cons.* 158. *n.* 7. *vers. similiter.* Menoch. *de arb. quæst. casu* 187. *n.* 4. vbi quòd non facit fidem nisi ex ea publicũ leuetur exemplum. idem Galles. *de Camer. oblig. in* 3. *p. quæst.* 1. *n.* 4. *pag. mihi* 94. Cur. iun. *cons.* 161. 2. *part.* omnino Roland. *cons.* 44. *lib.* 2. vide infrà *n.* 16. Franc. Marc. *decis.* 163. *num.* 11. *& seqq. part.* 2. adde ad materiam Card. Tusch.

pract. conclus. in verb. originale, conclus. 201. *num.* 3. *& seqq. & conclus* 202. *num*, 35.

10 In qua materia particulariter scias quòd Notarius potest scribere testamentum, seu aliud instrumentum confusum, cancellatum, & abrasum & apostillatum: hæc materia, an in breuiatura, seu originali cancellatio, seu abrasio noceat, fuit interposita inter præsumptiones falsitatis in materia abrasionis & cancellationis, videlicet *vol.* 145. *part.* 2. ibi videas, & postea ex illo conficere originale, seu Protocollum de generali consuetudine, de qua *in cons. crim. diuers.* 118. *num.* 16 *pag. mihi* 120. *a tergo*, sed contrà *in cons.* 116. *n.* 71. *& seqq. tom.* 1. *in magnis*, ad quam materiam vide Cotta *in suis memor. pag. mihi* 609. Menoch *de arbit. quæst. casu* 187. *num.* . & quæ particulariter dixi *in Rep crim. q.* 67. *num.* 23. *& seqq.* vbi an & quando abrasio, seu cancellatio vitiet instrumentum, *& num.* 9. *&* 12. vbi an, & quando ex apostillis & additionibus falsitas præsumatur. Aduerte in materia quòd licet vt præterquam Notarius possit in matrice apostillare absque falsi suspicione, id tamen debeat intelligi, dummodo idem Notarius in fine instrumenti attestetur se d. apostillam fecisse de partium consensu, aliter secus, nec isto casu sufficit apostillam esse scriptam manu Notarij, nisi adsit d. attestatio in fine instrumenti, quam materiam posui *in Rep. crim. d. q.* 67. *n* 9. 12. *&* 35. vbi videas, quia in hoc adest Doctorum alteratio, vt *ibi*, vbi allegati Doctores particulariter loquuntur in matrice, seu Protocollo, vide *infrà num.* 13. Adde in materia relatos per Achill. Personal. *de adipisc. possess. num.* 137. vbi quòd inter alienationes, cancellationes, & additiones in Protocollis non inducant aliquam suspicionem. Item abbreuiatura facit fidem etiam cancellata. Mascard. *conclus.* 4. *sub num.* 13. *&* 15. posui *infrà quæst.* 153.

11 Abbreuiatura Notarij an debeat continere indictionem, & quid aliud, Neuiz. *cons.* 25. *num.* 1. *& seqq.* vide infrà *num.* 17.

12 Abbreuiaturæ, seu matrici Notarij magis creditur, quam Protocollo, & ad eam semper recurritur. Neuiz. *cons.* 16 *num.* 48. Mascard. *conclus.* 4 *num.* 13. *&* 24. *vers. Datis supradictis ampliationibus*, vbi quòd quando ex abbreuiatura, seu originali duo leuata reperiuntur instrumenta repugnantia, tunc non confugitur ad originale, sed neutrum instrumentum tanquam de falso suspectum probat contrà. Rota coram Plata in vna Legionens. iurisdictionis 19. Decembris 1588. *num.* 2. impressa post mea consilia, vide *in cons.* 182. *part.* 2. vbi quòd error Notarij probatur per originale, vel Protocollum, & hîc & ibi fac mentionem, & an imbreuiatura suppleatur per Protocollum, vel è contrà, vide *ibidem n.* 46. & super his vide omnino Menoch. *d. casu* 187. *num.* 21. *& seqq.* posui *in quæst.* 154.

13 Notarius tenetur seruare matricem, secundùm communem opinionem, à qua nullus discrepat, vt *in decis. Lucen.* 13. *n.* 14. *& seq part* 5. vbi *n.* 15. dicit quòd si matricem non seruauerit, potest torqueri, & ad hæc vide suprà tradita *n.* 4. 5. *&* 10. ad quod vide Oddum *cons.* 78 *n.* 9. Baiard. *ad Clar § fin sum num* 87. Surd *cons.* 173. *n.* 21. *&* 86 *lib.* 1. Paris *cons.* 8. *n.* 22. *in* 2. Beroum *cons.* 1. *n... lib.* 2. Franc. Marc *decis.* 263. *part.* 2. *cons. crim. diu.* 129 *n.* 14. *lib.* 1. Maluet. *cons.* 69. *per tot.* Grammat. *cons* 66. Idem de Notario volente producere Protocollum tradit Monticell. *reg.* 15. *n.* 37. sed de hoc vide supra *n.* 4. posui *infrà quæst.* 154.

14 Protocolli substantialia, Rol. *cons.* 44. *n.* 17. *& seqq. vol.* 1. Neuiz. *cons.* 25. *n.* 1. *& seqq. & cons.* 24. *n.* 1. *& seqq.* Menoch *de arb. quæst casu* 187. *n* 5. vbi quòd debet esse subscriptum manu Notarij, sed quid in abbreuiatura, vide infrà *n* 17. adde Mascard. *conclus.* 4. *n.* 17. vbi quòd in Protocollo requirantur omnia requisita instrumenti, secundùm receptam opinionem. quod declara non procedere in Protocollo antiquo, vt *ibid. n.* 18. vide in hoc Mascard. *concl* 4. *n.* 17. *post princ.* vbi pro, & contrà, & licèt loquatur in abbreuiatura, idem tam iuris est in Protocollo, & loquitur generaliter de omnibus solemnitatibus. Aliqua requisita in Protocollo videas per Card. Tusch *pract. concl. in verb. originali concl.* 201. *n.* 3. *& seqq. & concl.* 202. *n.* 36. 40. 41. 46. *& seqq. & in verb. Protocollum concl.* 945. *n.* 4. *& seqq.* & an in Protocollo requiratur signum Notarij, vide infrà *vers. Notarij signum, num.* 26. *in fragm.*

Abbreuiaturæ Notarij, seu matrici non in bastardello, sed in carta foliis, aut aliqua filcia repertæ an creditur, & de materia, posui infrà *sub vers. instrumentum n.* 17. *vers. & an Notarij*, &c. Dic quòd non creditur instrumento, seu matrici positæ in filcia, & non protocollato, secundùm Tiber. Decian. *cons.* 100. *num.* 15. *& seq. vol.* 2. Cagnol. & Paris. alleg. per Virg. Boccac. *in const. Marchia glos.* 7. *num.* 19. *in fine*, vbi videas. 15

Ad ea quæ suprà scripsi *n.* 9 de fide, & probatione abbreuiaturæ, adde Mascard. *de prob. lib.* 1. *conclus.* 4. *num.* 1. vbi quòd instrumenti abbreuiatura plenè probat, licèt aliqui ibidem relati *n.* 2. *&* 3. contrarium dixerint. Intellige hanc conclusionem, dummodo talis abbreuiatura licèt cætera sit absoluta & perfecta, ita & taliter quòd appareat Notarium nil aliud habuisse quod in ea scriberet, habere, secus si sit imperfecta, appareàtque Notarium noluisse illam absoluere ac perficere, quia tunc nihil probat, vt bene *ibidem* exemplificat Mascard. *n.* 4. *& seqq.* Intellige secundò dummodo ipsa abbreuiatura habeat sua requisita, aliàs secus. Mascard. *ibid. n.* 17. sed quænam sint requisita substantialia abbreuiaturæ, vide *in seq. n.* 17. 1

Dixi suprà *n.* 14. Protocolli requisita, quæro modò de requisitis abbreuiaturæ, vide suprà *num.* 11. Card. Tusch. *pract. conclus. in verb. originale concl.* 201, *& seqq. & conclus* 202. *num.* 35. *&* 45. Dic quòd omnia ea quæ requiruntur ad essentiam, & substantiam instrumenti, de quibus dixi infrà *vers. instrumenti necessaria, n.* 10. illa etiam requiruntur ad substantiam abbreuiaturæ, vt per Mascard. *de probat. conclus.* 4 *num.* 17, vbi tamen quòd hoc non procedit in antiquis, in quibus pro requisitis abbreuiaturæ præsumitur, licèt de eis non liqueat, vt *d n.* 17. *vers Intellige istud.* Sed contrarium videtur verius, vt *ibidem vers. contrarium tamen videtur.* &c Primò igitur in abbreuiatura requiritur subscriptio Notarij, qui illam scripsit. Mascard. *d. concl.* 4. *n.* 17 *vers. hinc infertur, & n.* 13. *vers. limita hic non procedere.* sed contra *num.* 8. dummodo appareat esse scriptam manu Notarij, & antè *n* 18. *vers. Contrarium voluerunt*, vbi in abbreuiatura Notarij mortui: quid autem in Protocollo, an requiratur subscriptio, vide suprà *n.* 14. Secundò non sufficit subscriptio, sed requiritur quòd & corpus abbreuiaturæ sit scriptum ab ipsomet Notario *n* 8. *& seqq. vsque ad n.* 13. Sed contrà quòd imò sufficiat sola subscriptio *ibidem, sub num.* 17. *vers hinc infertur*, & vide in materia huius secundi requisiti tradita infrà *vers Notarius n.* 16. Tertiò requiritur signum Notarij; sed de hoc dixi infrà *vers. Notarij signum, num.* 16. *in fragmentis.* Quartò requiritur quòd abbreuiatura sit lecta, &, vt aiunt, stipulata coram Notario, & testibus, & lecta & stipulata in dubio non præsumitur, nisi de hoc Notarius testetur in instrumento. Mascard. *d. conclus.* 4. *num.* 18. *vers. limita tamen, & num* 26. *vers. septimò etiam infertur.* Quintò requiritur, vt in abbreuiatura contineatur locus, *ibid. num.* 8. *&* 24. vbi etiam an requiratur locus loci, & an locus expressus in vna præcedente abbreuiatura censeatur etiam tacitè repetitus in subsequenti carente loco, 17

loco, ibi videas. Sextò requiritur tempus, scilicet mensis, & dies, aliter abbreuiatura non probat. Mascard. *d. conclus.4.n.8. & 25.* vbi etiam de materia, an Notarius possit post stipulationem apponere diem omissum in abbreuiatura, *ibi* videas. Septimò requiruntur in abbreuiatura testes, aliter non probat. Mascard. *d. conclus.4.num.8. & 26.*

18 Assertioni Notarij dicentis scripturam quam exhibet esse matricem & originale, creditur. Alex. *in tract.105.n.2.vers præterea, quod, lib.2.* posui *infr.q.154.*

Qvæstio LXXIX.

Solemnitates extrinsecæ, seu intrinsecæ, an, & quando ex temporis diuturnitate præsumantur.

Svmmarivm.

1. *Solemnitates intrinsecæ quando præsumantur ex diuturnitate temporis, generaliter.*
2. *Quid in actu præsumpto.*
3. *Quid in contractu minoris, & mulieris.*
4. *Quid in alienatione rei emphyteoticæ.*
5. *Quid in sententia, & seq. & 12.14.*
6. *Quid in solemnitate citationis, & 13.*
7. *Quid in odium negantis instrumentum.*
8. *Quid si agatur de graui præiudicio.*
   Quod tempus dicatur diuturnum in proposito, ibid.
9. *Quid si ex ipsa scriptura, seu actu apparet solemnitates non interuenisse, & seqq. & 23.*
14. *Quid in iudicis decreto.*
15. *Quid in ratificatione contractus.*
16. *Quid in consensu.*
   Quid in alienatione rerum Ecclesiæ, ibidem.
17. *An requiratur scientia eius, de cuius præiudicio agitur.*
18. *An hæc præscriptio admittat probationem.*
19. *An procedat in eo qui actum gerere non potest.*
20. *Mandatum an præsumatur ex diuturnitate.*
21. *Iurisdictio delegata an præsumatur ex diuturnitate.*
22. *Solemnitas formalis & substantialis ex diuturnitate non præsumitur.*
   Item nec ea, quæ requirit scripturam, ibidem.
   Item nec ea, cui partes renuntiare non possunt, ibidem.

1 Solemnitas intrinseca, & extrinseca quando præsumatur ex diuturnitate temporis, tam in actibus iudicialibus, quàm extraiudicialibus, & generaliter de materia, vide omnino latissimè disputationem Aym. *de antiq. temp. pag. mihi 116. seu 138. part.2. & 3. per totum, in discursu.* Socin. *reg.375. & 376.* Villalob. *S. num.68. & seqq. & littera Z. num.12. & seqq* Cephal. *cons. 47.n.1. & seqq. num 6. & seqq.* vbi pulchrè de solemnitate extrinseca. Brixien. *de fin.reg.cap.105. per totum pag. mihi 97.* omnino etiam Gabriel *conclus.... decis. Pedem. 171. per totum.* Lamberteng. *de contr. glos.7. n 61. & 62.* vbi ponit allegationes pro & contrà, an scilicet solemnitas præsumatur, vel non præsumatur, ex diuturnitate temporis nonnulla in materia ponuntur per Virg. Boccac. *in const. March. glos.8.num.302. vsque ad 310.* Vasq. *lib.2. controu.cap.63.64. & 65.* omnino ad materiam Menoch. *lib.3.præsumpt.131. per tot* & Mascard. *conclus. 1314. cum duabus seqq.* vbi generaliter, & particulariter.

2 Solemnitates non præsumuntur ex diuturnitate temporis in actu, de quo non cōstat verè, sed præsumptiue Ruin. *cons. 29 n 4 vol 4.* & faciunt infra tradita inter diuersa *vers præsumptiones duæ, n.16.* quæ ponas hic.

Solemnitates statutariæ an præsumantur ex diuturnitate temporis in contractu mulieris, vel minoris, posui *in Rep. contract. quæst.20.num.50.* 3

Solemnitates an præsumantur ex diuturnitate temporis in alienatione rei emphyteoticæ facta sine consensu domini, dixi *in Rep. contract.51.num.9.* 4

Solemnitates an præsumantur ex diuturnitate temporis. In sententia regulariter sic, quia etiam sine diuturnitate sententia habet pro se præsumptionem, vt infrà *quæst. 94.num.1.* vide Viui. *in com. opin. pag. 184. vers. sententia.* latissimè Imola *concl.42.lib.3.* ad quem semper recurras. Menoch. *de arb.quæst.casu 4. lib.2.* Et particulariter, an in sententia præsumatur ex diuturnitate solemnitas citationis, vide *infr.num.6.* Et quid si ex facie ipsius sententiæ appareat solemnitatea non interuenisse, vide *infr.n.9. & seqq.* vbi generaliter, & particulariter *num 12.* 5

Solemnitas citationis an ex diuturnitate præsumatur. Dicas quòd non regulariter, vt per Vant. *in tract. nullit pag. mihi 249. n.12. & seqq.* Et an ex diuturnitate præsumatur citatio in sententia, vide Villalob. *in com. opin. littera C. n. 47.* & faciunt generaliter tradita suprà *in anteced. num.5.* Et quid si ex actis appareat citationem non interuenisse, vide generaliter *infr. n.9 & seqq. & n.13.* vbi particulariter. 6

Solemnitates præsumuntur in instrumento quod quis negat reperiri, si postea reperiatur, quia in odium negantis omnia præsumuntur solemniter acta. Imol. *conclus 42. lib 3. pag. 672. vers. sublimita 2. &c.* Gabriel *lib.5 .tit. de acquir. possess. conclus. quinta, n.9.* 7

Solemnitates non præsumuntur ex diuturnitate temporis minori cursu, quàm 30. annorum, quando agitur de graui præiudicio. Alex. *cons.179.num.5. & 6. vol.6* Gozad. *cons.73 n.8 & 27.* vbi de communi. Felin. *in cap. Albericus, n.5. de testib. & in cap. illud. col.4. vers. secundò est aduertendum, de præscript.* cum aliis, de quibus per Gabriel. seu Imol. *vbi suprà* adde Cephal. *cons.162 n 18.* vbi quòd ex diuturnitate præsumitur solemnitas, etiam quòd agatur de magno præiudicio tertij. Lamber. *de contr glos.7.n 54.* vbi quòd quando agitur de præiudicio tertij, tunc solemnitas non præsumitur minori spatio, quàm 30. annorum etiam concurrente scientia illius, de cuius præiudicio agitur, aliter secus, vt *ibi d. n.54. in fine,* & dicam infra *n.17.* 8

Solemnitates an præsumantur ex diuturnitate temporis vbi ex facie ipsius actus apparet ipsas non interuenisse, nec fuisse adhibitas in actu, præter tradita *in numeris seqq.* vide generaliter super hac conclusione, Curt. iun. *cons 50 n.4.* Gozad *cons. 72.* ferè per tot. Roland. *cons.2 n.128. & seqq vol.1.* Cephal. qui pulchrè distinguit *in cons 97.n.1. & seqq. & num.6. & seqq.* Aymon, qui etiam pulchrè declarat, *de antiq. temp pag. mihi 121.n.27. & seqq.* Hercul. *de negat.n.167. & seqq. vsque ad n.194.* vbi primò ponit, an, & quando, & quomodo negatiua probetur per productionem scripturæ, seu actorum, in quibus non apparet quod quæritur, postea declarat an illud præsumatur ex diuturnitate temporis, & ibi omnia pulchrè examinat. Circa hanc materiā aduerte ne decipiaris, quia prima facie videtur frustatoria. nam si velimus tunc demum præsumi ex diuturnitate solemnitatem quando de ea apparet in actu, secus antè, vbi de ea non apparet, istud est totam regulam destruere, quia quando de ea apparet ex actu, non est opus præsumptione, cùm simus in claris, minus est opus diuturnitate temporis, quia apparens ex actu illa præsumitur etiam de recenti, prout considerarunt relati per Lamberteng. *de contr. glos. 7. n.60.* Ideo necesse est hanc regulam præsumendæ solemnitatis ex diuturnitate temporis etiam intelligere, quando de ea ex actis non apparet. Pro resolutione dicas quòd si de solemnitate 9

apparear In actu non enunciatiuè, sed expresse, & verè, quòd interuenerit, & isto casu verum est quòd non est opus præsumptione diuturnitatis, quia sumus in claris, nec etiam isto casu, nec in istis terminis sumi debent dicta Doctorum in hac materia loquentium, quia eorum doctrina, si ita intelligeretur, esset inanis & frustlatoria, per prædicta. si verò talis solemnitas enunciatiuè tantummodo præsumatur in actu, sed non verè appareat etiá interuenisse in effectu, & isto casu loquuntur Doctores quod ex diuturnitate præsumitur, secus si hoc enunciatiuè exprimatur, & ita an solemnitas enuncietur, vel non enuncietur, semper loquutus est doctissimus Lambertengius, qui forsan hanc sensit difficultatem d. glos. 7. n. 60. & secundùm horum terminos credo ferè intelligendam hanc materiam, ad quam vide etiam aliqua per Boccac. glos. 8. sub num. 102. & in n. 23. vbi datur alia declaratio.

10 Regulariter dicas quòd solemnitates quæ aliàs præsumuntur ex diuturnitate temporis, non præsumitur vbi ex actu, puta ex instrumento apparet eas non interuenisse. plures adducit concord. Lambert. de contr. glos. 7. n. 59. quos & ipse sequitur n. 66. Licèt alij relati per eum n 60 contrarium dixerint, adhibita tamen distinctione, de qua infrà dicam n. 11. & de communi testatur Redoan. qui concord. allegat, de rebus Eccles. pag. 196. n. 25. & seqq. declara vt infr. n. 23. Brixien. fin. reg. cap. 105. n. 17. pag. 97. & est communis, vt per Cephal. cons. 133. n. 159. vol. 1. Moron. in tract. de fide, &c. pag. mihi 117. num. 17. Simoncell. de decreto lib. 3. tit. 7. num. 36. vbi hoc declarat vno modo notabiliter, secundùm Aym. Adde pro primo dicto & pro regula Cephal. cons. 192. n. 43. & cons. 133. n. 129. infr. num. 23.

11 Limita, hanc conclusionem non procedere quando solemnitas illa, quæ non reperitur in instrumento descripta, potuisset etiam post instrumentum apponi, quia tunc in instrumento præsumitur ex diuturnitate, etiam quòd in eo non appareat, vt per eumdem Cephal. cons. 162. n. 19. vol. 2. Ad idem Lamberteng. de contr. glos. 7. num. 70. 71. & 72. vbi distinguit quòd si solemnitas est talis quæ de iure in ipso actu interuenire debet, tunc si de eo in actu non appareat, vtique ex diuturnitate non præsumitur, præsumptio enim ex diuturnitate temporis resultans tollitur per contrariam probationem, & sic per euidentiam facti, cùm ex inspectione actus appareat eũ non interuenisse; ideo præscriptio cedit veritati, quia si talis solemnitas interuenisset, vtique de ea fieret mentio in instrumento, & idem de alijs solemnitatibus quæ regulariter solent in ipso instrumento apponi, & ex non appositione oritur verisimilitudo, quòd non interuenerint: si autem solemnitas est talis quòd de iure potuerit, etiam ante actum & post actum, interuenire, tunc diuturnitas temporis facit illam præsumere, etiam quòd de ea non fiat mentio in actu, quia, vt dixi, potuit etiam adhiberi vel ante, vel pòst. Et ita Lambert. ad euitanda contraria per ipsum relata n. 59. & 60. optimè iudicio meo distinguit in d. n. 70. 71. 72. & num 66. vbi licèt per difficultatem materiæ videatur obscurè loqui, ex eius tamen dictis substantialiter prædicta distinctio colligitur, quod etiam sensit Rodoan. de reb. Eccles. pag. 197. num. 30. & 31. declara alio modo, vt in num 23.

12 Et particulariter, an in sententia præsumantur solemnitates si ex eius facie appareat non interuenisse, præter generaliter suprà tradita n. 5. vide Viu. in com. opin. pag. mihi 184 verb. sententia. Imol. concl. 42. lib. 3. pag. 678. omnino Aym. de antiq. 1. part. pag. mihi 103. & seqq. in paruis. Grammat. decis. 24. per totam, vbi latè vide in num. 14.

13 Et particulariter, an solemnitas citationis præsumatur ex antiquitate temporis, vbi ex actis appareat eam non interuenisse, vide Vant. de nullit. pag. mihi 190. num. 14. vbi quòd non præsumitur, & faciunt suprà generaliter tradita num. 6. Lamberteng. de contract. glos. 7. num. 70.

Et particulariter an decretum iudicis præsumatur interuenisse ex diuturnitate temporis, vide Aym. de antiq. temp. c. 157. n. 35. Dic quòd cessante temporis diuturnitate decretum non præsumitur, si de eo instrumento non fiat mentio: si verò interueniat diuturnitas temporis, tunc ex ea præsumitur decretum, licèt de illo non appareat in instrumento. Simoncell. de decreto lib. 3. tit. 7. num. 33. & 34. quod vltimum ipse ibidem n. 35. & seq. declarat duobus modis, quod aduerte, quia tales declarationes videntur contrariæ regulæ, & illam destruere. An autem ex decreto præsumantur solemnitates debitæ interuenisse, dixi infrà vers. decretum, n. 14. vide aliquid per Lamberteng. de contract. glos. 8. num. 64. & 69. 14

Ratificatio contractus præsumitur ex diuturnitate temporis. Cephal. cons. 584. n. 4. vol. 2. & ratificatione Procuratoris, in vers. mandatum num. 7. 15

Consensus an præsumatur ex diuturnitate temporis in contractu mulieris prohibitæ à statuto contrahere sine propinquorum consensu, dixi in Repert. contract. quæst. 20. n. 50. Quid in patris consensu filio agenti, dixi in Rep. contract. quæst. 72. n. 8. Quid in alienatione rei emphyteoticæ, dixi in Repert. contr. q. 31. num. 9. Et quid in alienatione feudi, an præsumatur domini consensus ex diuturnitate temporis, dixi in eodem Repert contract. quæst. 32. n. 10. Et in alienatione rerum Ecclesiæ an superioris, & Pontificis consensus præsumatur, dixi in eodem Rep. q. 16. num. 2. Modò generaliter quæro an, & quando ex temporis diuturnitate præsumatur consensus. Hanc quæstionem latè examinat Lamberteng. de contr. glos. 7. à n. 50. vsque ad num. 83. vbi n. 52 facit conclusionem quòd ex diuturnitate consensus non præsumitur, quando ille, qui consentire debebat, negat se consensisse, quia in claris cessat præsumptio diuturnitatis temporis, deinde num. 53. vsque ad n. 57. concludit quòd quando agitur de præiudicio consentire debentis, tunc consensus illius, de cuius præiudicio agitur, nec decennij, nec 30. annorum cursu præsumitur, si ille qui consentire debebat, non habuit notitiam actus, prout in dubio ignorantiæ præsumitur, de hac materia scientiæ, quando requiratur in præsumenda solemnitate, dicam infrà generaliter num. 17. ac si notitiam habuit, præsumitur consensus ex cursu 30. annorum, secus ex cursu decem annorum, licèt in vnoquoque capite huius distinctionis aliqui ibi per eum relati contrarium dixerint, deinde n. 59. & 60. ac etiam num. 66. & 72. relatis contrariis, distinguit alio modo, quòd si de consensu fit mentio enunciatiuè in instrumento, tunc etiam quòd non appareat illum effectualiter interuenisse, tamen præsumitur ex diuturnitate temporis, dummodo etiam concurrat scientia & patientia illius, qui consentire debebat pro suo interesse, per ea quæ dicta sunt; si verò de consensu in instrumento nihil dicitur, & sic ex instrumenti inspectione apparet consensum non interuenisse, tunc nullatenus præsumitur ex diuturnitate temporis quando sumus in consensu requisito à iure in ipso actu, prout est ille, qui requiritur non ad præiudicium tollendum ei qui consentire debet, sed ad integrandam personam agentis, prout est consensus propinquorum in contractu mulieris: si enim talis consensus fuisset adhibitus, præsumendum est quòd in ipso actu interuenisset. eo igitur non adhibito, ex diuturnitate temporis præsumi, secus in consensu à iure requisito non ad integrandum personam agentis, 16

sed

ſed pro intereſſe eius, qui conſentire debet. cùm enim talis conſenſus poſſit etiam & ante & poſt actum præſtari, nec ſit neceſſe quòd in ipſo actu præſtetur, quia non requiritur, vt dixi, ad integrandam perſonam agentis, ſed ad tollendum præiudicium conſentire debentis, ideo etiam quòd ille non ſit in inſtrumento enunciatus, tamen ex diuturnitate temporis præſumitur, quia potuit eſſe quòd & ante, vel poſt inſtrumentum fuerit præſtitus, vt *ibidem* per Lambert. *d. num.* 72. & faciunt ſuprà generaliter tradita *num.* 9. 10. & 11.

17 Solemnitas quando agitur de præiudicio tertij, numquam aliquo temporis curſu præſumitur, ignorante eo, de cuius præiudicio agitur, prout in dubio præſumitur, etiam quòd ſolemnitas ſit enunciata in inſtrumento. At ſi ille, de cuius præiudicio agitur, notitiam habuit actus, ſuper quo illa ſolemnitas à iure ob eius præiudicium requiſita erat interponenda, & non fuit interpoſita, tunc ex curſu 30. annorum, ſecundùm Lamberteng. qui relatis ac refutatis contrariis ita concludit *in d. tract. de contr. gl.* 7. *n.* 53. 54. 55. 56. & 66. vbi loquitur in ſolemnitate conſenſus à iure requiſiti pro intereſſe illius, qui conſentire debebat, de quo particulariter dixi in præcedenti *num.* 16. quòd ſolemnitas ex diuerſitate temporis non præſumatur ſine ſcientia intereſſe habentium, & de materia ponit etiam Virgin. Boccac. *in conſt. March. gloſſ.* 8. *n.* 302.

18 Solemnitas licet ex temporis diuturnitate præſumatur, iſta tamen præſumptio tollitur per contrariam præſumptionem, quæ ſit vel fortior, vel magis ſpecialis. Lamberteng. *de contr. gl.* 7. *num.* 70. & 71. vbi quòd multo magis tollitur per contrariam probationem, prout eſt illa, quæ reſultat ex euidentia facti, de qua ſuprà dixi *n.* 11. quando ſcilicet ex inſpectione actus conſtat eam non interueniſſe.

19 Solemnitas præſumitur ex diuturnitate. hæc regula procedit nedum in eo, qui actum gerere poteſt, ſed etiam in eo, qui actum gerere non poteſt ſine illa ſolemnitate, vt per Lamberten *d. gloſſ.* 7. *num.* 73. & 74. vbi reprobat Decium *ibi* allegatum, contrarium tenentem.

20 Mandatum an præſumatur ex temporis antiquitate, vide infra *verſ. mandatum, n.* 7.

21 Iuriſdictio delegata an præſumatur ex diuturnitate temporis, vide infrà *verſ. iuriſdictio*, *num.* 7. & ponas hic.

22 Solemnitas quæ requirit ſcripturam, non præſumitur ex diuturnitate temporis. Virg. Boccac. *in conſt. March. gl.* 8. *num.* 38. *in fine*, & *n.* 308. vbi idem de ſolemnitate ſubſtantiali & formali, ac etiam idem de ſolemnitatibus quibus partes renuntiare non poſſunt.

23 Solemnitas non præſumitur ex antiquitate, quando ex ſcriptura apparet eam non interueniſſe, addo Maſcard *concl.* 1224. *num.* 35. dixi ſuprà *num.* 9. 10. & 11. vbi poſui aliquas declarationes. Adde quòd hæc concluſio debet intelligi quando in actu apparet quòd partes voluerunt ſolemnitates adhibere, ſed illas minus perfectè, aut ineptè adhibuerunt. tunc enim diuturnitas temporis non facit illas præſumere, quia ex actu apparet eas non fuiſſe adhibitas, & ſic præſumptio cedit veritati: ſecus quando penitus apparet quòd ſunt omiſſæ, quia tunc ex antiquitate illæ præſumuntur, etiam quòd de illis in actu non appareat, vt per Rodoan. *de reb. Eccleſ. non alien. pag.* 197. *n.* 29.

24 Solemnitates in ſententia an, & quando præſumantur interueniſſe, vltra tradita ſuprà *num.* 5. 6. 12. vide Hier. Ceuall. *in com. opin. quæſt.* 557. vbi quid in ſententia contra præſentem, & quid in ſententia contra abſentem, & quid ſi acta quæ non reperiuntur, fuerunt enunciata in ſententia, diſtingue vt *ibi* per eum.

QVÆSTIO LXXX.

Oblatio verbalis quando ſufficiat in iudicio, vel extra, ad liberandum debitorem, vel excuſandum à mora, & de materia.

SVMMARIVM.

1. *Generalis materia.*
   Oblatio verbalis quando ſufficiat, generaliter, ibid.
2. *Oblatio quando excuſet à mora, vel conſtituat in mora.*
   Oblatio quando excuſet ab vſuris & intereſſe, ibid.
3. *Oblatio quomodo facienda vbi aliquid debetur in ſpecie.*
4. *Oblatio quomodo facienda vbi debitum non eſt liquidum.*
5. *Oblatio quomodo facienda in retractu conuentionali.*
6. *Oblatio pecuniæ in marſupio quando ſufficiat.*

AD generalem materiam huius quæſtionis 1 præter infrapoſita vide Bar. *in l. prætor ait. § ſi quis paratus, prope fin. ff. de nou. oper. nunciat.* Tiraq. *de retract. pag. mihi* 292. *num.* 140. 441. 434. 435. 779. 923. 924. & 926. Neguſ. *de pig. part.* 5. *tertij membr.* 5. *p. principalis, pag. mihi* 115. & *p.* 3. *tertij membr.* 6. *part. principalis, per tot. pag. mihi* 129. & *ſeq.* & in aliis locis per eum relatis *in tab. ſub verb. oblatio.* Iacob Æmilia. *conſil.* 118. *num.* 25. *fol.* 216. vbi dat cautelam, omnino Macheſ. *ſing.* 527. & *ſeq.* & *in addit.* vbi latè de materia oblationis, & eius effectibus. omnino Cephal. *conſi.* 207. & 272. *lib.* 2. Bart. & alij *in l. acceptam. C. de vſur.* Cagnol. *in l. non poteſt videri. ff. de reg. iur. pag. mihi* 152. Marſil. *ſing.* 479 Viu. *in commun. opin. pag. mihi* 164. *verb. oblatio*, & *ſeq.* Roland. *conſil.* 53. *num.* 26. & 34. & *omnibus ſeqq. vol.* 1. vbi latè, & pulchrè Boër. *deciſ.* 124 *n.* 22. & *ſeqq.* Caſſan. *conſ.* 41. Grat. *in Repert. ſuorum reſponſorum, verb. oblatio.* vide etiam *infr. n. ſeq.*

Oblatio verbalis quando excuſet debitorem à mora, vel conſtituat illum cui ſit oblatio in mora, præter Doct. ſuprà alleg. *in anteced. num.* vide per Roland. *d. conſ.* 53. *num.* 26. 34. & *omnibus ſeqq. vol.* 1. & *conſ.* 60. *num.* 35. & 36. *vol.* 4. vbi quòd oblatio iudicialis, etiam ſine pecunia, habet vim ſolutionis ad effectum vt offerens non dicatur in mora, licèt non ad effectum vt liberetur. vide etiam in propoſito Menoch. *de arbitr. quæſt. caſu* 232. vbi quid debeat obſeruare debitor offerendo, vel deponendo pecuniam debitam, vt ab vſuris & intereſſe liberetur. 2

Oblatio verbalis vbi aliquid debetur in ſpecie, nihil operatur, quia debet realiter fieri cum pecunia in promptu. Marſil. *in l. ſi quis cum telo*, *num.* 67 *fol.* 2. *ff. ad l. Corn. de ſicar.* limita vt per Imol. *concluſ.* 7. *lib.* 4. & vide in propoſito Doctores ſuprà allegatos *n.* 1. 3

Oblatio quomodo ſit facienda quando quantitas debita non eſt liquida, videas Curtium. *conſ.* 122. *n.* 2. vbi in iſto caſu debitor poſſit certam ſummam offerre, & de reſiduo dare fideiuſſionem. faciunt in propoſito quæ in ſimili de emolumentis tradita ſunt ſuprà *quæſt.* 37. *num.* 17. 4

Oblatio autem quomodo ſit facienda in retractu conuentionali, puta vigore pacti de retrouendendo, præter Doctores, præſertim Tiraq. alleg. ſuprà *n.* 1. vide Roland. *conſ.* 27. *in princ. vol.* 2. Foller. *in pract. cenſ. pag. mihi* 206. *n.* 45. 46. 47. & 48. 5

Oblatio quando ſufficiat vt fiat cum pecunia in marſupio abſque eo quòd numeretur, Roland. *d. conſil.* 53. *num.* 26. 34. & *ſeqq. vol.* 1. 6

QVÆ

QVÆSTIO LXXXI.

De subiectione & obreptione rescriptorum.

SVMMARIVM.

1. *Rescripta subreptitia non sunt seruanda.*
2. *Rescriptum quando dicatur subreptitium, & seq. Obreptio in quo differat a subreptione, ibid.*
3. *Qualitates quænam sint exprimendæ in rescripto, vt non dicatur subreptitium, & seqq.*
4. *Per quarum non expressionem rescriptum sit subreptitium.*
5. *Et an remittatur iudicis arbitrio quando rescriptum dicatur subreptitium.*
6. *Quid in beneficijs.*
7. *Rescriptum in quo non est facta mentio litis pendentia.*
8. *Rescriptum subreptitium an sit nullum ipso iure.*
9. *Quid si non est facta mentio de primo rescripto.*
10. *Quid in rescriptis, & gratijs super delicto.*
11. *Quid si in rescriptis adest clausula, motu proprio, &c.*
12. *Rescriptum in parte surreptitium, an in totum vitietur.*
13. *Rescriptum surreptitium dicens quid debeat facere.*
14. *Non expressio & surreptio in causa finali, vel impulsiua, an vitiet rescriptum.*
15. *Rescriptum surreptitium impetrãs quomodo puniatur.*
16. *Quid in rustico surripiente, & 24.*
17. *Quando scriptum sit subreptitium per non expressionem rei iudicatæ.*
18. *Subreptio tollitur quando præsumptiuè aliquid exprimitur.*
19. *Tollitur etiam per scientiam Principis in genere.*
20. *Rescriptum est subreptitium si non fiat mentio de concordia inter partes.*
21. *Rescripta intelliguntur, si preces veritate nitantur.*
22. *Clausula, Attentis narratis, quid operetur.*
23. *Inhibitio obtenta in vim rescripti surreptitij an valeat.*

Clausula { Ex certa scientia, De plenitudine potestatis. } *an valident rescriptum subreptitium, n. 19.*

24. *Surreptio etiam per simplicitatem commissa vitiat, & 16.*
25. *Surreptio dicitur per expressionem confusam sub volucro verborum, & sub generalibus verbis.*

1 RESCRIPTA subreptitia non sunt exequenda. *l. si vendicari, C. de pœn. s. si quando, de rescript.* Port *cons. 96. n. 3. & seq.*

2 Rescriptum quando dicatur subreptitium, & quando obreptitium. Aym *cons. 7. num. 1.* Afflict. *decis. 195. num. 7. & decis. 116. num. 3. & 6. decis. 220 num. 11. & 12.* Aym. *cons. 79. num. 8. & 9.* omnino Menoch. *de arbitr. quæst. casu 201. num. 9. & seqq.* vbi de differentiis inter surreptionem, & obreptionem, vide *in n. seqq.*

3 Rescriptum dicitur surreptitium, quando in eo non sunt expressæ qualitates, quarum expressione facta, vel Princeps difficiliùs, vel nullatenus concessisset. Menoch. *de arbitr quæst. casu 201. num. 24. & seqq.* & faciunt suprà tradita in antecedenti. Limita vt per Felin. *in cap. postulasti, col. 4. in princ. vers. declara etiam, de rescript.* sequitur Boss. *tit. de remed. ex sola clem. n. 34.*

4 Sed quæ non sint istæ qualitates, quorum non expressio rescriptum reddit subreptitium, generaliter & particulariter ponuntur per Menoch. *de arbitr. quæst. casu 201. per tot.* ad quem semper recorras in materia, &c.

5 Et particulariter, an remittantur iudicis arbitrio, tradit Menoch. *d. casu 201. n. 24. & seqq. & casu 201. num. 1. 2. 3.*

Et in rescriptis gratiosis, quibus impetrantur beneficia, quid exprimendum sit ad hoc, vt impetratio non dicatur subreptitia, latissimè per Menoch. *d. casu 201. num. 32. & plur. seqq.* aliquid dicetur *in fragmentis vers. beneficij impetratio*, vbi particulariter, an sit facienda mentio de valore ipsius beneficij, videlicet *in Repert. contr. num. 7.* & ponas hic. 6

Rescriptum dicitur surreptitium, & non valet, non facta mentione pendentiæ litis. Roland. *cons. 31. n. 18. Credo sit, in 1. vol.* ad quam materiam vide Menoch. *d. casu 201. num. 108. & seqq. & d. casu 202. num. 4. & plur. seqq.* vbi latè ampliat, & limitat. vide etiam ampliantem & limitantem Lancellott. *de attent. lite pend. c. 4. in præfat. in 7. illatione, num. 1. & seqq. per tot. secundam partem, pag. mihi 104.* 7

Rescripta surreptitia non sunt nulla ipso iure regulariter, nisi simus in rescripto auocatorio surreptitio, quod est nullum ipso iure, vt per Cassad. *dec. 1. num. 1. extra de rescript. & decis. 2. de appellat. num. 6.* ad quam materiam, an, & quando scilicet surreptio, seu obreptio vitiet rescriptum ipso iure, vide disputationem Menoch. *d. casu 201. num. 5. & seqq. & 16. & seqq. cons. crim. diu. 126. num. 103. & seqq. pag. mihi 143. vol. 1. in magnu.* Diaz *reg. 444. & 445.* Roland. *cons. 10. n. 9. & 13 vol. 3.* vbi quòd sunt nulla ipso iure. 8

Rescriptum secundum non faciens mentionem de primo, an & quando dicatur surreptitium, vide ampliantem & limitantem Menoch. *d. cas. 202. num. 62. & seqq.* Cassad. *decis. 2. de rescript.* vbi quòd secundum rescriptum non faciens mentionem de primo, non dicitur auocatorium, & *ibid. n. 2.* prout requisita ad reuocationem primi rescripti. 9

Rescriptum de secundo homicidio, non faciens mentionem de primo, quando dicatur subreptitium, & non valeat, & generaliter quando gratia super commisso delicto valeat, dixi *in Repert. crimin. quæst. 89. num. 17. & seqq.* in impressis *tit. de inquis. quæst...* in materia gratiæ. 10

Rescriptum surreptitium non vitiatur, si in eo adest clausula *motu proprio.* Æmilian. *cons. 2. num. 3. & 36.* ad quam materiam præter tradita in materia clausulæ *motu proprio*, vide Menoch. *d. casu 201. num. 64. 76. 79. & seqq. 89. 92. 130. 141. & casu 201. num. 12.* Roland. *cons. 1. num. 164. vol. 1* Hercul. *de negat. num. 119.* Claud. *ad Bertazol. cons. 478.* 11

Rescriptum in parte surreptitium, an vitietur in totum. Diaz *reg. 710.* 12

Rescriptum surreptitium dicens, quid debeat facere Villalob *R. num. 35.* 13

Rescriptum in quo non est expressa causa, an valeat, & alia ad inualiditatem rescripti, per Couar. *var. resol. pag. 349. num. 1. & seqq.* Menoch. *d. casu 201. num. 72.* vbi quòd surreptio in causa impulsiua secundùm magis communem vitiat, sicut in causa finali. 14

Rescriptum surreptitium impetrans puniatur pœna falsi. posui *in tit. de falsit. 150. & in cons. crim. diuer. 126. num. 103. & seqq. pag. mihi 143. tom. 1. in magnis.* Monticell. *reg. 15. num. 12.* Sed vide in fine illius regulæ, *vers. communem tenet Bar.* &c. vide Menoch. *cas. 314.* vbi latè, & Marsil. *in l. si quis obrepserit, ff. de fals.* Adde in materia Mascard. *conclus. 1002. num. 8.* vbi quòd exprimens falsum in supplicatione, præsumitur expressisse potius ex simplicitate, quàm ex malitia, nisi probetur scientia supplicantis, *num. 9.* 15

Rescriptum surreptitium, seu obreptitium quando valeat fauore rusticitatis. Menoch. *de arbitr. q. cas. 194. num. 31.* vbi distinguit. Aym. *cons. 2. post n. 15.* vbi quòd sic, & est gl. *in c. super literis, in verb. simplicitatem, de rescript* posui *in fragmentis, vers. rustic.* 16

Rescri

17 Rescriptum quando dicatur surreptitium per non expressionem rei iudicatæ, Menoch. *d. casu* 202. *n.* 46. *& seqq* faciunt tradita *in fragmentis*, *vers. Rescriptum contra rem iudicatam*, *n.* 3.

18 Subreptionis vitium cessat cùm præsumptiuè aliquid exprimitur. Menoch. *de arbitr. quæst. d. casu* 202. *num.* 50.

19 Subreptionis vitium cessat ex scientia Principis, in genere. Menoch. *cas.* 202. *num.* 50. vbi videtur testari de magis communi contraria; sed pro primo dicto vide Aym. *cons.* 2. *num.* 15. *& cons.* 79. *num.* 8. Ias. *cons.* 184. *num.* 3. *ante finem*, *lib.* 2. Corn. *cons.* 101. *n.* 14. *lib.* 2. Alciat. *cons.* 479. *n.* 50. *vers. & licet aduersus indultum.* Sed vide Roland. *cons.* 7. *n.* 110. *vol.* 3. vbi quòd rescriptum surreptitium non validatur per clausulas *ex certa scientia*, siue *de plenitudine potestatis*. vide Claud. *ad Bertazol. consil.* 478.

20 Rescriptum dicitur subreptitium, si in eo non est facta mentio de alia concordia, seu transactione inter partes inita. Menoch. *d. casu* 202. *num.* 55. *& seqq.* vbi ampliat & limitat.

21 Rescripta semper intelliguntur, *si preces veritate nitantur*. Hercul. *de negat. n.* 118.

22 Et quid operetur in rescriptis clausula, *attentis narratis*, traditur *in cons. crim. diu.* 126. *num.* 106. *pag.* 243. *tom.* 1. *in magnis*.

23 Et inhibitio obtenta vigore rescripti surreptitij, an, & quando sit timenda, dixi suprà *q.* 50.

24 Rescriptum vitiatur surreptione, etiam quòd ea sit commissa per simplicitatem & ignorantiam. Roland. *cons.* 72. *n.* 73. *vol.* 2. vide suprà *n.* 16. de rustico.

25 Rescriptum dicitur subreptitium per expressionem factam sub volucro verborum confusè, & in genere. Mascard. *de probat. concl.* 531. *n.* 68. *&* 70. *lib.* 1. *& n.* 114. vbi quòd dolus præsumitur in eo, qui obscurè loquitur, fallendi causa.

QVÆSTIO LXXXII.

Stylus quando seruandus, & de materia.

SVMMARIVM.

1. *Stylus quid sit.*
   Stylus in quo differat à consuetudine, ibid.
2. *Stylus seruandus, & seqq. & n.*
   Stylus in criminalibus an sit seruandus, ibid.
   Stylus restringens dilationes, probationes, seruandus, ibid.
   Stylus derogat iuri communi, ibid. & 17.
3. *Stylus derogat statutis.*
4. *Styli obseruantia est pro forma.*
5. *Sententia, & gesta contra stylum sunt nulla.*
6. *Stylus à iudice remitti non potest.*
7. *Stylus siue in decisorijs, siue in ordinatorijs seruandus.*
8. *Stylus an liget minores.*
   Stylus an possit tollere citationem, ibid.
10. *Stylus per quem probandus.*
11. *Stylus quomodo probandus, &* 12.
   De stylo iudex an possit se extraiudicialiter informare, ibid.
13. *Stylus an debeat obtineri in contradictorio iudicio.*
14. *Stylus per quantum tempus inducatur.*
   Stylus non præscriptus an debeat attendi, ibid.
15. *Stylus vnius Curiæ, seu iudicis non trahitur ad aliam, nec derogat legi.*
   Stylus an liget forenses, ibid.
16. *Quando liget forenses.*
17. *Stylus an possit induci sine Principis confirmatione.*
18. *Stylus de præterito præsumitur etiam de præsenti.*

STYLVS nihil aliud est nisi iudicialis consuetudo. Aym. *de antiq. temp. pag. mihi* 137. *num.* 37. ad quod vide Aretin. *in §. ex non scripto*, *num.* 5. *Instit. de iure nat. gent. & ciuili*, vbi optimè declarat quid sit stylus, & in quo differat à consuetudine, de quo etiam per Nattam *cons.* 575. *num.* 33. *& seqq. vol.* 3. Menoch *de præsumpt. præs.* 8. quem etiam videas in materia. 1

Regula sit in materia quòd stylus pro lege seruari debet, & quòd in contrarium sit legis dispositio, de hoc vide *infr. num.* 17. Adde pro hac regula *decis. Ped.* 22. *n.* 12. vbi quòd loquitur de stylo super abbreuiatione dilationum, & restrictione probationum *l. si quando*, *in fine. C. de iniur. & Inst. de satisd. §. fin.* Guid. Pap. *cons.* 123. *num.* 2. *in fine.* Dec. *cons.* 699. *num.* 5. vbi quòd stylus Curiæ facit ius, & quòd stylus Principis habetur pro consuetudine. *ibid. dec. Pedem.* 22. *n.* 6. *&* 7. Brunor. à Sole *in suo cons. crim. num.* 125. vbi exornat, prout etiam exornat Roland. *cons.* 70. *num.* 18. *& seqq. vol.* 1. vide *in seqq. numeris*. De stylo Curiæ seruando, quòd habeat vim legis, & quòd faciat ius, tradit Afflict. *decis.* 135. *n.* 3. *&* 253. *n.* 4. *in fine*, *& decis.* 78. *n.* 6. *in fine*, cum aliis, de quibus *in decis. Rota Lucen.* 36. *n.* 8. *& seq. p.* 1. vbi ampliat non solùm in ciuilibus, sed etiam in criminalibus, Menoch. *de præsumpt. lib.* 2. *præsumpt.* 8. vbi de materia. 2

Amplia I. vt stylus seruandus sit, etiam quòd in contrarium adsit statuti dispositio. Cephal. *cons.* 51. *n.* 251. *vol.* 1. vbi quòd stylus est interpretatiuus mētis statuti. 3

Amplia II. vt styli obseruantia debeat haberi pro forma, à qua non est recedendum. *d. decis. Pedemont.* 22. *num.* 6. *&* 7. 4

Ideo sententia & alia gesta contra stylum sunt nulla, vt *in d. decis. Pedemont.* 22. *num.* 6. *&* 7. & traditur per Brunorum & alios suprà alleg. *n.* 2. 5

Amplia III. vt talis stylus nec à iudice remitti possit, *d. dec. Pedem.* 22. *n.* 6. *&* 7. & iudex contra stylum faciens dicitur iniquè facere *decis. Lucens.* 36. *n.* 34. 6

Amplia IV. vt stylus seruandus sit siue tradat ad litem ordinandam, siue ad litem decidendam. *d. decis. Pedemont.* 22. *num.* 6. *&* 7. faciunt ad hoc tradita *infr. num.* 17. Pro hac ampliatione adde Roman. *Lucen. dec.* 36 *num.* 31. *& seq.* vbi de veriori, & magis communi opinione allegat inter alia Bald. *in l. de quibus*, *col.* 7. *vers. Nota tamen. ff. de leg.* Ang. *cons.* 310. *in fine.* 7

Amplia V. vt stylus liget etiam minores. quod an verum sit, videas per Nouell *reg.* 198. quòd liget minores, tradit Rom. *Lucen. decis.* 36. *n.* 9. vbi allegat Nouell. *d. reg.* 198. *n.* 2. 8

Amplia VI. vt stylus possit etiam tollere citationem. quod an verum sit, traditur *in d. decis. Pedem.* 22. *num.* 15. *&* 16. vbi declarat, & etiam *ibi* ponit, an testes de stylo Curiæ possint examinari parte non citata, de quo & nos particulariter diximus in suo loco, *in tract. de testib.* & faciunt in proposito suprà tradita *quæst.* 61. *num.* 4. *&* 5. vbi an citatio possit tolli à statuto & Principe. 9

Limita supradictam regulam, vt videlicet stylus sit seruandus, dummodo per allegantem probetur, quia non præsumitur. quod quando verum sit, traditur per Duen. *reg.* 38. stylus enim est quid facti, ideo probandus. Paris. *cons.* 168 *num.* 15. *lib.* 4. Roland. *cons.* 4. *num.* 35. *lib.* 3. refert, & sequitur Rota *Lucen. decis.* 36. *num.* 6. 1. *part.* Mascard. *concl.* 1338. *n.* 1. 10

Sublimita hanc limitationem, vt sufficiat allegare stylum, & instare apud iudicem, vt de eo se extraiudicialiter informet, quia tunc iudex id facere potest, & se de stylo in Camera à Notariis, & aliis similibus expertis 11

pertis perſonis, informare valet, ſecundùm Vant. *de nullis. ex defectu proceſſ. & ſolemnit. ſent. num.86. pag. mihi 237.* idem tenet Grat. *reſp.76. num.1.2. part.* Monticell *in Repert teſt. pag.413. col.2. verſ.3.* Capella Toloſ *deciſ.115. num.3.* Maſcard. *concl.* 1338. *num.4. & 7,* vbi ampliat etiam parte non citata. Roland. *conſ.44. num. 36. vol.1.* ad quod vide Lancellott. *in Breu. pag. mihi 243. ſub num. 20.* vbi diſtinguit. Natta *conſ. 318. num.3. lib.2.* Cephal. *conſ.128. num.7 deciſ. Pedem.22. n.4.* vbi quòd ſtylus reſpiciens deciſionem litis, debet plenè probari, & ita traditur *in deciſ. Rota Lucen. 36. num.1. part.1.* ſecus ſi reſpiciat ordinem iudicis, quia tunc poteſt iudex ſe de eo extraiudicialiter informare, vt *ibi num.17. & ſeqq.* & cum hac diſtinctione concordant in ſimili tradita de conſuetudine *in verſ. conſuetudo notoria, num.9.* & Monticell. *in Repert. teſtium, pag. 413. col.2. verſ. 4.* Maſcard. *d. concl.* 1338. *num.3. per totum*, vbi etiam quòd iſto caſu teſtes debent eſſe iurati, & quòd iudex poſſit ſe de ſtylo extraiudicialiter informare, & ſecundùm illum iudicare. traditur *in conſ. crim. diu.97. n 9. tom.1. in magnis*, & per Brunor. a Sole *in ſuo conſ. crim. num. 126.* vbi quòd debet iudex ſe de ſtylo informare à Notariis, Procuratoribus, & Aduocatis. allegat inter alios Alexand. *in l.4. §. hoc autem iudicium, col. penult. verſ. item iudex ff. de damn. infect.* vide tamen Bald. *in l.1. C. vt qua deſunt Aduoc. in fine*, vbi diſtinguit quòd ſi conſuetudo non eſt notoria, quando ſtylus eſt notorius, tunc iudex poteſt ſe de eo extraiudicialiter informare. Maſcard *d. concl.* 1338. *num.6.* nec verſatur in foro, & tunc iudex ſupplere non debet, ſed qui ſe fundat in ea, probare tenetur: aut verſatur in foro, & tunc iudex ſupplere poteſt ſe informando, vt ſupra, & tangitur aliquid per Alexand. *conſ.14. vol.6.* Quòd iudex abſque alia citatione poſſit ſe de ſtylo ab Aduocatis, & Procuratoribus informare, &c. traditur *in deciſ. Rota Lucen. 36. num. 5 par.1.* & vide in ſimili tradita *in verſ. conſuetudo notoria, num.9 in fragmentis.* & quæ dixi de notorio generaliter *in tit. delict. & pœn. ſub quæſt.21.* vbi vide in propoſito, & vide *in Repert. teſt. quæſt 8. ſub n.45.* vbi quòd iudicis aſſertioni ſuper ſtylo minimè creditur.

12 Generaliter autem quomodo probandus ſtylus, & an probetur iudicis aſſertione, vel teſtimonio, poſui *in tit. de oppoſ. contra teſtes. quæſt. 60. num.* 137. vide Alex. *conſ.112. num.24. vol.6. & conſ.36. num.19. & ſeqq. vol.2.* Bartol. *in l. de quibus cauſis. ff. de legib. & ibi in apoſtill. ſub lit. A.* Aretin. *conſ.95. num 5. verſ. ad tertium*, &c. *& conſ.103 num.9.* Corn. *conſ 73. num 3. & ſeqq.* Aym. *de antiq. temp. car.109. alias 137. num.16.* Vant. *in tit. de nullit. ex defect. proceſſ & nullit. ſent. n.86. pag. mihi 314. alias 138.* vbi multa congerit in materia Grat. *reſp.15. circa finem, lib.2.* vbi quòd ſtylus probari debet per acta, vel teſtes iuratos, ad quod vide ſtatutum *verb. in leoninis, cap.16.* quo cauetur ſtylum probandum eſſe per teſtes iuratos, & interrogatos ſuper articulis & interrogatoriis. vide Natta *conſ. 575. num. 9. & ſeqq. vol.3.*

13 An ſit neceſſe vt probetur ſtylum eſſe obtentum in contradictorio iudicio. Iacob. Portius Imolen. præceptor meus, *in conſil.96. num.17. in fine*, vbi quòd ſtylus non dicitur, ſed potiùs abuſus, niſi probetur pluries iudicatum in contradictorio iudicio, & quia ſtylus nihil aliud eſt, niſi iudicialis conſuetudo, vt dixi ſuprà *num.1.* ideo vide in propoſito ſupr tradita *quæſt.6 num. 17.* vbi an conſuetudo dicatur probata ſi non eſt obtenta in contradictorio iudicio, ſed quòd non ſit neceſſe quòd ſtylus ſit obtentus in contradictorio iudicio, traditur per Rotam Lucen. *deciſ. 36. num.12. part.1.* allegat Corn. *conſ.73. col.1. in fine lib.2.* Aym. *conſ 101. num.25.*

14 Limita II. eamdem principalem regulam, vt videlicet ſtylus ſit ſeruandus, dummodo tamen legitimo tempore ſit introductus: quantum autem tempus requiratur ad inducendum ſtylum, vide omnino Doct. ſuprà alleg. *num.12.* qui etiam tractant hunc articulum: ſed quòd aliquando ſtylus etiam non præſcriptus attendi debeat, quando ſcilicet non venit ad talem abrogationem legis, ſed ad limitationem & abbreuiationem terminorum, dixi infrà *ſub num.17.* vide Rot. diuerſ. *deciſ.1069. n.5. part.3.* vbi quòd requiritur tempus 40. annorum.

Limita III. eamdem ſupradictam regulam, vt ſcilicet procedat in ſtylo generali omnium Curiarum, vnde ſecus in ſtylo vnius Curiæ, vel iudicij, qui non poteſt inducere derogationem iuris communis, ſecundùm Alexand. *conſ.36. num.11. & ſeq. vol.2.* vbi ponit exemplum huius limitationis, licèt ſecus ſit in conſuetudine, vt *ibi* per eum, quam refert, & ſequitur Dec. *conſ.676. in fine, & in rubr. extrà de conſuetud.* multo magis dicendum eſt in propoſito quòd ſtylus vnius Curiæ non extenditur ad aliam Curiam, vt per Lancellott. *de attent. cap.20. limitat.1. num. . & ſeqq.* vbi ex hoc infert quòd ſtylus Rotæ non trahitur extra Rotam. Quando autem ſtylus Rom. Curiæ in cæteris Curiis ſeruari debeat, ponitur *in deciſ. Pedem.25. n.16.* Boccac. *in conſt. March. gloſſ.4. n.131.* 15

Quando autem ſtylus liget forenſes, vide Viu. *in com. opin. pag mihi 29 in paruis, verb. Conſuetudo.* 16

Stylus contra ius commune, an, & quando valeat, nec ne, dixi aliquid ſuprà *num.2.* & faciunt ſuprà tradita *num.7.* adde Rota Lucen. *deciſ.36. num.3.* vbi quòd ſtylus contrarius iuri communi non eſt attendendus, allegato Alexand. *conſ.36. num.1. lib.2.* Natta *conſ.252. num.6. & 574. num. 33. & ſeq.* vbi quòd ſtylus contra ius commune non poteſt induci, niſi à Principe habente poteſtatem legis concedendæ, vel niſi ſit confirmatus a Principe, quod etiam voluit Roland. *conſ.4. num.36. vol.3.* Prædicta videntur limitari duobus modis. Primò quando ſtylus eſſet præſcriptus, quia tunc contra ius commune talis præſcriptio ſtyli attenditur, vt *in d. dec. Lucen.36. n.17. & 23.* Secundò limitatur quando ſtylus non veniret ad totalem abrogationem legis, ſed ad illius limitationem, declarationem, abbreuiationem, puta terminorum, & ſimiliter, quia tunc ſtylus attenditur contra ius commune, etiam non præſcriptus. de hoc vide ſuprà *num. 14.* vt *ibidem num.24. & ſeqq.* vbi *n* 28. ita reſpondet ad Alex. Natt. & Roland. ſuprà alleg. vide omnino in materia *deciſ. Pedem.22. num.3.4.11. & ſeqq. plurib.* Menoch. *de præſumpt. lib.2. præſumpt.8.* 17

Stylus antiquus & de præterito, de præſenti etiam durare præſumitur, niſi contrarium probetur. Ruin. *conſ.65. num.1. lib 5.* refert, & ſequitur Rota Lucenſ. *deciſ.36. num.7.1. part.* 18

Qvæstio LXXXIII.

De connexis, & connexitatis priuilegijs.

Svmmarivm.

1. *Connexitatis cauſa, quando priuilegiatum trahat ad ſe non priuilegiatum, generaliter de materia.*
   Quid in indiuiduis, & ſeparabilibus, ibid. & 38.
   Quid in criminalibus, ibid. & 1.
   Connexum quid dicatur, ibid. & 26.
2. *Appellatio vnius quando proſit alteri non appellanti, & ſeqq.*
13. *Reſtitutio minori conceſſa, quando trahatur ad litis conſortes.*
14. *Reſcriptū vni conceſſum quando trahatur ad conſortes.*

15. *Ratione*

15. *Ratione connexitatis iudex incompetens efficitur competens.*
16. *Laicus delinquens ſimul cum Clerico a quo iudice puniendus,& quid in ciuili iudicio,d.n.15.*
17. *Iudex in cauſa præparante quando ſit iudex in cauſa præparata, & ſeqq.*
21. *Iudex in poſſeſſorio an ſit competens in petitorio.*
22. *Iudex in actione ad exhibendum an ſit competens in rei vendicatione.*
23. *Iudex in cauſa principali quando ſit competens in cauſa appellationis.*
24. *Iudex in cauſa appellationis à grauamine quando ſit competens ſuper negotio principali.*
25. *Iudex in cauſa principali quando ſit competens in connexis, incidentibus, dependentibus, &c. ibid. & 25.*
26. *Et quæ dicantur cauſæ incidentes, dependentes, & connexa,&c.*
27. *Et an priuilegia conceſſa cauſæ principali, cenſeantur etiam conceſſa cauſis incidentibus,&c.*
Articulus incidens regulatur ſecundum cauſam principalem,ibid.
28. *Et an iudex poſſit ſimul, & ſemel cum diffinitiua pronunciare, etiam ſuper incidentibus,&c.*
29. *Et an arbiter poſſit iudicare ſuper annexis incidentibus,&c.*
30. *Acceſſorij materia, & ſeqq.*
31. *Acceſſorium quando ſtare poſſit ſine ſuo principali, & ſeqq.*
32. *Acceſſorium quando cenſeatur ſublatum ſublato principali,& ſequentibus.*
33. *Acceſſoria obligatio quando ſuſtineatur, ſi principalis non ſubſiſtat.*
35. *Sublato antecedenti, quando cenſeatur ſublatum, & destructum illud, quod venit in conſequentiam.*
36. *Acceſſorio ſublato, quando cenſeatur ſublatum principale.*
37. *Conceſſo principali quando cenſeatur conceſſum acceſſorium,& ſeqq.*
38. *Quid in acceſſorijs ſeparabilibus,& n.2.*
39. *Quid in acceſſorio quod eſt maius, & pretioſius ſuo principali.*
40. *Quid in his, quæ ſunt ſtricti iuris.*
41. *Conceſſo principali antecedenti,quando cenſeatur conceſſum & neceſſarium conſequens.*
42. *Qui vult conſequens,cenſetur velle & neceſſarium antecedens.*
43. *Conceſſo vno, quando cenſeantur conceſſa omnia, per quæ deuenitur ad illud vnum.*
44. *Prohibito vno quando cenſeantur prohibita omnia illa per quæ deuenitur ad illud vnum.*
45. *In connexis attenditur, quod eſt magis fauorabile.*
46. *Præſcriptio in re communi cum minore quomodo currat contra maiorem.*
47. *Multa in conſequentiam permittuntur,quæ principaliter non permitterentur.*
48. *Principaliter quid dicatur, & quid in conſequentiam.*
49. *Attendi debet ſemper quod principaliter agitur, non quod in conſequentiam.*
50. *Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis.*
51. *Clauſula acceſſoria habet eamdem naturam ſuæ principalis diſpoſitionis.*

1 CONNEXITATIS cauſa, an, & quando priuilegiatum trahat ad ſe non priuilegiatum, & de materia præter infraſcripta vide Couarru. *pract.quæſt.cap.34.ſub num.1. verſ.hanc verò ſententiam, pag.497.& num.2. verſ.omne etenim, pag.499.* vbi quid in diuiduis In indiuiduis non priuilegiatus vtitur priuilegio priuilegiati, ſecus in indiuiduis, ita probant iura allegata per Lambertem. *de contract. gloſſ. fin. q.78. per totam, num.236. & ſeqq.* Vrſill. *in addit.ad Afflict. deciſ.213.* Silu. nupt. *lib.6.num.38. & ſeqq.* & quando in criminalibus. Menoch. *de arbitr.quæſt.caſu 95. lib.2. & de recup. poſſeſſ. pag. mihi 64.n.328. & ſeqq.& n.335.* Quibus in locis declarat etiam, quid ſit connexum, de quo particulariter vide infra tradita *num* 26. Adde prædictis Corſet.*ſing.pag.mihi 141.a tergo.*Cotta *in memoral.pag.166.* Paril.*in tab.ſuorum conſiliorum,verſ. Adiuncti ratione, & verſ. Beneficio alterius, & ſeq.* Ferrat. *caut.10.num.2.* Duen. *reg.330.* Marſil. *ſing.180.* Nicol. Moron.*de fid.treug.& pace,pag.mihi 57.num.28.& ſeqq.* vbi facit regulam cum limitationibus, & ponit materiam Marſil. *conſil.* 84. vbi pluribus exornat illationibus regulam quòd connexorum eadem ſit natura.

Connexitatis cauſa operatur, vt appellatio vnius conſortis proſit etiam alteri conſorti, qui non appellauit. Thom.de Tan. *deciſ.22. incip.Procurator* Lancellott.*de attent.appell.penden. cap.12.in 11.ampliat.num.1. & ſeqq.* vbi ita alias fuiſſe reſolutum in Rota teſtatur coram Ordinario in vna Anconitana attentatorum 26. Iunij 1566. facit text. *in l.fin. C.ſi vnus ex pluribus*, & de conſorte comparente ſine mandato pro alio conſorte,vide ſuprà *q.57.n.47.* 2

Amplia hanc concluſionem I. vt procedat etiam in criminalibus. Si enim plures de vno delicto fuerint condemnati, quorum vnus tantùm appellet, eius appellatio prodeſt & alteri. Clar. *in pract. quæſt. 94. verſ. Quæro nunquid*, & dixi aliquid generaliter ſuprà *ſub num.1.* In contrarium videtur text. *in l. minoribus. C. de his quib. vt indign.* quem inducit Anton. Gomez *in epitom. delict.cap.10. num.6.propè finem,verſic.3. probat etiam text.* &c. poſui *in tit. de var. quæſt. q. 101. num.16.* 3

Amplia II. alio modo, vt per Lancellott. *de attent. d.cap.12.in 11.ampliat.n.6.* vbi loquitur in caſu, quando vnus ex conſortibus, qui non appellauit, poſt appellationem interpoſitam a conſorte redierit ad iudicem *a quo.* 4

Amplia III. etiam in caſu,in quo libellus appellationis continet omnes conſortes. Et tamen Notarius in actu interpoſitionis appellationis non nominauit niſi conſortem appellantem, quia adhuc iſtius appellatio prodeſt alij. Lancellott.*ibidem num.13.* vbi quòd ita inclinauit Rota in vna Oxonien. beneficiorum coram Grato 17.Martij. 5

Limita I. eamdem concluſionem non procedere, quando conſors appellans renunciaſſet ſuæ appellationi. quia hæc renunciatio nocet & conſortibus, qui non appellarunt, nec poſſunt ſe fundare in illa appellatione, cui per appellantem fuit renunciatum. Lancell. *ibid. num.* 7. & ita conſiderauit Rota coram Ordinario in d.Anconitana attentatorum, de qua ſuprà *num.2.* 6

Limita II. non procedere, quando conſors non appellans haberet alium, & diuerſum Procuratorem à Procuratore appellantis. quia tunc non appellans minimè inhærere poteſt conſortis appellationi, vt *ibid.*per Lancell.*num.8.* 7

Limita III.quia licèt vnius appellatio iuuet alium conſortem non appellantem, nihilominus ſi omnes appellarunt,& vnus tantùm fuerit appellationem proſequutus,iſtius proſequutio non releuat alios conſortes non proſequentes appellationem. Lancell. *ibidem num. 9.* 8

Limita IV. vt vnius conſortis appellatio non iuuet alios conſortes, qui ſententiæ expreſsè acquieuerunt.Lancell.*ibid.n.10.* vbi propterea dicit, quòd non ſufficit quòd tacitè acquieuerint. 9

10 Limita V. quando non vnica sententia contra omnes consortes, sed plures contra quemlibet latæ essent sententiæ. Nam tunc voius appellatio alteri non prodest. Lancellott. *ibid. n.* 11.

11 Limita VI. non procedere quando consortes haberent causas defensionis distinctas. Nam tunc sicut vnius defensio non iuuat alterum, ita nec appellatio. Lancell. *ibid. num.* 12.

12 Limita VII. vt regula procedat prout loquitur, quando videlicet sententia est lata contra plures consortes ad instantiam vnius; secus è contra, si sit lata ad fauorem plurium consortium contra voum. Nam si iste vnus, qui habuit sententiam contrà, appellet respectu vnius tantùm, qui habuit sententiam in fauorem, non potest se ex ea appellatione contra alios iuuare, vt *ibidem* per Lancellott. *d. cap.* 12. *in* 11. *ampliat. num.* 13.

13 Connexitatis ratio etiam facit, vt restitutio in integrum concessa, puta minori, extendatur etiam ad litis consortes. quod quando verum sit, & de materia, videas per Villalob *R. num.* 52. Menoch. *de recup poss. pag.* 240. *n.* 129. *& seqq.* Boui. *de statut. prescript. pag.* 88. *num.* 182. *& seqq.* Afflict. *decis.* 213. vbi inter alia, quòd in indiuiduis restitutio minori concessa, trahitur etiam ad litis consortes, & idem *in decis.* Bonon 4. *num.* 2. Adde Ias. *in l. hac consultissima*, §. *ex imperfecto*, *num* 13. *C. de testam.* Duen. *regul.* 330. vbi particulariter an restitutio concessa minori prosit eius fideiussori, vide etiam Oddum *in suo tract. restitut. in integrum.*

14 Connexitatis ratio etiam operatur, vt rescriptum concessum vni ex consortibus litis ratione connexitatis, prosit etiam & alteri, etiam quòd de eo in rescripto fiat mentio. Aym. *consil.* 45. *num* 2. Afflict. *decis.* 227. Vant. *in tract. de nullitat. pag.* 363. *num.* 78. *versic. delegata autem.* Mynsing. *consil.* 8. *decadis, incip. Ad decisionem, num.* 15. *& seqq.* facit text. *in l.* 1. *C. de diuers. rescript.* Lancellott. *de attent. appellat. pendent. capite* 12. *ampliatione* 11. *num.* 5.

15 Connexitatis ratio efficit, vt ille, qui non sit competens iudex, efficiatur tamen competens, vt per Boss. *de foro compet. num* 117. Ideo si laicus, & Clericus sint ex eadem causa obligati, vbi conueniendus Clericus, & vbi laicus, vide Couarr. ac alios suprà allegatos *n* 1. Strach *in addit. ad Aym. consil.* 232. Vrsill. *in addit. ad Afflict. decis.* 214 Mathes. *sing.* 143.

16 Hinc est, quòd laicus delinquens simul cum Clerico sortitur ratione connexitatis delicti forum Clerici, vt suprà dixi in particulari quæstione.

17 Hinc etiam est, quòd iudex causæ præparantis est etiam iudex in causa præparata. *decis. Pedem.* 78 *num.* 6. Boss. *de for. compet. num.* 120. Ad quam materiam, quando scilicet iudex causæ præparantis sit competens iudex in causa præparata, vides per Ferrat. *caut.* 11. *num.* 2. Corta *in memoral. pag* 439. Neuix. *in Silua pag. mihi* 133. *num.* 121 *in paruis.* Couarru. *var. resol. pag. mihi* 92. *num.* 8. Menoch. *de arbitr. qq. casu* 371. *num.* 3. *& seqq.* vide *infrà n.* 21. *& seqq.* An autem iudex absolutionis à iuramento sit iudex in causa principali rescissionis contractus, dixi *in tit. de inquisit. quæst.* 8. *num* 144. *& seqq.*

18 Limita I. supradictam illationem non procedere quando iudex causæ præparantis esset incompetens in causa præparata, ex eo puta quòd causa præparata esset temporalis, & iudex causæ præparantis esset Ecclesiasticus. *d. decis. Ped.* 78. *n.* 7. *& seqq.* vbi exemplificat hanc limitationem aliis modis.

19 Limita II. quando fieret præiudicium iurisdictioni alterius iudicis, quia tunc iudex competens in causa præparante non est competens in causa præparata. *d. decis. Pedemont.* 78. *num.* 11. 16. *& seqq.*

Limita III. quando agitur de præiudiciu tertij, quia tunc similiter iudex in causa præparatore non est iudex in præparata. *d. decis. Pedemont.* 78. *num.* 16. vbi exemplificat. 20

An autem iudex in possessorio sit competens iudex in petitorio, vide Menoch *de arbitr. quæst. casu* 371. *n.* 3. *& seqq. decis. Pedem.* 78. *num.* 10. vbi quòd iudex delegatus in causa possessoria non censetur delegatus in petitorio, vide ad hoc etiam Doct. suprà allegatos *num.* 17. *decis. Pedem.* 31 *num.* 22. 21

Et an iudex coram quo intentatur actio ad exhibendum, sit competens iudex in rei vendicatione, vide *in d. dec. Ped.* 78. *n.* 8. & generaliter suprà *n.* 17. 22

Et quando iudex in causa principali possit esse iudex in causa appellationis, vide Cæpol. *caut.* 16. 23

Et è contra, an iudex appellationis à grauamine, seu interloquutoria, possit finito ipso articulo grauaminis aggredi, & cognoscere negotium principale, vide infrà *in fragmentis, vers. Appellat. vbi*, &c. 24

Connexitatis ratio etiam efficit, vt iudex in causa principali sit etiam competens iudex super incidentibus, & emergentibus, sine quibus illud negotium principale expediri non potest, vel non commodè. Tiraquell. *in tract. Res inter al. act. pag.* 7. *versic. eaque procedunt*, vbi ampliat etiam in iudice delegato. Vant. *in tit. qualiter sentent. & processus, num.* 68. vbi infert ad plura exempla. Boss. *de for. compet num.* 121. Ad quam materiam, quando scilicet iudex in causa principali sit competens iudex in emergentibus, incidentibus, dependentibus, annexis, & connexis, vide Menoch. *de arb quæst. q.* 45. *per totam, lib.* 1. Sed particulariter, an iudex sæcularis possit cognoscere de causa spirituali incidenti, dixi *in tit. de inquisitione*, *q.* 8. *n.* 19. *& seq in* 8 *ampliat.* 25

Et quæ dicantur causæ incidentes, dependentes, seu connexæ, vide *ibidem* per Menoch. *d quæst.* 45. Boss. *de for. compet. num.* 119. Lancellott. *de attent. cap.* 12. *in* 2. *limitatione num.* 4. *&* 10. vbi quæ dicantur coniuncta, & connexa, quæ autem separata, vide aliquid suprà *sub num.* 1. Beneuenut. Strach *in addit. ad Aym. consil.* 232. Arnal. Albert. *de agnosc. assert. Cathol. & haret. quæst.* 15. *num.* 50. vbi quòd causa incidens est quæ respicit merita causæ, & habuit originem ante litem motam, prout est exceptio compensationis, transactionis, pacti de non petendo, & similium. Emergens autem quæstio dicitur, quæ emergit in causa, & non habet originem aliquam ante iudicium: vt si dicatur dilationem esse, vel non esse dandam, testem esse, vel non esse repellendum, & similia, & idem tradit Sriatic. *in pract. iud. cap.* 22, *num.* 1. 26

Et an priuilegis concessa causæ principali, censeantur etiam concessa istis emergentibus &c. vide *ibid.* per Menoch. *d. quæst.* 45. & in materia scias quòd articulus, & emergens regulatur secundùm causam principalem. concordantes allegat Contard. *in l.* 1. *C. si de moment. possess in* 1 *limit. num.* 15. quod intellige in materia fauorabili, secus in odiosa, & exorbitanti, vt *ibidem num.* 40. *& seqq.* 27

Et an iudex, qui de causa incidenti, seu emergenti cognoscit super illis, possit, seu debeat in simul cum diffinitiua sententiare, vel antea, vide eumdem Menoch *de arbitr quæst cas.* 161 *lib* 2. 28

Et in materia scias, quòd etiam arbiter potest iudicare super connexis, & compromisso adhærentibus. Cephal. *consil.* 221. *num.* 13. *& seqq vol* 1. Dicas, quòd regulariter arbiter non iudicat de superuenientibus post tempus compromissi. Sed si hæc superuenientia sint accessoria, vel in consequentia ad negotium princi- 29

principaliter in comptomiſſo deductum, vel ſint incidentia, & emergentia, tunc arbiter de illis cognoſcere poteſt, etiam quòd expreſſe, & ſpecialiter non ſit ei conceſſa huiuſmodi facultas. Lancell. *de attent. c.15.n.24.& ſeqq.67.& ſeqq 77.& ſeq.85.& ſeqq.*

30 Acceſſorij materiam modò in præſenti quæſtione ſubnectendo facias in ea plures regulas.

31 Prima ſit regula, quòd acceſſorium ſtare non poteſt ſine ſuo principali. *l.fideiuſſor obligari, in princ.& l.ſi mihi, & Titio.ff.de fideiuſſ.*

32 Et ideo ſublato principali, cenſetur etiam ablatum acceſſorium. *l.3.§.qua habet.ff.de ſeruit.ruſt.præd.* fallit in criminalibus, vt per Vaſq. *contron. illuſtr. cap.96.ſub num.*17. alleg. Bald. *in l. tranſigere, in fine. C. de tranſact. argument. l. denunciaſſe, §. quæritur.ff. de adulter. & in l athletas. ff. de falſ.* Gozad. *conſ.*28.*n.*29. cum aliis, de quibus per Roland. *conſil.* 74. *num.* 4. *vol.*4. Anchar *quæſt* 64. *num.*14.*& ſeq. part.*2. quod intellige quando principale eſt ſublatum ipſo iure, ſecus ſi non ipſo iure. Tiraquell. *de reuoc.donat. ver. reuertatur,num.*443.

33 Et particulariter, quando teneat acceſſoria obligatio, licèt principalis non ſubſiſtat, vide Pariſ. *conſil.*16.*num.*111.*vol.*2.*& in Repert.contract.in fragmentis, ver.fideiuſſor,*&c.

34 Et particulariter ſcias, quòd principali ſublato, non cenſetur ſublatum acceſſorium, quando cauſa annullans principale non concurrit in acceſſorio. Crot. *conſil.*135.*num.* 2. Idem quando acceſſorium, & principale non ſunt eiuſdem naturæ. *dec.Ped.*35.*n.*6.

35 Et quando deſtructo ſeu ſublato antecedenti, cenſeatur etiam ſublatum, ſeu deſtructum id quod venit in conſequentiam, videas per Enerard. *in loco à deſtructione antecedentis ad deſtructionem conſequentis, pag. m* ‑ 684.*& ſeqq.* Cephal. *conſil.* 59. *num.* 36.*& ſeqq. vol.* vbi quòd id quod venit in conſequentiam, aliquando non cenſetur prohibitum prohibito antecedenti.

36 Et è contra, acceſſorio ſublato, quando cenſeatur ſublatum principale, vide per Aym. *de indemn.mulier. num.*5.13.19.*&* 47.

37 Secunda ſit regula, quòd conceſſo principali, cenſetur etiam conceſſum & acceſſorium, vt per Menoch. & alios infrà allegandos.

38 Limita I hanc regulam procedere in acceſſoriis inſeparabilibus, quæ cenſentur conceſſa conceſſo principali, ſecus in ſeparabilibus, vt per Menoch. *de recup.poſſ.pag.mihi* 96.*n.*45. Sed contrarium videtur tenere Aym. *in conſ.*186.*n.*7. dixi aliquid ſuprà *ſub n.*1.

39 Limita II. quando acceſſorium eſſet maius ſuo principali, quia tunc conceſſo principali, non cenſetur illud acceſſorium conceſſum, vt per Menoch. *de arb.quæſt.caſu* 112.*num.*19.*lib.*2. Sed in hoc vide Ziricæ. *de ſeſtam. coniug. pag.* 201. *verſic. quia acceſſorium*, vbi quòd licèt detur acceſſorium pretioſius ſuo principali, tamen ſemper cedit ſuo principali.

40 Limita III. in his quæ ſunt ſtricti iuris, in quibus conceſſu principali, non cenſetur conceſſum acceſſorium, vt not. *in §.actionum, Inſtitut.de action.*

41 Et an, & quando conceſſo principali antecedenti, cenſeatur etiam conceſſum acceſſorium conſequens, ponit Enerard *in loco à conceſſione antecedentis ad conceſſionem conſequentis, pag.mihi* 672.*& ſeqq.*

42 Adde in materia aliam regulam, quòd qui vult conſequens, cenſetur etiam & velle neceſſarium antecedens. Ceph. *conſ.*63.*n.*7.*vol.*1.

43 Conceſſo enim vno, cenſentur & omnia conceſſa, per quæ deuenitur ad illud vnum. quod qualiter intelligatur, & de materia, Menoch *de arb. qq.q.*37.*n.*11.*&* 12.*lib.*1. Diaz *reg.*108. Tiraq. *de ll.connub.pag.mihi* 962. *num.*186. Cotta *in memoral. pag mihi* 142. *& ſeq.* Placa *Farinacy Repert. iudic. in epitom.delict.cap.*47.*pag.*792. omnino Euerard. *in loco a conceſſione conſequentis ad conceſſionem antecedentis, pag.mihi* 677.*& ſeqq.*

Et è contra prohibito vno, quando cenſeantur etiam prohibita omnia, per quæ deuenitur ad illud vnum, habetur per Imol. *concluſ.*35.*lib.*5. & per Euerard. *in loco a deſtructione conſequentis ad deſtructionem antecedentis, pag. mihi* 686. *& ſeqq.* & faciunt in ſimili tradita de prohibitione alienationis *in Repert. vlt. volunt. quæſt.*1. *num.*25. hanc regulam lariſſimè exornat, infert, ampliat, & limitat Vincen. Carot. *in tract.* quem fecit particulariter ad hanc regulam, cùm quid prohibetur, ibi videas, per totam. adde pro eadem regula Put. *deciſ.*7. *num.*3. *lib.*3. & Franc. Niconit. *in repet. rubr.C.de eden.num.*25.*& ſeqq.* 44

Adde in materia conne[x]ꝗatis generalem regulam, quòd in connexis ſemper pars illa, quæ eſt magis fauorabilis, attrahit ad ſe aliam partem minus fauorabilem, *deciſ. Lucen.*26. *num.*12. 1 *part.* & faciunt quæ in ſimili de mixto, & illius materia, dicentur, videlicet *in contract.q.*66.*n.*8.*in fragm.ver.Mittam.* 45

Præſcriptio in re communi inter maiorem, & minorem, ſi quando contra minorem non currit, nec etiam maiorem afficit. *l ſi communem, in princ. ff.quemad. ſeruit. amittat.* ad cuius textus declarationem vide omnino Lamberten. *de contr gl.fin n.*236.240.*& ſeqq.* 46

Multa in conſequentiam permittuntur, quæ principaliter non permitterentur. Tiraq. *in tract. Res int.al. acta,pag.*7.*verſ. Item licet, in fine.* & plura in propoſito affert exempla *ibi pag.*6.7.*&* 8. 47

Principaliter quid dicatur, & quid in conſequentiam, Tiraquel *in tract. Res inter alia acta,pag* 4.*verſic. Huc facit.* 48

Attendi ſemper debet quod principaliter agitur, non quod in conſequentiam venit. concordantes allegat Tiraq. *in tract. Res inter al. act.pag.*5.*à tergo, verſic. ſic & ſemper.* 42

Adde in eadem materia acceſſorij regulam vulgarem, quòd acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis. *l quod per manus.ff.de iure codicill. c.acceſſorium, de reg. iur.in* 6. Put. *deciſ.*3. *num.*2. *lib.*1. vbi quòd hæc eſt reg. communis. 50

Adde II. in eadem materia, quòd clauſula acceſſoria ſortitur eamdem naturam quam principalis diſpoſitio gloſſ. *in l ſi patronus. § præterquam. ff ſi quid in fraud.patro.* Put. *d.dec.*1.*n.*1.*& ſeqq.lib.*1. 51

Qvæstio LXXXIV.

Sententia & res iudicata an, & quando habeat præſumptionem pro ſe, ac de vi, & effectibus reii udicatæ. nec non quando ab eodem iudice poſſit ſententia interloquutoria, ſeu diffinitiua reuocari, vel emendari.

Svmmarivm.

1. *Sententia quando habeat præſumptionem pro ſe.*
2. *Sententia facit rem notoriam, &* 12.
3. *An quo ad proceſſum ſicut quoad iuſtitiam, &* 9.
4. *Quid ſi eſt lata partibus præſentibus.*
5. *Quid in ſententia iudicis minoris, & idiota.*
6. *Quid ſi ab ea fuerit appellatum.*
   Sententia non productis actis non habet pro ſe præſumptionem, ibid.
7. *Res iudicata quando pro veritate habeatur, & ſeqq.*
8. *Res iudicata facit de albo nigrum.*

10. *Quid contra contumacem absentem verum, vel fictum.*
11. *Res iudicata licèt pro veritate habeatur, tamen non est veritas ipsa.*
12. *Res iudicata facit rem notoriam, & 2.*
13. *Facit ius plenum, plenius, & plenissimum.*
14. *Tollit naturalia vincula sanguinis.*
15. *Decretum iudicis quando habeat præsumptionem pro se.*
16. *Sententia diffinitiua quando possit ab eodem iudice reuocari.*
17. *Quando declarari.*
18. *Quid de sententia arbitri, & 30.*
19. *Quid de sententia nulla.*
20. *Quid de sententia super causæ desertione.*
21. *Quid de sententia super incompetentia iudicis.*
Quid de sententia interloquutoria, ibid. & seqq.
22. *Regulariter interloquutoria potest ab eodem iudice reuocari.*
23. *Quid in interloquutoria habente vim diffinitiua.*
An possit reuocari absque eo, quòd ab ea appelletur, ibid.
24. *Quid si iudex appellationi ab interloquutoria detulerit.*
25. *Quid si per iudicem ad quem fuerit inhibitum.*
26. *Quid si sententia interloquutora fuerit exequutioni demandata.*
27. *Iudex quando possit partes appellantes à grauamine reponere, & de tota materia repositionis, &c.*
28. *Iudex quando dicatur functus officio suo.*
29. *Laudum habet præsumptionem pro se, sicut sententia.*

1 SENTENTIA an, & quando habeat præsumptionem pro se, vide Soc. *reg.* 362. & 365. Aym. *de antiq. temp. pag. mihi* 102. *n.* 1. *cum omnibus seqq. in discursu in* 2. *part. in princ.* Viu. *in comm. opin. car.* 184. *in paruis*, & faciunt infrà tradita *in fragmentis vers. iudex n.* 3. vbi posui quando iudex habeat præsumptionem pro se. omnino Imol. *conclus.* 42. *lib.* 3. Gabr. *tit. de sent. concl* 4.

2 Sententia facit rem notoriam. Ceph. *cons.* 37. *n.* 34. *vol.* 1. vide infrà *n.* 12. idem Cephal. *cons.* 227. *n.* 10. & *decis. Pedemont.* 34. *num.* 4. dixi aliquid *in tit. de delict. q.* 21. *num.* 35.

3 Sententia habet præsumptionem pro se quoad iustitiam, non quo ad processum. Roland. *cons.* 65. *n.* 34. & *seqq. vol.* 1. sententia enim nulla nullum producit effectum, vt dixi *in Repert. contract. quæst.* 53. *num.* 7. vide infrà *num.* 9.

4 Sententia præsumitur solemnis, & sic habet etiam præsumptionem quoad processum si partes fuerunt præsentes. Villalob. *in com. opin. lit. S. num.* 73. Hercul. *de negat. num.* 186. aliter secus. Aym. *de antiq. part.* 2. *num.* 1. & *seqq.* vbi de materia.

5 Sententia iudicis minoris, seu idiotæ, prout sunt hodie potestates terrarum, nullam habet pro se præsumptionem. Menoch. *de arbitr. quæst. cas.* 4. *n.* 6. & *seq.*

6 Sententia non habet præsumptionem pro se, si ab ea fuerit appellatum, secundùm communem, de qua *in decis. Pedemont.* 13. sæpiùs *num.* 4. cum aliis, de quibus per Lancell. *de attent. cap.* 12. *in præfat. num.* 115. & *seqq.* imò secundùm Guid. Pap. *in tract. de appellat.*, *q.* 120. *col.* 2. *vers. quæro, appellatur à sententia criminali*, &c. Sentētia postquam est appellatum dicitur iniusta, & secundùm Ferret. *in cons.* 51. *In causa, n.* 23. *lib.* 1. appellatio est magis fauorabilis, quàm sententia, quia pro appellatione magis præsumitur. facit, quia appellatio extinguit sententiam, &c. vt dicetur infrà *in fragmentis, ver. appell. n...* Et hinc est quòd nisi appellatus producat acta primæ instantiæ, & ex illis iustificet suam sententiam, præsumitur iniusta, & pro appellante absque alio iudicandum, secundùm Magon. *decis. Lucen.* 72. *in fin.* vbi de communi, & adducit concordantes, ad quod vide Concil. Trident. *tit. de reformat. cap.* 3. *sess.* 13. adde *decis. Pedemont.* 13. vbi quòd sententia, & processus non habent pro se præsumptionem, quando est appellatum, & testatur de communi, & alia ad materiam. adde etiam Vant. *tit. a quo, & à quibus possit, & debeat nullitas probari, num.* 21. vbi quòd qui vult expeditionem causæ, debet producere acta.

7 Res iudicata pro veritate habetur. *l. res iudicata, ff. de reg. iur.* Menoch. *de arbitr. quæstion. quæst.* 52. *num.* 2. Roland. *consil.* 6. *num.* 16. *vol.* 3. Imolen. *conclus.* 42. *lib.* 3. vbi etiam latè de materia. Gabriel. *tit. de sentent. conclus.* 4. Vant. *de nullitat. tit à quo, & quibus modis*, &c. *num.* 7. & 10. Osasc. *consil.* 66. *num.* 31. vbi latè.

8 Res iudicata facit de albo nigrum. Rip. *in §. duo fratres, num.* 4.

9 Res iudicata pro veritate habetur, tam quoad processum, quàm quo ad iustitiam. Roland. *cons* 83. *n.* 12. & *seqq. vol.* 2. vide suprà *num.* 3. Vant. *vbi suprà d. num.* 7. & 10. Viu. *in com. opin. ver. sententia iudicis, num.* 1. Gram. *decis.* 24. *n.* 6. & *seqq.* vbi quòd isto casu probat etiam sine actis.

10 Res iudicata pro veritate habetur contra absentem contumacem verum, vel fictum. Roland. *d. cons* 83. *num.* 12. & *seqq. vol.* 2. Aym. *de antiq. part.* 2. *n.* 2. & *seqq.* vbi de materia.

11 Res iudicata licèt pro veritate habeatur, tamen non est veritas ipsa, quia potest esse, quòd res iudicata sit vno modo, & veritas alio modo, vt per Menoch. *de arb. quæst. q.* 31. *num.* 6.

12 Res iudicata facit rem notoriam. Roland. *cons.* 6. *n.* 16. *vol.* 3. vide supra *num.* 2.

13 Res iudicata facit ius plenum, plenius, & plenissimum. Menoch *d. q.* 32. *n.* 1 & 3.

14 Res iudicata quoad effectum tollit naturalia vincula sanguinis. Menoch. *d. q.* 32. *n.* 3. Roland. *consil.* 6. *num.* 17. *vol.* 3.

15 Decretum iudicis an habeat præsumptionem pro se, vide infrà *in fragmentis, vers. Decretum*, &c. *n.* 5.

16 Sententia diffinitiua, quando possit ab eodem iudice reuocari, Diaz *reg.* 360. Nouell. *reg.* 31. & 37. Lancell. Corrad. *in suo Breu. pag.* 184. *n.* 10.

17 Sententia quando possit ab eodem iudice declarari. Auftor. *de reprobat. testam. num.* 12. *verb. Arbiter, versic. fallit.* 3. Alber. *de testib. cap.* 4. *num.* 31. *versic. Si verò coram alio, & seqq.* Corrad. *in pract. fol* 99. *col.* 2. *in* 5. *limit.* Hector Æmil. *de testibus, verb. Arbiter, num.* 28. vide quod dixi *in tit. de oppos. contra test. quæst* 60. *num.* 139. Diaz *reg.* 374. Turzan. *opin.* 64. *Breu. d. pag.* 184. *num.* 10. & *seq.* Menoch. *de arbitr. quæstion. quæst.* 75. *num.* 16. & *seqq. lib.* 1. Gabriel. *conclus.* 3. *per totam, pag mihi* 607. Quando autem valeat sententia obscura, & incerta, vide infr. *vers. sententia, num.* 11. vbi etiam aliquid in proposito, & ad materiam vide quæ de arbitro infrà dicuntur *num.* 18. & 30. quia conueniunt etiam iudici, & est eadem materia.

18 Sententia arbitri quando possit ab eodem iudice declarari. Nouell. *reg.* 192. Duen *reg.* 59. vbi quando arbiter possit suam sententiam mutare Lancellott. *de atten. cap.* 12. *in* 1 *limitat. num.* 17. vbi quòd arbiter potest suam sententiam interloquutoriam reuocare, vide infrà *num* 30.

19 Sententia nulla quando possit ab eodem iudice reformari. Menoch. *de arbitr. qq. quæst.* 67. vbi loquitur tam in delegato, quàm in ordinario, & alia ad materiam, *ibi* videas. omnino Capra *conclus.* 26. *num* 12. & *seqq.* Titaquell *de reuoc. donat. ver. reuertatur, num.* 378. vbi quòd delegatus indistinctè non potest iterum

iterum pronunciare, quando priùs nullitet pronunciauit. At Ordinarius poteſt, ſi prima ſententia eſt nulla ipſo iure, ſecus ſi veniret annullanda. *ibidem n.* 374. vide ſuprà *verſ. Nullitas, n.* 3.

20 Sententia in qua quis pronunciat appellationem deſertam, poteſt ab eodem iudice reuocari, ſi ei conſtat de contrario. Neuiz. *conſ.* 41. *num.* 36. vide *in formula Capitol. pag. mihi* 349. *n.* 11.

21 Sententia interloquutoria an, & quando poſſit ab eodem iudice reuocari, & de materia, Franc. & Doct. *in cap. cum ceſſante, de appell. in* 6. Villalob. *in comm. opin. lit. S. num.* 17. *& ſeqq.* Cortad. *in ſuo Breu. pag.* 189. *num.* 9. Corſet. *ſing. pag. mihi* 138. *in paruis, verſ. ſi ab interloquutoria, & pag.* 199. *ver. ſententia il* 1. *& ſeqq.* Diaz *reg.* 667. vbi de ſententia incompetentiæ. Capra *concluſ.* 26. *num.* 1. *& ſeqq.* vbi facit regulam cum limitationibus.

22 Regula ſit, quòd ſententia interloquutoria poteſt ab eodem iudice reuocari. *cap. cum ceſſante*, vbi Dec. *in* 8. *notab.* Franc. *in* 6. *notab. & in cap. ſi à iudice, de appell. in* 6. & facta reuocatione interloquutoriæ ſententiæ omnia geſta per iudicem *ad quem*, ſunt nulla. Lancellott. *de attent. cap.* 12. *in* 1. *limitatione num.* 15. pro regula quòd interloquutoria poſſit reuocari, vide Capr. *concluſ.* 26. *num.* 2. eſt text. *in l. quod iuſſit, ff. de re iud.*

23 Limita I. in interloquutoria habente vim diffinitiuæ, quæ à iudice non poteſt reuocari, niſi pars ab ea appellauerit. Si enim pars appellat, tunc iudex poteſt ſuam interloquutoriam reuocare, etiam quòd habeat vim diffinitiuæ, aliàs ſecus. Lancellott. *de attent. d. cap.* 12. *in* 3. *limitatione num.* 18. *& ſeq.* ad quod vide Capram *concluſ.* 26. *num.* 5. vbi quòd ſententia interloquutoria lata cum cauſæ cognitione habet vim diffinitiuæ, & propterea reuocari non poteſt.

24 Limita II. ſi iudex *à quo* appellationi detulerit, quia tunc ſententia interloquutoria non poteſt ampliùs reuocari. Lancellott. *ibidem num.* 20. 68. *&* 80.

25 Limita III. quando eſſet inhibitum per iudicem, *ad quem*. Lancellott. *ibidem num.* 11. *& ſeqq.* vbi declarat id non procedere, vel quando inhibitio non eſſet legitima, vel quando ſententia interloquutoria aliàs eſſet nulla, quia his duobus caſibus poteſt per iudicem *à quo* reuocari, non obſtante inhibitione iudicis *ad quem*, vt *ibidem* per Lancellott. *& in cap.* 20. *limitat.* 5. *num.* 12.

26 Limita IV quando ſententia interloquutoria fuiſſet mandata exequutioni. Lancellot. *d. cap.* 12. *in* 1. *limitat. num.* 23. *& ſeqq.* vbi hoc declarat non procedere quando ſententia interloquutoria fuiſſet nulla, pura lata, & exequuta ſine cauſæ cognitione, quia tunc cum cauſæ cognitione poteſt reuocari, etiam quòd fuerit exequutioni demandata, *vt ibi* per eum. pro hac quarta limitatione adde Capram *d. concluſ.* 26. *num.* 6.

27 Ex ſupradictis infertur, quòd appellans ab interloquutoria poteſt per iudicem reponi, qui iudex non ſolùm ſemel ex his poteſt grauamen interloquendo illatum, appellantem reponendo, reuocare, ſed pluries, & quoties ſibi videbitur, licèt aliqui dixerint id non licere, niſi his tantùm. Hæc Mandoſ. *in formula commiſſionis* 9. *pag.* 59. *verb. admittat.* Maſſa *de oblig. Camer. pag.* 180. *num* 27. *& ſeqq.* vbi quòd appellantes ab interloquutoria ſolent iudices Rom. Curiæ ſæpè, ſæpiùs, ac ſemper vſque ad deciſionem cauſæ reponere, imò non ſolùm iudex poteſt reponere appellantem à grauamine ſibi per interloquutoriam illato, verùm etiam, ſi de huiuſmodi repoſitione altera pars ſe grauatam ſentiat, poteſt, ſi ſibi videbitur, illam à repoſitione partis aduerſæ appellantem reponere, vt per Lancellott. *de attent. d. cap.* 12. *limit.* 1. *num.* 13. *& ſeq.* vbi quòd de hoc ſtylo in Curia ſeruari ſolito in reponendo appellantem ab interloquutoria loquitur. Rota *deciſ.* 12. *alias* 392. *Si Auditor, de probat. in nou.* Capuaquen. *lib.* 1. *deciſ.* 165. *Iudex repoſuit*, &c. in quo ſcias, quòd ſi iudex appellantem, puta à decreto mandati repoſuerit, & deinde pars appellet à repoſitione partis aduerſæ, mandatum relaxare, quia relaxando mandatum tacitè, videtur illam reponere, vt per Lancellott. *d. cap.* 12. 4. *limitat. num.* 18. Adde in materia Maſſam *vbi ſupra num.* 31. vbi quòd in cauſis non exequutis, etiam quòd iudex repoſuerit, non obſtante tali repoſitione, poteſt obtineri à ſignatura commiſſio cauſæ appellationis, cum clauſula, *non obſtante*, quòd iudex animo forſan magis grauandi appellantem repoſuerit. In cauſis autem exequutiuis ſententia etiam lata ſuper exequutione petita dicitur interloquutoria, ideo poterit in exequutiuis iudex ſemper reponere, ad tradita per Luc. Pet. *in pract. lib.* 3. *cap.* 2. *tit. de exequ. inſtr. num.* 31.

Iudex quando dicatur functus officio ſuo, ita quòd ampliùs ſe in cauſa intromittere non poſſit, præter ſuprà generaliter tradita de reuocatione ſententiæ vide inferentem & declarantem Capram *concl.* 26. *n.* 1. *& ſeqq. per totam, in diſcurſu.* 28

Adde prædictis quòd ſicut ſententia, ita etiam laudum habet præſumptionem pro ſe. Salic. *in l. ſocietatem.* §. *arbitrorum, num.* 23. *ff. pro ſocio.* Alciat. *reg.* 3. *præſumpt.* 12. Put. *lib.* 3. *deciſ.* 113. Viu. *in comm. opin. verſic. ſententia iudicis, num.* 10. *verſic. Ampliatur prædicta communis*, &c. Maſcard. *de probat. lib.* 2. *concluſ.* 1003. *num.* 24. 29

Ad ea, quæ de arbitrio ſuprà dixi *num.* 18. addo Maſcard. *concl.* 114. *num.* 24. vbi facit regulam quòd arbiter poteſt declarare ſuum laudum obſcurum. 30

Amplia idem in arbitratore, *num.* 27.

Limita I. dummodo interrogatus optimam ſuæ declarationis reddat rationem, alias ſecus, *n.* 25.

Limita II. niſi verba laudi eſſent clara & interpretione non egerent, quia tunc non diceretur declaratio, ſed noua diſpoſitio, *num.* 28.

Limita III. dummodo declaratio verſetur circa circumſtantias actus, ſecus ſi circa ſubſtantiam, *num.* 19.

Limita IV. quia pars eſt citanda in huiuſmodi declaratione facienda, *n.* 31. contrà *n.* 34.

Limita V. vt arbiter poſſit ſuum laudum declarare de conſenſu vtriuſque partis, aliàs ſecus, *num.* 35. quæ limitatio ſi vera eſt, deſtruit regulam.

QVÆSTIO LXXXV.

Difficultas & impedimentum, quando excuſet à mora, pœna & periurio, & quomodo probetur, & de materia.

SVMMARIVM.

1. *Difficultas an excuſet debitorem à mora, & ſeqq.*
4. *Quid in difficultate exorta ex caſu ſuperueniente.*
Quid in difficultate præuiſa, ibid. & 5.
6. *Quid in difficultate, quæ potuit remoueri, &* 16.
7. *Difficultas an excuſet à pœna.*
8. *Difficultas an excuſet à periurio.*
9. *Difficultas magna æquiparatur impoſſibilitati.*

10. *Impedimentum quando excuset, generaliter.*
11 *Impedimentum iustum quod dicatur, & 23.*
12. *Impedimentum an excuset a contumacia.*
Citatus non comparens, quando excusetur ob impedimentum, ibid.
Et quando impeditus teneatur mittere Procuratorem, ibid.
13. *Impedimentum an debeat allegari, & de eo protestari, & seq & 38.39.*
Impeditus facto iudicis an debeat protestari, ibid.
15. *Impedimentum vt excuset debet probari, quod illud fuerit causa non faciendi illud, quod faciendum erat.*
16. *Impedimentum quod remoueri poterat non excusat.*
Et sit necesse probare diligentiam de illud remouendo, & de materia, ibid.
17. *Impedimentum quod quis culpa sua incurrit, non excusat, & 25.*
18. *Impedimentum allegans probare tenetur, sed quomodo probetur, & seqq.*
20. *Impedimentum in specie probandum.*
21. *Impedimentum an probetur iuramento.*
22. *Impedito tempora hominis, vel legis non currunt.*
23. *Impedimentum an excuset à desertione causa, & de materia.*
24. *Paupertas non excusat à desertione causa, & de materia, & seqq.*
28. *Paupertas per quem, & quomodo probanda, quandóve præsumatur, & seqq.*
29. *Paupertas, & diuitia debent probari per eum, qui se fundat in illis.*
30. *Paupertas an probetur per vicinos.*
31. *Pauper quis sit relinquitur iudicis arbitrio.*
Pauper quis dicitur multis modis, de quibus ibid.
32. *Pauper præsumitur, qui sapè pro alijs fideiubet.*
33. *Pauper hodie an retrò præsumatur pauper.*
34. *Infirmitas quando excuset, maximè à desertione.*
Infirmus quis dicatur, ibid.
Infirmitas quid sit, ibid.
Infirmitas quando præsumatur, ibid.
Infirmitas per quem, quomodo probanda, ibid.
35. *Paupertas an dicatur causa pia.*
36. *Paupertas quando excuset, & in quibus, generaliter.*
37. *Impedimentum superueniens post litem cœptam an excuset.*
40. *Impossibilitas quando excuset.*
Impossibile, seu possibile quando quid dicatur, ibid.
Posse quando quis dicatur, ibid.
Impossibilium quando nulla obligatio, ibid.
41. *Carceratio est iustum impedimentum.*
42. *Impedimentum non excusat quando agitur de modico præiudicio.*
Impedimentum non excusat à lapsu instantia, ibid.

1 DIFFICVLTAS an excuset debitorem à mora, præter infrascripta vide Villalob. *in com. opin. lit. D. num.* 69 Duen. *reg* 199. omnino super hac materia Sebast. Medic. *in tract. de cas. fortuit. par.* 1. *quæst.* 4 *per totam.*

2 Vna fuit opinio, quòd difficultas excusat debitorem à mora. Neuiz. *cons.* 74 *n.* 10 Benincas. *de paupert. pag. mihi* 155. *num.* 10. *& seqq. cons. crim diuer.* 145. *n.* 14. *& consil* 147. *pag mihi* 183. *vol.* 1. *in magnis.* vbi tamen loquitur in promissione facti, & faciunt tradita *in Rep. crim. quæst.* 51. *num.* 7. vbi quòd causa iniusta excusat à mora. hanc opinionem etiam dixit communem Aret. *in l quod te, ff si cert. petat.*

3 Contrariam opinionem, quòd videlicet difficultas non excuset debitorem quantitatis à mora, dixit magis communem Viu. *in com. opin. pag mihi* 34. *ver. Debitorem*, &c. *in paruis*, & magis communem dixerunt plures relati per Grassum *in com. opin. lib.* 2. *quæst.* 10. *tom.* 2.

Pro concordia dicas, quòd prima opinio procedit in difficultate proueniente ex casu superueniente, quia illa excusat debitorem quantitatis à mora, per text. *in cap. significante, de pign.* Secunda autem opinio procedit in difficultate non proueniente ex casu superueniente, quia illa non excusat, secundùm Grassum *vbi supra*, qui ita distinguendo concordat opiniones prædictas, prout etiam distinguit Plot. *in l. si quando, num.* 162. *in fine. C. vnde vi*, & faciunt infià dicenda *n. seqq.* 4

Difficultas præuisa an excuset à pœna, & periurio, Anchar. iun. *quæst.* 64. *num.* 2. *part.* 1. Dec. *cons.* 213. 2. *p.* Paris. *cons.* 110. *num.* 28. *vol.* 1. *cons. crim. diuers.* 145. *n.* 5. *&* 17. *cons.* 148. *num* 8. *vol.* 1. *in magnis.* 5

Difficultas non excusat, quando remoueri potuit. Corrat *in com. opin. pag. mihi* 222. *n.* 19. faciunt infra in simili de impedimento, *n.* 16. 6

Difficultas excusat à pœna. Natta *cons.* 451 *num.* 41. *vol.* 2. quem videas, si hoc dicat, *d. cons crim diuer.* 145. *num.* 14 *& cons.* 147 *num.* 1. Corrat *d. com. opin pag. mihi* 220. vbi quòd excusat à pœna legali. Ceph. *cons.* 187. *num.* 7. *lib.* 2. vbi quòd difficultas superueniens excusat à pœna. 7

Difficultas excusat à periurio. Firman. *in Repert. ver. Difficile, num* 6. *&* 9. Afflict. *decis.* 295. *num.* 5. Benincas. *de paupert. pag. mihi* 155 *num.* 3. *& seqq* Cephal. *consil.* 14. *num* 28. Mandell. *cons.* 9 *num.* 51 Plot. *in l. si quando. num.* 795. *C. vnde vi. consil. crimin. diuer.* 145. *num.* 22. *vol.* 1. *in magnis.* Clar. *in pra. l* 9. *periurium, vers. item excusatur.* 8

Difficultas magna æquiparatur impossibilitati. Corrat *de com. opin pag. mihi* 220. *num.* 10. concordantes allegat Hier. de Monte *quæst.* 27. *num.* 35. Sebast. Medic. *vbi supra part.* 1. *q.* 4. *n* 3. 9

Impedimentum autem an, & quando excuset, Paris. *cons.* 5. *num* 52. *& seqq vol.* 4 & quando dicatur iustum impedimentum, Myns. *obseru.* 92. *cent.* 3. Roland. *cons* 47. *num.* 15. *& seqq.* Corset *sing. pag mihi* 180. *in paruis.* In hac materia impedimenti vide omnino Sebast. Medic. *in tract. de casib. fortuit part.* 1. *quæst.* 4. *per totam.* Afflict. *decis.* 29. *decis. Pedemont* 28. *num.* 11. vbi quòd impedimenti sex sunt species. Lauren. *de iud. susp. cap.* 4. *in discursu.* 10

Impedimentum iustum an dicatur carceratio, vide *in Repert. crim. ver. carceratus, n.* 2. *in fragmentis.* 11

Impedimentum an excuset à contomacia, vide quæ dixi *in tit. de inquisit. quæst.* 11. *num.* 50. *& tit. de delict. quæst.* 18. *num* 42. & sic quando citatus non comparens excusetur ob impedimentum, vide Villalob. *in comm. opin. lit. C. num.* 58. Marsil. *sing.* 263. Myns. *obseru.* 58. *cent.* 4. vbi an impeditus comparere in iudicio teneatur mittere Procuratorem, dic quòd non Paris. *consil.* 102. *num.* 2. *vol.* 4. Sed contrà Suarez *ver impedimentum, num.* 13. vide infrà *num.* 39. de quo etiam per Portium Imolen. *consil* 1. *vol* 1. & dixi aliquid *in Repert. crimin. ver. carceratus, num.* 2. & per Sebast. Medic. *de casib. fortuit.* 1. *part. quæst.* 4. *num.* 12. *Impeditus culpa, & facto suo.* Item quando impedimentum est diuturnum, tenetur mittere Procuratorem, & diuturnum isto casu intelligitur quinque annorum, vel aliàs, vt *ibidem* per Port. *num* 42. *& seqq.* Port. *d. consil.* 3. *num.* 11. 12. 13. 14. 15. *& seqq* vbi quòd non tenetur mittere Procuratorem, quando causa est ardua, & magna. Amplia etiam quòd impedimentum sit longo tempore duraturum. Paris. *consil.* 102. *num.* 8. *vol.* 4. quòd in causis arduis non teneatur quis mittere Procuratorem, tradit Soarez *num.* 12. *lit. I.* vide infrà *num.* 39. & idem tradit infrà *num.* 31. *& seqq.* 12

vbi

vbi etiam quòd causa dicitur ardua, si est intricata, & perplexa in facto, *& n.* 18. *& seqq. & n.* 38. vbi quòd impeditus non tenetur mittere Procuratorem, quando est in loco, in quo non adest copia Procuratorum, vide infrà *num.* 39. Vant. *pag.* 114 *num.* 165. vbi quòd impedimentum debet allegari, alias non operatur. Tu dic quòd quando impedimentum est iustum, si allegetur, & sic deducatur ad iudicis notitiam, processus est ipso iure nullus. Si verò non allegetur, & sic iudex ignoret impedimentum, valet processus, & sententia, sed rescinditur ope restitutionis. Ideò allegatio, & protestatio est necessaria, vt processus reddatur nullus ipso iure. Sed non per hoc ea omissa denegatur restitutio. colligitur hæc declaratio per Paris. *cons.* 102. *num.* 1. *&* 3. *vol.* 4. vbi de communi. Bar. *in l.* 2. *ff. de in ius vocan.* Marsil. *in pract. § sequitur, n.* 36. Myns. *obseru.* 57. *cent.* 4. Afflict. *decis.* 29. Sed pro regula, quòd impedimentum debeat allegari, & de eo protestari, nisi sit notorium, vide eumdem Vant. *pag.* 116. *num.* 166. & idem per Rolan. *cons.* 68. *n.* 20. *& seqq. vol.* 2. & Vrsill. *in addit. ad Afflict. decis.* 50. & multa de hac materia dixi *in tit. de inquisitione, q.* 11. *num.* 59. de qua etiam per Vrsil. *in addit. ad Afflict. decis.* 289. vbi secundùm magis communem, quòd non est necessaria protestatio; sed contrà Soarez *litt. I. n.* 14. vide *infr. n.* 38. & idem Villalob. *C. n.* 58 *& seq.*

13 Impeditus aliquid agere, an, & quando debeat protestari. Diaz *reg* 325. Nouell. *reg.* 25. *in* 1. *limitat. decis. Pedem.* 175. *num.* 11. *&* 12. vbi ad hoc, vt impedimentum excuset, an sit necesse probare diligentiam, an verò sufficiat de ea adhibita protestari, de quo etiam dicetur infrà *num.* 16. Aym. *cons.* 151. *num.* 23. vbi quòd impedimentum non excusat, nisi de eo quis protestetur. Menoch. *cons.* 100. *num.* 118. Decian. *cons.* 18. *n.* 192. *vers. quintò respondetur, vol.* 1. Sed contrarium tradit Benincas. *de paupert. pag. mihi* 77. *num.* 4. vbi de communi. Ad quod etiam scias quòd quando impedimentum venit facto iudicis, impedimentum excusat, non enim factum, culpa, seu dolus iudicis debet parti obesse. Ideò restituitur qui facto iudicis læsus fuit, *l. sed & si per Pratorem, § ait Prator, il* 2. *ff. ex quibus caus. maior.* Boccac. *in constit. Marcb. glos.* 8. *n.* 263. vbi quòd debet fieri isto casu protestatio, & *num.* 264. vbi declarat, tunc est necessaria protestatio secundùm Grass. *in com. opin. tom.* 2. *lib.* 2. *cap. fin. q.* 11. vbi de communi. Vrsil. *in addit. ad Afflict. decis.* 50. vbi de communi; sed contra vide Vant. *pag.* 106. *num.* 136. Lambert. *de contract. gloss.* 14 *n.* 55. *& seqq.* vbi pro, & contrà.

14 Et particulariter an sit necessaria protestatio ad hoc, vt impedimentum excuset à prosequutione appellationis, vide Hercul. *de negat. sub num.* 250 Lancel. *de attent. cap.* 12. *in* 1. *ampliat. num.* 58. *& seq part.* 2. vbi quòd à non appellatione impedimentum non excusat, nisi allegetur, & de eo protestetur, sed à non prosequutione appellationis impedimentum excusat, etiam nulla facta protestatione, seu allegatione, vide ad hanc materiam Afflict. *decis.* 50. & Vrsil. *in addit. num.* 2. *& seqq.*

15 Impedimentum ad hoc vt excuset, necesse est probare, vt illud impedimentum fuerit in causa, quòd impeditus non fecit quod facere debebat. Menoch. *de arb. qq. casu* 118. *pag. mihi* 166. Aym. *cons.* 151. *num.* 22. Menoch. *cons.* 100. *n.* 119. *lib.* 1. Decian. *cons.* 18. *n.* 192. *lib.* 1.

16 Impedimentum non excusat, nisi fuerit necessarium, & tale quod remoueri non potuerit. Decian. *cons.* 18. *num.* 148. *lib.* 1. *& n.* 191. *eodem cons.* Menoch. & Aym. supra proximè allegati *in anteced. num.* Impedimentum enim non excusat, nisi probetur quòd impeditus fecerit diligentiam de illud remouendo, & quòd non potuit remouere. Ad hæc eadem vide Cephal. *cons.* 304. *num.* 123. *vol.* 3. Menoch. *cons.* 100. *num.* 116. *& seq. lib.* 1. Decian. *cons.* 18. *num.* 192. *lib.* 1. vt per Lancellot. *de attent. cap.* 12. *in* 1. *ampliat. num.* 61. *&* 62. vbi hoc limitat, nisi notorium esset, quòd omnis diligentia fuisset frustratoria, quia tunc diligentia de illud remouendo non est necessaria. Et an sit necesse probare diligentiam, an verò sufficiat de ea adhibita protestari, vide *in decis. Pedem.* 175. *n.* 11. *&* 12. vide Menoch. *de arb. quæst. casu* 237. *num.* 20. vbi quòd impedimentum non excusat illum, qui illud poterat euitare, & non euitauit, & idem per Vant. *de nullitat. pag.* 116. *n.* 166. *vers. & erit aduertendum.*

Impedimentum non excusat, quando illud quis culpa & facto suo incurrit. Menoch. *d. casu* 237. *n.* 20. vide infrà *num.* 25. Afflict. *decis.* 289. *num.* 26. Menoch. *cons.* 100. *num.* 114 *lib.* 1. Decian. *cons.* 18. *num.* 186. *& seqq. lib* 1. Soarez *n.* 10. vbi quòd excusat. 17

Impedimentum allegans probare tenetur. Hercul. *de negat. num.* 26. *vers.* 24 *infertur.* Sebast. Medic. *de cas. fortuit.* 1. *part. quæst.* 4. *num.* 4. Limita, vt per Vant. *pag.* 116. *n* 166. 18

Impedimentum autem quomodo probetur, & de materia, Myns. *obseruat.* 92. *cent.* 3. Menoch. *de arbit. qq. casu* 118. *pag. mihi* 166. Sebast. Medic. *d. q.* 4. *n.* 4. *& seqq.* 19

Impedimentum non in genere, sed in specie probandum, *decis. Bonon.* 45. *n.* 5. 20

Impedimentum potest probari per iuramentum impediti. Nouell. *reg.* 25. Rom *sing.* 211. de quo videas Menoch. *de arb. qq. casu* 118. Tiraq. *de reuocand. donat. pag.* 44. *sub num.* 36. Lancell. *de attent. cap.* 12. *in* 1. *ampl. num.* 63. *part.* 2. Quod limita quatuor modis. Primò quòd tale iuramentum non defertur nisi semel. Secundò quòd debet dari per iudicem. Tertiò quòd non debet dari ei, qui aliàs esset periurus. Quartò quòd accipit probationem in contrarium, vt per Contard. *in l. diffamari, in* 9 *limit num.* 121. *& seqq. C. de ingen. & manum.* Benincas. *de paupert. pag.* 79. *n.* 22. *& seqq.* vbi quòd impedimentum probatur iuramento impediti, concurrentibus aliis adminiculis, vide in materia Sebast. Medic. *d. q.* 4. *num.* 6. Soarez *n.* 11. vbi quòd iuramento probatur impedimentum si iurans sit persona honesta. Marsil. *in rubr. de probat. n.* 109. vbi quòd impedimentum probatur iuramento si pro iurante concurrat verisimilis præsumptio, aliàs secus. 21

Impedito legitima causa non currunt tempora legis, nec hominis, *l.* 1. *in fine, C. de annal. except. cap.* 1. *extra de præscript.* Rot. *decis.* 1. *in fine, de dilat. in nou.* 22

Hinc est, quòd impedimentum excusat à desertione causæ. Lancell. *de attent. cap.* 12. *in* 1. *ampliat. n.* 43. *& seqq.* vbi *num.* 49. ponit remissiuè plura legitima impedimenta ad excusandum à desertione, *& eod. cap.* 12. *in præfat. num.* 45. *& seq.* vbi quòd fatalia non currunt, stante legitimo impedimento. Et an isto casu sit necessaria protestatio, dixi suprà *num.* 14. Et an gesta appellatione deserta, quando aderat aliquod iustum impedimentum, veniant reuocanda vti attentata, dixi suprà *q.* 55. *num.* 42. *& seq.* vbi etiam, an allegatio impedimenti quod excusat à desertione, impediat exequutionem sententiæ. Et an impedimentum excuset à lapsu primæ instantiæ, vide infrà *n.* 42. 23

An autem paupertas sit iustum impedimentum excusandi aliquem à prosequutione appellationis, & per illam impediatur fatalium cursus, vide Siluan. *cons.* 69. *n.* 19 *& seqq.* Petr. *sing.* 73. *in fin.* Myns. *obseru.* 58. *cent.* 2. *&* 97. *cent.* 4. Roland. *cons.* 87. *num.* 51. *vol.* 2. Lancell. *de attent. cap.* 12. *in* 1. *ampliat. num.* 50. *& seqq.* vbi quòd paupertas regulariter excusat à desertione causæ, & *ibi num.* 53. ampliat hoc idem procedere etiam in criminalibus. Adde pro hac regula Sebast. Medic. *de cas. fortuit. part.* 2. *q.* 4. *n.* 10. Put. *decis.* 446. *lib.* 2. 24

Limita in eo, qui deuenit in paupertatem cul- 25

pa sua, quia talis paupertas non excusat à desertione causæ. Lancell. *ibid. num* 54. vide suprà *num*.17.

26 Limita II. vt paupertas excuset à non prosequutione appellationis, non autem à non appellatione. Franc. Marc. *decis. Delphinat.* 587. Lancell. *d. cap.* 12. *in* 1. *ampliat. num.* 55. *& seq.* vbi hoc intelligit procedere, quando agitur de appellatione interponenda viua voce, ab ea enim non interposita non excusat paupertas. Secus in appellatione interponenda in scriptis, à qua paupertas excusat, quia tunc etiam aliqua requiritur impensa. Et quòd paupertas excuset pauperem non appellantem, tradit Sebastian. Medic. *vbi supra d. num* 10.

27 Limita III. vt illud, quod dictum est, paupertatem excusare à non prosequutione appellationis, intelligitur vt in primo anno taliter excuset, vt impediat fatalium cursum, sed excuset ad effectum habendi restitutionem in integrum aduersùs illorum lapsum, vt *ibidem* per Lancell. *n* 57.

28 Quæro in proposito quomodo, & per quem sit probanda paupertas. De hac materia generaliter videas Brun. *de cession. bonor q.* 16. *per totam*, latè Couarr. *var. resol. pag. mihi* 450. *lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 1. *& seqq.* Roland. *cons* 91. *num.* 23. *vol.* 2. Hercul. *de negat num.* 293. omninò Benincas. *de paupert. q.* 6. *per totam.* Alciat. *de præsumpt. reg.* 1. *præsumpt.* 26. *&* 27 & faciunt tradita *in tract. de testib. ver. testis pauper, &c.* Sebast. Medic. *in tract. de cas. fortuit. part.* 2. *q.* 4 *num.* 6. *& seqq.* vide Mascard. *de probat. conclus.* 1154.

29 Paupertas, & diuitiæ sunt probandæ per eum, qui se fundat in illis. Villalob. *in com opin litt. P. num.* 509. Siluan. *cons.* 69. *n.* 22. *vol.* 1. Tiraq. *de retract. lignag.* §. 32. *gloss* 1. *n.* 94. Placa *cap.* 39. *pag.* 663 *& seq.* Hercul. *de negat. num.* 12. *&* 19. Lamberten. *de contract. eorum, gloss.* 1. *num.* 243. *&* 245. vbi quòd non sufficit dicere: Pauper quis de iure præsumitur, quia nudi nascimur; sed debet aliunde verè paupertas per allegantem probari, ex *ibi* per eum allegatis. Roland. *cons.* 92. *num.* 23. *vol.* 2. Hippol. Rim. *cons.* 129. *num.* 2. *vol.* 3.

30 Paupertas, & diuitiæ an probentur per vicinos, Hercul. *de negat n.* 248.

31 Pauper quis sit, an diues, relinquitur arbitrio iudicis. Villalob. *in com. opin. litt P. num* 55. latè exornat Menoch *de arb qq. casu* 65. *pag* 117. vide etiam in proposito tradita *in Repert. de testib ver. testis pauper, &c.* Ad idem Sebastian. Medic. *de cas. fortuit. part.* 1. *q.* 4. *n.* 3. *& seqq.* vbi etiam quis dicatur inops, & *n.* 7. vbi etiam quòd pauper dicitur qui non potest stare in proprio domicilio. Item qui non habet 50. in bonis. Item qui ostiatim victum quærat. Item si cessit bonis. Item si pecunias retinet sub vsuris. Item si stat in hospitali, super quibus & aliis modis, quibus probatum quem esse pauperem, vide Hercul. *de negat. num.* 293. & omnino Benincas. *de paupert. quæst.* 6 *num.* 5. *& pluribus seqq.*

32 Pauper præsumitur ille, qui sæpe pro aliis fideiubet. Cotta *in memorab. pag.* 122. *ver. fideiussor propriè &c.* vbi id intelligit, quando fideiubet pro magna, secus si pro parua quantitate, vide Hercul. & Benincas. allegatos in præceden *num* 31.

33 Pauper hodie, præsumitur etiam & retrò fuisse pauper, & qui de præterito fuit pauper, etiam hodie præsumitur pauper. Mascard. *conclus.* 1219. *n.* 17. Salic. *in l. ex persona, C. de probat.* Alexand. *cons.* 16. *n.* 2. *lib* 5. Bertran. *cons* 7. *col.* 2. *lib.* 1. Euerard. *in loco de tempore ad tempus, pag. mihi* 469. *& seq* Benincas. *de paupert. q.* 6. *num.* 6. & est ratio, quia quilibet præsumitur ditari, *l. si defunctus, C. arb. tutel.* Roland. *cons.* 46. *n.* 16. *vol.* 3. Contrarium defendit Alciat *vbi supra*, faciunt tradita infrà *in fragmentis. vers. præsumitur, de præsenti, &c.*

9. *Et an furor probetur per testes domesticos.*
10. *Et an per testes affines.*
11. *Et an per testes singulares.*
12. *Et an per testes de credulitate.*
13. *Et an, & quomodo testes debeant deponere super causa scientia.*
    Et an debeant reddere rationem sui dicti non interrogati, ibid.
    Et quid si simpliciter dicant quem esse furiosum, ibid.
    Et quid si dicant se fuisse præsentes, ibid.
14. *Et an testibus deponentibus super furore sit magis credendum, quam de sana mente.*
15. *Furor probatur per Medicorum relationem.*
16. *Per dationem curatoris.*
17. *Per famam.*
18. *Furiosus semel, an semper præsumatur furiosus.*
19. *Actus an præsumatur gestus tempore furoris.*
20. *Furiosus quis dicatur, quis demens, quis mente captus, quis fatuus, quis lunaticus, quis phreneticus, quomodo hæc probentur, & de materia.*

FVRIOSVM quem esse quis probare debeat, vide Hercul. *de negat.num.* 10.12.*&* 13. Myns.*obseru.*77.*cent.*5.Placa *in epitom delict. cap.*29. *pag.*512. & vide etiam *in tit. de pœn. temperan. q.*94.*n.*98.*& seqq.* Pacian.*de probat.* 1

Furor quomodo probetur, vltra infrapositos vide omnino relatos *in tit.de pœn.temper.q.*94.*n.*51. Viui. *in com.opin.car.*70.à tergo, *ver.furiosus, vers.qualiter autem.* Curt.iun.*cons.*151.Paris.*cons.*88.*n.*55.*vol.*3. Carrer. *de homic.*§.6.*n.*16. vbi remissiuè. Hercul. *de negat. n.*157. Montic.*in suo asserto Rep.de testib. pag.mihi* 394.*& seqq.* vbi generaliter & particulariter relati per Lambert. *de contract.gl.*8.*n.*43. Et an furor per assertionem Notarij dicentis, quem sanæ mentis, excludatur, dixi *in Rep.contract.q.*17.*n.*7. Vide etiam ad materiam Mascar. *de probat* qui, credo, ponit latè materiam, *concl.*814.*& seqq* quem vide, & reporta, & *concl.*1045. 2

Furor probatur per actus exteriores non conuenientes homini sanæ mentis. Monticell. *vbi suprà, pag* 394.*col.*2. *vers.* 2. *&* 4. & generaliter ex quibus coniiciatur furor, habetur per Hercul.*de negat.d.n.*157. Placa *d.c.*29.*pag.*512.*& seqq.& pag.*515.quibus in locis habetur quòd furor probatur per signa exteriora, puta 3

si loquatur decidenda, si nesciat quid velit exprimere, si habeat inordinatam memoriam, & similia.

4 Sed an furor dicatur probatus per vnicum actum exteriorem furori conuenientem, videtur quòd sic, secundùm Placam *cap.* 29 *pag.* 514. *in fin.& seq.* cuius contrarium videtur tradi per Royzium *decis.* 2. *n.* 36. vbi quòd ad probandum furorem non satis est probare quem furore aliquando agitatum fuisse, nisi & probetur perdiu illum fuisse passum furorem, ideò opinio præcedens procedet in vnico actu exteriori, sed continuato, & ita potest concordari cum Royzio.

5 Sed quid si quis faciat actum furori conuenientem, aliquando tamen proferat verba sanæ menti conuenientia? dic quòd satis dicitur furiosus, licèt verba sanæ mentis proferat, secundùm Placam *d. pag.* 514. ad quod vide Royzium *decis.* 1. *n.* 116. vbi quòd suspicio furoris, qui ex alienis decidendísque sermonibus conijcitur, ex sapienter dictis dilui debet.

6 Furor probatur ex lapidum proiectione per viam. gloss. & Doctor. *in l. si cùm dotem*, §. *si maritus, ff. solut. matrimon.* quod intelligas procedere, quando lapides proiiciuntur sine causa, & more insanorum; secus si ad sui corporis tutelam, vel alia de causa. Royzius *d. decis.* 1. *num.* 11. & 52. *& seq. & num.* 57. ad quam materiam vide Montic. *in suo Rep. de testib. pag. mihi* 394. *col.* 5. *vers. penult.*

7 Furor non probatur leuibus coniecturis. Royzius *decis.* 2. *n.* 33. *& seq.*

8 Furorem testibus probari nemo est, qui dubitet. Royzius *decis.* 2. *num.* 77. vbi quòd omnes ita conueniunt. Sed quomodo testes probantes furorem, debeant deponere, traditur per Monticell. *in suo asserto Rep. testium, pag. mihi* 394. *& seqq.* vbi generaliter, & particulariter.

9 Et quòd furor probetur per testes domesticos, traditur *ibidem* per Monticell. *d. pag.* 394. *col.* 1. *vers. testes domestici.*

10 Et quòd furor probetur per testes affines, & consanguineos, traditur *ibidem* per Monticel. *vers. Testes affines.*

11 Et an furor probetur per testes singulares, præter tradita *in Repert. meo de testibus*, vide Herculan. *de negat. num.* 157. Placa *in epitom. delict. cap.* 29. *pag.* 521. *& seq.* Dicas quòd sic, vt per Rimin. *consil. crim. diuer.* 85. *num.* 11. *vers. sed & Alex. & num.* 16. *propè finem, tom.* 5. *in magnis*, & per Monticell. *in suo asserto Repert. de testibus pag.* 344. *col.* 2. *vers. vlt.* posui in materia testium singularium.

12 Et an probetur furor per testes de credulitate, præter tradita *in meo Repert. de testibus*, vide Hercul. *de negat. d. n.* 157.

13 Et an probetur furor per testes simpliciter dicentes, quem non esse sanæ mentis, nec esse in recto sensu? Dic quòd sic, vt per Placam *d. cap.* 29. *pag mihi* 515. Sed quòd imò testes super furore deponentes debeant reddere rationem sui dicti, etiam non interrogati. Mascard. *concl.* 1369. *num.* 3. *&* 13. *lib.* 3. hoc de ratione posui *in tit. de opposit. contra dicta test. quæst.* 70. *num.* .. traditur per Monticell. *in suo asserto Repert. de testibus, pag.* 344. *col.* 1. *in fine, & vers. seq.* vbi quomodo deponere debeant in causa scientiæ. Sed an furor probetur per testes dicentes quem esse furiosum, idque scire affirment, quia fuerunt præsentes, dic quòd sic, vt *ibid.* per Monticell. *pag.* 394. *col.* 2. *n.* 4. ad quod vide Placam *vbi suprà pag.* 514.

14 Et quibus testibus sit magis credendum, an deponentibus de furore, an verò deponentibus de sana mente, Hercul. *de negat. num.* 158. Imol. *concl.* 16. *lib.* 2. Roland. *cons.* 27. *num.* 24. *& seqq. vol.* 3. vbi quòd magis creditur testibus deponentibus super sana mente, & idem traditur per Portium Imolen. *consil.* 94. *num.* 16. *lib.* 2. ad materiam Monticell. *in Repert. test. pag.* 428. *col.* 2. *vers. antepenult. & seqq. & pag.* 429. *col.* 1. *vers.* 1. *& omnibus seqq.* vbi tamen multa dicit extra propositam materiam. Mascard. *conclus.* 827. *num.* 11. *& seqq.* Gabriel. *tit. de testib. conclus.* 4. *num.* 19. *& seqq.*

15 Furor probatur per Medicorum relationem. Placa *d. cap.* 29. *pag.* 509.

16 Furor probatur per dationem curatoris. Bou. *de statut. prascript. pag. mihi* 77. *n.* 40.

17 Furor an probetur per famam, vide Placam *cap.* 29. *pag.* 515.

18 Furiosus semel, an præsumatur semper furiosus, vide Hercul. *de negat. num.* 52. Placa *d. cap.* 29. *pag.* 520. *& seq.* Dicas quòd diuturnus furor præsumitur durare, secus autem non diuturnus, vt per Royzium *decis.* 1. *num.* 136. & pro hac distinctione adde Mascard. *conclus.* 1219. *num.* 16. *&* 18. Ideò vbi probatum fuerit quem esse furiosum, vel per testes, vel per confessionem partis, qui dicit actum gestum tempore sanæ mentis, probare debet, quia furor perpetuus durare præsumitur, vt per Lamberten. *de contract. gloss.* 8. *num.* 39. Vide de hac materia, quæ dixi *in tit. de pœnis temper. q.* 94. *n.* 52. *& seqq.* & vide etiam Mantic. *de coniect. lib.* 2. *tit.* 5. *num.* 6 *per tot. in discursu, vsque ad vers.* 4. *& vlt. &c.*

19 Sed an furiosi contractus præsumatur gestus tempore furoris, vide Lambert. *de contract. glos.* 8. *num.* 40. & 41. vbi quòd in furioso habente dilucida interualla, actus præsumitur gestus tempore sanæ mentis, etiam quòd paulò ante actus agens in furore maneret, & *ibi* testatur de communi. Monticell. *vbi suprà, pag.* 395. *col.* 1. *vers. Probatio, & vers. Probatum.* Villalob. *F. n.* 180. Mynsing. *obseruat.* 41. *cent.* 5. Paris. *cons.* 87. *n.* 13. *& seqq. car.* 119. *vol.* 3. Placa *d. cap.* 29. *pag.* 511. vbi particulariter quòd renunciatio beneficij facta alicui, præsumitur facta tempore furoris, & generaliter an actus, seu delictum præsumatur gestus tempore furoris, vide *ibidem* per Placam *cap.* 29. *pag.* 520. *& seq.* & de delicto vide *in Repert. crim. in materia furiosi delinquentis.* Royz. *decis.* 1. *num.* 110. *& seqq.* vbi quòd actus an sit gestus tempore furoris, vel sanæ mentis, cognoscitur ex eius qualitate, vtputa si sit talis quem etiam quilibet sanæ mentis egisset, vt etiam per Lamberten. *de contract. gloss.* 8. *num.* 44 *&* 45. faciunt in simili tradita *de testamento furiosi, in Repert. vlt. vol. q.* 74. *num.* 6. *&* 2. *in addit.* Ad hanc materiam vide quæ dixi *in tit. de pœn. temperan. quæst.* 94. *num.* 8. *& seqq. & num.* 11. & vide etiam Mantic. *de coniectur. lib.* 2. *tit.* 5. *num.* 7. *& seqq.*

20 Furiosus quis dicatur, vide Cater. *de homicid.* §. 6. *num.* 17. Placa *cap.* 29. *pag.* 516. vbi de differentia inter furiosum, & mente captum, *& pag.* 513. vbi quomodo probetur quem esse fatuum, phreneticum, & dementem. Monticell. *in suo asserto Repert. test. pag.* 394. *col.* 1. *vers.* 3. vbi quòd probare quem esse mente captum, est difficilis probationis, & directè probari non potest. ad materiam adde gloss. *in l. nec codicillos*, vbi Imola, *C. de codicill. & in l. si cùm dotem*, §. *si maritus, in fine, ff. solut. matrim.* Fabian à Monte *in tract. de empt. & vendit. in* 4. *q. princip. vers.* 9. *quæro, num.* 23. Curt. iun. *consil.* 151. Corna *in memora. pag.* 356. vbi in quo differat furor à dementia, & fatuitate, Stracha *de mercat. part.* 3. *num.* 18. *& seqq. fol.* 60. *pag. mihi* 102. *num.* 18. *& seqq.* vbi de furioso, de mente capto, fatuo, lunatico, & phrenerico, & vide in proposito allegatos *in qq crimin. impress. in tit. de pœn. temperan. quæst.* 94. *num.* 3. Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 45. *num.* 1. *& seqq.* Fulu. Pacian. *de probat. lib.* 1. *cap.* 43. *num.* 11. *& seqq.* vbi etiam de stulto. Vide *in fragment. criminal. ver. Furor.*

Quæ

QVÆSTIO XCII.

De iure offerendi.

SVMMARIVM.

1. *De materia generaliter.*
   Ius offerendi competit cuicumque tertio poſſeſſori, &c. ibid.
2. *Quid ſi tertius iſte poſſeſſor nullum ius habeat in re poſſeſſa.*
3. *Quid in vxore repetente dotem in caſu l. ſi conſtante, & ſeqq.*
6. *Quid in vxore repetente dotem mortuo viro.*
7. *Quid ſi agitur rei vendicatione.*
8. *Quid ſi agitur vigore conſtituti.*
9. *Quanto tempore præſcribatur ius offerendi.*
10. *Quid poſt litem conteſtatam.*
11. *Quid in Saluiano interdicto.*

1 IVs offerendi competit cuicumque tertio poſſeſſori, ac etiam ſecundo creditori, ſuper cuius regulæ materia præter infrapoſita vide Roland. *conſ.* 14. *num.* 9. *& ſeq.* 19 *& multis ſeqq. vol.* 1. Neguſan. *de pignor. & hypoth. fol. mihi* 105. *& ſeqq.* Cephal. *conſ.* 298. *vol.* 1. Duen. *reg.* 160. vbi quando ſecundus creditor poſſit offerre debitum primo creditori habenti pignus, & illud liberare.

2 Amplia, vt tale ius offerendi competat cuicumque tertio poſſeſſori, etiam nullum ius in re poſſeſſa habenti, vt per Menoch. *in* 3. *remed. adipiſc. poſſeſſ. n.* 182.

3 Limita I. non procedere fauore dotis repetendæ, in caſu legis, *ſi conſtante, ff. ſolut. matrim.* tunc enim ius offerendi non habet locum. Roland. *conſ.* 9 *num.* 38. *& ſeqq. vol.* 1. Cephal. *d. conſ.* 298. *vol.* 1. Mandell. *conſ.* 80. *per totum*, quos tamen videas in materia huius limitationis. Ideò viro viuente, & ad inopiam vergente, vxor poteſt bona viri retinere ſibi pro dote hypothecata, & retinendo impedit exequutionem fiendam ad inſtantiam creditorum viri, qui iſto caſu non habent ius offerendi, vt *in deciſ. Pedem.* 135. *per tot.* ad quod faciunt tradita in materia retentionis ſuprà *q.* 37. *n.* 5.

4 Amplia hanc limitationem, vt procedat, ſiue dos vxori fuerit data inæſtimata, ſiue etiam æſtimata. Ita enim credo loquuntur omnes authoritates ſuprà proximè allegatæ, cuius contrarium voluit Sarmien. *ſelect. interp. c.* 12. *lib.* 1. vbi quòd viro viuente, & indiſtinctè in caſu *l. ſi conſtante*, creditores habent ius offerendi vxori pecuniam, ſi dos fuit data in pecunia, vel æſtimata.

5 Sublimita, & intellige hanc primam limitationem, vt videlicet detur retentio vxori, & impediatur exequutio fienda ad inſtantiam creditorum in caſu dotis repetendæ, per *l. ſi conſtante, ff. ſol. matrim.* vt videlicet talis exequutio impediatur in rebus hypothecatis pro dote pro concurrenti quantitate dotis, & non vltrà, aliàs creditores remanerent defraudati, vt *in d. deciſ. Pedemont.* 135. *per totam.*

6 Sublimita II. vt ſecus ſit quando dos repetitur mortuo viro per vxorem, quia tunc ſi dos conſiſtit in pecunia, vel fuerit data æſtimata, creditores viri habent ius offerendi contra vxorem, & per hoc ius offerendi non poteſt ab vxore impediri exequutio per eos facienda in bonis viri. Sed quid ſi dos fuerit data inæſtimata? & generaliter quando mortuo viro vxori repetenti dotem à tertio poſſeſſore poſſit offerri æſtimatio, videas per Couar. *pract. quæſt. pag.* 199. *col.* 4. Roland. *conſ.* 91. *in fine, vol.* 1. Socin. iun. *conſ.* 141. *num.* 13. *vol.* 1. & faciunt tradita *in Rep. contract.* in materia dotis æſtimatæ, *q.* 17. *in diſcurſu*, vbi videas.

7 Limita II. principalem concluſionem non procedere, quando agitur rei vendicatione, contra agentem enim tali actione non habet locum ius offerendi. Menoch. *de recuperand. poſſeſſ. pag. mihi* 212. *in magnis, n.* 60. *& ſeqq.*

Limita III. quando primus creditor intentat re- 8
cuperationem poſſeſſionis vigore conſtituti, & ſic in caſu *l. fin. C. de acq. poſſeſſ.* quia tunc nec habet locum ius offerendi. Menoch. *d. n.* 60 *& ſeqq.*

Limita IV. niſi tale ius offerendi ſit præſcriptum, 9
deciſ. Pedem. 115. *per tot.* vbi loquitur tam de iure offerendi, quod competit debitori aduersùs creditorem habentem in manibus pignus ipſius debitoris, quàm in eo, quod competit ſecundo creditori aduersùs primum. Sed quanto tempore hoc ius offerendi præſcribatur, videas per Ceph. *conſ.* 40. *n.* 43. *vol.* 1. *& conſ.* 105. *per totum, eodem vol.* Imol. *concluſ.* 35. *lib.* 3. vbi latè de præſcriptione iuris offerendi in pignore, & latè etiam per Andr. Gail. *obſeru.* 18. *lib.* 2.

Limita V. vt ius offerendi habeat locum vſque ad 10
litem conteſtatam, ſecus poſtea. Menoch. *in* 3. *remed. adipiſc. poſſeſſ. n.* 184.

Limita VI. in materia Saluiani interdicti, ſed de 11
hac limitatione ibi videas, videlicet ſuprà *quæſt.* 3. *cap.* 5. *num.* 7.

QVÆSTIO CXIII.

Petitorum iudicio quando ſtandum ſit, & generaliter de materia.

SVMMARIVM.

1. *Generaliter de materia.*
2. *Regulariter peritorum iudicio ſtandum eſt.*
3. *Quid ſi deponant ſuper negatiua.*
4. *Quid ſi deponant de credulitate.*
5. *An ab eorum ſententia detur appellatio, & quando.*
   An eorum ſententia nunquam tranſeat in iudicatum, ibid.
6. *Citatio an requiratur in eorum relatione.*
7. *Die feriata an poſſint referre.*
8. *Peritus vnus poteſt ſe referre ad iudicium alterius.*
   Quid ſi vnus referat ſeparatim ab alio.
9. *Quid ſi non reddant rationem eorum relationis.*
10. *Quid ſi periti diſcordent, quibus magis credendum, & quid faciendum, & n. ſeqq.*
14. *Periti an debeant deponere apud acta Tribunal, & an in præſentia iudicis cum ſcriptura, & n.* 1.
    Periti referunt, & deponunt in ſcriptis, non autem viua voce, ibid.
15. *Iuramentum an requiratur in peritorum relatione.*
16. *Periti quomodo, & per quem eligendi.*
17. *An admittat probationem in contrarium.*
18. *An duo, vel vnicus ſufficiat peritus, & n. ſeqq.*
19. *Quid ſi in loco non adeſt copia peritorum, an debeat mitti ad loca vicina.*
24. *Peritis non creditur extra eorum artem.*
25. *Medicorum fidei, & relationi quando ſtandum.*
26. *Periti malè iudicantes ad quid teneantur.*
27. *Perita obſtetrix quam fidem faciat.*

AD materiam huius quæſtionis generaliter 1
præter infrapoſita vide Pacian. *de probat. lib.* 1 *cap.* 47 *per totum.* Lambert. *de contract. gloſſ.* 1 *n.* 198. *& pluribus ſeqq.* Hercul. *de negat. n.* 225. *& ſeqq.* & in ſimili tradita *in crim. q.* 44. *n.* 6. *& ſeqq.* & in iudicio, videlicet ſuprà *q.* 64. *ſub n.* 83. *& ſeqq.* & omninò Maſcard. *concluſ.* 1169. *per tot. lib.* 3. cuius dicta non ſunt reportata.

Regula ſit quòd peritorum iudicio ſtandum eſt. 2

Mascard. *conclus.* 1034. *num.* 1. *c. fin. extra de frigid. & malefic.* facit *l.* 11. *§ si neque, C. de veter. iur. enuclean.* Socin. *regul.* 362. alias 294. *in princip.* Hercul. *de negat. n.* 125, Sriat. *in pract. iudic. cap.* 16. *n.* 77. vbi etiam quòd sufficit eos deponere in scriptis, de hoc dixi *n.* 14. pro primo dicto Monticell. *in Repert. testam. pag.* 408. *col.* 2. *vers.* 1. *& seq.*

3 Amplia I. etiam quòd iudicium ferant super negatiua. Hercul. *de negat. d. n.* 25. *& seqq. in discursu.* hoc posui in materia testis super negatiua, &c. videlicet *in 3. lib. q.* 65. *n.* 187. *in tit. de oppos. contra dicta test.*

4 Amplia II. etiam quòd deponant de credulitate, Soc. *d. reg.* 362. aliàs 294. *sub* 3. *fall. in fine*, Sriat. *in pract. iudic. cap.* 16. *num.* 78. vbi tamen hoc limitat, nisi deponerent super re perceptibili, non solùm iudicio intellectus, sed etiam corporeo sensu, quia tunc tenent iurare non solùm quòd ita credant, sed quòd ita sit. vide Hercul. *de negat. n.* 115. *& seqq.* Monticell. *in Repert. testium, pag.* 145. *col.* 1. *vers.* 2. *&* 3. *&* 408. *col.* 2. *vers.* 3. vbi pro ampliatione posui in materia testis de credulitate.

5 Amplia III. vt peritorum sententia, ac æstimatio, nec non declaratio iudieis, facta vigore sententiæ peritorum, nunquam transeat in iudicatum, secùndùm communem, de qua per Ias. *in l. admonendi, in repetit. n.* 19. *ff. de iureiuran.* cum aliis per Crayrum *in com. opin. lib.* 2. *cap.* 23. *q.* 13. *tom.* 1. super qua materia, & an verum sit, quòd à sententia peritorum possit quis quandocunque appellare, vide Menoch. *de adipisc. possess. in quinto remed. num.* 166. *decis. Bonon.* 97. vbi declarat Matan. *in spec. pag.* 348. *n.* 115. vbi quòd talis sententia non transit in iudicatum, dommodò infra legitima tempora ad appellandum appelletur, alias secus. Villalob. *S. num.* 23. vbi simpliciter dicit quòd talis sententia non transit in iudicatum, vide suprà *q.* 16. *num.* 21. *& decis. Bonon.* 87. Mascard. *de probat. lib.* 2. *concl.* 1034. *num.* 39. vbi pro, & contra, & omninò Ant. Thesaur. *decis. Pedem.* 25.

6 Amplia IV. vt peritorum relationi standum sit, etiam quòd sit facta parte non citata. Menoch. *d. remed.* 5. *de adipisc. possess. num* 165. & est communis, vt per Villalob. *in commun. opin. litt. E. num.* 29. *& seq.* vbi id limitat non procedere quando peritus electus est parte absente, quia tunc in relatione requiritur citatio, vt *ibi* per eum. adde Sriat. *in pract. indic. cap.* 16. *num.* 80. vbi quòd quando iudex motu proprio, & ex officio vult ab aliquo perito capere informationem, non requiritur citatio partis. Mascard. *concl.* 930. *n.* 21. vbi quòd quando periti sunt electi à iudice, requiritur citatio in eorum relatione, secus si sint electi à partibus.

7 Amplia V. vt peritorum relationi standum sit etiam factæ in die feriata. Menoch. *d.* 5. *remed. adipisc. possess. n.* 165. Mascard. *concl.* 1034. *n.* 16. *lib.* 2.

8 Amplia VI. etiam quòd vnus peritus retulerit separatim ab alio, vt *ibid* per Menoch. *d. n.* 165. Item amplia etiam quòd vnus se reiiciat ad alterius iudicium. Mascard. *de probat. concl.* 1034. *n.* 17.

9 Amplia VII. etiam quòd non reddant rationem sui dicti. Menoch. *ibid. num.* 166. Mascard. *conclus.* 1369, *num.* 39. *& seq.* vide aliquid in impressis *q.* 68. *num.* 9. *& q* 70 *n.* . vbi posui cuius contrarium tradit Hercul. *de negat. d. n.* 125. *& seqq.* videlicet in discursu. Mascard. *de probat. lib.* 2. *concl.* 1034. *n.* 15.

10 Limita I. eandem regulam, vt peritis credatur in eorum relatione, si insimul concordent. Secus si discordent, quia tunc peritioribus creditur, secundùm Hercol. *de negat. sub d. n.* 125. *& seqq.*

11 Vel tertius eligitur, secundùm Menoch. *d.* 5. *remed. adipisc. poss. num.* 168 in proposito vide Hippol. Rimin. *cons.* 335. *lib.* 3. vbi de materia.

Sed an iste tertius electus possit iudicare non concordando se cum aliquo ex illis, qui priùs retulerant, vide *ibidem* per Menoch. *d. num.* 168. & Imbl. *concl.* 13. *lib.* 2. & si discordet ab illis duobus, quid isto casu faciendum, pulchre per Hippol. Rimin. *cons.* 335. *lib.* 3. 12

Ad quam materiam istius primæ limitationis, vide in simili tradita infrà *in fragm. vers. Arbitrorum discordantium, &c. & in crim. in q.* 44. *n.* 17. *& seqq.* vbi de Medicis discordantibus super lethalitate vulneris, quibus magis credendum. 13

Limita II. vt Medicorum relationi standum sit, dummodò sit facta apud acta, & tribunal. Menoch. *d.* 5. *remed. possess. adipisc. n.* 165. vide tamen Hercul. *de negatiua, d. num.* 125. *& seqq in discursu.* vbi quòd sufficit, quòd referatur in præsentia iudicis cum scriptura, & quòd eorum relatio debeat esse in scriptis. faciunt tradita per Lambert. *de contract. gloss.* 11. *num.* 17. Sriatic. *in practic. cap.* 16. *num.* 77. vbi quòd possunt deponere in scriptis, de quo dixi *in tractat. de testib. q.* 80. *num.* 42. 14

Limita III. dummodò isti periti iurauerint in manibus iudicis se rectè, & legaliter facturos rei æstimationem. Menoch. *ibidem num.* 164. vbi de communi, ad quam materiam vide Hercul. *sub d. num.* 125. *& seqq.* & Villalob. *S. num.* 27. vbi quòd peritorum relationi non creditur, nisi iuratæ, & idem tradit Suarez *litt. P. num.* 93. & de communi etiam Sriatic. *in practic. iudic. cap.* 16. *num.* 77. vbi etiam quòd ita practicatur. quam tamen limitat non procedere in peritis de communi partium consensu assumptis, *ibidem num.* 79. Secundò limitat in peritis, à quibus index motu proprio, & ex officio capit aliquam informationem, *ibid. num* 80 & quòd generaliter omnes testificantes ratione artis, vel peritiæ debeant iurare, ponit Monticell. *in Repert. test. pag.* 125. *col.* 2. *vers. fin. & seq & pag* 408. *col.* 1 *vers antepenult. & seqq.* vbi pro, & contra vide quæ posui *in tit. de oppos. contra exam. test. q.* 74 *n* 95. *& seqq.* 15

Limita IV. dummodò sint firmiter electi, videlicet de consensu partium, vel partibus discordantibus à iudice. Menoch. *ibid num.* 163. Hercul. *de negat. sub num.* 128. *& seqq.* Ad materiam vide informationem factam in vna Romana falsi sigilli pro Octauio Borano de anno 1601. 16

Limita V. quia licèt peritorum iudicio stetur, non per hoc tamen probabitur, sed admittitur probatio in contrarium. Villalob. *in com. opin. litt. E. n.* 28. Montic. *in Rep. test. pag.* 408. *col.* 2. *vers.* 4. 17

Limita VI. quia isti periti debent esse duo, nec sufficit vnus, vt per Menoch. *de adipisc. possess. d.* 5. *remed. num.* 162. & est communis, vt per Lambert. *de contract. eorum, &c. gloss.* 1. *num.* 198. *& seqq.* Ad materiam autem huius limitationis vide præter infraposita, vide Nouell. *reg.* 148. & quæ in simili traduntur *in crim. de peritorum medicorum iudic. q.* 44. *n* 10 *& seqq.* & suprà in hoc eodem Rep. *q.* 64. *sub num.* 84. *& seqq.* videlicet *num.* 87. Mascard. *conclus.* 930. *n.* 12. 18

Sublimita I. hanc limitationem procedere, dummodo in loco adsit copia peritorum, quia si non adest, nisi vnicus, ille sufficit. Menoch. *vbi supra d. n.* 162. Lambert. *vbi suprà, n.* 198. *& seq.* Mascard. *conclus.* 930. *num.* 19. vbi tamen videtur requirere quòd sit excellens, iuxta tradita *in seq n.* 20. ad quod aduerte secundùm Soc. *in reg.* 362. aliàs 294. *in* 2 *&* 3 *fall.* quòd si agatur de re granis præiudicij, tunc si in loco non adsit copia peritorum, & non reperiatur, nisi vnicus peritos, debet mitti ad loca vicina, ad quam materiam, & quando, & quis debeat probare non adesse in loco copiam peritorum, & quis in proposito dicatur locus vicinus, vide *in q* 64. *sub n.* 84. *& seqq.* 19

Sublimita II. quando esset electus peritus multum excel 20

excellens, & integræ famæ, quia ſufficit ipſe ſolus, per Menoch *vbi ſuprà d. num.* 162. Lambertten *d. gloſſ.* 1. *num.* 202. Maſcard. *concluſ.* 930. *num.* 19. vbi tamen videtur loqui quando in loco non adeſt, niſi vnus peritus, iuxta terminos præcedentis ſublimitationis.

21 Sublimita II. in perito a publico electo, puta ad faciendum æſtimationes, quia ſufficit vnicus, vt *ibid.* per Menoch.

22 Sublimita III. in perito electo de conſenſu partium, quia ſimiliter ſufficit ſolus, vt per Lambertten. *d. gloſſ.* 1. *num.* 199.

23 Sublimita IV. quando ageretur de re modici præiudicij, quia tunc ſufficit vnus. Soc. *d. reg.* 362. *alias* 294. *in* 1. *fallentia.*

24 Limita VII. principalem regulam, quia peritis ſtandum eſt, &c. in iis ſcilicet, quæ eorum peritiam, & artem reſpiciunt, ſecus in aliis, ſecundùm Lambertten. qui concordantes allegat, *d. gloſſ.* 1. *num.* 206. *ſiue* 216.

25 Adde pro complemento materiæ, quòd Medicorum iudicio non ſolùm ſtandum eſt, an vulnus ſit mortale, necnè, de quo dixi *in Repert. crim. quæſt.* 44. *num.* 6. *& ſeqq.* Sed generaliter, & illis creditur ſuper firmitate alicuius, ſecundùm Pariſ. *conſ.* 56. *num.* 12. *vol.* 2. quem referendo ſequitur Portius *conſ.* 94. *n.* 15. *lib.* 2. Maſcard. *concluſ.* 1034. *num.* 2. vbi quòd peritorum iudicio ſtandum eſt in iis, quæ ad eorum artem pertinent, *& num.* 3. vbi quòd ſtatur ſuper ægritudine alicuius, *& num.* 4. vbi quòd ſtatur ſuper corruptione aëris, *num.* 8. vbi quòd pariter Medicis creditur, an ex vulnere ſit remanſura cicatrix.

26 Adde etiam in materia, quòd ſi periti malè iudicauerint dolo, vel propter imperitiam, faciunt litem ſuam, & parti tenentur ad damna, expenſas, & intereſſe, non aliter, ac iudices malè iudicantes, vt per Aſin. *in pract.* §. 32. *in* 41. *ampliat.*

27 Adde etiam in materia, quòd dicto obſtetricis tanquam peritæ ſtandum eſt, ſicut aliis peritis. Maſcard. *concl.* 1125. *num.* 1. puta aſſerenti partum immaturum, *num.* 2. vel natum infantem viuere poſſe, & non poſſe, *num.* 3. vel mulierem eſſe, vel non eſſe grauidam, *num.* 4. Limita dummodo ſint duæ, *num.* 5. de quo generaliter ſuprà *num.* 18. *& ſeqq.* Item limita, dummodo eligatur a iudice, quia ſi ſe ſponte ingerit, ei non creditur, *num.* 6. & dixi generaliter ſupra *num.* 16. Item limita, dummodo deponat cum iuramento, quod quando verum, vide quæ generaliter dixi ſuprà *num.* 15. *ibidem num.* 7. *& ſeqq.* Item limita, quia ſemper poteſt recurri ad iudicem, vt illius aſſertionem corrigat, ſi ei videbitur, *num.* 11. An ſtuprum probetur dicto obſtetricis, poſui *in Repert. crim q.* 92. *n.* 16.

Et poſſunt recipi de dictis teſtificatis. Menoch. *de arbitr. qq. quæſt.* 341. *num.* 9. Maſcard. *d. concluſ.* 1034. *num.* 9.

QVÆSTIO XCIV.

Ius Canonicum quando ſeruandum ſit potius, quàm ciuile, & de materia.

SVMMARIVM.

1. *Ius Canonicum quando ſeruandum potius, quàm ciuile, generaliter.*
   Ius Canonicum quos liget, in princip.
2. *Quid in foro conſcientiæ.*
3. *Quid in materia iuramenti.*
   Quid in materia peccati, ibid & 2.
4. *Quid in eo quod eſt diffinitum à iure ciuili, & non à iure Canonico.*
5. *Quid in materia bonæ, vel malæ fidei.*
6. *Quid in immunitatibus Eccleſiarum.*
7. *Quid in terris Imperij, vel Eccleſiæ.*
8. *Quid ſi ius ciuile ponat æquitatem.*
9. *Quid ſi in iure ciuili ſint contrariæ opiniones.*
10. *Quid in diſpoſitione ad pias cauſas.*
11. *Quid in cauſa matrimonij.*
12. *Quid in ſpiritualibus.*
13. *Quid in materia præſcriptionis.*
14. *Quid in materia vſurarum.*
15. *Quid in materia legitimationis.*

IVs ciuile ſi iuri Canonico repugnat, cui magis ſtandum ſit, generaliter, præter inſtapoſita, vide Iacob. Æmilian. *conſil.* 90. *num.* 19. Diaz *reg.* 983. vbi quos liget ius Canonicum, & omnino Tiber Decian. *in ſuo tract. crim. part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 18. *per totum.*

Ius Canonicum, quando ſit ſeruandum in foro conſcientiæ, Diaz *reg.* 427. 1

Ius canonicum, & non ciuile, attenditur in materia peccati. Roland. *conſ.* 99. *n.* 23. *vol.* 3. Corat. *de com. opin pag. mihi* 181. *num.* 151. *& ſeq.* Lambertten. *de contr.* &c. *gloſſ.* 1. *n.* 286. vbi declarat, & declarat etiam Oſaſc. *deciſ. Pedem.* 151. *n.* 6. *& ſeq.* 2

Ius Canonicum, & non ciuile, attenditur in materia iuramenti. Roland. *conſ.* 99. *n.* 22. *vol.* 3. & eſt communis, vt per Corat. qui concordantes allegat *in tract. de communi opin pag* 181. *n.* 151. *& ſeqq.* 3

Iuri ciuili ſtatur etiam in foro Canonico in eo, quod eſt à iure ciuili diffinitum, & non à iure Canonico. Menoch. *de arb quæſt. caſu* 185. *n.* 12. vbi limitat, niſi in contrarium repugnaret diuerſitas rationis. 4

Iuri Canonico eſt ſtandum, & non ciuili, in materia bonæ, vel malæ fidei. Aym. *de antiq. car.* 201. *num.* 20. 5

Ius Canonicum, & non ciuile attenditur in immunitatibus Eccleſiarum, Couarr. 656. *num.* 4. Paul. Granut. *theorem.* 10. *n.* 3. *lib.* 1. poſui *in tit. de carcer. quæſt.* 28. *num.* 6. 6

Ius Canonicum regulariter attenditur in terris Eccleſiæ: in terris verò Imperij attenditur ius ciuile, niſi agatur de materia peccati, ſecundùm Villalob. *in com. opin. lit. C. n.* 191. pro qua diſtinctione adde Dec. *conſil.* 452. *num.* 6. Æmilian. *conſ.* 156. *num.* 8. Viu. *in com. opin pag. mihi* 251. *à tergo, in paruo*, vbi quòd ius Canonicum ſeruandum eſt in terris Eccleſiæ mediate etiam ſubiectis, puta Neapoli, Ferrariæ, & ſimilium. Corat. *in tract. de com. opin pag. mihi* 181. *num* 154. *& ſeqq.* vbi de communi, & *num.* 160. dicit quòd quando agitur de rebus Eccleſiaſticis, tunc attenditur ius Canonicum, etiam in terris Imperij. vide omnino declarantem *deciſ. Pedem.* 151. *num.* 6. *& ſeq.* Paul. Granut. *theorem.* 10. *num.* 3. vbi quòd in terris Eccleſiæ ſeruatur ius Canonicum tam in Curia ſpirituali, quàm in temporali, & tam inter Clericos, quàm inter ſæculares. 7

Ius ciuile ponens æquitatem præfertur iuri Canonico ponenti rigorem, etiam in materia ſpectante ad forum Canonicum. Neuizan. *conſ.* 22. *n.* 19. 8

Iuri Canonico ſtandum eſt quando in iure ciuili adſunt contrariæ opiniones. Roland. *conſ.* 45. *n.* 10. Nouell. *reg.* 243. Menoch. *de arbitr quæſt.* 30 *n.* 3 *lib.* 1. 9

Ius Canonicum attenditur in diſpoſitionibus ad pias cauſas. Nouell *d. reg* 243. 10

Ius Canonicum attenditur in cauſis matrimonialibus. Nouell. *reg.* 243. Plot. *in l. ſi quando, num.* 33. *in medio, C. vnde vi, & ibidem num.* 131. & faciunt quæ infrà dicentur *num. ſeq. deciſ. Pedemont.* 154. *num.* 9. Roland. *conſ.* 93. *num* 13. *& ſeqq. vol.* 3. 11

Ius Canonicum attenditur in cauſis ſpiritualibus. Plot. *d. num.* 33. Couarr. *pract. quæſt. pag. mihi* 210. *col.* 4. 12

 vbi

vbi quæ dicantur causæ spirituales. Roland. *cons.99. num.12.vol.3* Cotar. *in tract.de com. opin pag. mihi* 181. *num.151.& seqq.*vbi de communi,*decis. Pedem.154.n.9.* Roland.*cons.93.num.13.& seqq.vol.3.*

13 Ius Canonicum attenditur in materia præscriptionis, etiam in terris Imperij Ceph.*cons.40. num 16. & seqq vol.1.* Plot *in l.si quando, in eius Repert. ver. Decretum inquis.*Lambertеn.*de contract.&c.gloss.1.n.286.*

14 Ius Canonicum attenditur, & non ciuile, in materia vsurarum. Cotar.*in tract. de communi opin. pag. mihi.181.n.151.& seqq.*vbi de communi.

15 Ius Canonicum seruandum est in materia legitimationis,vt *in dec.Ped.154.n.9.*

QVÆSTIO XCV.

Creditorum maior pars quando possit, minori parte contradicente, debitori debitum remittere, vel dilationem facere, & de materia.

SVMMARIVM.

1. *Creditorum maior pars quando minori noceat, generaliter.*
Saluus conductus debitori concessi materia, remissiuè, ibid.
2. *Regulariter factum à maiori parte minori præiudicat.*
3. *Quid si non inuenitur qui velit esse hæres debitoris.*
Quid si debitor aufugit, nec potest à creditoribus conueniri, ibid.
Quid si sit paratus cedere bonis, ibid.
Quinquenalis, seu alternatiua beneficium, &c. ibid.
5. *Quid in remissione debiti,& seqq.*
7. *Quid si debitor ad pinguiorem fortunam deuenıat, an pars debiti remissa possit à creditoribus repeti.*
9. *Quid si extent bona debitoris, qui non sit pauper. & 10.*
10. *An creditores non habentes hypothecam præiudicent creditoribus hypothecarijs, & de materia, & seqq.*
14. *An consanguinei creditores faciant numerum.*
15. *An factum a maiori parte, &c. noceat creditoribus priuilegiatis.*
16. *Quid si debitor culpa sua in paupertatem deuenerit.*
17. *Quid si concordia maioris partis, &c. non sit æqualis.*
18. *Et quid si debitor pro habendo consensu aliquid clanculum creditoribus dederit.*
19. *Et quid si debitum sit iuratum.*
20. *Et an debitor, qui habuit dilationem à creditoribus, possit suos debitores conuenire.*
21. *Maior pars creditorum intelligitur respectu debiti.*
22. *Debitor an debeat dare fideiussores de soluendo in fine termini.*
23. *In hac concordia an sint citandi omnes creditores.*
An absentes, ibid.
An debeat fieri in vno loco congregatio, ibid.
24. *An debeat interuenire iudicis decretum.*
25. *Quid si plures creditores habeant vnicam actionem.*
26. *Et quid si creditores sint simulati.*
Quid si consentientes sint confessi, ibid.
27. *An dilatio facta prosit fideiussoribus, &c.*
28. *Et quid si concordia sit euidenter iniqua.*
29. *Quid si debitor pacta concordia non seruauerit.*

1 AD hanc generalem materiam præter instaposita vide Strach *de decoctor.tit. de pact. convent. inter creditores, & debitorem, part.6. per totam.* Angel. *cons.213. incip. Si & Iacobus*, vbi pulchre, quæ requirantur, quisve modus seruandus in dilatione concedenda à creditoribus. Brun. *de cession. bonorum, pag.mihi 156.num.1.& seqq.quæst.22.in princ.* Duen.*reg.294.* vbi facit regulam affirmatiuam, & eam limitat septem modis, remissiuè, ex Ias. *in l.& suum hæredem, §.hodie,ff.de pact.* De materia Felin.*in cap. cum omnes,de constitut.* vide etiam tradita *in Repert. crimin. quæst.76. num.18. & seqq.* vbi de saluo conductu concesso debitori per Principem. Villalob. *d.num.6. & seqq.* Iacob. Michell.*patrociniorum forensium patrocin.56.*

Regula sit quòd factum à maiori parte creditorum minori illorum parti præiudicat. *l.final. C. qui bon.ced. poss. l. & suum hæredem, §. hodie tamen, ff. de pact.* Placa *in epitom. delict. cap.46.in princip. vers. quibus admodum, &c. l. maiorem, ff. de pact.* pro hac regula vide etiam *in seq.num.* a

Ampliando I. istam regulam aduertas secundùm Strach.*de decoctor.d.6.part.num.5.* quòd secundùm Afflict.*in decis.288. incip. sæpè & sæpius*, tres tantùm casus constituuntur, in quibus regula supradicta procedit, & factum à maiori parte creditorum minori præiudicat. Primus est, quando debitor decessit, & futurus hæres hæreditatem non vult adire, nisi pars cuiuslibet debiti sibi à creditoribus remittatur, & tunc si maior pars creditorum consentit, illi standum est, minoris partis contradictione non obstante, & isti sunt termini dictæ legis, *& suum hæredem, §.hodie, & l.maiorem, ff. de pact.* Secundus est casus, quando debitor aufugit, nec inueniuntur eius bona, nec facultas datur creditoribus illum conueniendi. Tunc enim si debitor volens reuerti petat sibi à debitoribus, vel partis debiti remissionem concedi, aliter redire recusans statur pariter maiori parti creditorum, etiam recusante minore, vt *ibidem* per Strach. *d.n.5.vers. secunda species est.* Tertius est casus, quando debitor non aufugit, sed propter paupertatem est paratus cedere bonis, nisi creditores dilationem concedant ad soluendum, & tunc etiam maiori parti creditorum statur, & intrant termini *d leg.final.C.qui bon.ced.poss.* & hodie isto casu debitore existente parato ad bonis cedendum, expediuntur in Curia commissiones, quam *alternatiuas* vocant, quibus iudicibus committitur vt debitorem, vel ad cessionem bonorum, vel ad quinquennalem dilationem, iuxta consensum maioris partis creditorum, admittat. 3

His præmissis quæro, an vltra tres propositos casus factum à maiori parte minori præiudicet. Et dicas quòd sic, licèt enim Afflict. *in d. decis.* 288. in tribus tantùm suprà relatis casibus factum à maiori parte creditorum minori præiudicare posse, secus in aliis, dixerit, verior tamen est opinio quam tenet Angel. per illum text.*in l.1.ff.de priuil.cred.*& sequitur Strach. *vbi supra num.21.* quòd videlicet in omni casu, in quo certant creditores inter se qualiter debeant consequi sua credita super bonis debitoris in solutione cessantis, debeat stari concordiæ, & consensui maioris partis creditorum. Quod tamen intelligas procedere in dilatione concedenda: quia in remissione partis debiti factum à maiori parte, &c. non præiudicat minori, nisi in tribus tantùm suprà narratis casibus, vt *ibidem* per Strach.*d.n.21.in fine.* 4

Amplia II. eamdem regulam suprà positam, vt videlicet procedat non solùm in dilatione concedenda debitori à maiori parte creditorum, sed etiam in debiti parte remittendo. Ita enim colligitur ex suprà traditis *n.3.*& per Strach *de decoct. d.6.part.n.5.*& tradit Nouell. *de iure protim. pag. mihi* 220.*num.32.* Placa *d.c.46 sub n.14.* 5

Limita I. hanc ampliationem, vt procedat in maiori parte creditorum remittente partem debiti. Secus 6

si

si vellet totum debitum remittere, vt per Strach. *vbi suprà num.* 12. allegat post alios Rom. *sing.* 99. *incip. Creditores possunt.* Simoncell. *de decreto, in præfat. num.* 112. *vers. limitatur id.*

7 Limita II. quia si debitor ad pinguiorem deuenerit fortunam, poterit pars debiti remissa, à creditoribus repeti. quod tamen intelligas, nisi sua sponte, & non dolo, aut persuasionibus debitoris creditor illam remiserit, vel nisi remissio fuerit facta medio iuramento, his enim casibus pars remissa repeti non potest, etiam quòd debitur ad pinguiorem fortunam deuenerit, vt per Stracham *de decoctor. d. 6. part. num.* 1. *per totum.*

8 Limita III. quia maior pars creditorum potest etiam minori contradicente remittere partem debiti in illis tantùm tribus casibus suprà positis *num.* 3. secus in aliis, vt dixi suprà *num.* 4. *versic. quod tamen intelligas.*

9 Limita IV. quia si extant bona debitoris sufficientia ad debita, non valet remissio facta a maiori parte creditorum, vt *ibidem* per Strach. *num.* 21. *in fine*, & *num.* 18. vide infrà *n.* 30.

10 Amplia III. supradictam principalem regulam, vt etiam & maior pars creditorum non habentium hypothecam, possit minori parti creditorum habentium hypothecas præiudicare. *d. l. final. §. nulla, C. de his, qui bon. ced. poss.* Strach *vbi suprà num.* 5. *versic. tertia facti species. & num.* 19.

11 Quod intellige, vt possit præiudicare in dilatione facienda, prout loquitur text *in d. l. final.* & traditur per Strach. *d. num.* 5. & 19. secus in remissione partis debiti, in qua creditores non habentes hypothecam minimè illam habentibus præiudicare possunt. *l. rescriptum, ff. de pact.* cum aliis per Strach. *vbi suprà n.* 13. Simoncell. *de decreto, in præfat. n.* 113.

12 Quòd si maior pars creditorum habeat hypothecas, & illas quidem anteriores, tunc nulli dubium quòd potest minori parti præiudicare, secus si haberent posteriores. Strach *d. num.* 13. licèt Afflict. *ibi* per eum allegatus contrarium dixerit.

13 Et in materia scias, quòd in omni casu, in quo per consensum maioris partis creditorum non fit præiudicium minori habenti hypothecas, credo intelligatur, vt scilicet non fiat præiudicium quo ad rem hypothecam, & contra tertios possessores; secus quo ad personam debitoris. nam quo ad illam semper potest minori parti per maiorem præiudicium fieri, ita colligitur ex traditis per Strach. *d. num.* 13. & 16. *in fine*, & *n.* 18. *vers. mouebat me etiam* &c.

14 Amplia IV. quia in maiori parte creditorum annumerantur etiam creditores consanguinei, imò stante paritate creditorum præfertur consensus creditorum consanguineorum. Ang. per illum text *in l.* 1. *ff. de priuil. cred.* Strach. *vbi suprà num.* 21. & 9. *sub vers. Item adde*, &c vbi de frequentiori opinione.

15 Amplia V. vt & consensus maioris partis creditorum præiudicet aliis minoribus, etiam in remissione partis debiti, etiam quòd sint priuilegiarij creditores. Strach. *de decoctor. d.* 6. *part. num.* 16. vbi quòd licèt præiudicet in remissione debiti, non tamen præiudicat in priuilegio, & ideo in eo quod soluitur, creditor præfertur aliis, etiam quòd non consenserit, iuxta priuilegium quod habet, vt *ibi* per eum.

16 Amplia VI. vt & maior pars creditorum possit debitori dilationem concedere, puta quinquennalem, etiam quòd in paupertatem deuenerit culpa, facto, & vitio suo, licèt secus sit in dilatione concedenda à Principe sine consensu maioris partis creditorum. Strach. *vbi suprà num.* 21 *propè finem, in vers. siue ergo quis*, &c.

17 Limita I. eamdem principalem regulam, vt videlicet concordia maioris partis creditorum præiudicet minori, dummodu scilicet sit æqualis, & inter omnes par. secus si inæqualis, puta si maior pars veller quòd plus, vel antea ipsis soluerentur, quàm minori parti. Placa *in epitom. delict. cap.* 46 *sub num.* 16. *vers. his sanè præmissis.*

18 Ideò concordia maioris partis creditorum, quibus debitor ad concordiam habendam dedit aliquas pecunias clanculum, non præiudicat minori parti creditorum, quibus debitor nihil dedit. Strach. *d.* 6. *part. in tract. de decoctor. n.* 18 *in fine.*

19 Limita II. quia consensus maioris partis non præiudicat minori habenti credita iurata, secundùm Roland. *cons.* 31. *vol.* 2. vbi quòd nec in contrarium valet Principis rescriptum desuper obtentum, ad quod vide in simili tradita de saluo conductu debitori concesso, *in Repert. crim quæst.* 76. *sub num.* 18. & *seqq.* repetitur *in tit. de carcer. quæst.* 29. *num.* 22. Simoncell. *de decreto, in præfat. n.* 113. Menoch. *casu* 203. *n.* 15.

20 Limita III. & generaliter quòd si debitor impetrauit moratoriam exceptionem, debitores illius possunt vti eadem exceptione contra ipsum. Villalob. *d. n.* 6. & *seqq.* Beninc. *de pauper. pag.* 109. *n.* 26.

21 Limita IV. quia maior pars creditorum non intelligitur respectu personarum, sed debiti, secundùm Afflict. *decis.* 288. Menoch. *de arbitr. quæst. casu* 245. *n.* 10. & *seqq.* quos videas. Strach. *vbi suprà num.* 9. *vers. item adde*, vbi etiam subdit, quòd si creditores in quantitate debita sunt æquales, tunc attenditur numerus personarum, & *ibidem d. num.* 9. *in fine*, vbi quòd vsuræ sortis principalis augent ipsum debitum.

22 Limita V. quia debitor debet cauere, & præstare fideiussorem de soluendo in fine dilationis factæ. Sed quid si fideiussorem non reperiat, an admittatur ad iuratoriam cautionem, dixi suprà *q.* 90. *n.* 8.

23 Limita VI. quia ad hoc vt consensus maioris partis creditorum præiudicet aliis, &c. debet esse formaliter factus, videlicet citatis omnibus creditoribus, & in vnum locum ad hoc facta speciali congregatione, aliter secus, vt per Placam *in epitom. delict. d. c.* 46. *num.* 14. & *seqq.* vbi respondet ad contraria. Strach. *in tract. de decoctor. d.* 6. *part. num.* 9. & 19. & facit text. *in d. l. fin. C. de his qui bon. ced. poss.* in illis verbis, *vt omnibus in vnum coadunatis*, &c. Imò secundùm Placam, & Strachbam *in locis suprà citatis*, & absentes creditores sunt vocandi, & citandi. Aduerte quòd Stracha loquitur in primo & secundo casu suprà figurato *num.* 3. dum dicit, *Adde etiam in prima, & secunda specie*, &c. vide. Secus crederem in tertio casu, quando videlicet debitor est paratus cedere bonis. nam tunc crederem non esse necessariam d. citationem, nec in vnum congregationem, super quo tamen considera, quòd idem Strach. *d. num.* 19. loquitur expressè etiam in hoc tertio casu. & vide in proposito Tiraquell. *in tract. Res inter alios acta, pag.* 13. *à tergo, versic. limita* 34. vbi quòd consensus maioris partis creditorum, iuxta *l. rescriptum, ff. de pact.* præiudicat etiam aliis absentibus, & non citatis, & *ibi* etiam ponit contrarium tenentes.

24 Limita VII. quia debet etiam in huiusmodi concordia maioris partis creditorum interuenire iudicis decretum, vt per Strach. *d* 6 *part. num.* 9 *vers. Item adde*, & *num.* 19. Simoncell. *de decreto, in præfat. num.* 112. & 113. vbi de communi.

25 Limita VIII. quia maior pars creditorum isto casu intelligitur, hoc est, illorum, qui contra debitorem habent actiones diuersas ex diuersa causa, & obligatione, vnde si plures creditores habeant vnam actionem, non plurium, sed vnius creditoris loco reputatur, Strach. *vbi suprà d. n.* 9. *propè finem.*

26 Limita IX. in simulatis creditoribus, qui non solùm

ſolùm non faciunt numerum in maiori parte creditorum, vt *ibid.* per Strach *d.6.part.n* 10. verùm etiam pœna falſi puniuntur. ad idem Corrad. *in pract. fol. mihi* 392, *in fine*, *& ſeq.* ſi ſe creditores dixerint, cùm non fuerint, puta quia debitum fuerit ſolutum, vel ſi diem crediti immutauerint, vt per Strach. *d. tract. de decoctor. in* 2. *part. vltima partis, num.* 31. *& ſeqq.* Ad hæc etiam Monticell. *reg.* 15. *n* 11. & ſimolatio præſumitur, quando de debito non conſtat, niſi per confeſſionem debitoris. Maſcard. *concluſ.* 815. *num.* 20. *verſ. ſimiliter*, vbi declarat, *& num.* 21. vide *in tract. de falſis. q.* 150. *num* 98.

27 Limita X. quia licèt minor pars creditorum non poſſit ſtante concordia maioris partis creditorum principalem debitorem moleſtare, poterit tamen eius fideiuſſores conuenire, licèt benè verum ſit quòd creditores, qui conſenſerunt, nec etiam debitoris fideiuſſores moleſtare poſſunt, vt per Strach. *d.6. part. num.* 14. ad quod vide etiam aliquid *in contract. in fragmentis, verſ. fideiuſſori an poſſit*, &c. *num.* 1. Simoncell. *de decreto, n.* 112. *verſ. limitatur ſecundò, in præfat.*

28 Limita XI. vt non procedat in concordia maioris partis creditorum euidenter iniqua, & irrationabili, quæ minori non præiudicat, imò ab ea appellatur, & appellatione pendente maior pars prohibetur aliquid vlteriùs attentare. Strach. *de decoctor. d.6. part. num.* 17. vbi etiam quòd in tali appellatione debet inſeri cauſa iniquitatis concordiæ poſitæ

29 Limita XII. quòd ſi debitor pacta concordiæ in totum, vel in parte non ſeruauerit, nec ipſi creditores pactioni & concordiæ poſitæ ſtare tenentur, etiam quòd dicta concordia ſit iurata, vt per Strach. *vbi ſuprà num* 23.

30 Limita XIII. ſi talis concordia valeat ſtante paupertate debitoris, vnde ſecus ſi habeat bona, quibus poſſint creditores ſatisfieri. Strach. *vbi ſuprà num.* 18. vide aliquid ſuprà *num.* 9.

QVÆSTIO XCVI.

Præſcriptio quando currat cum mala fide, vel iuris errore. quando bona, vel mala fides præſumatur. quandóve mala fides defuncti noceat hæredi, & de materia.

SVMMARIVM.

1. *Præſcriptio quando currat cum mala fide, vbi generaliter, & n.* 51. *& ſequentib.*
   Præſcriptio an currat ſine titulo, ibid.
2. *Quid de præſcriptione*, cuius initij, *&c.*
3. *Regulariter mala fides impedit præſcriptionem.*
4. *Dubitans an, & quomodo præſcribat.*
5. *Quid de eo, qui à principio erat bonæ fidei, & poſtea factus eſt malæ fidei poſſeſſor, vel è contra.*
6. *Fides mala defuncti quando noceat hæredi.*
7. *Quid ſi hæres velit à ſua perſona præſcriptionem inchoare.*
8. *Quid de errore iuris defuncti an noceat hæredi.*
9 *Quid de mala fide ficta, vel præſumpta.*
10. *Fides bona, vel mala, an, & quando præſumatur, & ſequentib.*
    Bona fides præſumitur vbi agitur de damno vitando, ibid.
11. *Fides bona, & mala an probetur indicijs.*
12. *Fides bona an præſumatur ex titulo.*
13. *Quid de poſſeſſore non habente titulum.*
14. *Fides bona an præſumatur ex temporis diuturnitate.*
15. *Fides mala præſumitur in eo, qui ſcit, vel ſcire debet rem ad ſe non pertinere.*
16. *Fides bona an præſumatur in eo, qui peritis credidit.*
    Fides mala an inducatur ex relatione tertij. ibid.
    An ex aſſertione viri fide digni, ibid.
    An ex teſtibus non in figura iudicij examinatis, ibid.
17. *Præſcriptio, quando currat cum errore.*
18. *Errans in iure non præſcribit.*
19. *Amplia etiam, quod non potuerit conſulere peritiores.*
20. *Item etiam quòd contractus non ſit nullus ipſo iure.*
21. *Quid in præſcriptione* 30. *annorum.*
    Quid in errante in iure non aſſiſtente, vel reſiſtente actu, ibid.
22. *Quid in præſcriptione*, cuius initij, *&c.*
23. *Quid de errante partim in iure, & partim in facto.*
24. *Quid de errante in iure dubio.*
25. *Quid de errante circa priuilegium, vel ſententiam.*
26. *Fides bona in corporalibus non præſumitur.*
27. *Debitor interpellatus dicitur in mala fide, ideo non præſcribit.*
    Fides mala inducitur ex interpellatione creditoris, ibid.
28. *Hypothecaria actio non præſcribitur per debitorem malæ fidei.*
29. *Fides bona inducitur ex ignorantia debiti.*
    Debitor ignorans debitum non dicitur in mala fide, & ideo præſcribit, ibid.
30. *Præſcriptio in ſeruitutibus an currat cum mala fide.*
    Quid in pœna conuentionali, ibid.
    Quid in actionibus temporalibus, puta in actione quanti minoris, ibid.
31. *Quid in actionibus perſonalibus & perpetuis, & ſequentibus.*
32. *Quid in foro fori, vel foro poli, & n.* 37.
33. *Quid ſi debitor tenetur, vel non tenetur afferre debitum ad domum creditoris, &* 37.
34. *Quid ſi debitor non eſt in mora, &* 37.
35. *Quid ſi lex, ſeu ſtatutum dirigat verba in creditorem, vel in debitorem, &* 37.
36. *Præſcriptio an currat cum mala fide inter laicos, in terris non ſubiectis Eccleſiæ, & quid inter Clericos in terris Eccleſiæ ſubiectis, &* 37.
38. *Fides mala inducitur ex denunciatione partis.*
39. *Cauſa iniuſta an excuſet à mala fide.*
40. *Fides bona, vel mala an inducatur ex forma.*
41. *Et an probetur ex aſſertione iurata poſſeſſoris.*
42. *Quid de contrahente contra ius.*
43. *Bona fides licèt præſumatur, eſt tamen allegãda.*
44. *Bona fides non præſumitur, vbi ea requiritur à ſtatuto.*
45. *Bona fides inducitur etiam ex actu nullo.*
    Bona fides non præſumitur in poſſeſſione contra ius, ibid.
46. *Bona fides cauſatur ex Principis auctoritate.*
47. *Bona fides probatur per vnum teſtem.*
48. *Mala fides probatur ex confeſſione extraiudiciali.*
49. *Item ex procuratione tituli.*
50. *Emens à Procuratore non habente mandatum dicitur in mala fide.*
51. *Item dicitur in mala fide qui poſſeſſionem ſuam non fundat, niſi in priuilegio.*
52. *Idem de contrahente cum ſtatim conſumpturo.*

PRÆSCRIPTIO an, & quando currat cum 1
mala fide, generaliter. de hac materia vide Menoch. *de recup. poſſ. pag. mihi* 199 *num.* 73. Cephal. *conſ.* 102. *num.* 18. *& ſeqq. vol.* 1. Cæpoll. *caut.* 46. Imol. *concluſ.* 44. *&* 46. *lib.* 3. *& con. luſ.* 1. *lib.* 4 Matheſ. *ſing.* 23. *in addit.* Soc. *reg* 33. Mynſ. *obſeru.* 6. *cent* 4. *& obſeru.* 28. *num.* 2. *eadem cent.* 4. Soc. *reg.* 431. Diaz *reg.* 578. Cephal.

Cephal. *conſ.40.n.15.& ſeqq vol.1.* Villalob *P.n.203. & ſeqq.* An autem præſcriptio currat ſine titulo, vide infra *in fragmentis, verſ. Præſcriptio, num.* 12. vide ad materiam infra *num.* 31. *& ſeqq.*

2 Præſcriptio cuius initij, &c. an, & quando currat cum mala fide, præter tradita *in num. antecedenti*, vide Imol. *d. concluſ. 1. lib.4 & concluſ. 46. lib. 3.* Aym. *de antiq. pag. mihi* 201. *num.* 16 *& ſeqq.* Menoch. *de recuper. poſſ. pag. mihi* 280 *n.* 417. Lamberten. *de contract. &c. gl. 1. num.* 315 *& ſeq.* vbi quòd non currit cum mala fide, licèt aliqui *ibi* per eum allegati contrarium dixerint, prout contrarium tenent relati per Maſcad. *in concluſ.* 225. *num.* 4. vbi quod plus eſt loquuntur in præſcriptione 30. vel 40. annorum. & idem *in deciſ. Pedemont.* 101. *num.* 27. vid Ruland. *conſ.* 6. *num.* 42. *& ſeq. vol.* 3. vbi quòd præſcriptio cuius initij, &c. non currit cum mala fide de iure Canonico, quod iſto caſu ſeruandum erit etiam in foro Cæſaris, & idem per Maſcard. *concluſ.* 223. *num.* 6. *& ſeqq. & concluſ.* 225. *n* 4. *& ſeqq.* vbi reſpondet contrariis.

3 Præſcribere regulariter non poteſt malæ fidei poſſeſſor. Cephal. *conſ.* 161. *n.* 32. *lib.* 2. vbi allegationes ponit Maſcard. *concl.* 104. *num.* 1 *cap. fin. de præſcript. in 6 c. poſſeſſor malæ fidei, de reg. iur. in 6.*

4 Præſcribere quomodo poſſit dubitans, & ſic, an dubitatio æquiparetur bonæ, vel malæ fidei. Maſcard. *concluſ.* 104. *num.* 51. *& ſeq* vbi quòd ſi dubitatio eſt vehemens, inducit malam fidem, & impedit præſcriptionem: ſecus ſi non vehemens, & quis in præſcriptione dicatur dubitare, traditur per Sarmien. *ſelect. interpret. cap.* 10. *num.* 5 *& ſeqq. lib.* 2. & an dubitatio ſuperueniens (de hoc particulariter vide etiam infrà *num.* 49.) impediat præſcriptionem, vide Villalob. *P. ſub num* 203. *&* 213. & faciunt in ſimili infrà tradita de mala fide ſuperueniente *num.* 5. *& in Repert. contr. verſic. dubitans, num.* 21. inter diuerſa. Vide Lamberten. *de contract. gloſſ* 3. *num.* 7. vbi quòd dubitans non poteſt præſcriptionem inchoare, licèt bene poſſit inchoatam perficere, & idem Maſcard *concluſ.* 104. *& ſeq.* vbi de communi, & quid ſi habuit iuſtam cauſam dubitandi, vide *ibidem.*

5 Præſcriptio quomodo currat quando quis erat à principio in bona fide, & poſtea ſuperuenit mala fides, vel e contra, traditur per Sarmien. *d c.* 10. *n.* 9. *& ſeq.* Soc *reg.* 250. vbi quando bona fides ſuperueniens proſit malæ fidei poſſeſſori.

6 Præſcriptio incepta cum mala fide, an, & quando noceat eius ſucceſſori, & ſic quando mala fides defuncti noceat hæredi, generaliter de hac materia præter infrapoſita vide Villalob. *lib. P. num* 108. *& ſeqq.* Nouell *reg.* 88. Roland. *conſ.* 6. *num.* 47. *vol.* 1. vbi quòd ſecundùm magis communem mala fides defuncti nocet etiam ſucceſſori hæredi, & plures pro hac communi concordantes allegat Lamberten. *de contract. &c. gloſſ* 1. *num.* 285. omnino vide Ioſeph. Lud. *in com. opin. lib.* 1. *concl.* 16. *illat.* 63. vbi ampliat, & limitat pluribus modis regulam communem, quòd videlicet mala fides authoris defuncti noceat hæredi.

7 Ad quod aduertas quòd mala fides defuncti non nocet hæredi volenti ex ſua perſona inchoare præſcriptionem, vt per Lamberten. *d. gloſſ.* 1. *num.* 180. *& ſeqq.* vbi tamen hoc intelligit de iure ciuili, ſecus de æquitate canonica, ſecundùm quam mala fides defuncti nocet hæredi etiam volenti ex ſua perſona inchoare præſcriptionem, ſecundùm communiorem opinionem, quam relatis, & confutatis contrariis defendit *ibidem* Lamberten. qui id ampliat procedere etiam in præſcriptione longiſſimi temporis 30. & 40. annorum, & *num.* 286. dicit quòd iſto caſu attenditur ius Canonicum, & non ciuile.

8 An autem mala fides defuncti cauſata ab errore iuris, & ſic an error iuris defuncti noceat hæredi, & impediat præſcriptionem, ſicut impediebat in defuncto, vide diſputantem, & declarantem Lamberten *de contract. &c. gloſſ.* 1. *num.* 279. 287. *& ſeqq. vſque ad num.* 296.

Et an mala fides ficta, ſeu præſumpta defuncti noceat hæredi, vide *ibid* per Lamberten. *d. n.* 279. *&* 287. *& ſeqq. vſque ad* 296. videlicet in diſcurſu. 9

Fides autem bona, an, & quando præſumatur? vide generaliter, & pulchè per Menoch. *de recup. poſſ. pag. mihi* 198. *n.* 64. *& ſeqq. in* 1. *impreſſione*, & pulchrè etiam *de arbitr. quæſt. caſu* 225. *per totum*, vbi è contra, ex quibus, & quando mala fides præſumatur, *ibi* plures enumerantur caſus, prout etiam aliqui ponuntur caſus. Redoan. *de reb. Eccleſ pag.* 417. *& ſeq. num.* 1. *& ſeqq.* vide Doct. infrà allegatos *num.* 52. *& ſeqq.* Quòd bona fides regulariter præſumatur, ponit Redoan. *de reb. Eccleſ. pag.* 416. *num* 3. 4. 5. *& pag* 417. *num.* 9. *&* 10. & Maſcard. *de probat. concluſ.* 1003. *num.* 12. *& concluſ.* 224. *num.* 1. *& ſeq. & num.* 18. vbi quòd hæc regula maximè procedit quando agitur de damno vitando, *& concluſ.* 231. *n.* 1. *& concl.* 1004. *num.* 2. *& ſeq.* vbi quòd mala fides non præſumitur, ideò per allegantem probanda. Ad hanc materiam, quando ſcilicet quis dicatur bonæ, vel malæ fidei poſſeſſor, vide omnino Thom. Sanchez *in præcept. Decalogi lib.* 2. *c.* 23 *n.* 158. *& ſeqq.* 10

Fides mala probatur indiciis. Marſil. *ſing.* 34. Menoch. *d. caſ.* 225. vbi etiam quòd iſta indicia dependent iudicis arbitrio, & idem de bona fide quòd probetur coniecturis. Maſcard. *concl.* 226. *n.* 1. *&* 1004. *n.* 65. vbi de mala fide. 11

Fides bona, an, & quando præſumatur ex titulo. Diaz *reg.* 557. *& ſeq.* Villalob. *B. num.* 40. *& ſeqq.* vide etiam Doct. ſuprà allegatos *num.* 10. quòd ex titulo bona fides præſumatur, Reduan. *pag.* 416. *num* 1 *in tract. de reb. Eccleſ.* Maſcard. *concluſ.* 228. *num.* 1. *& ſeqq.* vbi *num.* 4. ampliat, & quòd titulus ſit inualidus, ad quod vide etiam infrà *ſub num.* 45. *& concluſ.* 219. *num.* 1. vbi quòd bona fides præſumitur ex titulo renunciationis, *& num.* 2. vbi idem ex titulo diuiſionis. 12

Fides bona an præſumatur in poſſeſſore non habente titulum? Dic quòd vbi non adeſt titulus, ibi mala fides præſumitur, ſecundùm Menoch *d. caſu* 225. *num.* 4. relatum per Maſcard. *concluſ.* 224. *num.* 12. *&* 13. *& concluſ.* 218. *num.* 8. *&* 9. vbi ampliùs loquitur, etiam ſi in poſſeſſore longi temporis, puta 30. annorum, & *concl.* 231. *ſub num.* 1. vbi quòd ex poſſeſſione non præſumitur bona fides, niſi poſſeſſor habeat verum, vel ſaltim putatiuum titulum, etiam iniuſto errore cauſatum, qui ſufficit, ſed ſine vllo titulo bona fides non præſumitur, vt *ibi*, *& in concluſ.* 104. *num.* 4. *&* 7. *& concluſ.* 104. *num.* 11. *&* 43. Sed contrarium quòd bona fides præſumatur etiam in poſſeſſore non habente titulum, videtur text *in l. pen. C. de euict.* gloſſ. & Doct. *in cap. ſi diligenti, de præſcript.* Balb. *in repet. l. Celſus, ff de præſcript. pag... num...* Felin. *in d. cap. ſi diligenti, num.* 4. *col.* 2. *verſ. pro communi opinione.* Curt. iun. *conſ.* 28. *n.* 4. vide ad materiam Doct. ſuprà allegatos *num.* 10. *&* 12. & hanc vltimam opinionem dicit communem Redoan. *pag.* 417. *num.* 9. Maſcard *concl.* 224. *num.* 3. 4. 14. *& ſeqq.* vbi hanc opinionem dicit communem, & reſpondet contrariis, *& concluſ.* 231. *n.* 2. *& concl.* 1004. *num.* 10. *&* 12. 13

Sed limita quando alius antiquior appareret poſſeſſor, quia tunc iunior poſſeſſor præſumitur in mala fide, ſi titulum non habeat, vt *ibid. n.* 5. *& concl.* 104. *n.* 13.

Sublimita I. vt hoc verum ſit quoad ipſum antiquiorem poſſeſſorem ſolum, qui hoc opponere poteſt, ſecus quoad tertium, vt *ibid. n.* 14. licèt alij contrà *n.* 15. & idem *in concluſ* 228. *n.* 13. licèt aliqui *ibidem* relati contrarium dixerint.

Sublimi

Sublimita II. quia antiquior poſſeſſor defectum tituli, & ſic malam fidem non poteſt oponere, niſi infra 30. annos Maſcard. *concl.* 1004. *n.* 16.

14 Pides bona an, & quando præſumatur ex temporis diuturnitate, vide diſtinguentem Menoch. *de arbitr. quæſt. caſu* 43. *lib.* 2. *per totum.* Aym. *de antiq. temp. pag. mihi* 101. *num.* 16. *& ſeqq.* vbi inter alia *num.* 20. dicit quòd diuturnitas temporis tollit malam fidem præſumptam, ſed non malam fidem veram, & idem Maſcard. *conclnſ.* 225 *num.* 5. *& ſeqq.* & faciunt ſuprà tradita *num.* 1. Pro negatiua, & vltima opinione Alba. *conſil.* 28. *num.* 1. *&* 2. vbi quòd mala fides non poteſt allegari poſt 30. annos, & idem tradit Afflict. *deciſ.* 240. *num.* 3. Ad quam materiam vide diſputantem & diſtinguentem Lamberten. *de contract.* &c. *gl.* 1. *n.* 300. *& ſeqq. vſque ad* 306. Pariſ. *conſ.* 32. *n.* 18. *vol.* 3. *& conſ.* 111. *num* 6. *vol.* 1 *& conſ* 15. *n.* 22. *& ſeq. eodem vol.* 1. *& conſil* 93. *num.* 26. *vol.* 3. Redoan. *pag* 416. *n.* 2. vbi quòd ex longa poſſeſſione annorum 40. præſumitur bona fides, etiam ſine titulo. vide infrà *n* 45.

15 Fides mala præſumitur in eo, qui ſcit, vel ſcire debet rem ad alium pertinere. Ceph. *conſ.* 161. *n.* 31. exornat Maſcard *concl.* 1004. *n.* 36. *& ſeq.* vbi etiam idem de eo, qui ſcire poterit, vel ſcire præſumitur, ſtatim enim quòd quis ſcit rem eſſe alienam, dicitur eſſe in mala fide. Redoan. *in reb. Eccleſ. pag.* 418. *n.* 6. Maſcard. *concl.* 224. *num.* 13.

16 Fides bona an præſumatur in eo, qui peritiores conſuluit, vel alicui viro fide digno credidit. poſui *in crim. q.* 51. *n.* 25. *& ſupr. q.* 64. *n.* 83. *& ſeqq.* Redoan. *de reb. Eccleſ. pag.* 416. *n.* 3. vbi quòd ex relatione alicuius fide digni. ad idem Maſcard. *concl.* 1004. *num.* 58. aſſerentis rem fuiſſe authoris, inducitur bona fides in ſucceſſore, *& n.* 6. vbi etiam quòd inducitur bona fides ex teſtibus, non in figura iudicij, & idem de mala fide, quòd probetur ex teſtibus extraiudicialibus, ponit Maſcard. *concl.* 1004 *n.* 53. aliquid atteſtantibus, *& pag.* 417. *n.* 7. vbi quòd dictum ſerui, vel Procuratoris mei, vel eius, cui ſucceſſi, tribuit iuſtam cauſam erroris, & ſic bonam fidem. Maſcard. *concluſ.* 218. *num.* 5. vbi quòd bona fides inducitur ex aſſertione maiorum ſuorum, puta aui, proaui, & ſimilium. Sed an ex relatione tertij è contra præſumatur mala fides, vide Menoch. *de arb.* 97. *d caſu* 225 & Redoan. *pag.* 416. *n* 7. *& pag.* 417. *n.* 4. vbi quòd ſic in non habente titulum, ſecus in habente titulum, qui iſto caſu non tenetur credere illi teſti ſic referenti.

17 Præſcriptio autem an currat cum errore, & quando, vide Diaz *reg.* 170. Aym. *de antiq tar.* 199 *n.* 7. *& ſeqq.* Viu. *in com opin. pag. mihi* 171. *in parua in* 1. *impreſſione*, & quid ſi error conſiſtat in facto, vide *in Repert. crim. q.* 51. *n.* 11. vbi eſt locus ſuus.

18 Regula ſit quòd errans in iure non præſcribit. Lambert, *de contract.* &c. *gloſſ.* 1. *num.* 274. *& ſeqq.* vbi pro hac regula, & concluſione plures adducit concordantes, & illam defendit à contrariis.

19 Amplia, vt errans in iure non præſcribat, ſiue potuerit, ſiue non potuerit conſulere peritiores. Lamberten. *d. gloſſ.* 1. *num* 178.

20 Amplia vt errans iure non præſcribat, ſiue contractus ab eo factus ſit nullus ipſo iure, ſiue etiam veniat per ſententiam annullandus. Lamberten. *de contract. d. gloſſ.* 1 *num.* 319. licet aliqui *ibi* per eum relati *n.* 318. contrarium dixerint.

21 Amplia, vt nec erranti in iure currat præſcriptio 30. annorum, ſecundùm communiorem opinionem, quam defendit à contrariis Lamberten. *d gloſſ.* 1. *n.* 298. *& ſeqq.* vbi tamen *n.* 306. diſtinguendo dicit, quòd errans in iure non aſſiſtente actui poteſt præſcribere ſpatio 30. annorum, ſecus in errante in iure reſiſtente, & idem concordando contrarias opiniones, tradit *n.* 317. vide ad hanc ampliationem tradita in ſimili *in Repert. vlt. vol. q.* 1. *n* 34. *verſ. limita* 3. &c.

Limita I. quia licet errans in iure non præſcribat ſpatio 30. annorum, ſpatio tamen immemorabili centum annorum præſcribit. Lamberten. *d gloſſ.* 1. *n.* 312. *& ſeqq.* vbi tamen *in num.* 317. hoc intelligit procedere in errante in iure non aſſiſtente, ſecus in errante in iure reſiſtente, ſicut in ſimili de præſcriptione 30. annorum ſuprà dixi *in num. anteced.* adde aliquid in ſimili *in Repert. vlt. volunt. quæſt.* 1. *num.* 34. *ſub verſic. limita tertiò*, &c. 22

Limita II. vt errans partim in iure, & partim in facto poſſit præſcribere. Lamberten. *d. gloſſ.* 1. *num.* 296. *&* 297. vbi hoc remiſſiuè declarat. 23

Limita III. quia errans in iure dubio præſcribit. Lamberten. *d. gl.* 1. *n.* 145. & facit, quia ignorantia iuris dubij excuſat, vt ſuo loco dictum eſt ſuprà *q.* 64. *n*... 24

Sed an error iuris circa priuilegium, vel ſententiam impediat præſcriptionem, vide *ibid.* per Lamberten. *d. gloſſ.* 1. *n* 320. *& ſeqq.* 25

Fides bona in corporalibus non præſumitur, niſi probetur. Roland. *conſ.* 9. *n.* 42. *vol* 3. 26

Fides mala accuſatur ex interpellatione facta per debitorem creditori, iſto enim debitor non poteſt prætendere ignorantiam debiti, ideo vt malæ fidei poſſeſſor non præſcribit, vt per Lamberten. *de contr. gloſſ.* 3. *num.* 71. 72. *&* 73. vbi hoc ampliat etiam, quando dies interpellat pro homine. faciunt in ſimili tradita *num* 38. 27

Hypothecaria actio nunquam præſcribitur per debitorem malæ. Lamberten *de contract gloſſ.* 3. *num.* 67. *in princ & in fine.* 28

Quando debitor ignorat debitum, tunc dicitur eſſe in bona fide, ideò illud præſcribere poteſt. Lambert. *de contract. gloſſ.* 3. *n.* 75. 29

Præſcriptio currit cum mala fide in ſeruitutibus tam ruſtici, quàm vrbani prædij, & de materia vide infrà *verſ præſcriptio*, *n.* 50. An currat cum mala fide in pœna conuentionali, dixi infrà *q.* 99. *n.* 17. In actionibus verò temporalibus, vtputa redhibitoria, quanto minoris currit præſcriptio, etiam cum mala fide, vt per Lambert. *de contract. gloſſ.* 3. *n.* 80. vbi declarat. 30

Præſcriptio quando currat in actionibus perſona- 31
libus, & perpetuis cum mala fide, & ſic quando debi-
tor malæ fidei præſcribat debitum, plures fuerunt
opiniones Doctorum. Alij dixerunt quòd in foro fori 32
debitor malæ fidei præſcribit, ſecus in foro poli, &
conſcientiæ, relati per Lamberten. *de contract gloſſ.* 3.
n. 81. vbi de communi. Alij dixerunt quòd ſi debitor 33
tenetur debitum ad domum creditoris portare, vel
offerre, & non præſcribit cum mala fide: ſecus ſi non
tenetur ire ad domum creditoris, *n* 82. Alij dixerunt 34
quòd ſi debitor eſt in mora, tunc cum mala fide non
præſcribit: ſecus ſi non ſit in mora, *d. n.* 82. *in fine.* Alij 35
dixerunt quòd ſi lex, vel ſtatutum dirigit verba ad debitorem, quòd præſcribat, ſi creditor non petierit debitum, & tunc ipſe debitor non præſcribit cum mala fide, niſi lex, aut ſtatutum id expreſsè dixerit: ſecus ſi verba dirigantur in creditorem, quòd cadat à iure ſuo ſi creditum non petierit, quia tunc currit præſcriptio
non obſtante mala fide, *num.* 83. Alij autem dixerunt 36
quòd ſi agatur inter Clericos, & in terris ſubiectis Eccleſiæ, debitor malæ fidei non præſcribit, ſecus in terris non ſubiectis Eccleſiæ, & inter laicos, *n.* 85. Verior, magis communis, & practicata eſt opinio, quòd indiſtincte debitor malæ fidei non præſcribit, etiam in foro fori, etiam quòd non teneatur offerre debitum ad domum debitoris, etiam quòd debitor non ſit in mora. etiam quòd lex, ſiue ſtatutum dirigat verba in creditorem. Et inter laicos, ac etiam in terris non ſubiectis Eccleſiæ, vt latè per Lambert. *d. gl.* 3. *n.* 84. *&* 86.

Fidea

38 Fides mala causatur ex denonciatione partis facta emptori, ne emat à Titio, quia vendit rem quæ ad ipsum non spectat, quia emendo contra talem notificationem non potest prætendere ignorantiam, & efficitur malæ fidei possessor. *l. si fundum, C. de rei vendicat. L. ait Prætor, §. si quis particeps.* vbi Paris. & Alber. *ff. quæ in fraud. cred.* Menoch. *cas.* 225. *n.* 5. Virg Boccac. *in consil. March. gl.* 9. *num.* 34. Redoan. *de reb. Eccles. pag.* 417. *n.* 2. faciunt tradita *in Repert. crim. quæst.* 30. *num.* 42. Mascard. *concl.* 1004. *num.* 24.

Amplia I. etiam quòd denunciatio sit facta à Procuratore non habente mandatum, *num.* 25. *& seqq.* vbi respondet contrariis.

Amplia II. etiam quòd denunciatio sit facta à custode rei, *num.* 30. *& seq.*

Amplia III. quia contrahens in dubio semper debet credere denonciantem habere authoritatem denunciandi, etiam quòd non sit dominus, *n.* 33.

Limita, dummodo denunciatio fiat ante emptioné, secus si pòst, *n.* 41. *&* 42. vbi declaratur hæc limitatio.

39 Fides bona an causetur ex iniustis, & temerariis causis, dixi *in Rep. crim. q.* 51. *n.* 11. ponas hîc.

40 Fides bona, vel mala, an, & quomodo inducatur ex publica voce, & fama, vide Redoan. *de reb. Eccles. pag.* 418. *n.* 6. Sed an mala fides probetur per famam, dixi *in Rep. crim. q.* 81. *n.* 37. & *ibi* posita ponas hîc. dixi aliquid *in tit. de indic q.* 47. *n.* 126. *lib.* 2. Mascard. *concl.* 1004. *n.* 34. vbi quòd mala fides inducitur si in vicinia erat fama rem non esse vẽditoris, sed alterius, *& n.* 40. vbi è contra quòd inducitur bona fides ex fama quòd res erat venditoris, licèt re vera nõ esset, *& n.* 55. vbi quòd nec per famam rem non esse venditoris inducitur mala fides, quando quis emit ab habente titulum, cui magis credere tenetur, quàm famę, & est pulcra limitatio pro primo dicto quòd sic, Masc. *conclus.* 230. *num.* 3. *& conclus.* 1004. *n.* 4.

41 Fides bona consistit in animo, & conscientia, ideo ea probatur ex assertione possessoris. Redoan. *de reb. Eccles. pag.* 417. *n.* 10. Iuratæ enim assertioni alicuius super bona fide regulariter standum est. Mascard. *conclus.* 227. *num.* 1.

Limita I. dummodo præcedat titulus, secus si asserens titulum non habeat, *n.* 2.

Limita II. nisi in contrarium adesset aliqua iuris præsumptio, *n.* 3. *& seq.*

Limita III. nisi contrarium probetur, *n.* 6.

Limita IV. quando iurans non esset vir bonæ famæ, *num.* 7.

42 Fides mala præsumitur in eo, qui contrahit contra ius, vel sine iuris solemnitatibus. dixi *in Rep. crim. q.* 30. *num.* 13. *& seqq. &* *n.* 36.

43 Fides bona licèt in dubio præsumatur, vt dixi supr. *n.* 10. illa tamen est allegenda, & omittens talem allegationem, succumbere debet. Mascard. *concl.* 224. *n.* 19. *& seqq. & concl.* 1004. *n.* 18.

Limita I. quia sufficit tacita allegatio bonæ fidei, quæ ex deductis colligatur, *ibid. n.* 22. *& seq.*

Limita II. in præscriptione cuius initij, &c. in qua allegatio bonæ fidei non est necessaria, *ibidem n.* 25. & faciunt suprà tradita *vers. præscriptio, n.* 28.

44 Fides bona non præsumitur, sed est probãda, quando statutum bonam fidẽ requirit. Masc. *concl.* 224. *n.* 26. Declara quia isto casu sufficit probatio bonæ fidei, sufficit per præsumptiones, & coniecturas, *n.* 27. *&* 28.

45 Ad ea, quæ suprà posui *n.* 14. adde Masc. *concl.* 225. *n.* 1. *& seqq* vbi quòd bona fides præsumitur. Sed contrà *ibid num.* 19. vbi quòd licèt ex diuturnitate temporis tollatur præsumptio malæ fidei, non per hoc inducitur præsumptio bonæ fidei, & malæ fidei præsumptio purgatur per diuturnitatem temporis, videlicet 30. vel 40. annorum.

Amplia I. etiam ex concursu decem annorum, vt *ibidem num.* 14.

Amplia II. vt etiam ex actu nullo inducatur bona fides, propter temporis diuturnitatem, *ibid. n.* 13.

Limita I. nisi in contrarium adsit aliqua alia præsumptio malæ fidei fortior. exemplum vt *ibidem* per Mascard. *num.* 15. *& seq.*

Limita II. quia in prima persona quæ incipit præscribere, diuturnitas temporis non inducit præsumptionem bonæ fidei, *ibid. n.* 12.

Limita III. in mala fide inducta, seu præsumpta à statuto, quòd illa non tollitur per diuturnitatem temporis, *ibid. num.* 17.

Limita IV. vt conclusio procedat vbi agitur de modico præiudicio tertij, secus si de graui præiudicio, *ibid. n.* 21. quæ limitatio si vera est, magna est.

Limita V. quia talis præsumptio admittit probationem in contrarium, puta per instrumenta, per confessionem, *n.* 21. 22. 25. *& seq.* vbi etiam quòd admittitur probatio cõtraria per indirectum, vt *ibi* exemplificat.

Limita VI. dummodo cum diuturnitate temporis concurrat titulus, secus si sine titulo; sed de hac limitatione dixi suprà *num.* 13.

Limita VII. quando ius commune resistit possidenti, quia tunc ex possessione diutina 30. annorum non præsumitur bona fides. Mascard. *concl.* 128. *n.* 10. *& concl.* 232. *n.* 2. *& concl.* 1004. *n.* 17.

Sublimita in præscriptione longissimi temporis, quia tunc præsumitur bona fides, etiam quòd possessio sit contra ius, *ibid. n.* 11.

Fides bona causatur ex auctoritate Principis. Masc. *concl.* 230. *n.* 4. *&* 5. vbi idem ex dicto, & verbis Superioris. 46

Fides bona probatur per depositionem vnius testis. Masc. *concl.* 231. *n.* 1 *&* 2. Hector Æmil. *de testib. verb. scitu bonam, vel malam fidem deponens, n.* 3. *fol.* 348. 47

Fides mala probatur ex confessione extraiudiciali illius, puta qui coram aliquibus dixit se scire rem alterius esse. Masc. *concl.* 1004. *n.* 44. 48

Amplia etiam quòd talis confessio sit facta parte absente, *num.* 45. *&* 46.

Fides mala præsumitur in eo, qui postquam incepit possidere, procurauit titulum habere. Mascard. *d. conclus.* 1004. *n.* 47. Intellige, dummodo talis procuratio tituli fuerit facta postquam quis fuit vocatus ad iudicium, secus si antea, *ibid. n.* 50. 49

Fides mala item præsumitur in eo, qui emit à Procuratore non habente mandatum, vel habente, sed nullum, & insufficiens, Masc. *concl.* 1004 *n.* 54. *& seq.* 50

Limita nisi emens ex relatione alicuius viri fide digni, vel ex aliqua alia iusta causa, crediderit ementem habere mandatum, *ibid n.* 56. *&* 57.

Item limita quando in illa vicinia erat generalis fama, quòd vendens habebat mandatum, *n.* 60.

Fides mala præsumitur in eo, qui possessionem suam non fundat, nisi in priuilegio. Masc. *concl.* 1004. *num.* 61. 51

Fides mala præsumitur in eo, qui contrahit cum statim consumpturo. dixi *in Rep. contract. q.* 41. *n.* 18. *&* 65. 52

Quæstio XCVII.

De pœna negantis verum, multaque in materia mendacij.

Summarium.

1. *Negantis verum pœna, & materia generaliter.*
2. *Regula sit quòd negans id quod est causa alicuius beneficij, illud beneficium amittit*

3. *Quid de eo, qui negat se possidere.*
4. *Quid de feudatario negante feudum, & 24.*
5. *Quid de emphyteota negante emphyteosim.*
6. *Quid de negante depositum.*
7. *Negans delictum, de quo postea conuincatur, an admittatur ad se excusandum.*
8. *Negans propriam scripturam quid admittat.*
An possit excipere de non numerata pecunia, ibid.
9. *Mutui quantitas an probetur iuramento creditoris in odium negantis illud, & seq.*
10. *Quid si negatio sit conditionalis.*
Quid si quis dicat se ad petita, prout petuntur, non teneri, ibid.
11. *An opponere compensationem.*
12. *Negans instrumentum non potest opponere de nullitate ob non adhibitas solemnitates.*
13. *Ex mendacio præsumitur dolus.*
14. *Mendax in vno, an præsumatur mendax in alijs, & seq. & num. 20.*
15. *Negans positiones veras in quid incidat.*
16. *Mendacium commissum sine dolo non punitur.*
17. *Mendacium reuocatum non punitur.*
18. *Mendacium non punitur nisi in casu expresso.*
19. *Mendacium non præsumitur nisi probetur.*
Negans ad hoc vt puniatur, debet conuinci de mendacio per contrarias probationes aduersarij, ibid.
20. *Negans partem, pro parte punitur, non in totum.*
21. *Mendacium, & delictum, & turpitudo.*
22. *Negans debitum an possit cedere bonis.*
23. *Mendax an in expensis condemnetur.*
25. *Negans se hæredem, priuatur hæreditate.*
26. *Quid de conductore negante locatorem dominum.*
27. *Quid de negante rem a suo authore possessam.*
28. *Mendax habet contra se præsumptionem in alijs delictis.*
30. *Mendacium quid sit.*

1 NEGANS verum, an, quando, & quas pœnas incidat, & de mendacij pœna, & materia, vide omnino præter infraposita multis modis inferentem, & declarantem Gabr. *lib. 5. tit. de acquir. vel amittend. poss. conclus. 5. per totam.* Plot. *in l. si quando, n. 6, 8. & seqq pag. mihi* 378. & in eius Repert. *verb. Mendacij,* vbi, & latè infert Marsil. *sing.* 242. Diaz *reg* 481. & 485. Duen. *reg.* 329. & 325. *circa finem,* vbi remissiuè. *dec Bonon.* 89. Cotta *in memorab. pag. mihi* 575. & *seq.* & *pag.* 598. Pacian. *de probat. in Repert verb. negare,* vbi latissimè Celsus Bargal. *in tract de dolo, lib. 5. cap.* 12. vbi etiam latissimè.

2 Regula est quòd negans id quod est causa alicuius beneficij sibi competentis, illud beneficium amittit, Bart. *in l. si dubitetur, §. 1. ff. de fideiussor.* Gabr. *d. 5, conclus. num.* 21, *in 6. amplias.* Hippol. Riminald. *cons.* 245. *n.* 8, & *seqq. lib.* 3. *l. sed hec ita. §. quod autem,* vbi Bart. Imol. Alex. & Ias. *ff. de re iud.* Io. Ant. Trigon. *sing.* 75. *n.* 1. vbi infert breuiter ad plura.

3 Hinc est quòd negans se possidere, si de mendacio conuincatur, possessione sua priuandus est, *ad l fin. ff. de rei vendicat.* ad cuius conclusionis materiam vide omnino ampliantem, & limitantem Gabriel. *d. conclus. quinta per totam.*

4 Hinc est quòd feudatarius, qui negat rem esse feudalem, feudum amittit, vt *ibidem* per Gabr. *n.* 2. *vers.* 1. *infertur,* &c. vide *infrà n.* 24. de materia Redoan. *de reb. Eccles. pag.* 526. *num.* 1. & *seqq. vsque ad n.* 7. pro illatione Io. Ant. Trigon. *sing.* 75. *n.* 1. *in vers. similiter vasallus,* &c.

5 Hinc est quòd emphyteota negans rem emphyteoticam priuatur emphyteosi. Grat. *respon.* 91. *n.* 10. & *resp.* 115. *num.* 30. *vol.* 1. ad quod vide Gabriel. *d. conclus.* 5. *lib.* 5. *tit. de acquir. possess. num* 3 vbi pro ea contra Redoan. *de reb. Eccles. pag.* 526. *num.* 7. & *seqq. vsque ad num.* 14. vbi de materia.

Hinc etiam est quòd negans depositum dicitur furtum committere, si postea de illo conuincatur, vt per Boss. *in tit. de furt. n.* 45. & *seqq.* est text. *in l. hæreditatum, §. fin. ff. ad leg. falcid.* vbi paria sunt negare bona esse hæreditaria, & ea subtrahere. & *l.* 1. *§. sola,* & *l. infitiando. ff. de furt.* cum alijs, de quibus per Aym. *consil.* 287. *sub num.* 2. vide *in Repert. contract. vers. Depositum, num.* 4. posui *in tit. de furt.* 6

Hinc etiam est quòd negans se commisisse delictum, si postea illud fateatur, non admittitur ampliùs ad se excusandum. quod an verum sit, videas per Boss. *in tit. de fals. num.* 66. & ea quæ dixi *in crim.* in materia confessionis qualificatæ. 7

Hinc est quòd negans propriam scripturam, si de mendacio conuincatur, punitur. posui *in fragmentis in rubr. Comparatio litterarum quid, & quantum probet in crim.* vt per Io. Andr. *in c. cùm vno, n.* 1. *de sent. & re iudic.* Gabr. *d.* 5. *concl. n.* 11. vbi quòd negans propriam scripturam, non potest ampliùs opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, quin tenetur ad duplum, vt est text. *in Auth. contra, qui propriam,* & ibi Doct. *C. de non numerat. pecun.* & *in § si quis prætulerit, in Auth. de trien. & semiss.* 8

Hinc etiam est quòd negans debitum, puta mutuum, si postea de illo conuincatur, eius quantitas probatur iuramento creditoris. quod an verum sit, & quando, & de materia, *decis. Pedem.* 96. Put. *decis.* 291. *lib.* 2. *per totam.* Marsil. *sing.* 322. Rip. *in l. admonendi, n.* 188. *ff. de iureiuran.* Aym. *de antiq. temp. pag. mihi* 67. *num.* 10. & *seqq.* & *car.* 85. *num.* 9. & *seqq.* Cæpoll. *caut.* 21 c. Phanuc. *de in lit. iuran pag.* 5. *num* 8. Plot *in l. si quando n.* 660. & *seqq. C. vnde vi,* & *in §.* 36. *num.* 6 & *seqq. decis Perus.* 100. *part.* 1. *decis. Lucen.* 42. *num.* 27. & *seqq part.* 1. vbi generaliter dicit quòd quando constat de substantia debiti, eius quantitas postea probatur iuramento. Sciatic. *in pract. iudic. cap.* 20. *num.* 40. Ioseph Ludouic. *in comm. opin. lib.* 1. *conclus.* 29. *versic.* 10. *requiritur, & sequentibus.* 9

Aduerte tamen quòd prædicta procedunt quando reus à principio totum debitum simpliciter negauit, secus ac si fassus esset debitum, & negasset quantitatem, vel negatio esset conditionalis, quia tunc super quantitate non defertur reo iuramentum, vt per Plot. *vbi suprà,* & facit Paris. *cons.* 104. *num.* 16. *vol.* 3. vbi quòd quando reus negat se ad petita, prout petuntur, teneri, dicitur conditionaliter negare Ideo non incurrit negans aliquam pœnam secũdum magis communem, quam latè comprobat Io. Anton Trigon. *sing.* 75. *n.* 3. & 4. licèt Bald. Ant. de Butr. & Felin. *ibi* allegati contrarium tenuerint, & quòd isto casu negatio hæc conditionalis non afficiat negantem, tradit idem Gabr. *d.* 5. *conclus. n.* 18 *in* 3. *limit.* Ioseph Ludou. *vbi suprà vers. secundò respondet,* &c. Mascard. *concl* 1040. *n* 6. 10

Hinc etiam est quòd negans debitum non potest compensationem opponere, de qua tamen vide in materia compensationis, vbi dixi. 11

Hinc etiam est quòd negans contractum, & iuramentum, quod postea reperiatur, omnia in odium negantis præsumuntur solemniter acta, de quo tamen dixi suprà *quæst.* 79. *num.* 7. 12

Amplia modò supradictam principalem regulam I. vt contra negantem verum dolus præsumatur. Ex mendacio enim dolus præsumitur, dicit tex. *in l. si quis affirmauerit, ff. de dolo.* Bart. *in l. Procurator, qui pro euictione. ff de procurat.* Iacob. Port. Imolen. *cons.* 78. *in princ.* Aym. *cons.* 2. *n.* 13. *vol.* 1. cum alijs, quos refert, & sequitur Bronor. à Sole *in suo cons. crim. n.* 37. Aym. *de antiq. pag. mihi* 86. *sub n.* 16. & 18. vide in materia Blanc. *de indic. n.* 265. & faciunt in proposito tradita *in crim. vers. mendacium,* &c. Hippol. Riminal. *cons.* 174. *num.* 67, *lib.* 3. quòd ex mendacio, & falsa expressione 13

de

de hoc idem Mascard. *concl.* 531. *n.* 37. *lib.* 1. *& n.* 76. vbi etiam quòd dolus præsumitur in asserente id, quod ignorat, & quòd dulus arguatur ex falsa affirmatione, ponit Moron. *de fide, &c. quæst.* 17. *num.* 16. *& seqq.* tradunt Aym. *consil.* 282. *num.* 7. pulchrè Decian. *consil.* 32. *n.* 24. *& seq. vol.* 3. Pro primo dicto adde Mascard. *de probat. in* 1. *lib. conf.* 531. *n.* 19. *& seqq.* vbi *n.* 21. *& seq.* quòd non debeant procedere quando ex mendacio non resultat aliquod commodum, &c. & ita etiam limitat *in n.* 76 *&* 77. faciunt tradita *in Repert crim. vers. Iudicium, n.* 16. *&* 25. & quid de eo, qui facit veritatem, vide *in Repert. crim. q.* 30. *n.* 41. Hæc posita in impressis *quæst.* 89. *In tit. de reo confess. & conuict.*

14 Amplia II. vt mendax in vno, præsumatur mendax & in cæteris. Aym. *de antiq. n.* 16. *&* 18. Masc. *consil.* 1039 *n.* 7. *& concl.* 1003 *n* 54. *lib.* 2. & faciunt tradita *in crim.* in materia, testis in parte falsus, an in totum reputetur falsus, vide *infr. n.* 20.

15 Negans autem vnam positionem, si de mendacio conuincatur, an habeatur pro confesso, & in aliis, & sic an mendax in vna positione, præsumatur mendax & in aliis? Dicas, quòd sic, vt per Nattam *cons.* 59. *lib.* 1. & Castren. *cons.* 302. *lib.* 2. vide aliquid *In Repert. crim. quæst.* 90. *num.* 11.

16 Limita I. regulam suprà firmatam non procedere In mendacio commisso sine dolo, vel lata culpa. negans enim verum sine dolo, puta ignoranter, non punitur, vt per Gabriel. *lib.* 5. *tit. de acq. poss. concl.* 5. *limit.* 1. *n.* 16. ad quod vide Plot. *in l. si quando, n.* 671. *C. vnde vi,* & suprà *n.* 13. & pro hac prima limitatione vide Sarmien *select. interpr. lib.* 3. *c.* 13. *n.* 6. *& vers. tertio verò casu*, vbi quòd mendacium sine dolo commissum non est delictum, nec turpitudo, per *l. qui iurasse, ff. de iureiurან.* Adde pro eadem limitat. Io. Ant. Trigon. *sing.* 75. *n.* 2. vbi adducit concordantes, & facit diffinitio mendacij, de qua infrà *n.* 29.

17 Limita II. in eo, qui mendacium suum reuocat ante litis contestationem, vel antequam sit conuictus, quia tunc non punitur per præcedentem veritatis negationem Gabr. *ibid. in* 2. *limit. n* 27.

18 Limita III. quia mendacium non punitur nisi in casu à iure expresso. Menoch. *de arb. quæst. casu* 276. *n.* 8. Bonacoss. *in com. opin sub vers. Negans in delictu.* Bald. *cons.* 15. *Ad euidentiã lib.* 1. vide aliquid contrà *infr. n* 12.

19 Limita IV. quia mendacium non præsumitur nisi probetur, vt per Bonacossam *sub d. vers Negans in delictu.* Imò ad hoc vt negans puniatur, necesse est vt de mendacio conuincatur, non ex propria negantis confessione, sed ex probationibus per aduersarium factis, vt per Gabr *vbi supr. n* 31. *in* 6. *limit.* quòd mendacium non præsumatur, Mascard. *concl.* 1039. *n.* 6. 3. 4. vbi præsertim in viro honestiori, & digniori. limita in eo, qui alias fuit mendax, quia & in futurum etiam præsumitur mendax, per regulam *semel malus, n* 12. *& seqq.*

20 Limita V. quia negans verum, punitur pro ea parte, pro qua est mentitus, non in totum. Gabr. *vbi supr. num.* 30. *in* 5. *limit.* vide suprà *n.* 14.

21 Adde in materia mendacij quòd mendacium est delictum & turpitudo. *l. electio.* §. *si u, ff. de noxal. l.* 3 *ff. quod cum eo*, cum aliis, de quibus per Sarmien. *select. Interpr. lib.* 3. *c.* 13. *n.* 4. Sed an hoc delictum, quod ex mendacio resultat, punibile sit, nec ne, vide suprà *n.* 18.

22 Negans debitum an perdat beneficium cessionis bonorũ, dixi infrà *in fragmentis, vers. Cessio bonorum, n.* 4.

23 Mendax an in expensis condemnetur, suprà *q.* 31. *num* 39.

24 Negans feudum, vel eius qualitatem dolo, negatio facta sine dolo non inducit feudi priuationem. Osasc. *cons* 64. *num.* 16. & *ibi* etiam quòd in dubio dolus non præsumitur lata culpa, seu per supinam ignorantiam, si dixerit se nescire, deinde conuictus feudo priuatur, ita vltra superiùs tradita *n.* 24. tradit Osasc. *decis. Pedem.* 29 *n.* 1. Limita, vt negatio debeat esse in specie, nec sufficit in genere, & vaga, *ibid. n.* 3. vbi etiam per quæ verba dicatur feudatarius negasse feudum. & an sufficiat extraiudicialis negatio, vide *ibid. n.* 10. & an negans feudum priuetur eo ipso iure, an verò requiratur domini acceptatio, & declaratio, ac iudicis sententia? Dic quòd sic, vt per eundem Osasc. *cons.* 64. *n.* 12. vbi latè, & dixi generaliter *in Repert. crim. q.* 108. *n.* 25. *ibid. d. n.* 10. *& seqq.* Item an hæc pœna priuationis feudi possit exigi post mortem negantis, vide *ibid. n.* 13. Item quando negans possit reuocare hanc negationem, vide *ibidem n.* 14. Dic quòd sic, vt per eundem Osasc. *cons.* 64. *n.* 18. Et an istud feudum per negationem amissum applicetur domino directo, vel filiis feudatarij, *ibid. num.* 17. *& seqq.* in materia, tu scis quòd feudatarius tenetur domino confines feudi ostendere, quod quando verum sit, dixi *in Repert. contract. vers. feudatarius, num.* 26. Modò scias quòd si feudatarius in confinium ostensione fuerit mendax, pariter feudo priuatur. Roland. *cons.* 66. *n.* 2. 15. *& seqq. vol.* 3. vbi tamen id intelligit procedere, quando scienter, secus si ignoranter mendacium circa confinia dixerit.

Negans se hæredem, priuatur hæreditate defuncti, si de mendacio conuincatur. Ioseph. Ludou. *in opin, concl.* 16. *illat.* 96. 25

Conductor, seu colonus, qui refricando quæstionem dominij locatoris, illum dominum negant, quomodo puniantur, ista est materia *l. conductores, C. locat.* de qua dixi infrà *in fragmentis, vers. Conductor, n.* 6. 26

Possidens rem sibi hypothecatam, si conuentus à secundo creditore habente posteriorem hypothecam negat rem illam fuisse in bonis debitoris, priuatur possessione illius rei, eaque transfertur in secundum creditorem agentem, & sic possessor de reo efficietur actor, quia si vult, potest consequi suum creditum, cogitur inchoare nouum iudicium, & experiri hypothecaria contra secundum creditorem, in quem fuit translata possessio ratione sui mendacij. Hæc tradit Negus. *de pign.* 2. *membr.* 5. *part. n.* 16. *per text. in Auth. Item possessor, C. qui pot. in pignor habeantur.* 27

Mendax habet contra se præsumptionem, etiam circa alia genera delictorum. Masc. *concl.* 1039. *n.* 11. 28

Mendacium est falsa significatio vocis cum intentione fallendi. gloss. *in l. de ætate,* § *si cùm esset, in verb. mendacij ff. de interrog. actio.* & est text. *in cap. nec ratificatio* 22. *q.* 2. & per Mascard. *concl.* 1039. *n.* 1. Ideo vbi cessat intentio fallendi, mendacium non dicitur, quia etiam cessat dolus, vt dixi suprà *n.* 16. 29

Quæstio XCVIII.

De miserabilibus personis, & earum priuilegijs, & materia.

Summarium.

1. *Miserabiles persona, quæ dicantur.*
Quid de viduis, ibid. declara, vt in n. 12.
Pupillus, ibid. de materia, n. 12.
Orphanus, ibid.
Senibus, ibid.
Pauperibus, ibid. declara, vt in n. 11.
2. *Peregrinus, ibid.*
Officialibus Ecclesiæ, ibid.
Rusticus, ibid.
Infirmis, ibid.
Cæcus, ibid.
Mutilatus, ibid.

Carceratis,ibid.
Furiosis, ibid.
2. *Iudicio arbitrio relinquitur miserabilitas personarum.*
3. *Quid si sint diuites, & non pauperes, & seqq.*
4. *Miserabiles habitu, & non actu, qui dicantur.*
5. *Quid si miserabilis persona sit oppressa ab aduersario.*
6. *Quid si perhorrescat aduersarij potentiam.*
7. *Quid si iudex sit negligens.*
8. *Quid si non est oppressa, nec iudex sit negligens.*
9. *Causa miserabilium personarum, an sit summaria, quomodo in ea procedendum, & de materia.*
10. *Miserabiles persona trahunt, & trahuntur.*
13. *Quid de virgine.*
15. *Miserabiles habent priuilegium eligendi forum. Cui priuilegio minimè renunciare possunt, ibid.*
16. *In criminalibus an persona miserabiles gaudeant fori priuilegio.*

1 MISERABILES personæ dicuntur illæ, super quibus natura ad miserandum mouetur. Capra *concl.30. num.11.* Roland. *cons.20. n.1. vol.2.& cons.76.num.44.vol.1.*

Sed qui sint isti, super quibus natura ad miserandum moueatur, videas per Capram *d. concl.30. per totam, in discursu,* Roland.*d.cons.70.& d.cons.76. num.36. & seqq.* Neuizan. *in silua. pag. mihi 243.num.34.& seqq.* quibus in locis particulariter enumerantur inter miserabiles personas, viduæ, pupilli, orphani; senes decrepiti, pauperes, peregrini, officiales, Ecclesiæ, rustici, infirmi, cæci, mutilati, captiui. Carcerati dicuntur miserabiles personæ, eorumque causæ sunt summariæ, ponit Marsil. *in tract.de bannit.in ver. carcerati,num.13.& seq.& num.40.& in practic.§.attingam, n.75.& seq.* Practica Inquisitorum *pag.39.versic.Carceratorum causa.* Iodoc. *in practic. cap.17.num.14.* Blanc. *in practic. pag. 38. num. 89.* furiosi, & alij similes. Ad hanc materiam,& ad ea, quæ in hac quæstione traduntur, vide omnino Foller. *in pract.crimin.ver.audiantur excusatores, num.81. & pluribus seqq.* Couarru. *practic, qq.cap.6.*

2 Vbi tamen aliqua concurrit disputatio super miserabilitate personarum, sed totum iudicis arbitrio relinquitur, secundùm receptissimam opinionem, de qua testatur Menoch. *de arbitr. quæst. casu 66. num.1. & seqq. lib. 2.* & de communi Crassus *in comm. opin. lib.7. cap. 10. quæst.10.in fine, tomo 2. & seqq.* Roland.*d. consil.20.num.14. in fine, lib.2.*Sebast.Medic.*de cas. fortuit.part.2.quæst.4.n.5.*Io. Maria. Monticell. *reg.crim.2. num.13.vers.11.&c.*

3 Quæro autem hic, an viduæ, pupilli,& aliæ supranumeratæ personæ *in num.1.* dicantur miserabiles, si sint diuites. An verò ad inducendum miserabilitatem debeat etiam paupertas concurrere? Vna fuit opinio quòd dicantur miserabiles, & quòd gaudent fori priuilegio, etiam quòd sint diuites, & hanc sustinere videtur Rol.*d.cons.76.num.38.& omnibus seqq.vol.1.*quem refutatis contrariis quoad priuilegium fori, licèt contrarium asserat, quo ad alia priuilegia miserabilibus personis concessa, sequitur, & refert cum aliis concordantibus Menoch. *d. cas. 66. lib.2.* vide in materia Follerium *vbi suprà.*

4 Contrariam opinionem, quòd tales personæ, nisi sint pauperes, non gaudent fori priuilegio, nec dicuntur miserabiles personæ, dixit commune Hieron. *in com.opin.tom.2.cent.4.concl.5.*Capra *d.concl.30. num.11. & seqq.* vbi quòd licèt supranumeratæ personæ si sint diuites, dicantur miserabiles habitu,& non actu, non tamen gaudent fori priuilegio, nisi concurrente paupertate, & sic quando sunt miserabiles & actu, & habitu. hanc eandem opinionem latè defendit sibi contrarius idem Roland. *cons.70. per totum,vol.2.*vbi *n.70.* testatur de communi.Virg.Boceac. *in consil. Marchgl. 4.n.87.*allegat Rotam *dec.8.de iurepatr.in antiq.*

Si vis tenere hanc vltimam opinionem, quæ communis videtur, ex supradictis, limita non procedere in duobus casibus. Primò quando vidua,vel pupillus, seu similes personæ essent ab aliquo oppressæ. Isto enim casu stante oppressione possunt ad superius tribunal confugere, etiam quòd sint diuites, & sic gaudent fori priuilegio, etiam quòd non sint pauperes, vt per Roland.*d.cons.20. n.16.& 17.*Capra *d.concl.30. per totam,in discursu verò n.12.& seqq.* 5

Et hinc est quòd si vidua, seu pupillus, ac alia miserabilis persona aduersariorum potentiam se perhorrescere iuret, isto casu earum causæ ab inferiori tribunali ad superius auocantur. Crauett.*in addit.ad Vestr.lib.3.cap.9.in addit.lit.A.num.13.* Roland.*d.cons.76. num.38.lib.1.* 6

Secundò gaudent priuilegio fori etiam diuites miserabiles habitu, licèt non actu, quando iudex est negligens, data enim iudicis negligentia, non recurritur ad superiorem iudicem secularem, sed ad Ecclesiasticum, etiam quòd sint diuites, vt per Capram, & Roland.proximè allegatos *n.5.* 7

Quòd si reperiatur aliqua vidua, seu pupillus, seu alia supranominata persona, *num.1.* quòd sit miserabilis, & pauper. tunc gaudet fori priuilegio, etiam remotis aduersariorum oppressione, & potentia, ac etiam quòd iudex non sit negligens, & ista est communis, vt per Couarr. *pract.qq. cap.6.num. 1.vers. Imò,* & in hoc tractatu, vbi tamen ipse tenet contra communem, sequitur contra communem Menoch.*cas.66. num.5.* vt per Capram *d. conclus. 30. num.22.* Roland. *d.consil. 20. num. 16. & seqq. vol. 2. & ibidem num.60.* quod intellige, vt ipse pro suis iuribus possit conuenire aduersarios coram iudice Ecclesiastico: sed non quoad hoc conuenti coram seculari illius forum effugiant sine grauamine, & oppressione, quia non possunt, nisi cooscito de grauamine, vt infra *n.10.* 8

Priuilegium fori miserabilibus personis concessum non solùm respicit iudicem, sed etiam causas. earum enim causæ dicuntur summariæ, dantur in illis breuiores dilationes, debent cognosci de plano sine strepitu, & solutione sportularum. hæc tradunt Capra *d. concl.40.in fine.*Roland.*d.cons.20.n.13.vol.2.* 9

Et in hac materia aduertas ad vnum, quod iudicio meo est notabile, quòd miserabiles personæ licèt possint trahere ad iudicem Ecclesiasticum; ipsi tamen bene possunt trahi à secularibus coram iudice seculari, secundùm communem, quam dicit, & refutatis contrariis tenet Capra *d.concl.30. n.34.& seq* & idem tradit Arnal. Albert.*de agnoscend.assert. cathol.q.25.sub n.62.* vbi tamen quòd si grauentur à iudice sæculari, possunt habere refugium ad Ecclesiasticum, & faciunt suprà tradita *num 8.* 10

Quòd pauperes dicantur miserabiles personæ, habeantque priuilegium conueniendi laicos super re temporali coram iudice Ecclesiastico; præter superiùs tradita *n.1.*est text. *in cap. ex tenore,* vbi omnes, *de foro comp.c.1.de postb.c.ex parte B.de foro compet.* Butr.*in c.per nostras,de donat.int.vir.& vxor.*Crassus, qui de communi testatur, *in com. opin.lib.2.c.10.q.10.tom.2.* Capra *d. concl. 30. n. 22.* vbi id declarat procedere, dummodo sint taliter pauperes, quòd causas suas agitare non possunt, vide Follerium *vbi suprà.* 11

Quòd pariter viduæ, & pupilli habeant priuilegium vocandi quem extra proprium forum, præter superiùs tradita *n.1.*est text.*in l.vnic. C.quando Imp.int. pupill.& vid.*de communi Hier.*in com.opin.lib.1.cent.5. concl.5.*Capr.*d.concl.30.n.21.& seqq.*Rol. *d.cons.20 n.1. & seqq.vol.2.* vbi id declarat procedere in vidua honestè viuente, aliàs secus. Crassus *vbi supr. quæst.11.*vide omnino 12

omnino Foller. *vbi suprà*. Cephal. *conf.* 149. *num.* 6. vbi quòd viduæ, & pupilli dicuntur miserabiles personæ.

13 Virgo etiam habet supradictum priuilegium viduæ, secundùm communem, de qua per Crassum *d. q.* 11. vbi concordantes allegat. vide Foller. *vbi suprà*.

14 Peregrini etiam gaudent priuilegio fori, vt suprà dixi *n.* 1. quod intellige quo ad res, quas secum portant, quò ad iniurias, quas in itinere patiuntur, & quò ad contractus in peregrinatione initos, vt per Capram *d. concl.* 30. *n.* 13. *&* 23.

15 Miserabiles personæ habent regulariter priuilegium eligendi forum, secundùm Sebast. Med. *de cas. fortuit. part.* 2 *q.* 4. *n.* 24. *& n.* 75. vbi quòd tali priuilegio renunciare non possunt.

16 An autem in criminalibus miserabiles personæ gaudeant priuilegio? Dic quòd sic, secundùm glos. *in Auth. qua in prouincia, in verb. illic, vers dic ergo, C. vbi de crimine agi oporteat*, & *ibi* Bart. *n.* 1. & Castr. *n.* 5.

QVÆSTIO XCIX.

De pœna conuentionali, an, & quando exigi possit, & de materia.

SVMMARIVM.

1. *Pœna conuentionalis quando exigatur vltra id quod interest, & omnibus seqq. & n.* 18.
2. *Quid si pœna est adiecta in fraudem vsurarum, & num.* 3. *&* 4.
   Quid si est adiecta dationi quantitatis, ibid.
   Quid in promissione speciei, ibid.
   Quid in promissione facti, ibid.
5. *Quid si apponatur ratione contemptus.*
6. *Pœna conuentionalis an possit excedere duplum, vel quadruplum veri interesse, & n.* 13.
7. *Quid si adiiciatur contractui incerto.*
8. *Quid in pœna conuentionali ad fauorem vtriusque partis.*
9. *Quid in prætoriis stipulationibus.*
10. *Quid in criminalibus.*
    Quid in fideiussore de iudicio sistendo, ibid.
    Quid in pœna promissa ex certa scientia, ibid.
12. *Quid in promissione iurata.*
13. *Pœna conuentionalis magna, an possit exigi pro modico interesse.*
14. *Quid in compromissis, & transactione.*
15. *Quid de iure Canonico, & inter Clericos.*
16. *Pœna conuentionalis qua sit.*
17. *Pœna conuentionalis an possit præscribi ab eo, qui est in mala fide.*
18. *Regulariter pœna conuentionalis non exigitur vltra id quod interest; sed an hoc verum, ibid.*
19. *Pœna conuentionalis promissa per verba pregnantia, exigitur etiam vltra id quod interest.*

1 POENA conuentionalis an, & quando exigi possit, præsertim vltra id quod interest, & de materia generaliter præter infraposita vide Capram *conclus.* 70. *per tot.* Cæpol. *caut.* 71. *&* 177. Corset. *singul pag. mihi* 191. Turz *opin.* 71. *& quæst.* 17. Marc. *decis.* 411. *per totam*. Maran. *disput.* 7. *num.* 16. *&* 29. *decis. Pedem.* 70. *num.* 7. *& omnibus seqq.* omnino Bursat. *cons.* 53. *in discursu, lib.* 1. Sarmien. *select. interpr. lib.* 3. *c.* 6. *n.* 10 omnino Seraph *de priuil iurament. priuileg.* 54. vbi bene declarat. vide infrà *n.* 18.

2 I. Sit conclusio, quòd pœna conuentionalis apposita in fraudem vsurarum, nec peti, nec exigi potest vltra id quod interest, secus si non esset apposita in fraudem vsurarum. ita de communi testatur Capra *d. concl.* 70. *num.* 24. *& seqq.* vbi de communi. Sed quando pœna conuentionalis dicatur apposita in fraudem vsurarum, præter infraposita videas Menoch. *de arbit. quæst. pag. mihi* 270. *n.* 42. & Capram *d. concl.* 70. Lambert. *de contract. gloss.* 3. *n.* 80. *in fine*, vbi dicit esse appositam in fraudem vsurarum, quando adiicitur promissioni quantitatis, secus si promissioni facti, de quo vide *in seq. n.* 3. *&* 4.

3 II. Sit conclusio, quòd pœna conuentionalis apposita dationi quantitatis, censetur apposita in fraudem vsurarum, & ideo exigi non potest vltra id quod interest. Capra *d. concl.* 70. *num.* 78. vide Lambert. citatum in anteced. *num.* 2. In hac materia, scilicet an, & quando pœna adiecta dationi quantitatis præsumatur adiecta in fraudem vsurarum, ponit Mascard. *conclus.* 1167. *num.* 16. *& omnibus seqq. lib.* 3. vbi pluribus modis declarat hanc conclusionem, & vide etiam Ant. Thesaur. *decis. Pedem.* 79. vbi etiam quòd si talis pœna est adiecta à iudice, vel statuto.

4 III. Sit conclusio, quòd pœna conuentionalis adiecta dationi alicuius speciei, (de hoc vide Mascard. *concl.* 1167. *num.* 23. *& seqq.* vbi comprobat conclusionem, & à contrariis defendit.) vel facto, non præsumitur in dubio apposita in fraudem vsurarum, & ideo non habito respectu ad interesse exigi potest. faciunt infraposita *num.* 18. Capra *d. concl.* 70. *num.* 19. *& seqq.* vbi de communi, & *ibi* hanc conclusionem limitat duobus modis, ad quod vide *in Rep. contract. q.* 43. *n.* 5. *&* 15. vbi an, & quando promittens factum suum, vel alienum, cum pœna, teneatur soluere pœnam. Maran. *disp.* 7. *n.* 26. *&* 19. vide Lambert. *vbi suprà alleg. n.* 2.

5 IV. Sit conclusio, quòd si pœna conuentionalis est adiecta in contractu ratione contemptus, tunc iudicis arbitrio exigitur, & taxatur, secundùm Menoch. *d. arbitr quæst. casu* 160. *num.* 16. *& seqq.* Sed secundùm Capram *d. concl.* 70. *num.* 9. *& seqq.* pœna imposita per iudicem ratione contemptus, potest exigi etiam vltra id quod interest de iure ciuili, secus de iure Canonico, ad quod vide generaliter tradita in de prætoriis stipulationibus, *num.* 9.

6 V. Sit conclusio, quòd pœna adiecta in contractu loco interesse, & non contemptus, si contractus habet certitudinem quantitatis, ad quam ipsa pœna referri potest, tunc nequit excedere duplum. Menoch. *d. casu* 160. *n.* 18.

7 Si verò adiiciatur pœna conuentionalis contractui continenti quid incertum, tunc non potest excedere verum interesse, secundùm Menoch. *d. casu* 160. *n.* 19. *& seqq.*

8 VI. Sic conclusio, quòd quando pœna conuentionalis stipulatur ex conuentione, & fauore vtriusque partis, tunc potest exigi etiam quòd non intersit, *decis. Pedem.* 70. *num.* 7. *&* 11. allegat inter alia text. *in l.* 2. *§. fin. & l. seq. & l. stipulatio ista, §. alteri, ff. de verb. oblig. & Inst. de inut. stip. §. alteri*. Capra *d. concl.* 70. *num.* 37. & faciunt in simili tradita *infr. num.* 14. vbi agitur de pœna adiecta in transactione, seu compromissu ad fauorem vtriusque partis.

9 VII. Sit conclusio quòd in prætoriis, & iudicialibus stipulationibus, quæ non ex vtriusque partis conuentione, sed iussu iudicia concipiuntur, pœna conuentionalis non exigitur, nisi quatenus intersit. *d. decis. Pedem.* 70. *num.* 12. *& seqq.* vbi respondet ad contraria, & declarat etiam quando dicatur prætoria stipulatio; sed vide in hoc Bursat. *d. cons.* 53. & suprà particulariter tradita de pœna adiecta ratione contemptus *num.* 5.

10 VIII. Sit conclusio quòd in criminalibus, in quibus imponitur pœna sanguinis, exigitur pœna cōuentionalis, nulla habita consideratione, an intersit nec ne, quia pœna sanguinis æstimationem non recipit; si

verò agitur de pœna pecuniaria, vide Thesaur. *decis. Pedem.* 98. vbi re discussa Senatus censuit pœnam adiectam dationi pecuniarum non deberi quatenus interfit, etiam quòd sit stipulata ad fisci fauorem, & tunc pœna conuentionalis non exigitur nisi quatenus intersit. Ita respondendo ad contraria distinguit Osasc. *d. decis. Pedem.* 70. *num.* 8. 16. *&* 17. & ponit exemplum in fideiussore, qui promisit sistere in causa criminali aliquem inquisitum, de fideiussore autem de tuto carcere, an ab eo possit exigi pœna si carceratus, qui aufugit, redeat, dixi *in crim. q.* 61. *cap.* 2. *n.* 11. 18. *& seq.*

11 IX. Sit conclusio quòd quando quis ex certa scientia promittit pœnam conuentionalem vltra verum interesse, tunc talis pœna exigitur non habito respectu eius quod interest. Menoch. *d. casu* 260. *num.* 13. *& seqq.* 27. *& seqq.* Seraph. *de priuileg. iurament. priuileg.* 54. vbi pulchrè.

12 X Sit conclusio quòd quando pœna est promissa medio iuramento, tunc etiam vltra id quod interest exigitur. Menoch. *d. casu* 260. *n.* 13. *& seqq.* 27. *& seqq.* Seraph. *de priuil. iuram priuileg.* 54. vbi pulchrè.

13 XI. Sit conclusio, quòd quando pœna conuentionalis est multum immoderata, excedens puta quadruplum veri interesse, tunc etiam quòd simus in casu, in quo pœna exigi possit vltra id quod interest, immoderata tamen & excedens quadruplum non exigetur, vt *ibid.* per Menoch. *d. casu* 260. *num.* 13. *& seqq.* 27. *& seqq.* Capra *concl.* 70. *num.* 10. *& seq.* vbi quòd propter modicum interesse non potest exigi magna pœna de æquitate canonica. Adde pro hac 11. conclusione Mascard. *concl.* 1167. *n.* 10.

14 XII. Sit conclusio, quòd pœna conuentionalis in compromissis apposita ob laudi contrauentionem, potest exigi etiam vltra id quod interest. Capra *conclus.* 70. *n.* 14. vbi ampliat quòd potest exigi etiam per Clericum, & aliam personam Ecclesiasticam, sed de hac ampliatione vide latiùs *in seq. num.* & *ibidem* per Capram *n* 36. *& seqq.* vbi idem in transactione, dicitque ampliùs quòd talis pœna compromissaria potest exigi, etiam quòd sit adiecta donationi quantitatis, licet regulariter pœna adiecta donationi quantitatis non possit exigi vltra id quod interest, vt dixi suprà *num* 3. Prædicta autem declara pluribus modis, de quibus *ibidem* per Capram *num.* 14. *& seqq.* Et in proposito vide suprà *q.* 17. *num.* 2. 5. *&* 27 vbi posui an, & quando pœna conuentionalis apposita in compromissis in odium appellantis à laudo, possit exigi, necne. Menoch. *casu* 160. *n.* 23. *& seqq.* vbi in compromissis, & transactione, quanta possit esse pœna conuentionalis, adde in materia Asin. *in pract.* §. 32. *in* 1. *limit. num.* 3 *pag* 443. vbi quòd ista litigandi causa excusat à pœna in compromisso apposita.

15 XIII. Sit conclusio quòd de iure Canonico exigi non potest, ad quam materiam, quando scilicet pœna conuentionalis de iure, vel æquitate canonica in foro poli, vel in foro fori per Clericum, seu alium exigi potest, vide generaliter, & particulariter Capr. *d. conclus.* 70. *per totam, in discursu.* Menoch. *d. casu* 260. *n.* 37. *& seqq.* Mathes. *sing.* 47. *in addit.* Corset. *sing. pag.* 192. *pœna* 12. *& pag* 93. *num.* 11. Sarmien. *select. interpret. lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 10. 4. *& seqq.* & faciunt tradita *in Rep. crim. vers pœna, num.* 11. omninò Seraph. *de priuil. iurament. priuileg.* 54. vbi quòd potest exigi pœna conuentionalis etiam vltra id quod interest de æquitate, & in foro conscientiæ, & testatur de communi.

16 Pœna autem conuentionalis quæ dicatur, vide Menoch. *de arb. quæst. pag.* 268 à tergo, *n.* 2. *decis. Pedem.* 70. *n.* 12. *& seqq* vbi quòd illa dicitur pœna conuentionalis, quæ non iussu iudicis, seu alterios, sed ex ambarum partium conuentione debetur.

17 Pœna conuentionalis præscribitur etiam à debitore malæ fidei, nisi sit in fraudem vsurarum apposita. Lambertén. *de contract glos* 3. *n.* 80. *in fine.* Quando autem dicatur adiecta in fraudem vsurarum, vide suprà *num.* 2.

Adde in materia, quòd regulariter dici solet pœnam conuentionalem exigi non posse vltra id quod interest, vt per allegata per Seraph. *de priuileg. iuram. priuileg.* 54. *num* 1. & per Bursat. *cons.* 53. *num.* 12. Sed in contrarium videtur communis opinio, vt *ibidem* per Bursat. *num* 36. 37. 41. *&* 42. & per Seraph. *vbi suprà num.* 2. *& seq.* & sic in hac quæstione potest poni regula affirmatiua. 18

Pœna conuentionalis promissa per verba prægnantia potest exigi etiam vltra id quod interest. Bertaz. *cons.* 421. *n.* 3. *lib.* 2. 19

QVÆSTIO C.

Nuntio quando, & in quibus credendum sit.

SVMMARIVM.

1. *Nuntio quando credendum, generaliter.*
2. *Quòd non sit credendum, & n. seq.*
3. *Nuntij an sint viles, & infames.*
4. *Quod unò sit credendum, & n.* 8. *&* 15.
5. *Nuntio an credatur in connexis ad eius officium.*
6. *Quid si referat citatum dixisse se nolle venire, & n.* 7.
8. *Quid de consuetudine.*
9. *Quid nuntio asserenti se fecisse diligentiam de personaliter perquirendo, &c.*
10. *Quid super excussione bonorum.*
   Quid si asserat se non inuenisse mobilia, ibid.
   Quid si asserat se nulla bona inuenisse. ibid.
11. *Quid si referat super qualitate bonorum.*
12. *Quid si dicat bona esse Titij.*
13. *Nuntio an credatur, iudicis arbitrio remittitur.*
   Nuntio in dubio credendum est, ibid.
14. *Quid si nuntius sit suspectus, & illaudatæ vitæ, citatus autem persona honesta, & in dignitate constituta, & num. seq.*
15. *Nuntij fides a iure approbata est.*
16. *Nuncio non creditur vbi agitur de graui praeiudicio.*
17. *Quid in criminalibus, & n.* 26. *& seqq.*
18. *Quid si probatur contrarium, & n. seqq.*
19. *Nuntius qui fecit falsam relationem, quomodo puniatur.*
20. *Quid si relatio nuntij habeat contra se præsumptiones.*
22. *Citato iuranti se non citatum, an credatur, & n.* 23.
24. *Nuntio dicenti se citasse de mandato iudicis an credatur.*
25. *Quid in non spectantibus ad eius officium, & n. seqq.*
26. *Quid si dicat se pulsatum, verberatum, &c.*
   Quid si dicat se ab aliquo impeditum.
27. *Nuntij dictum an sufficiat ad inquirendum.*
29. *Nuntio non creditur nisi cum iuramento.*
30. *Nuntio creditur dicenti sequestrum acceptatum.*
31. *Nuntio an credatur potius quàm Notario.*
32. *Nuntio an credatur sine litteris iudicis.*
33. *Nuntio referenti citationem per alium, an credatur.*

PLvres in hac quæstione fuerunt Doctorum opiniones, de quibus & de materia videas præter infrapolita Tiraq. *de retract. consang.* §. 8. *gloss.* 9. *num.* 1. *& pluribus seqq.* Asin. *in praxi*, §. 8. *&* 9. *in discursu.* Menoch. *de arbitr. quæst. lib.* 2. *casu* 112. *per tot.* aliquid per Villalob. *in com. opin. litt. N. num.* 46. *& seq.* Viui. *in comm opin. pag. mihi* 163. *in paruis.* Nouell. *reg.* 107. & Hector. Æmil, *in tract. de testib. verb. testis.* 1

Beroarius

Bertarius *part.1.fol.550.& seqq. per totum, in discursu,* vbi remissiuè loquitur de birroario, & nuncio.

2 Vna fuit principalis Doctorum opinio negatiua, quòd videlicet soli nuncio non sit credendum, quam sequuti sunt plures relati per Tiraq.*d.glos.9.num.3.*per Menoch.*d.casu 112.num 1. vers.2. fuit opinio.* per Asin. §.9. *cap.2. num.1. in practica.* faciunt tradita per Ruyzium *decis.2.num.45.& seqq.*vbi plura de damno, quod potest parti resultare ex mendacio, & perfidia nuncij dicentis se illum citasse, quem reuera non citauit, & pro hac eadem opinione, Mascard. *conclus.115. num..* vbi alios refert.

3 Ratio huius negatiuæ opinionis præter alias adductas à Menochio *vbi supra num.1.& seqq.*& ab Asin. *d.§.9 cap.2.num.1.& seqq.* ea potissimum affertur, quia scilicet nuntius vilis persona, & abiecta est. Menoch. *d.casu 112. num 5.* Asin. *d.§.9. cap.2.num.4.* vbi quòd non solùm viles & venales sunt, sed etiam ad tale officium admittuntur infames. Ad quod aduertas quòd licèt nuncij sint personæ viles, eis tamen credendum est, cùm eorum officium, seu fides à iure approbetur, vt dixi infrà *num.15.*

4 Contraria igitur opinio affirmatiua verior, & magis communis est, teste Dec.*in cap.cùm parati,n.10.* & *ibi* glos.*in vers. suum nuncium,in fine,de appellat.*& Tiraq. *d.§.8.gloss.9. num.10. & 11.* quos, & alios refert Menoch.*d casu 112. num.1.* vbi *num.8.* dicit regulam esse constituendam affirmatiuam. Pro nuncio plures adducit concordan. Asin.*d.§.9.cap.2.num.6.vers.contrariam verò opinionem, & n.7.& 8.* vbi de communi, & practicata opinione,*& cap.3. in princip.* vbi de magis communi opinione,& ita de consuetudine seruari dixi infra *num 8.*Addo Paul.Granut. *theorem.19.sub n.16. lib.1.*vbi quòd magis creditur nuncio, quàm parti, ob publicam fidem. Mascard.*concl.189.n.8.* vbi quòd creditur nuntio dicenti se aliquem citasse, & latiùs *in concl.1115.n.1.*vbi de communi.

5 Amplia I. hanc secundam opinionem affirmatiuam, vt nuncio solo credatur, ne dum in spectantibus ad eius officium, sed etiam in annexis. ita dicunt omnes *in d.cap.parati, de appellat.* teste Menoch. *d. casu 112. num.16.*

6 Hinc est quòd nuncio asserenti citatum dixisse se noluisse venire, credendum est, secundùm relatos à Menoch.*d.casu 112.n.17.*& ab Asin.*d.§.9.cap.5.num.6.* Cephal. *cons.241. num.68.& seqq.* vbi quòd quicquid sit in causa ciuili, in criminali non est discedendum ab hac opinione. pro quo facis, quia in criminalibus nuncio non creditur, vt dixi, credo, quòd Cephalus dicat contrarium in criminalibus per præallegatam rationem. illam videas in fonte, prout pro contraria opinione illum allegat Mascard. *conclus.1115.num.11. infrà n.17.*Adde pro hac opinione Mascard.*concl.189. n.5.vers.in contrarium tamen.*

7 Contrarium, quòd imò isto casu nuncio non credatur, suadetur ex rationaliter adductis per Menoch. *d.casu 112.num.18.*qui tandem id totum iudicis arbitrio remittit, & sequuntur relati per Asin.*in praxi §.9. cap.3.num.6.*vbi tamen distinguendo dicit quòd nuncius debet hoc probare, sed non per exactas probationes: sed pro hac contraria opinione tenent relati per Mascar. *concl.189.n.5.& 6.*vbi quòd procedit hæc negatiua opinio quando relatio nuntij est sola, secus si adminiculata cum alio teste, vel aliqua alia coniectura, vt quia reuera citatus non comparuerit, quia tunc creditur nuntio sic referenti, & ita concordat contrarias opiniones, & pro hac contraria opinione addo eundem Mascard.*concl.1115.n.11.*

8 Amplia II. eandem communem, & affirmatiuam opinionem, vt non solùm procedat de iure communi, sed etiam de consuetudine, de qua testatur glos.*in cap. quoniam contrà, ver. citationes, extrà de probat.* quam refert Asin.*in pract.§.9.cap.2.n.6.* & eandem in practica seruari dixi suprà *n.4.*

Amplia III. vt multo magis procedat posita opinio in cursore Papæ, cuius fides magis probata est, secundùm Rotam *decis.15.in fine, de dolo, & contum.*refert Menoch. *d.casu 112 num.9.* quod declara, vt infrà *n.16.& 21.*

Amplia IV. vt nuntio dicenti se fecisse diligentiam de personaliter perquirendo, & non inuenisse, ei tandem credendum sit, remissiuè de hac materia Mascard.*conclus.1115.n.24.*Asin.*d.§.9.cap.6.& 7.per totum,* vbi de materia; sed contra ampliationem Mascar. *conclus.189.n.12.* 9

Amplia V. vt etiam nuntio referenti super bonorum excussione, cùm scilicet refert mobilia, non inuenisse, & propterea ad immobilia deueniendum, credendum sit, secundùm Menoch *d.casu 112.n.20.* Aym. *in praxi d.§.9.c.9.per totam.* faciunt tradita suprà *q.27. num.41.*& infià *in fragmentis, vers.cedens, num.2. & in Repert.testium, in materia testiu, birroarij,* vbi etiam an credatur, si dicat se nulla bona inuenisse, videlicet *in pag 86.num.16.* vbi materia est eadem. 10

Amplia VI. vt pariter credatur si bona talia esse dixerit, vt per Asin. *in praxi d.§.9.c.2.n.7.* 11

Amplia VII. vt pariter credatur nuncio, si dixerit bona esse alicuius, puta Titij. Asin.*d.§.9.c.5.*Ad quod vide omnino tradita infrà *in fragmentis, vers.exequutio, num.19.*pro ampliatione vide Paul.Granut.*theorem.19. sub num.16.*& Mascard. *conclus.189.n.15.* vide *in tit. de oppos.contra test.q.56.in 11.art.in 4.limit.* 12

Limita I. eandem affirmatiuam opinionem, vt tunc demum nuncio credatur, si ita iudici videbitur, & non aliàs. Bernard de Plot.*cons.crim.diuer.3 num.39. vol.2, conclus.189. num.11.* vbi quòd si citatus dicat se non citatum, iudex arbitrabitur cui magis credendum sit, considerata grauitate personarum, & quantitate præiudicij, & hoc modo posse concordari contrarias opiniones suprà relatas *num 2.3.& 4.*dixit idem Masc. *concl.1115.num.5.* vbi ampliùs, quid si iudex isto casu malè arbitretur, datur ab eius arbitrio appellatio, qui iudex arbitrabitur iuxta negotij, & personarum qualitatem. Et vbi nihil contra nuncium grauiter vrgebit, illius fidem approbabis. In dubio enim pro regula ad fauorem nuncij iudicandum est, vt per Menoch *d. casu 112.num 8.* Asin.*d.§.9.cap.2. num.14.* vbi concordantes allegat. 13

Quòd si nuntius sit illaudatæ vitæ, aut alia iusta de causa suspectus, tunc ei non creditur referenti quem citasse, quando illius citati persona esset valde honesta. Menoch. *d.casu 112.num 10.* Royz.*decis.2. num.66.* vbi quòd nuntius sit persona vilis, litigatur verò in aliqua dignitate constitutus, magis Episcopo neganti se citatum, quàm nuntio affirmanti credendum est, Asin.*d.§.9.cap.2. num.11.& seq.* vbi quòd nuntio non creditur quando est suspectus. Ad idem Mascard *conclus.1115.num.28.*ad hæc eadem vide Bernard.de Plot. *d.consil.crim.3.n.39.vol.2.* 14

In proposito aduertas quòd non sufficit isto casu nuntium esse personam vilem, prout simpliciter dixit Royz.*d.decis.2.num.66.*ad hoc vt ei non credatur, nisi etiam sit aliàs suspectus, quia si propter solam vilitatem ei non crederetur, sequeretur quòd nunquam crederetur, cùm semper nuntij dicantur personæ viles, vt dixi suprà *num.3.* Licèt enim viles sint, eis tamen credendum est, cùm eorum fides sit à iure approbata, vt dixit Menoch.*d cas.112.n.5.4.* 15

Limita II. quòd ageretur de graui præiudicio citati, tunc enim soli nuntio non creditur, etiam quòd agatur de rebus spectantibus ad eius officium. Menoch.*d.casu 112.num.9.* Asin. *d.§.9.cap.2.num.11.vers.* 16

quinta

quinta opinio, & cap. 10. *per totum.* Et isto casu nec etiam cursori Papæ creditur, vt per Menoch. *d. n.* 9. Pro limitatione adde Bernard. de Plor. *d. conf. crim. diuer.* 3. *num.* 39. *vol.* 2. vbi loquitur in causa 20. millia scutor. Mascard. *conclus.* 1115. *num.* 8. *in fine, & num.* 9. *&* 10. vbi ampliat etiam in cursore Papæ.

17 Hinc est quòd in criminalibus nuntio non creditur. Menoch. *d. casu* 112. *n.* 9. faciunt suprà tradita *n.* 6. *& infr. n.* 26. *& seqq.* Mascard. *concl.* 1115. *n.* 11.

18 Limita III. nisi contrarium probetur. Menoch. *d. casu* 112. *num.* 11. Cephal. *cons.* 241. *num.* 72. *vol.* 2. Asin. *in praxi*, §. 9. *cap.* 11. Mascard. *concl.* 94. *n.* 13. *lib.* 1. *& concl.* 934. *num.* 25. *lib.* 1. *& concl.* 1115. *n.* 26. *&* 27. vbi ampliat, etiam stante statuto quòd nuntio credatur.

19 Et isto casu si probetur nuntium fecisse falsam relationem, punitur pœna falsi, si id fecit pecunia corruptus, aliàs tenetur solùm ad interesse partis, vt per Asin. *d.* §. 9 *cap.* 13. Monticell. *reg.* 15. *n.* 14.

20 Amplia hanc limitationem, vt sufficiat contraria probatio per præsumptiones validiores. Menoch. *d. casu* 112, *n.* 11.

21 Amplia vt nec credatur cursori Papæ, quando est contrarium probatum. Menoch. *d. n.* 11.

22 Amplia, vt isto casu sufficiat contraria probatio per iuramentum citati, vt per relatos à Menoch. *dict. n.* 11. & per Asin. *d.* §. 9. *cap* 2. *n.* 9. præsertim vbi agitur de non modico præiudicio citati, vt *ibi* per eum.

23 Contrarium quòd non sufficiat sola probatio per iuramentum citati, tenuerunt relati ab Asin. *in d.* §. 9. *cap.* 2. *num.* 6. *sub vers. contrarium verò.* Et hanc opinionem credo veram; vel verius dicas id totum remitti arbitrio iudicis, vt in terminis adnotauit Mascar. *conclus.* 1115 *n.* 3. *vers. & in his terminis*, & faciunt generaliter supra tradita *n.* 13.

24 Limita IV. vt non credatur nuntio dicenti se citasse de mandato iudicis, de quo dixi infrà *in fragmentis, in vers. citatio, n.* 5. & hac eadem quæstione *n.* 32.

25 Limita V. vt soli nuntio credatur in iis, quæ concernunt eius officium. Mascard. *conclus.* 189. *n.* 7. secus in aliis. Asin. *in pract.* §. 9 *cap.* 4. *&* 3. *& c.* 2. *num.* 10. vbi quòd secundùm Bald. *in l. vt perfectius, col. fin. vers.* 11. *& C. de annal. except.* ita obseruat generalis consuetudo, Menoch. *d. casu* 112. *n.* 13. Mascard. *concl.* 1115. *n.* 4. vbi de communi.

26 Hinc est quòd non creditur nuntio dicenti se ab aliquo verberatum, iniuriatum, seu vulneratum. Mascard. *concl.* 1115. *n.* 5. sed contrà *num.* 6. Dic contrariam opinionem procedere concurrentibus aliis coniecturis cum dicto nuncij, quo casu facit indicium ad torturam; secus si nulla concurrant adminicula, vt *ibi n.* 7. & hæc conciliatio opinionis potest esse limitatio ad conclusionem huius versiculi. faciunt tradita *in tract. de testib. in meo Rep. verb testis birroarius*, *pag.* 40. reperta *in pag.* 86. *num.* 14. & materia est eadem. posui *in tit. de carcere, q.* 22. *n* 80.

27 Sublimita posita I. quia dictum nuntij isto casu sufficit ad inquirendum. Asin. *dict.* §. 9. *cap.* 3. *sub num.* 5. *in fine.* Cephal. *cons.* 241. *num.* 70. *vol.* 2. posui *in tit. de carcer. q.* 32.

Sublimita II. quia vbi agitur de minimo præiudicio, creditur nuntio, etiam in iis, quæ non spectant ad eius officium. Asin. *d.* §. 9. *cap.* 4. 28

Limita VI. vt non credatur nuntio sine iuramento, vt per Mascard. *concl.* 189. *n.* 9. *& concl.* 1115. *num.* 14. 29 per Asin. *d.* §. 9. *cap.* 3. *num.* 1. *&* 2. Arnon. *sing.* 20. Villalob. *N. num.* 46. *& seq.* Vio. *in com. opin. car.* 163. quos videas, si hoc dicant. In quo aduertas quòd non est necessarium iuramentum in qualibet relatione, sed satis est in principio assumptionis officium generale iuramentum de fideliter exercendo, secundùm Asin. *d.* §. 9. *cap.* 3. *n.* 3. vbi secundùm Bald. ita de consuetudine seruatur, & est de mente Mascard. *d. concl.* 1115. *eodem n.* 14. *in fine.*

Adde in materia, quòd creditur nuntio, dicenti sequestratarium acceptasse sequestrum. Put. *decis.* 188. 30 *in* 3. *vol* Paul. Granut. *theorem.* 19 *sub n.* 16. *lib.* 1.

Limita VII. quia magis creditur Notario, quàm nuntio, si inter eos sit altercatio, & discordia respectu 31 citationis, & relationis. Mascard. *concl.* 189. *num.* 10. vt per Mascard. *de probat. lib.* 2. *in concl.* 1094. *n.* 4. *&* 5. vbi declarat hoc non procedere Notario existente suspecto, & tandem hoc remittitur iudicis arbitrio, inspecta qualitate nuntij, & Notarij. vide Doct. *in l. si quis decurio, C. ad l. Corn. de fals.* vbi etiam de citato negato se citatum.

Ampliando regulam huius quæstionis, adde quòd 32 nuntio publico est credendum, etiam quòd in citatione quam facit, non ostendat litteras iudicis committentis citationem. Mascard. *concl.* 1115. *n.* 16.

Limita I. ampliationem non procedere quando citatur persona illustris, quæ non potest citari sine litteris, *num.* 17.

Limita II. in nuntio citante ex parte iudicis delegati, illi enim pariter non creditur absque literis, *n.* 18.

Sublimita hanc limitationem in nuntio certo, & noto, prout sunt cursores, qui in Curia Romana portant signum, videlicet baculum, ei enim credendum est, etiam quòd non doceat de litteris, ac etiam quòd citat ex parte iudicis delegati, *n.* 19. *&* 20.

Limita III. in Notario citante ad locum longinquum, vel extra territorium, quia pariter ei non creditur, nisi in literis citatoriis inseratur tenor delegationis, *num.* 21.

Limitatur IV. vt ampliatio procedat in citatione verbali, secus in reali, puta, quando accipiuntur pignora tenutæ, vel personæ, quia tunc cursori & nuntio, quantuncunque publico, non est credendum sine literis *num.* 22. Vide ad materiam supradictam Duen. *reg.* 93.

Limitando eandem regulam adde Mascard. *con-* 33 *clus.* 1115. *num.* 25. vbi quòd non creditur nuntio referenti, citationem fecisse per alium, debet enim citatio referri per nuntium qui fecit citationem, & non per alium, vt *ibi* Gram. *cons.* 152. *n.* 21. *inter ciuil.*

F I N I S.

INDEX

Rerum, & Verborum notabilium.

Prior numerus paginam, posterior & sequentes eiusdem paginæ sectiones demonstrant: at vbi vnus est numerus, vel plures, cum virgulis, y intelliguntur esse marginales proximè prænotatæ paginæ.

A

testes

Clausula.

Clericus.

Collegium.

Compensatio.

Concessio.

Confessio.

Coniunctus.

Connexitas.

Conscientia.

Consequens, & Consequentia.

Consors.

Constitutio.

Consuetudo.

D

Debitor.

Decisio.

Decretum.

Depositum.

Difficultas.

Discre

Forma.

Fructus.

Furiosus, Furor.

N

Negatio.

si

Prælatus.

Præscriptio.

de

Protocollum.

Publicatio.

Pupillus.

R

Rationum redditio.

Reductio.

Recusatio.

appella

INDICIS FINIS.

PROSPERI
FARINACII,
IC. ROMANI,
AD
REPERTORIVM
IVDICIALE
FRAGMENTA.

CENSVRA.

VIDI iussu Reuerendiss. P. NICOLAI RICCARDII, sacr. Palat. Apostolici magni, Fragmenta hæc ad Repertorium iudiciale, quondam egregij viri PROSPERI FARINACII, pertinentia, quod iam eiusdem iussu videram, & nihil Christianæ Religioni morûmque integritati præiudicans reperi. In quorum fidem, &c. hac die 22. Septembris 1638.

Ita est, HIER. LVMPVGNANVS, *in S. Theologia & Philosophia Magist. ac I. V. D. Subdiaconus Apostolicus.*

IMPRIMATVR,

Fr. NICOLAVS RICCARDIVS, *S. Palatij Apostolici Magister.*

FRAGMENTA
AD
REPERTORIVM IVDICIALE.

HÆC nobis visum addere, Lector, vt quæ tanto viro digna, tibique perutilia, lucem simul videant. præcipuus ille finis. Atqui summas rerum struere ideo supersedimus, quòd hîc omnia perspicua, & velut Tabulæ quædam disposita, ad quas ceu Locos communes recurrendum. VALE, *& faue.*

A.

ACTIO, AGERE, ACTOR.

1 ACTIO arbitraria quæ sit. quot sint arbitrariæ actiones, & generaliter de materia arbitrariarum actionum, vide Menoch. *de arbitr.quæst.lib.1.quæst.3.& seqq.*

2 Actio communi diuidundo quanto tempore præscribatur. Rom. *sing.755.*

3 Actio vtilis in quo differat à directa. Petra *singul. 29.*

4 Actio personalis an & quando detur contra singularem successorem. Duen.*reg.8.* Soc.*reg.276.& seq.* Nouell. *reg.117.* Dic quòd actio persooalis noo possessorem, sed contrahentem sequitur. *l.fin.§ fin. ff. de contrah.empt. l.2.§ si hæres, ff.ad Trebell.* Afflict.*decis.95. num. 6.* Natta *consil.589. num. 5. vol.3.* vbi quòd non sequitur singularem successorem. Cephal. *consil.162. num.18. & seqq.* vbi quòd licèt actio personalis regulariter non transeat ad singularem successorem, tamen in subsidium transit. Adde Ant.Gomez *in tit.de empt.& vendit. num.20.* vbi quòd actio personalis non datur contra possessorem, etiam quòd ea competat ratione rei, & *ibi* testatur de communi.

5 Actiooes contrariæ quando in eodem libello admittantur, posui suprà *quæst.88.num.17.*

6 Actionem non habens regulariter audiendus non est, & de materia. Duen. *reg.64.* Mathes.*sing.7.in addit.* Menoch. *de nob.quæst.lib.1.quæst.16.*

Amplia I. etiam pro se non opponente. Iudex enim ex officio agentem sine actione repellit, imò non repellendo tenetur ad interesse partis, vt per Menoch. *d. quæst.16.* vbi tamen hoc limitat non procedere quando pars sciret aduersariom agere sine actione. Tunc enim si non opponit, sibi imputandum est, & non iudici. Vide Cephal. *consil.135.num.4.* vbi pariter quòd etiam parte non opponente agens sine actione, iudicis officio repellitur. Ad quod vide etiam Villalob. *in comm.opin.litera I.num.103.*

Amplia II. quòd etiam omnia acta isto casu eduntur nulla, vt per Menoch.*d.quæst.16.* in quo tamen videndus Ceph. *consil.115. n.5. & 28. & d. consil.135. num. 4. vol.1.* dicens quòd licèt agens sine actione possit quandocunque per iudicem repelli, non tamen facit iudicium nullum.

Limita prædicta quando actio licèt non sit de præsenti, speratur tamen esse de futuro, puta in iure superueniente. tunc enim iudex non tenetur agentem sine actione repellere. Sed quid si agatot coram iudice habente liberum arbitrium, posui suprà *quæst.44. cap.2.*

Actio dotis regulariter non nascitur nisi soluto matrimonio. Villalob.*in comm.opin. pag.mihi 14.n.10. & seqq.* sed quanto tempore post mortem mariti vxori restitui debeat, vide suprà *quæst.34.* non soloro autem matrimonio quando vxor possit dotem repetere ob inopiam viri, vide infrà *in vers.vxor, num.1.* inter diuersa. 7

Actio publiciana quæ sit, cui competat, & quando, Viui.*in comm.opin.pag.3.à tergo, & seqq.in paruis,* 8

Actionis appellatione quidnam veniat, Viui. *ibidem pag.5.in fine.* 9

Actio personalis ab ossibus euelli noo potest. Ceph.*consil.48.num.49.vol.1.* 10

Actionis triticariæ materia tractator per Contard. *in l.1. C. si de moment. possess. in ampliat. seu quasi, n.66 & seqq.* Et an in ea detur appellatio, vide suprà in quæstionibus io materia, Appellare quando liceat in possessorio. 11

Agens sine interesse non auditur, nec excipiens, nec appellans, nec opponens, nec stipulans. Tiraq. *de retract.lignag.gloss.2.pag.mihi 23.num.51.* Ceph. *consil. 133.num.39.vol.1.* vbi de excipiente. Quid de tertio comparente pro suo interesse, dixi suprà *quæst. 47. num. 7.* pro primo dicto adde Roland. *consil. 58. num.78.vol.3.* 12

Actor quando probare teneatur id quod allegat, Cæpol. *caut. 118.* Regulariter vnusquisque suæ intentionis fundamentum probare tenetur. plures adducit concordantes Ioseph. Ludou. *in com. opin.lib.1. conclus.14. in princ.* Ideo actor in libello narrata probare debet. Ioseph.*ibidem vers.infertur 2.& vers. infertur 57. & vers. infertur 34.* & hoc *ibi* declarat non procedere quando aduersarius esset obligatus ad factum, 13

f... m. & verſ. infertur 35. vbi quòd quis debet ſuam i...ntionem probare, etiam quòd negatiua conſiſtat, Hercul de negat num. 3. l. non nudus, & l. non epiſtolis. C. de probat Bart. & alij in l. in illa. ff. de verb. obligat. Socin. conſ. 165. num. 8. verſic. 2. hac concluſio, vol. 2. & probandi onus incumbit ei, qui dicit. l. actor, C. de probat. l. ei qui, ff. eodem l. qui accuſare. C. de edendo Ad materiam huius regulæ vide omnino inferentem Ioſeph Ludou. in comm. opin. lib. 1. concluſ. 14. per tot. vbi latè, quid de reo excipiente. Vide infrà verſ. excipiens, num. 15. vbi tradita ponas hic in extenſione quæſtionis, cum infra traditis num. 19. & 21. & infrà verſic. negatiua, num. 2.

14 Agere, & quæſtionem, ſeu litem mouere, quando quis dicatur Rom ſing. 728. vide aliquid in Repert. contract. in ver. Promittens non moleſtare, ſeu litem, aut quæſtionem non inferre, n. 7.

15 Agens actione reali coram quo iudice agere debeat, rei ſitæ, vel domicilij, Tutzan opin. 127.

16 Actor regulariter ſequitur forum rei, & de materia Soc. reg. 10. Capyc. deciſ. 18. num. 1. & ſeqq Duen. reg. 21. Mynſ. obſeruat. cent. 1. & obſeruat. 69. vbi quid ſi ſint plures rei.

17 Actor quádo teneatur edere reo, infr. &c. ver. edere.

Agere inuitus quando quis compellatur, Mynſ. obſeru. 78. cent. 3. Roland. conſ. 72. num. 2. vol. 3. vbi quòd agere inuitus nemo cogitur, niſi in contrarium adſit ſtatutum.

18 Actore non probante, an & quando, & quomodo reus abſolui debeat, & de materia latiſſimè per Pacian. de probat. lib. 1. cap. 67. per totam. latè Marant. in ſpec. pag. mihi 85. num. 49. & ſeqq. vbi nonnulla etiam in materia abſolutionis ab obſeruatione iudicij, de qua vltra hîc ſcripta dixi infrà verſic. Abſolutio, inter diuerſa, num. 3. vide infra num. 21. Ferrar. in pract. ſub forma libel. in actione reali, gloſſ. per veſtram diffinitiuam ſententiam, verſic. quid ſi oblato libello. Vant. de nullit. pag. 68. & ſeq. num. 110. Alexand. conſil. 53. num. 14. lib. 5. Grat. reſp. 69. num. 15. & 16. lib. 2. Marſil. ſing. 169. Pariſ. in Repert. conſil. ver. Actore non probante. Duen. regul. 22. vbi remiſſiuè facit regulam cum limitationibus. Roland. conſil. 67. num. 1. & ſeqq. vol. 2. Hercul. de negat. num. 70. & ſeqq. vbi latè, & pariter facit regulam cum limitationibus. deciſ. Pedem. 14. num. 16. vbi quòd actore non probante reus eſt abſoluendus, etiam quòd produxerit exceptiones, & illas non probauerit. Sed an actore non probante reus ſit abſoluendus ab obſeruatione iudicij, an verò diffinitiuè. hoc particulare poſui in pract. crimin. § inquiſitio, quæſt. 4. in 5. limitat. 3 ampliat. Vide præter Doctores allegatos Firman. in Repert. ver. abſolutio, num. 97. & ver. Actor, n. 3. Ripa in l. admonendi, n. 76. ff. de iureiuran. pag mihi 150. Hercul. de negat n. 99. Marſil. ſing. 17. in addit. Villalob. A. 47 R 61. & ſeqq. omnino Couarru. var. reſol. lib. 1. c. 1. num. 8. Dicas regulariter quòd actore non probante reus non diffinitiuè, ſed ab obſeruatione iudicij abſoluẽdus eſt. In contrarium eſt magis communis opinio, vt per Couarr. variar. reſol. lib. 1. c. 1. n. 8 & lib. 2. c. 10. in princ. vbi quòd abſolutio ex eo quòd crimen probatum non eſt, dicitur diffinitiua, & non ab obſeruatione iudicij. Grat. reſp. 69. n. 16. vol. 2. Clar. in pract. q. 57. in verſ ſed hic quæro, & q. 62. verſ. forma autem. Villalob. d. ver. Reus, n. 61. quod fallit quando actor habuit competentes dilationes, & nihil probauit. tunc enim diffinitiuè abſoluitur, & non ab obſeruatione iudicij, vt per Neu z conſ. 19. n. 15. Fallit ſecundò quando actor minus ſufficienter probauit, quia tunc reus pariter debet diffinitiuè abſolui. Aym. conſ. 202. n. 15. ſed quòd ab obſeruatione iudicij, tradit Ioſeph. Lud. in com. opin. concl. 50. verſ. Euenit enim aliquando. Pacian. de probat. lib. 1. c. 67. n. 33. & ſeqq. vbi diſtinguit tres caſus, & latiſſimè ponit materiam: cuius autem effectus ſit abſolutio ab obſeruatione iudicij, perimit tota inſtantia. Item pereunt omnia acta præterquam probatoria. Ius tamen remanet actori ſaluum, qui, ſi vult, poteſt refectis expenſis nouum iudicium inchoare, vt per Ioſeph. Lud. in com. opin concl. 50. verſ. Et idem eſt in effectu abſoluere aliquem ab obſeruatione iudicij quod ab obſeruatione inſtantia. & verſ poteſt confirmari, & ſeq. vide Matheſ. ſing. 17. Villalob. A. 47. R. 61. & ſeqq Aym. d. conſ. 202. n. 15. vbi quòd quando reus eſt abſolutus ab obſeruatione iudicij, poteſt actor iterum agere refectis expenſis, ſecus ſi diffinitiuè. In criminalibus autem, an abſolutus ab obſeruatione iudicij poſſit iterum inquiri, dixi in Rep. crim. q. 77. n. 5. & an reus qui purgauit indicia, debeat diffinitiuè abſolui, dixi in d. Rep. crim. in fragmentis. verſ. Reus, n. 1. & an debeat ſequi abſolutio ab obſeruatione iudicij quando libellus eſt ineptus, poſui infr. verſ. Libellus ineptus. & in dubio, an abſolutio præſumatur diffinitiua, vel ab obſeruatione iudicij, vide Clar. in pract. q 57. verſ. hic quæro, & de hoc particulariter dixi in pract. crim. § inquiſitio, q. 4. in 3. ampl. quinta limitationis principalis. Dic quòd recurritur ad acta, ex quibus ſi id certificari non poteſt, in dubio præſumitur diffinitiua: hæc tradit Foller. in pract. crim. canon. c. 35. n. 11. & ſeq. vbi exemplificat. Et an ſit exprimenda cauſa in abſolutione ab obſeruatione iudicij, vide ſuprà q 74. n. 18. Alia ad materiam huius abſolutionis, vide infrà verſ. Abſolutio, inter diuerſa, n. 3. & de materia huius regulæ, Actore non probante, vide infrà num. 21.

Actionis hy pothecariæ materiam vide infrà verſ. hypothecaria actio. 19

Actore non probante reus abſoluendus. Roland. conſ. 41. n. 2. vol. 3. & conſ. 70. n. 2. eod. vol. & num. 3. vbi ampliat id etiam procedere in crim. Burſat. conſ. 346. num. 1. in 4. Maſcard. concluſ. 1224. num. 29. vbi eo ipſo quòd fiſcus non probat ſuam intentionem, reus cenſetur probaſſe ſuam innocentiam; & n. 4 vbi quòd iſto caſu reus poteſt actorem conuenire actione iniuriarum. Gig. lib. 2. tit. quom. & per quos crim. laſ. maieſt. prob. q. 30. vbi facit regulam, & illam limitat non procedere in crimine læſæ maieſtatis, dixi ſuprà n. 19. Ratio huius regulæ ea eſt, quia regulariter non ſolùm actor, ſed etiam reus, & vnuſquiſque fundamentum ſuæ intentionis probare tenetur, vt dixi ſuprà verſ. Actor, n. 13. & infrà verſ. Excipiens, n. 15. Adde Ioſeph. Lud. in com. opin. concl. 14. verſ. Ampliatur quartò, vbi quòd actore non probante eſt abſoluendus reus, etiam quòd ſit homo nequam. 20

Actor quis propriè dicatur, & quis reus, tractatur materia in l. diffamari. C. de ingen. & manum. ideo vide Doctores allegatos in materia illius legis. Et inter alia ſcias quòd actor fieri non poteſt is, qui ſemel reus factus eſt, vt per Ioſeph. Ludou. in com. opin. concl. 14. verſ. Nec actor fieri poteſt. 21

Actionem qui habet ad rem, rem ipſam habere dicitur. l. qui actionem, ff de reg. iur. quod intellige, vt id ſit non verè, ſed per fictionem, vt per Put. deciſ. 11. n. 6. & 7. in 1. lib. vbi ex hoc infert quòd quis non tenetur eius rei, cuius alter poſſeſſionem habet, ſoluere gabellam, ex eo ſolùm quòd ad illam habeat actionem. allegat Bat. in l. forma, §. ſi, cùm ego. ff. de cenſib. 22

Appellatio.

Appellationis remedium etiam diabolo, ſi eſſet in iudicio, concedendum foret, & de materia, poſui ſuprà quæſt. 16. num. 2. 1

Appellatio an poſſit prohiberi à Principe, ſeu ſtatuto, & de materia, poſui ſuprà q. 19. 2

Appellatio dicitur deſerta per lapſum fatalium. l. fin. & 3

& toto tit. C. de temp. appellat. c. cùm sit Romana, & c. ex ratione, vbi Doct. *de appellat* eleganter declarat Vestr. *lib. 7. c. vlt. n. 8. vers. sed postquam diximus*. Quanto autem tempore durent fatalia, vide infrà *n. 5.* & quando, & à quo tempore currant, infrà *ver. fatalia.*

4 Appellationem, & illius instantiam in dubio non esse desertam iudicandum est. Paris. *cons. 115. lib. 1. & 124. num. 12. eodem lib.* Ceph. *cons. 78. n. 25.* Roland. *cons. 54. n. 3 vol. 3.* Guid. Papæ *decis. 40. Voluerunt domini, in fine, sub rubr. de appellat.* Simonetta *decis. 4. in vna Rom. sub eadem rubr. de appellat.* cum aliis, de quibus per Lancell. *de attentat. cap. 12. in 1. amplias. num. 22. & seqq.* vbi *num. 26.* dicit, in dubio iudicandum pro non desertione, quando constat, vel adest fumus de bono iure in negotio principali, aliàs secus.

5 Appellanti regulariter ad prosequendum appellationem datur annus, & ex causa biennium, ad quam materiam vide Rom. *sing. 211.* Ang. *cons. 510. per totum.* Marant. *pag. mihi 189. n. 220.* Villalob. *ver. Appellatio num. 122.* omnino *decis. Pedem. 28. per totam, in discursu*, vbi quando dicatur iusta causa, seu iustum impedimentum concedendi biennium, quomodo probetur impedimentum, & ad alia, materiam *ibi* videas. Crassus *in com. opin. lib. 2. c. fin. q. 11. tom. 2.* vbi quòd si impedimentum prouenit à iudice, est necessaria protestatio Sed quod indistinctè ad prosequendum appellationem concedatur biennium, dicit communem Crassus *vbi supra, quæst. 10.* licèt benè ipse teneat quòd finito anno possit citari appellans ad docendum de causa impedimenti, & eo non docto, posse exequi sententiam. Et quòd in Curia Romana indistinctè detur biennium, tradit Cassad. *decis. 6. n. 8 tit. de appellat.* Vide in proposito Lancell. *de attentat. c. 12. in præfat. num. 49 & seq.* vbi quòd secundus annus non conceditur appellanti, nisi in primo fecerit aliquam diligentiam, quia non sufficit præsentasse solùm commissionem appellationis. & postea desistere, vt *ibi* per eum, vbi videas, qui allegat plures decisiones Rotæ. Istud autem biennium quando & à quo tempore currat, vide *ver. fatalia.* Ad hanc totam materiam vide latè Oddum *de restit. in integ. quæst. 70. per totam.*

6 Appellatio debet interponi infra decem dies, & de materia posui suprà *in quæst. 53.*

7 Appellatio quot vicibus interponi possit, Cæp. *caut. 176. & 193.* & quid si plures interpositæ sint appellationes, quænam prosequenda sit. Dic quòd prima, Villalob *A. n. 118.* Mynsi. *obseru. 61. cent. 2.* vbi quid si vna appellatio fuerit facta viua voce, & alia in scriptis. Dic quòd si prima appellatio facta viua voce est valida, ab ea incipit currere tempus, & ea attenditur; si verò est nulla, attenditur appellatio in scriptis, secundùm veriorem, & magis communem, de qua per Crassum *lib. 2. com. opin. cap. fin. quæs. 4 tomo 2.*

8 Appellatio quando debeat esse in scriptis, & quando sufficiat, viua voce interposita, vide Cæpol. *caut. 191. in princ.* Socin. *reg. 19.* Villalob. *A. num. 120.* Marant. *pag. mihi 182. num. 131.* Mynsi. *obseru. 7. cent. 1. & obseru. 61. cent 2.* Distinguas in hunc modum. Aut sumus in interloquutoria, aut in diffinitiua sententia. Si in interloquutoria, appellatio debet esse in scriptis, nec sufficit viua voce. Crassus *lib. 2. com. opin. q. 2. cap. fin. tomo 2. decis. Pedem. 6.* vbi tamen videas, & videas etiam Ant. Thesaur. *decis. Pedem. 54.* vbi quòd non sufficit isto casu dare in scriptis causas appellationis, sed etiam debet in scriptis dari appellatio. Si verò in diffinitiua, tunc subdistingue, aut appellatio interponitur in continenti, aut ex interuallo: si in continenti, sufficit viua voce. Crassus *ibidem d. q. 2. & 3.* vbi ampliat quòd in continenti dicitur interposita appellatio, donec iudex sedet pro tribunali, etiam quòd deuenerit ad alios actus, & *ibi* testatur de veriori, & communiori opinione. Si verò appellatio a diffinitiua interponitur ex interuallo, debet tunc esse in scriptis, secundùm Crassum *vbi suprà d. quæst. 2.* & est text. *in l. 1. in fine, & l. seq. ff. de appellat. l. litigatoribus*, vbi glos. Bart. Bal. & alij, *C. de appellat.* Spec. *in tit. de appellat. § qualiter, in prin.* Maran. *in 2. actu 1. part. 6. partis principalis, num. 124. & seqq.* vbi etiam alia in materia. Sed quid vbi proceditur simpliciter, & summariè, vide *in decis. Pedem. 1. num. 32.* Et an appellatio facta viua voce, cuius tamen grauaminis causæ sint in scriptis redactæ, dicatur in scriptis interposita, vide *in decis. Pedem. 6.* Aduerte tamen, quòd etiam in casu, in quo appellatio viua voce admittitur, debet non obstante appellatione viua voce interposita dari infra decem dies schedula appellationis in scriptis, aliàs erit deserta appellatio, secundùm Lancellottum *de attentat. appellat. pendent. cap. 12. in præfat. num. 57.* allegat inter alios decisionem Putei, quia appellatio interposita *sub rub. de appellat.* licèt contrarium tenuerit *decis. 54.* aliàs *385. si appelletur, de appellat. in nouis*, vt *ibi* per eum, qui hoc ampliat, etiam quòd fuerint dati reuerentiales. Sed contrarium quòd appellatio sine scriptis sustineatur, si iudex illi detulerit, videtur tenere idem Lancellot. *d. cap. 12. in 1. limitatione num. 70.*

Appellatio an debeat causam grauaminis continere, vide Rom. *sing. 324.* siue 774. Socin. *reg. 14. 16.* Mathes. *sing. 123. in addit.* facias duas principales conclusiones. Prima quòd in sententia definitiua non est necesse grauamen exprimere, sed sufficit dicere se grauatum. *l. 2. C. de appellat.* glos. & Doct. *in cap. cùm in Ecclesia, extrà eodem*, & est communis, teste Crasso *lib. 2. com opin. cap. fin. quæs. 5 tomo 2.* Secunda sit conclusio, quòd in sententia interloquutoria necesse est causam exprimere. *c. vt debitus, extrà de appellat. c. coram, de appellat. in 6. Clem. appellanti, eodem titulo.* Rot. *decis. 2. alias 7. Si appelletur. de appellat. in nouis*, & est communis, teste Crasso *d. quæst. quinta.* 9

Amplia vt causa in sententia interloquutoria sit exprimenda, etiam quòd sit notoria. An autem in notoriis causa sit exprimenda in appellatione, dixi suprà in quæstionibus in materia notorij, & dixi *in tit. de delictis & pœnis quæst. 21. num. 120 lib. 1. quæst. crimin.* vt per Lancellot. *de attentat. cap. 11. in 1. limit. num. 32.*

Limita I. nisi simus in interloquutoria, cuius iniquitas per allegationes iuris detegitur, tunc enim causa non est in ea exprimenda. Lancellott *ibid. n. 33.*

Limita II. quando iudex detulit appellationi interloquutoriæ: tunc enim etiam causa non expressa, sustinetur, vt *ibidem* per Lancellott. *num. 69.*

Limita III. in interloquutoria, per quam fit præiudicium sententiæ diffinitiuæ, & sic tangit negotium principale. causæ enim expressio tunc in ea non est necessaria, vt per Contard. *in l. 1. C. si de moment. possess. in 5. limit. num. 9.* Sed quando causa est exprimenda in appellatione, an sufficiat quòd tacitè sit apposita, an verò requiratur expressa, vide Tiraq. *de l. connub. pag. mihi 505. num. 162. 163. 190. & seq. pag. 510.* vbi aliqua alia in materia Lancellott. *de attentat. d. c. 12. in 1. limitat.* vbi an sufficiat causam exprimere per relationem ad acta. Et in materia scias, quòd vbi aliàs est prohibita appellatio, & ex aliqua causa admittitur, tunc in appellatione est exprimenda causa. Contard. *in d. l. 1. C. si de momen. possess. in 1. q. num. 5. & seqq.* Couarru. *pract. quæst. cap. 25. sub n. 1.* Item scias quòd in casu quo appellatio debet continere causam, tunc causa non debet esse friuola, sed iusta, & rationabilis, vt per Contard. *d. 1. quæst. num. 51. & seqq. & n. 55. & seqq.* vbi quæ dicatur friuola causa. Item sciaa quòd quando in appellatione est exprimenda causa,

tunc non licet appellationem iustificare, nisi ex causæ expressa, vt *ibidem* per Contard. *quæst.* 2. Et quid si in appellatione plures sint expressæ causæ, & in iustificatione fuerit vna tantùm causa probata, vide per Lancellott. *d. cap.* 12. *in* 1. *limit. num.* 43.

10 Appellare quando liceat ad priores ciuitatis, Corset. *sing. pag.* 141. *a tergo.*

11 Appellare ad Principem quando liceat, omisso medio, quandóve appellatio sit gradatim facienda, vide Soc. *reg.* 23. Diaz *reg.* 34. Roland. *cons.* 76. *num.* 35. *& seqq* Mynsin. *obser.* 67. *cent.* 1. *& obseruat.* 4. *cent.* 2. *& obseru.* 55. *cent.* 3. *& obser.* 57. *decis Bonon.* 96. Franc. *in cap. dilecti, num.* 1x. *& pluribus seqq. extrà, de appellat.* vbi latè, & *ibi* alij Doct. In qua materia scias quòd quando est appellatum, omisso medio, ad superiorem, puta ad Papam, non potest alius iudex, ad quem gradatim erat appellandum, se in d. causa, appellationis causa intromittere, vt per Lancellott. *de attentat. appellat. penden. cap.* 12. *in* 21. *ampliat.*

12 Appellatio an dicatur suspendere, vel extinguere sententiam, & de materia *decis. Pedem.* 5 *num.* 5. vbi quòd extinguit, vel saltem suspendit. generaliter præter infrà posita vide Diaz *reg.* 37. Corrad. *in Bren. pag.* 206. *num.* 21. Villalob. *in com. opin. ver. Appellatio num.* 112. 113. *&* 25. quòd extinguat, plura adducit Gomez *tit. de homicid. num* 69. sed de hoc dubitatur *ibi* per Suarez *in addit litt. M.* vbi de materia remittit ad aliquos, & deinde in proposito reprobat differentiam, quæ ab aliquibus fit inter causas ciuiles, & criminales; sed quòd appellatio extinguat sententiam, est text. *in l.* : . *in fine ff ad Trebell.* & sequuntur plures relati per Lancellott. *de attentat. cap.* 12. *in præfat. n.* 114. sed quòd non extinguat, sed tantùm suspendat, est text. *in cap.* 1. *de re iudic* ibi, *Appellatione suspensa, & in cap. venientes, de iureiuran.* ibi, *sententias appellatione suspensas*, & hanc opinionem sequuntur plures relati per Lancellott. *ibidem num.* 108 *& seqq. & num.* 114. Pro concordia dicas quòd quatenus respicit futura, appellatio non extinguit, sed suspendit sententiam; quatenus verò respicit præterita, extinguat, & hæc distinctio est communis, sicuti testantur Corrad. *in Bren. tit. de appellat. num.* 21. Villalob *littera A. num.* 112. cum aliis, de quibus *ibidem* per Lancellott. *d. num.* 114. *& seqq* Alia in materia traditur regula, quòd appellatio conseruat statum appellantis, vel sic, Appellatio conseruat appellantem in statu, in quo erat ante sententiam. *l.* 1 *ff nil noua appell. pend. l. sciendum.* ibi, *omnia in eodem statu. ff. de appellat. recip. l. appellatione, C. de appellat.* Ideò appellans potest ea omnia facere, quæ poterat ante sententiam, vt per Lancell. *d. cap.* 11 *in præfat. n.* 84 *& seqq.* vbi infert, & declarat pluribus modis hinc est quòd appellatione interposita bannitus habet testamenti factionem actiuam, & passiuam, sicut ante sententiam banni, vt dixi *in Repert. crim. quæst* 12. *num.* 4 *&* 11. Item bannitus non potest impunè offendi appellatione interposita, vt dixi *in eodem Rep. in fragmentis, verb. infamia, num.* 3. inter diuersa.

Limita, quia appellatio dicitur, reducere causam ad pristinum statum, quo videlicet erat post litem contestatam, non antea. Lancellott. *ibidem num.* 118. *& seqq* vbi concordantes allegat, testantes de communi, Villalob. *littera A. num* 109. An autem sententia habeat præsumptionem pro se, si ab ea est appellatum, vide suprà *quæst.* 84.

13 Appellatus quando possit se fundare, seu inhærere appellationi appellantis, vide text. & *ibi* Doct. *in l. ampliorem, C. de appellat.* qui videtur ponere regulam affirmatiuam, &, ni fallor, loquitur etiam quòd appellationi non adhæreatur infra decem dies per appellatum. Quæ verò infrà dicuntur de adhæsione infra decem dies, non loquuntur de appellato inhærente appellationi appellantis, sed de inhærente appellationi consortis, vel alterius per se interpositæ. Considera, quia ita credo esse veritatem. Vide ad materiam Guid. Pap. *decis.* 136. *num* 87. Thom. Fastol. *decis.* 5. Guid. Pap. *in tract. de appellat. q.* 118. *fol.* 48. Dic quòd non appellans potest inhærere appellationi appellantis infra decem dies, non autem postea, Vant. *tit. quis poss. dic. de nullitat. num* 26. *fol.* 3. allegat inter alios glos. *in c. vt circa. in verb. adhærentes, in fine, de elect. & in cap. grauatum, in fine, de appellat. in* 6. Rota *decis.* 5. alias 225. *Adhærentes in nouis, tit de senten. excom.* Vestr. *in pract. tit. de appellat. num.* 20. *&* 49. sequitur Lancellott. *de attentat. c.* 12. *limit.* 50. *num.* 50. *& seqq* De tertio autem non litigante, quando possit inhærere appellationi alterius, vide per eundem Lancellott. *d. cap.* 12. *in* 11. *ampliat. per totam, & in* 44 *limit* vbi, quòd non appellans non potest inhærere appellationi illius, qui appellauit non simpliciter, sed in parte, & partibus.

Appellans, si iudex reiicit appellationem, debet à 14.
tali reiectione appellare, alias transit in iudicatum. Contar. *in l.* 1. *C si de mom. possess. in* 19. *quæst. num.* 7. Plot. *in l. si quando n.* 159. *& seqq. C. vnde vi.* Grauat. *in addit. ad Vestr. pag. mihi* 240. *num* 23. Fallit quando non admisit, nisi si & in quantum. Corn. *cons.* 8. *vol.* 1. super qua fallentia vide generaliter tradita infrà *vers. Appellatio admissa si & in quantum.* Et de materia generaliter vide infrà *versic. Exceptio.* An autem, & quando licitum sit appellare à reiectione appellationis, vide suprà *quæst.* 16. *num* 61. vide ad materiam huius versiculi infrà alio *vers. Appellans si iudex, n.* 27.

Appellatione deserta, an statim sit facienda exe- 15
quutio, & de materia, posui suprà in quæstionibus *q.* 55. *num* 12. *& seqq.*

Appellatio non dicitur deserta donec pronuntie- 16
tur causam desertam. dixi suprà *q.* 55. *n.* 41. *& seqq.*

Appellatio vbi interponitur à grauamine interlo- 17
quutorio, an deuoluat etiam negotium principale, & sic an iudex *ad quem*, remaneat etiam iudex negotij principalis: vide Corrad *in Bren. pag.* 109 *num.* 18. Distinguas in hunc modum Aut grauamen iustificatur, aut non: si grauamen iustificatur, facias conclusionem affirmatiuam, quòd videlicet iudex grauaminis remanet etiam iudex in negotio principali secundùm veriorem opinionem, de qua per Turzan. *opin.* 26. Multò magis prædicta conclusio procedet quando causa est commissa cum clausula vnà cum toto negotio principali. per ea quæ infra dicentur in hoc versiculo. Si verò grauamen non iustificatur, & sic quando pronunciatur male appellatum, tunc an iudex grauaminis remaneat iudex in negotio principali, vide Ruin. *cons.* 14. *vol* 4 & dicas quòd non, secundùm Vant. *tit de nullita. ex def. ct iurisd. num* 61. *& seqq.*

Amplia hanc negatiuam conclusionem, vt procedat etiam quòd causa sit commissa cum clausula, *vnà cum toto negotio principali.* talis enim clausula censetur conditionalis, videlicet in euentum grauaminis, & non aliàs. Ideo non iustificato grauamine nihil operatur, vt *in decis. Bonon.* 5. *num.* 3. tradit Vant. *vbi suprà n* 65. inferens ex hoc quòd non obstante tali clausulæ iudex grauaminis non potest super negotio principali cognoscere, nisi priùs discusso articulo grauaminis hanc eandem ampliationem sequitur Lancellott. *de attentat. cap.* 4. *limit.* 1. *num.* 56. *& seqq.* vbi subdit, quòd licèt ea sit vera de iure communi, tamen de stylo Rotæ contrarium seruat. Isto enim casu vigore talis clausulæ iudex appellationis cognoscit de negotio principali, etiam non iustificato grauamine, allegat Achil. *decis.* 70. *Commissa sub rub. de commission.*

ſion. & deciſ.72.Quicquid ſit,in fine,eodem tit. & in propoſito vide generaliter tradita infrà *verſ. clauſula vna cum toto negotio principali.* & Ruin.*d.conſ.*114.*lib.*4.

Limita ſopradictam negatiuam conclusionem, vt non procedat de partium conſenſu tacito,vel expreſſo. ſtante enim partium conſenſu, etiam omiſſo articulo grauaminis interloquutorij, poreſt iudex ſuper negotio principali cognoſcere, vt per Vanr. *vbi ſupra,d.num.*61.*& ſeqq.* vbi ampliùs quòd ſufficit iſto caſu ſolus conſenſus appellantis. Si enim appellans inſtar debere primò ſuper negotio principali pronuntiari, omiſſo articulo appellationis à grauamine, poterit hoc iudex facere, vt *ibi* per eum, & eſt communis, vt per Turzan. *opin.* 27. An autem appellationis cauſa deuoluat etiam cauſam nullitatis, eſt communis. dixi infra *verſ.nullitas.*

18 Appellandi tempus quando currat,vide ſuprà *q.*53.

19 Appellationis iudex an exequatur ſuam ſententiam, an verò iudex *a quo*, & de materia, vide Diaz *reg.*676.Breu.*pag.*215.*num.*2. Mynſ.*obſeruat.*94.*cent.*4. Luc.Pet.*in form.Capitol.fori,tit de exeq.rei iud.* Veſtr.*in praxi in eodem tit.*Dic quòd ſi eſt appellatum a ſententia,& iudex appellationis confirmat, ipſe exequitur; ſecus ſi ob lapſum fatalium prima ſententia firma remanet.quia tunc primus iudex exequitur. Idem ſi appellatio ſit deſerta,quia non petiti apoſtoli,ideo ſi iudex *ad quem*, pronunciauit appellationem fruſtatoriam. hæc & alia in materia videas per Iaſ. *in l. à diuo Pio,num.*46.*ff.de re iudic.* & Ceph.*conſ.*185.*n.*46. *lib.*2. Alex.*conſ.*95.*num.*4.*lib.*2. Franc.*in c.ex ratione,num.*97. *de appellat.* vbi idem dicit,quòd primus iudex deberet exequi,etiam ſi iudex appellationis pronunciaſſet appellationem deſertam, & vlteriùs confirmaſſet primam ſententiam Ad hanc totam materiam vide omnino Felin. *in eius Repert. verſ. per exequutor ſententia,* ad quem pertinet ſi fuit appellatum,&c.vbi facit plures concluſiones. aliquid infrà *verſ.ſententia,n.*23.

20 Appellatio friuola, & calumnioſa, an & quando admittenda,& de materia præter infrapoſita generaliter,vide Corrad. *in Breu.pag.*199.*num.*4. *& pag.*204. *verſ.*8.*adde,&c.& pag.*205.*num.*19.faciunt infrà tradita *verſ. exceptiones calumnioſa.* & quæ de reſtitutione calumnioſa traduntur ſuprà *q.*48.Regula ſit,quòd appellatio friuola,irrationabilis, & calumnioſa, puta ad retardandum exequutionem, & intricandum litem, non eſt admittenda,*c. cùm appellationibus friuolis,de appellat in* 6.Bar.*in l.*1 *§.interdum, ff. à quib. appell.non lic.* Menoch.*de arb.quaſt caſu* 197.*num.*1.Hinc eſt quòd iudex, eà non obſtante, poteſt licitè abſque attentatorum vitio ad exequutionem procedere. Lancellott. *de attentat.cap.*12.*in* 6.*limit.num.*1.*& ſeqq.* Felin.*in cap.de catero,num.*11. *de re iudic.& in c.licet cauſam, num.*5. *de probat.*Dec.*in c.ſuper eo il* 1. *col* 2. *de appellat.* cum aliis de quibus per Conrard.*in l.*1.*C.ſi de momen.poſſeſ.in* 7. *limit.n.*41 *& ſeqq.*

Amplia I. quia appellationem calumnioſam index etiam ex officio parte non petente repellere poteſt,de quo dixi ſuprà *q.*76.

Amplia II. non ſolùm ſi de calomnia euidenter conſtat,ſed etiam ſi præſomptiue, ſufficit enim, quòd contra appellantem præſumatur ad hoc vt poſſit exequi ſuam ſententiam, vt *ibid.* per Lancellot. *num.*10. *& ſeqq.*

Limita I. quia ad hoc vt reſpectu calumniæ reiiciatur appellatio,præſumptio calumniæ debet eſſe vehemens,& non leuis.Conrard.*in d.*7.*limitat.n.*48. niſi ſimus in iudiciis ſummariis, puta poſſeſſoriis. tunc enim leuior calumniæ præſumptio ſufficit,ſecundùm Felin.*in c.de catero,n.*12.*de re iudic.* & Conrard.*vbi ſuprà,num.*50.

Limita II. dummodo de calumnia appareat, vt dixi,aut euidenter,aut præſumptiuè: ſecus ergo ſi ſit dubium, quia in dubio appellatio non debet friuola reputari, & ideo iudex non debet ſuam ſententiam exequi,vt *ibidem* per Lancell.*n.*48.

Limita III. quia iudex reiiciens appellationem propter calumniam, debet facere talem calumniæ præſumptionem redigere in actis,aliàs tenetur in ſyndicatu,vt *ibid.*per Contard.*n.*55.

Limita IV. quando eſt inhibitum per iudicem *ad quem*,tunc enim non poteſt iudex *à quo*, ſuam ſententiam exequi,etiam quòd appellatio ſit friuola,vt *ibid.* per Lancell.*num.*15.*& ſeq.*vbi reſpondet ad contraria. Aduerte tamen quòd hæc limitatio procedit de ſtilo Rotæ, ſecundùm quem inhibitio ſiue iuſta, ſiue iniuſta,eſt timenda: vnde ſecus extra Rotam,vbi inhibitio emanata in vim friuolæ appellationis non impedit exequutionem,vt per Lancell. *cap.*20. *limit.*1.*num.*10, & faciunt ſuprà tradita *q.*56.*n.*23.

Limita V. ſi iudex detulit appellationi friuolæ, vt per Lancell.*d.cap.*12.*in* 6.*limit.n.*20. *& ſeqq.* vbi *n.*27. *& ſeqq.* dicit hanc limitationem multò magis procedere,quando talis appellatio fuiſſet admiſſa parte non contradicente, & iam appellatus comparuiſſet coram iudice *ad quem.*

Limita VI. in criminalibus,de quo dixi *in crimin. q.*80.*num.*14.

Limita VII. quia præſumptio calumniæ ceſſat vbi appellans offert in promptu iuſtificare cauſam appellationis Rip.*in l.*4.*§.hoc autem iudicium, n.*56.*ff. de damn. infect.* niſi forſan eſſet vehemens præſumptio calumniæ, quia tunc non tollitur per talem oblationem,vt per Iaſ. *in l.*4.*§. condemnatum, num.*12. & Rip. *num.*14.*de re iudic.* Felin.*in c.cùm contingat, num.*18. *de offic. delegat.& in c.de catero,num.*11.*de re iudic.*Quæ autem dicatur friuola appellatio, vide Contard. *vbi ſuprà in* 1. *q. num.*35. *& ſeqq.* & dic quòd illa dicitur appellatio calumnioſa, & friuola, quæ nunquam poteſt appellanti procedere. Vel dic quòd remittitur iudicis arbitrio,vt per Lancell. *d.cap.*12. *in d.*6.*limitat.num.*3. *& ſeqq* Menoch.*d.caſu* 197.*n.*7. Et quis debeat iudicare,& cognoſcere,an cauſa ſit friuola, iudex *à quo*, vel *ad quem*,& quomodo,vide *ibidem* per Conrard. *d.q.*1. *num.*16. *& pluribus ſeqq.*& faciunt *l generaliter tradita, verſ.appellationi an ſit deferendum.*

Appellare quis poteſt à parte ſententiæ, & partem acceptare,niſi ſimus in connexis.Menoch.*de arb.quaſt. pag.mihi* 145.*num.*9.27.*& ſeq* ſed ad hoc vide Lancell. *de attent.cap.*12.*num.*26.vbi quòd in connexis non poteſt fieri exequutio pro parte ſententiæ acceptatæ, ſtante appellatione in alia parte, vt *ibi* per eum. Ad quam materiam,quando ſcilicet exequutio fieri poſſit pro parte ſententiæ acceptatæ, licèt in alia parte fuerit appellatum,vide Boër.*deciſ* 75 *per totam.* Alber. *in l.etiam,§.ex cauſa,col.*2.*verſ. ſed quid ſi appellatum, ff. de minor.pag. mihi* 274 quid de appellatione quatenus contrà,vide infrà *in ſequenti verſ.* 22

Appellatio conditionalis,& quatenus contrà quando valeat,& de materia,Lancell.*de attentat. cap.*12.*limit.*50.*n.*192.*& ſeqq.* 22

Appellatio ſine nomine iudicis *ad quem* appellatur,vel incerto nomine interpoſita,an valeat.Corrad. *in Breu.inru, pag.mihi* 210.*num.*53. *& ſeqq.* vbi latè de materia.Craſſus *in com.opin.lib.*2 *q.*1.*cap.fin.*2.*tom.com. opin.* vbi quòd valet, & *ibi* teſtatur de communi. Tu verò dicas quòd regulariter appellatio debet continere nomen iudicis *ad quem*, vt per Lancell. *de attentat. cap.*12.*limit.*50.*num.* 89. ideò non ſufficit generaliter dicere, Appello ad ſuperiores, vt *ibidem num.* 208. *& ſeqq.*vbi tamen dicit,quòd ſi quis dixerit, Appello ad ſuperiores iudices competentes, ſuſtinetur iſto caſu appellatio,dummodo infra decem dies nominet par- 23

ticulariter iudicem, ad quem appellasse intendit, & eidem appellationem intimauerit, vt *ibi* per eum.

34 Appellati an debeat à Vicario Episcopi ad ipsum Episcopum, & de materia Roland. *cons.75.num.16.& seqq.vol.3.*

35 Appellatio ex quibus actibus iustificari possit, & de materia illius regulæ, *Non deducta deducam*, generaliter præter infraposita vide Maran. *in spec. pag. 184. num.149.& seqq.& in vlt.impress.n.161.& seqq.* Felin.*in c.cum Ioan.num.27.& seqq.de fide instrum.pract.Capitol. lib.5.cap.11.tit.de iustific. sentent.* Rom.*sing.285.& 404.* Duen.*reg.*48. Mathes.*sing.39.& in add.* Socin.*reg.*323. Corrad.*in Breu.iuris, pag.* 136. *vers. Aliam parum, &c.* Roland. *cons.94. num.5. vol.* 1. Idem Corrad.*in d. suo Breu.pag.*199.*n.*1. *& seqq.* pulchrè Neuiz. *cons.19.n.15. & seqq.*vbi arguit pro, & contrà.Menoch.*de arb.quæst. lib.1.q.72.* per totam. dixi aliquid in Rep. testium, in materia testium examinandorum post publicationem, vbi an noui testes possint in causa appellationis examinari.Regula sit quòd in causa appellationis potest quis non deducta deducere, & non probata probare, *l.per hanc, C.de temp.appellat. l. eos, C. de appellat.* Menoch.*d.q.72.n.9.* not.Doct.*in c.fraternitatis, de test.*

Amplia I. hanc regulam, vt procedat etiam in criminalibus, in quibus si in prima instantia omissa fuerit aliqua qualitas aggrauans delictum, potest in causa appellationis qualitas deduci, & dennò reus desuper interrogari, vt per Lancell. *de attent.c.12. limit.27. num* 10.*& seq.*

Amplia II. vt non solùm appellans, sed etiam appellatus, possit non deducta deducere. Mynsi.*obser.21. incip.In causa appellationis, cent.2.*Lancell.*ibi num.12.*

Amplia III. etiam quòd in prima instantia fuerit conclusum in causa.Lancell. *ibi num 13.* Alin.*in praxi, §.23.c.6.in 13.limit.reg ibi,per eum posita.*

Amplia IV. vt prædicta procedant etiam in supplicatione, seu recursu, vt dixi suprà *q.19.n.5.*

Amplia V. vt prædicta regula multò magis procedat in iure superueniente in secunda instantia, secundum Menoch.*d.q.72.num.11.*

Amplia VI. vt in secunda instantia possit etiam deduci, & probari personatum legitimatio omissa in prima, vt *ibi* per Menoch.*n.12.* ad quod particulariter videas supra tradita *q.57.n.*8.

Limita I. nisi probatio per malitiam fuisset in prima instantia omissa, quia tunc non habet locum regula, *Non deducta deducam* Lancell. *ibid. num. 5. & 6.* vbi idem, si quis in dilatione sibi præfixa in prima instantia scienter omiserit probationem. Marsil. *singul.*140 *&* 160. vbi idem, si probatio fuerit omissa in prima instantia scienter, & per negligentiam. Menoch.*d.q.72.num.13.*vbi idem in eo, qui potuit in prima instantia probare, & tamen noluit, ad magis defatigandum aduersarium.

Limita II. in exceptione dilatoria, qua omissa in prima instantia, potest opponi in secunda ante litem contestatam. Aret.*in §.appellantur,n.4.Instit.de except.*

Limita III. in appellatione ab interloquutoria. Bart.*in l.1 ff.de minor.* Guid Pap.*cons.124 n.5.* Menoch. *d.q.72 num.5 & 15.*

Limita IV. quando appellans in secunda instantia vellet probare dolum iudicis *à quo*, quia id potest. Menoch.*d.q.72.num.2.*vbi videas. An autem quis asserens se in prima instantia non potuisse probare, quia iudex noluerit, & sic dicat se impeditum facto iudicis, possit in secunda instantia probare, vide *ibid.* per Menoch.*n.7.*

36 Appellationis causa an deuoluat etiam causam nullitatis, & sic, an iudex appellationis possit de nullitate cognoscere, & è contra, vide infrà *dict. vers. Nullitas, num.4.& 5.*

Appellans si iudex reiicit appellationem, debet à tali reiectione appellare; aliàs sibi præiudicat, & reiectio in iudicatum transit. Plura ad hoc suprà adduxi *num.* 14. Contra quæ modò oppono de traditis per Spec.*in tit.de appellat.in §.qualiter autem, num.25.in fine,& 26.*Franc.*in c.constitutus, num.17. & 19. extra de appellat.* Contard.*in l.1.C. de moment. possess.in 19.quæst. num* 8.dicentes, quòd non delatio iudicis *à quo* nihil præiudicat appellationi interpositæ. Et hoc, quia pronunciare, & cognoscere, an appellatio sit admittenda, necne, spectat ad iudicem *ad quem*, non autem iudicem *à quo*, vt dicetur *in seq. vers.* vbi amplius quòd non delatio iudicis *à quo*, non dicitur pronuntiatio super non admissione appellationis. Imò Franc. *vbi suprà*, dicit non esse necesse appellare à non delatione iudicis *à quo*, si à non delatione non est necesse appellare, si non delatio nihil præiudicat appellanti, ac si non deferre appellationi non est pronunciare super non admissione appellationis. Prout infrà dicetur *in seq. vers.* Necessariò sequitur falsum esse quòd si iudex *à quo* reiiciat appellationem, sit necesse à tali reiectione appellare, alias transeat in iudicatum. Pro solutione aduertas quòd ego non vidi originaliter authoritates suprà allegatas *num.*14. sed pro nunc dicerem timore huius contrarij, quòd illæ loquantur, & intelligi debeant non in delatione facta à iudice *à quo*, quæ propriè non dicitur pronunciatio super non admissione appellationis, vt dicetur *in seq. vers.* sed in reiectione facta à iudice *ad quem*, qui propriè habet hanc cognitionem. Vel quatenus loquantur in reiectione facta à iudice *à quo*, ea debeat intelligi non quando iudex dando responsionem appollolorum, illam non admittit, quia, vt modò dixi, non vocatur talis non admissio pronunciatio super reiectione appellationis, sed quando interloquendo expresse pronunciat, appellationem reiiciendam, prout loqui particulariter videtur Contard. *in d.l.1 q.1. num.15.C.si de moment. possess.* Tunc enim à tali reiectione iudicis *à quo* crederem necessariam appellationem, aliàs secus. Quatenus autem authoritates suprà allegatæ *num.*14. loquantur in reiectione, quam facit iudex *à quo*, non deferendo appellationi, tunc considera, quia contrarium multum obstat. Vide suprà *n.*14.

Appellationi an sit deferendum, iudex à quo cognoscere debet. An autem appellatio sit legitima, & admittenda, vel reiicienda, cognoscit iudex *ad quem*, qui solus, non autem iudex *à quo* super reiectione appellationis, pronunciare potest. Fallit quando notorium est appellationem reiiciendam, tunc enim iudex *à quo* potest pronunciando illam reiicere, secundùm Franc.*in c.constitutus, num.17. de appellat.* Contard. *de moment.possess.q.1 num.16.*secundùm Contard.*in l.1.C. si de moment.possess.q.1.n.16.& seqq.*vbi multa notanda. in materia Lancell.*de attentat.cap.12.in 5.amplias n.2. l. chirographis, §.1.* vbi Bar.*in 1. notab.ff.de administrat. tut.c.dilectus filius, extra de rescript.* Franc. *in c.constitutus,n.19.& in c.de priore,n.1.de appellat.* Spec. *in tit. de appellat. §. nunc dicamus, num. 2. 3.& 9.* Bal. *in l. appellatione, num.8.C.de appellat. & in c.pastoralis, §.præterea, num. 5. de offic. deleg.* & est communis, vt per Ifern. relatum per Contardum, vbi suprà *quæst.* 19. *num.9.* Imò secundùm Bal.*in d.l. appellatione,* & Franc. *in d.c.constitutus.* Aliud est non deferre appellationi, & aliud pronunciare appellationem non admittendam, & quando iudex *à quo* non deferendo appellationi dat refutatorios, non dicitur super reiectione appellationis pronuntiare, quod est iuris, sed tantùm dicitur ab appellatione se abstinere, quod est facti. Sed contra prædicta faciunt suprà tradita *n.* 14. vbi quòd appellans si iudex *à quo* reiicit appellationem, debet à tali reiectione appellare, aliàs reiectio transit in iudicatum.

tum. Et sic apparet, quòd Iudex *à quo* reiiciendo appellationem dicitur super reiectione pronunciasse, aliàs non transiret in iudicatum: solutionem huius contrarij posui *in anteced. num.* vbi videas. Et in proposito sciaz quòd si iudex *ad quem*, (qui, vt dixi, habet cognoscere an appellatio sit admittenda, nec ne) appellationem non admittendam credat, causamque iudici, *à quo* remittat facta remissione potest iudex *à quo*, aliaque attentatorum vitio ad vlteriora procedere, etiam quòd appellans à remissione causæ appellauerit, nisi forsan tertius iudex ad quem fuit à dicta remissione causæ appellatum, inhibuisset. Lancellott. *de attentat. cap.* 12. *limit.* 29. *& cap.* 20. *limitat.* 2. *num.* 15. *& seqq.* & ad hoc faciunt suprà tradita *quæst.* 55. *n.* 85. *&* 103.

29 Appellatio quando possit pacto partium remitti generaliter, de materia vide Diaz *reg.* 520. Duen. *reg.* 49. Villalob. *A. num.* 126. *& seqq.* regula sit quòd appellatio potest pacto partium remitti. valet enim pactum quòd causæ vna sententia terminentur. plures ad id allegat Lancellott. *de attentat. cap.* 12. *in præfat. num.* 21. & est decisio Rotæ 2. aliàs 287. licèt appellationi, *de renunciat. in nouis*, & ita aliàs fuit tentum in vna Pampilonen. prioratus 8. Nouembr. 1555. coram Chinanen. vt *ibi* pro eum. Adde pro eadem regula Anchar. *quæst.* 4. *num.* 1. *part.* 2. hæc ponas suprà *quæst.* 16 *sub num.* 63. Et an attentata pendente appellatione post renunciationem ei factam sint reuocanda, posui suprà *q.* 55. *n.* 46.

Limita I. vt non procedat hæc regula in criminalibus, de quo dixi *in Repert. crimin. quæst.* 80. *num.* 29. & in impressis *q.* 101. *num.* 20. *& seqq.*

Limita II. quando de grauamine notoriè constaret; tunc enim admittitur appellatio, non obstante renunciatione. Lancellott. *d. cap.* 12. *in* 8. *limitat. num.* 32. *& seqq.* vbi respondet ad contraria, & faciunt suprà tradita *q.* 18. *n.* 21. *& q.* 19. *n.* 24. *&* 45.

Limita III. in sententia lata per dolum, vel latam culpam iudicis à quo datur pariter appellatio, non obstante tali renunciatione vt *ibid.* per Lancellott. *n.* 37. *& seqq.* faciunt pro hac limitatione suprà tradita *q.* 19. *num.* 26. *&* 46. quid de tacita renunciatione appellationis, dicetur infrà *n.* 32.

Limita IV. quando ex sententia para fuit enormissimè læsa, quia tunc non obstante renunciatione potest appellare. Anchar. *q.* 4. *n.* 6. 2. *part.*

30 Appellare à sententia nulla non est necesse, posui suprà *quæst.* 55. *num.* 8.

31 Appellatio admissa si & in quantum, hæc ponas suprà *quæst.* 55. *n.* 86. cuius effectus sit, & de materia generaliter præter infraposita videas Menoch. *de recup. possess. pag. mihi* 155. *num.* 331. *in fine, decis. Bonon.* 1. Corrad. *in Breu. pag.* 204. *num.* 10. Grauat. *in addit. ad Vestr. pag.* 240. *num.* 22. *&* 23. Plot. *in l. si quando num.* 159. *siue* 189. *pag.* 73. Roland. *cons.* 77. *num.* 18. Foller. *in pract. crim. pag. mihi* 196. *num.* 11. *decis. Pedem.* 5. *num.* 8. 9. *&* 10. Dicas quòd per admissionem appellatiuus si & inquantum appellatio censetur admissa quatenus iura eam admittant, & interponatur ex rationabili causa. Lamberten. *de contract. gl.* 14. *num.* 22. Et è contra habetur pro non admissa, si de iure non erat admittenda. Contard. *in l.* 1. *C. si de moment. possess. in* 13. *limitat. n.* 17. *& seq.* vbi allegat concordantes, de quibus pariter videas Lancellott. *de attentat. cap.* 12. *in* 1. *limitat. num.* 83. *& seq.* Sed an appellatione admissa si & in quantum, dicatur iudex à se abdicasse iurisdictionem, ita quòd non possit sine attentatorum vitio suam sententiam exequi: distinguas, si appellatio erat de iure admittenda, tunc nulli dubium quòd ea admissa si & in quantum, iudex non potest exequi suam sententiam, vt per Lancellott. *d. num.* 83. vbi quòd ita aliàs Rota iudicauit coram Oradino sub die 10. Martij 1559. in vna Aret. Capellaniæ. Si verò appellatio non erat de iure admittenda, tunc etiam quòd fuerit admissa si & in quantum, iudex potest exequi suam sententiam, quia, vt dixi, habetur isto casu pro non admissa, vt *ibid.* per Lancellott. *num.* 84. Lucas Petra *in pract. capitulario lib.* 5. *cap.* 1. *rubr. de Apostolis, num.* 9. Contrarium quòd imò indistinctè, etiam quòd appellatio non esset de iure admittenda, admissa tamen si & in quantum, iudex *à quo* non possit suam exequi sententiam, videtur tradi per Contard. *in d.* 13. *limitat. num.* 19. *& seqq. & num* 24. vbi quòd iudex admittendo appellationem si & in quantum, abdicauit à se omnem iurisdictionem, nec potest ampliùs suam sententiam exequi. & ita aliàs Rota iudicauit, vt per eumdem Lancellott. *d. cap.* 12. *in* 5. *ampliat. num.* 7. In quo loco ampliùs *num.* 1. *& seqq.* generaliter dicit quòd iudex *à quo* non potest suam sententiam exequi, etiam, quòd de iure non esset admittenda, & quòd eam iudex non admiserit simpliciter. ergo multo minus poterit exequi quando eam admisit conditionaliter, videlicet si & in quantum, ista enim cognitio, an appellatio sit de iure admittenda, nec ne, non spectat ad iudicem *à quo*, sed *ad quem*, vt *ibidem* per Contard. & per Lancellott. *in d.* 5. *ampliat.* & nos suprà diximus *vers. appellationi an sit deferendum, num.* 28. & ideo donec iudex *ad quem* cognoscat an appellatio sit admittenda, nec ne, iudex *à quo* debet supersedere in exequutione, vt *ibi* per Contard. Ideo considera in hac contrarietate. Idem iuris est quando appellatio non fuit admissa, nisi si & in quantum. ista enim negatiua per conditionem subsequentem si & in quantum, resoluitur in affirmatiuam, & propterea idem est si iudex appellationem admittat si & in quantum, vel si non admittat nisi, si & in quantum, vt *in decis. Pedem.* 131. *n.* 1. *&* 2. vbi etiam de materia. Et ideo iudex *à quo* debet in exequutione supersedere, donec iudex *ad quem* cognoscat, an appellatio sit admittenda nec ne, vt *ibidem* per Contard. *num.* 22. *& seqq. & num.* 24. *in fine*, vbi testatur de magis communi.

Appellationi an & quando quis renuntiare censeatur redeundo coram iudice *à quo*, seu alio modo, & de materia, vide Rom. *sing.* 151. *&* 777. Mathes. *sing.* 28. in addit. Diaz *reg.* 38. Duen. *reg* 51. Ias. *in l. qui Roma, §. Seia, num.* 2. *ff. de verb. obligat.* Franc *in c. sollicitudinem num.* 10. *de appellat.* Neuixan. *cons.* 44. *num.* 15. Menoch. *de arbitr. quæst. casu* 16. Abb. Felin. & alios *in cap. gratum, de offic. delegat.* omnino Gabriel. *conclus.* 2. *tit. de appellat.* Lancellott. *de attentat. cap.* 12. *in* 2. *ampliat. n.* 5. vbi quòd per comparitionem coram iudice *à quo* dicitur quis appellationi renunciasse, etiam quòd comparendo fuerit protestatus quòd non intendebat illi renunciare, *& cap.* 11. *n.* 45. vbi quòd appellatione futuræ quis renuntiaus non dicitur, si post sententiam contra se latam, & pendente tempore ad appellandum producat testes coram iudice, qui sententiam tulit. Item non dicitur appellationi renunciasse, si appellans coram iudice *à quo* compareat, & petat reuocari attentata, quia etiam quòd tacitè per istam comparitionem censeatur appellationi renunciatum, adhuc tamen attentata reuocantur, de quo dixi suprà *q.* 55. *num.* 47. Quid de expressa renunciatione futuræ appellationi, dixi suprà *vers. appellat. quando, num.* 29. hæc ponas suprà *quæst.* 16. *n.* 63. 32

Appellando dicitur deserta si quando fuerint dati reuerentiales, causa non fuerit commissa infra decem dies, vel triginta, si fuerit datus terminus iuris. Hæc regula ponitur per Lancellott. *de attentat.* 2. *part. c.* 12. *in præfat. num.* 59. *& seqq.* 33

Limita I. hanc regulam non procedere quando quis fecisset diligentiam de committendo causam, & non

non potuisset, quia tunc habita fide præsentatæ commissionis à regente, talis præsentata excusar, si non potuit infra illos decem dies committere causam, vt *ibidem num.* 64. *& seqq* vbi hanc limitationem

I. Ampliat procedere, etiam quòd manus d. Regentis esset apposita in copia commissionis.

II. Ampliat etiam quòd commissio sit præsentata in vltima die decendij.

Sublimita I. hanc limitationem, quia non videtur sufficere diligentia ista per præsentationem commissionis, sed etiam videtur necessaria protestatio, secundùm Ioh. Ant. de sancto Georgio *in cap. personas*, *n.* 8. *vers. & dicit Reta*, *& num.* 14. *vers. circa terminum*. Alex. *cons.* 164. *num.* 6. *lib.* 2. & faciunt generaliter suprà tradita in quæstionibus in materia impedimenti.

Sublimita II. quia quando commissio non expeditur per multum tempus, post lapsum decem dierum non videtur sufficere vnica præsentata, sed debent sumi plures præsentatæ Nō enim sufficit semel adire Principem pro commissione, sed debet pluries, & instantissimè id peti, Gram. *decis.* 13. Alex. *cons.* 164.

Sublimita III. quia præsentata excusat à non commissione causæ appellationis, secus à non prosequutione appellationis. Tholom. *decis.* 24. quam videas si hoc dicat. Cassad. *decis.* 4. *tit. de appellat. vers. cui conclusioni non obstat*. Franc. *in cap. ex ratione*, *num.* 5. *vers. & scias*, *de appellat* Rota *decis.* 66. aliàs 485. *in nouis*, *eod. tit.* Ægid. *decis.* 718. *&* 592.

Limita II. principalem conclusionem huius versiculi quando appellans fuit impeditus aliquo iusto impedimento, ob quod non potuit committere causam, quia tunc excusatur, vt per Lancellott *d. cap.* 12. *in præfat. num.* 45. *&* 73. & faciunt generaliter suprà per nos tradita in quæstionibus in materia impedimenti.

Limita III. quando causa committeretur sequenti die post lapsum decem dierum; lapsus enim vnius diei in committendo causam non nocet, vt *ibidem* per Lancellott. *num* 75.

Limita IV. in causis arduis, & grauibus. In quibus quis auditur appellans, etiam quòd causam non commiserit infra tempus debitum, vt *ibid.* per Lancellott. *num.* 74.

Limita V. quia ad hoc vt causa dicatur commissa, sufficit commissionem esse in banco cursoria. Crescen. 1. 65. Veral. 1. 128. quod declara, vt per Chassan. *decis.* 9. & quid si commissio reperiatur scripta in lib. Mattini, vel Bacchodi? vide Ioh. Paul. 34. Put. 16. *de appellat. &* 12. *de fide instrum.* Peregrin. 2. 14. in quo particulariter scias quòd si appellans steterit per 57. dies quòd non redemit commissionem de banco cursoris, tunc nec præsentata iuuat, & causa dicitur deserta, vt per Lancellott. *d. cap.* 12. *in præfat. num.* 68. vbi ad hoc allegat Put. *decis.* 6. *tit. de appellat.* in materia vide Crescen. 1. 125. Ioh. Paul. 34. Ang. 3. 16. 56. 75. 362. Put. 6. *de appellat* vide etiam Peregrin. 2. 158. vbi ponit casum, in quo appellatio non est deserta, etiam quòd causa non fuerit commissa infra decem dies.

34 Appellabilis causa semel effecta, semper efficitur appellabilis, *l. pater*, §. 15. *ff. de legat.* 3. *l. peto*, § *fratre*, *de legat.* 2. ad materiam vide Contard. *in l.* 1. *C. si de moment. possess. sit*, *de Ægidiana*, *q.* 4. per Rotam. hæc regula fallit quando à superiore admittitur appellatio, vbi aliàs erat prohibita per clausulam, *appellatione remota*, de quo dixi suprà *quæst.* 19. *num.* 41. ponas hæc suprà *in q.* 16. *sub num.* 64.

35 Appellans ab interloqutoria quando, & quoties possit per iudicem reponi, dixi suprà *quæst.* 84. *num.* 17.

36 Appellatio interposita à Procuratore non habente sufficiens mandatum, an conualidetur per productionem alterius sufficientis mandati, tradit Lancellott. *de attentat. cap.* 12. *limit.* 50. *num.* 22. *& seqq.* & faciunt generaliter tradita suprà in quæstionibus, in materia, Procuratoris falsi gesta quando valeant. Et an ad appellandum sufficiat generale mandatum, posui in alia materia mandati specialis in quibus casibus requiratur, suprà *in quæstionibus*, & infra quantum tempus appellatio interposita à Procuratore non habente potestatem illam interponendi, ratificari debeat, posui suprà *q.* 53. *num.* 35.

Appellatio est nulla si interponatur à non legitima persona, puta filiofamilias, Monacho, furioso, excommunicato, & aliis, de quibus per Lancellott. *de attent. cap.* 12. *limit.* 50. *num.* 14. *& seqq.* 37

Appellare an possit filius pro patre, vasallos pro d mino, & è contra, Episcopus pro sua ciuitate, & subditis, vide Guid. Papæ *in tract. de appellat. q.* 19. 20. *&* 21. 38

Appellatio extraiudicialis an possit interponi post decem dies, dixi suprà *q.* 54. Alia verò ad materiam appellationis extraiudicialis, vide Lancellot. *de attentat. cap.* 12. *in* 3. *limit & in Repert. vers. appell extraiudicialis.* 39

Appellatio licèt regulariter sit interponenda coram iudice *à quo*, ad text. *in cap. vt debitus*, *de appellat. & cap. aliàs*, §. *ibidem* 2. *q.* 6. cum aliis per Lancellott. *de attent. cap.* 15. *ampliat.* 15. *num.* 1. *& seqq. & ibidem limit.* 50. *num* 184. hæc tamen regula principaliter fallit, nisi adsit aliqua iusta causa, secundùm allegatos per Lancellot. *in d.* 15. *ampliat. num.* 3 Iusta autem causa dicitur primò si subsit metus ipsius iudicis, *cap. si iustus metus*, *de appellat* Rota *decis.* 50. aliàs 366. *si appelletur*, *post princ. de appellat. in nouis*. Secundò dicitur iusta causa quando non potest haberi copia iudicis, Rota *d. decis.* 50. *l.* 2. §. *dies*, *ff quando appellan. sit.* Lancellot. *d.* 15. *ampliat num.* 7. *& seqq. & num.* 50. Tertiò dicitur iusta causa, si interueniat aliquod aliud legitimum impedimentum. Franc. *in cap. si iustus*, *num.* 6. *&* 7. *q.* 3. Lancell. *ibidem num.* 55. His autem casibus, quando scilicet adest iusta causa, & præsertim quando non potest iudicis copia haberi, posse appellationem interponi coram Tabellione, & honestis personis, traditur per Lancell. qui cōcordan. allegat. *d.* 15. *ampliat. n.* 1. *& seqq.* qui testantur de communi, & *num.* 7. allegat Put. *decis.* 17. *Quando iudex*, *de appellat.* vbi quòd si iudex non reperitur, sufficit facere diligentiam in illius domo, petere apostolos à Notario, & ei dimittere appellationis schedulam. 40

Amplia hanc regulam I. vt sufficiat istas honestas personas esse laicos, Lancellot. *ibi n.* 14. *& seq.*

Amplia II. vt sufficiat istam appellationem interponi coram vna honesta persona, dummodo adsit etiam vel Notariua, vel duo alij testes loco Notarij, vt *ibidem* per Lancell *n.* 15. *& seqq.*

Amplia III. vt talis appellatio interposita coram honestis personis operetur effectum deuolutiuum absque eo quod parti intimetur. Lancellot. *ibid. n.* 21. licet quoad effectum suspensiuum, & sic quoad reuocationem attentatorum, benè sit necessaria intimatio, vt dixi *in q.* 55. *n.* 16. *& seqq.*

Limita I. vt non sufficiat istam honestam personam communiter reputari pro honesta, si re vera non est honesta, Lancell *d.* 15. *ampliat. num.* 42. *& seqq.* vbi exemplificat in appellatione interposita coram excommunicato, qui communiter non reputabatur excommunicatus.

Limita II. quia ista appellatio coram honestis personis debet interponi infra decē dies, aliàs est nulla. Lancellott. *d.* 15. *ampliat. num.* 47. cuius contrarium videtur tradi per Mynf. *obseru.* 2. *cent.* 2. *incip. Decem dies*, quem videas, quem refert, & sibi ipsi contrarius sequi videtur idem Lancell. *d. c.* 12. *limit.* 50. *n.* 572. *& seqq.*

Limita

Limita III. quia ad hoc vt dicatur non posse iudicis copiam haberi, non sufficit, vt non reperiatur iudex *à quo*, sed necesse est, vt nec etiam possit haberi copia iudicis *ad quem*. deficiente enim iudice *à quo*, debet adiri iudex *ad quem*, & vtroque deficiente, tunc appellatio interponitur coram honestis personis, aliàs secus. Lancellott. *d.15. ampliat. num.* 50. *& limit.* 50. *num.* 172. *& seq.* Quæ autem in proposito dicatur honesta persona, dic quòd iudicis arbitrio relinquitur, vt per Lancellott. *d.15. ampliat. num.* 45. Et quando dicatur posse, vel non posse iudicis copiam haberi, dicas, quòd si iudex in publico se ostendit, tunc dicitur illius copiam posse haberi. Mynſ. *obſeru.* 2. *cent.* 2. Lancellott. *d. cap.* 12. *limit.* 50. *num.* 174. Et quis debeat probare non potuisse haberi copiam iudicis, ponit Hercul. *de negat. num.* 26. *verſ.* 10. *infertur.*

Appellatio debet continere nomen appellantis, nomen appellati, & qualitatem sententiæ, à qua appellatur, *l. 1. §. fin ff. de appellat.* aliàs est nulla, secundùm Lancellott. *de attentat. cap.* 12. *limit.* 50. *num.* 188. *& seqq.* vbi tamen *num.* 190. dicit quòd si in appellatione omittitur nomen appellati, adhuc appellatio sustinetur, per *l. 3. ff. de appellat.* quinimò sustinetur appellatio etiam quòd fuerit erratum in nomine ipsius appellati, vt *ibi* per eum, qui ad hoc allegat Guid. *Bon. decis.* 40. *Voluerunt, sub rub de appellat.* & idem tradit Put *in decis.* 46. *lib.* 1. Ideò appellatio generalis etiam contra incertam personam, valet vt per eundem Lancellott. *d. cap.* 12. *in* 18. *ampliat.* vide Put. *decis.* 46. *lib.* 1. vbi quòd appellatio non debet continere nomen appellati, allegat. *l. 1. §. libelli, & l. 3. §. 1. ff de appellat.* Et ideo infert quòd error in nomine appellati non noceat.

42 Appellatio an dicatur deserta si non fuerunt petiti apostoli. Et quid si in termino dato ad redeundum pro apostolis appellans non redierit, vide infra *ver. Apostoli*, &c.

Appellare quis debet ad iudicem superiorem. quia si appelletur ad inferiorem, appellatio est nulla. *l. 1. § si quis, & § denique, ff. de appellat.*

43 Appellationis diffinitio hæc est, videlicet. Appellatio est prouocatio ad maiorem iudicem ratione grauaminis illati, vel inferendi. Franc. *In rub. de appellat. col.* 1. Maran. *in spec. in* 1. *parte* 6. *partis principalis in* 3. *actu, num.* 1. *& seq.* sequitur Lancellott. *de attentat. c.* 12. *in præfat. num.* 1.

44 Appellatio quando dicatur introducta, quando deuoluta, & quando inchoata, Lancellot. *d. cap.* 12. *in præfat. num* 4. *& seqq.*

45 Appellatio non dicitur deserta per fatalium cursum quando pendet causa attentatorum, vide infrà *ver. fatalia*, vbi est locus suus.

46 Appellationis prosequendæ tempus quando currat, infrà *ver fatalia.*

Appellatio non censetur admissa si iudex tacendo non respondet de apostolis, dixi infrà *ver. Apostoli.*

47 Appellatione deserta quando cesset iurisdictio iudicis *ad quem*, super negotio principali, Soci. iun. *conſ.* 132. *lib.* 2. Ruin. *conſ.* 114. *lib.* 4. Hieron. Gabriel *conſ.* 54. *per totum*, qui vtplurimum loquitur in appellatione interposita ab interloquutoria.

48 Appellantium temerè pœna mediocris est, *l. eos, §. ne temerè, C. de appellat.* vbi gl. dixit illam pœnam esse iudici arbitrariam, & sequuti sunt Rip. Cyn. Albert. & alij, de quibus per Menoch. *de arb. quæſt. caſu* 445. *n.* 1. *& seqq.* vbi an ista pœna arbitraria debeat esse minus quinquaginta librarum argenti, *& num.* 9. *& seqq.* vbi quando quis dicatur temere appellasse, nonnulla afferuntur exempla, *& num.* 13. *& seq.* vbi quòd pœna temerè appellantis non habet locum in temerè dicente de nullitate, nisi in eodem libello fuerit nullitas, & appellatio cumulata; & *num.* 6. vbi quòd pœna temerè appellantium in vsu esse desiit ex eo, quia iure Pontificio temerè appellantes solùm pœna refectionis expensarum plectuntur. *cap. vt debitus, de appellat. c. cum appellationibus, de appellat. in* 6. An autem appellans ab exequutione temere dicatur appellare. Dic quòd sic, & ideò punitur in pœna 50. librarum argenti. *l. ab exequutione. §. vltimo. C. quorum appellat. non recip.* Menoch. *ibidem n.* 3. Et an propterea requiratur mandatum speciale ad appellandum ab exequutione, dixi suprà *q.* 77. *n.* 22.

Appellans an debeat producere acta, & processum primæ instantiæ, an verò appellatus, dixi suprà *q.* 84. *num* 6. 49

Appellare an liceat à sententia vicarij feudatarij ad dominum principalem, an verò debeat appellari ad ipsum feudatarium, videas Rolan. *conſ.* 75. *num.* 9. *& seqq. omnibus, vol.* 3. 50

Appellanti ad vnum iudicem, an liceat variare, & adire alium iudicem. Dic quòd non, *decis Pedem.* 131. *per totam*, vbi de materia. 51

Appellatio ad hoc vt dicatur deserta ex culpa & negligentia iudicis, qui noluit causam expedire, an & quæ protestatio fieri debeat, & de materia *decis. Pedem.* 12. *per totam.* 52

Appellare tertia vice non licet, quia tres conformes faciunt rem iudicatam, & de materia vide infrà *in verſ. res indicata, num.* 10. *inter diuerſa.* 53

Appellatio licèt debeat in scriptis interponi, si tamen fuerit deperdita, potest illius interpositio probari per testes, vt per Hector. Æmil. *de teſtib. verb. teſtis appellationem deponens, fol.* 198. 54

Arbiter, & Arbitrator.

Arbitri materiam supple infrà *ver. compromiſſum*, & per Iacob Laurent. *de ſud. ſuſp. cap.* 7. 1

Arbiter potest iudicare etiam super connexis, & compromisso adhærentibus, dixi suprà *quæſt.* 83. *n.* 29. 2

Arbitri iuris, hoc est, electi ex forma statutorum, æquiparantur ordinariis. Pariſ. *conſ.* 42. *num.* 2. *&* 46. *num.* 9. *vol.* 1. In quibus autem arbiter differat à iudice, Socin. *reg.* 27. Menoch. *de arb. quæſt. in* 24. *quæſt. lib.* 1. *& lib.* 2. *caſu* 8. *num.* 4. *& seqq.* & quòd arbitria sint redacta ad instar iudiciorum, est text. *in l. 1. ff. de arbitr.* Infert ad plura Lancellott. *de attentat. cap.* 15. *num.* 35. *& seqq.* 3

Arbiter an debeat sequi ius commune, vel municipale, vide suprà *q.* 44 *cap.* 2. *num.* 2. 4

Arbitri quibus casibus eligi debeant, Rom. *ſing.* 461. 5

Arbitratori per quæ verba causa committatur, Rom *ſing.* 515. 6

Arbiter quando ferat sententiam de nocte, suprà *quæſt.* 44. *cap.* 2. 7

Arbitro excedente fines mandati retractatur excessus. Villalob. *A*, *num.* 133. ideo laudum latum extra contenta in compromisso est nullum, vt per Rolan. *conſ.* 28. *num.* 38. *vol.* 4. 8

Arbitri sententia quomodo in iudicatum transeat. Turzan *opin.* 138. 9

Arbiter debet ferre sententiam in loco compromissi. Rom. *ſing.* 140. 10

Arbitrorum discordantium sententiis, cui magis standum sit, & quid isto casu faciendum, de materia per Corset. *ſing. pag.* 210. *ver. ſententia* 17. Socin. *reg.* 370. *num.* 10. *& seqq.* & an isto casu eligendus tertius, Cotta *in memoral. pag.* 142. Et quid si tertius ab omnibus discordet. Idem Cotta *pag.* 303. Imol. *conclu ſ.* 12 *a lib.* 2. 11

12 Arbiter an possit cogi ad acceptandum compromissum, & postquam acceptaoit, an possit cogi ad ferendum senteutiam. quid in arbitris iuris, & de materia, Bar. Castren. & alij *in l. 1. ff. de leg. 2.* Spec. *in tit. de arbitro, & arbitratore, §. fin. col. 3. vers. sed nunquid arbitrator.* Blanc. *de comprom q. 1. in verb. acceptet, num. 1. 31. & seqq.*

13 Arbitri quando dicaotur habere liberam procedendi, & iudicandi facultatem, in quibus possint partibus præiudicare, & de materia dixi suprà *quæst. 44. cap. 1. & 2.*

14 Arbitri quas solemnitates possint in iudicio omittere, suprà *quæst. 44. cap. 2.* vbi generaliter, & particulariter.

15 Arbiter quando possit reuocare attentata per partes compromisso pendente, infrà *vers. compromisso*, &c.

16 Arbitrorum laudum sine compromisso noo valet, infrà *vers. Laudum, num. 8. inter diuersa.*

Attentata.

1 Attentatorum iudicium an suspendat causam principalem, & fatalia an currant peodente iudicio at- attentatorum, Myns. *obseru. 33. & seqq. 3. cent.* facias in materia regulam affirmatiuam, quam amplia, & limita, vt per Lancellott. *de attentat. cap. 30. in 10. priuilegio, n. 88. & seqq.* Gabr. *lib. 2. tit. de arbitr. conclus. 4.*

2 Attentatum vt quid dicatur duo requiruntur, de quibus *in decis. Bonon. 76. num. 1. & in fine.*

3 Attentatorum materiam supple in Repert. consil. Parisij, *verb. Attentata. suprà quæst. 55. in discursu*, in materia appellatione pendente nihil innouandum. Hercul. & Lancellott. *in eodem tract. de attentatis.*

4 Attentata à quo iudice sint reuocanda, Corrad *in suo iuris Breu. pag. mihi* 106. *num.* 14 quo tempore attentata reuocari petantur. de hoc vide etiam iofrà *num. 7.* Menoch. *de recup. possess. pag. mihi* 321. *num. 57.* super quibus omnibus, & generaliter de materia. An, & quomodo, & quando attentata reuocentur, vide Couarr. *pract. quæst. cap. 24. &* 24. & ad eum semper recurras. & infrà *in seqq. versiculis, in discursu.*

5 Attentata per tertium oon sunt ante omnia reuocanda. Couarr. *pract. quæst. cap. 24. pag. mihi 173. & seqq.* de qua materia latè Lancellott. *de attentat. cap. 3. per totum.*

6 Attentata ao reuocentur, nullitatis quæstione pendente, vide suprà *in quæstionibus in materia Nullitatis, quando impediat exequutionem.*

7 Attentatorum reuocatio potest peti in quaconque parte iudicij, ante tamen conclusionem in causa, non postea; sed benè ex officio iudicis, etiam postea possunt reuocari, vt per Benincas. *de paupertat. 3. speciali, q. 7. in indicijs, num. 7. & seqq. pag. mihi* 77. *à tergo.* Ad hanc materiam vide suprà *num. 4.*

8 Attentata in primis, & ante omnia reuocanda sunt, *l. ex illo, l. minime, C. de appellat.* spolium enim attentatorum est cæteris aliis execrabilius, quia attentans ius, iudicem & partem illudit. Rot. *decis. 1. de restitut. spoliat.* Ripa *§. nihil commune, num. 67.*

9 Attentata sunt reuocanda etiam quòd in causa principali sit nototios iuris defectus. Alex. *cons. 99. num. 9. lib. 5.* quem sequitur Crass. *in com. opin. lib. 2. q. 21. cap. fin. tom. 2.* vbi videtur testari de communi, licèt Afflictus *ibi* per eum relatus *in decis. 98. & 352.* dicat quòd isto casu attentata non reuocantur, sed solùm res, de qua est controuersia, sequestro subiicitur. In beneficialibus aotem isto casu attentata non reuocantur, secundùm magis communem, de qua *ibi* per Crassum.

10 Attentatorum iudicium, licèt ordinem iuris non reqoirat, Ægid. *decis. 148. & 294.* Rot. *decis. 2. de restitut. spoliat. & decis. 2. de re iudic. in nouis*, adhibenda tamen est in eo plena causæ cognitio, vt per Contard. *in l. 1. C. si de moment. possess. q. 4. n. 25. & seq.*

Attentatorum causa dicitur emergens. Et ideò noo est opus speciali commissione super attentatis, vbicunque in commissione appellationis adest clausula cum omoibus incidenter. Contard. *vbi suprà d. q. 4. num. 32. & seqq.* 11

Attentatorum causa, in qua agitur de spolio attentato, appellatiooem noo recipit. Aot. Aug. *decis. 41. lib. 3.* quem refert, & seqoitur Contard *in l. vnica, C. si de moment. possess. in ampliat, seu quasi, num. 137. & seqq.* 12

Attentata an sint oulla ipso iure, vide suprà *q. 55. num. 22. & seqq.* 13

Attentare non dicitur, qui suam possessioneio continuat, suprà *q. 54.* 14

Attentatis renunciatum quando dicatur tacitè, vel expressè, suprà *q. 55. num. 107.* 15

Attentata confirmata à Principe quando reuocentur, *q. 55. num. 54.* 16

Attentata per igoorantem non committuotur, suprà *q. 55. num. 55.* 17

Attentata in diuersa causa, seu articulo, quando sint reuocanda. *d. q. 55. num. 74.* 18

Attentatorum remedio aliquid reuocare quid sit, dixi suprà *d. q. 55. num. 110.* 19

Attentata compromisso pendente quomodo reuocentur, infrà *vers. compromisso*, &c. 20

Attentans coodemnatur in expensis factis in iudicio attentatorum. Talesque expensæ sunt taxandæ, & reficiendæ, non expectata sententia super negotio principali, & quandocunque taxari possunt. hæc tradit Asin. *in pract. §. 32. in 68. ampliat. & in cap. 16. pag. 464.* 21

Absolutio. Acceptatio. Apocha. Affinitas. Articulus. Apostoli. Amicus. Archiuium. Alimentum. Annua præstatio. Arestum, Aduocatus, seu Procurator. Amissio. Antiquum. Absens. Aduersarius. Ætas. Abrasio. Acta. Amicitia. Animus.

Absoluere an possit qoi condemnare non potest, & de materia, latè Menoch. *de arb. quæst. quæst. 43. per totum.* vide de hac materia etiam *in Repert. crimin. vers. condemnatione prohibita*, &c *n. 3.* videlicet inter diuersa, quæ ponas liîc. Et an iudex qui condemnare, vel absoluere non potest, possit quem condemnandum, vel absoluendum proounciare, vide Sarmient. *select. interp. lib. 1. cap. 14.* vbi quòd non potest. 1

Absoluendus in dubio est reus. vide infrà *vers. Reus.* 2

Absolutio ab obseruatione iudicij, cuius effectus sit, quando fieri possit, & de materia, dixi suprà *vers. Actore non probante, num. 19.* qoibus adde Ioseph. Lud. *in comm. opin. lib. 1. conclus. 50. in princ. & versiculis seqq. vsque ad versiculum, siue tamen*, &c. *& vers. Et quamuis*, &c. *& duobus seqq.* vbi ponit casus, in quibus quis absolui debet ab obseruatione iudicij, & vide etiam omnino Paciao. *de probat. lib. 1. cap. 67.* vbi exactissimè ponit totam materiam, *& num. 63. & seqq.* ponit in specie differentiam ioter absolutoriam ab obseruatione iudicij, vt absolutiooem à petitia, & earum effectu, suprà *quæst. 43.* vbi *sub num. 46.* an per tractatum probetur consanguinitas, & *num. 47.* vbi an probetur per nominationem, *& sub num. 27.* vbi generaliter an probetur per quasi possessiooem, *& num. 38.* vbi an 3

probetur

probetur per famam. In ſenſu corporis ideo teſtes debent ſpecificare gradus conſanguinitatis cum ſufficienti ratione eorum dicti, vt per Magon. *deciſ. Lucen.* 33. *num.* 26. Multa de teſtibus deponentibus ſuper conſanguinitate habentur per Ioh. Mar. Monticell. *in Repert. teſt. pag.* 376. *& ſeq.* ad quem recurras in materia, & ad materiam vltra Maſcard. *de probat. in ſuis locis*, vide Hector. Æmilium *de teſtib. verb. teſtis affinitatem deponens, vel probans, per totum, fol.* 125 *& ſeqq. & verb teſtis agnationem deponens, fol.* 142.

4 Acceptatio an debeat fieri cum omnibus ſuis qualitatibus, & cuius effectus ſit acceptatio facta in parte, & partibus, vide ſupra *q.* 66. *n.* 9.

5 Apocham recognoſcere an & quomodo debitor cogendus ſit, ſuprà *q.* 59.

6 Affinitas, ſeu coniunctio quomodo probanda. Hercul. *de negat. num.* 297. Aym. *de antiq. pag mihi* 96. *num.* 12. *& ſeqq.* Corrad *in ſuo iuris Bren pag mihi* 135. *num* 41. *verſ.* 7. In ſanguinitate Cephal. *conſ.* 137. *in diſcurſu.* faciunt in propoſito tradita in materia probationis filiationis, & an affinitas, ſeu coniunctio probetur per teſtes ſingulares, vide *in Repert. de teſtibus.* Adde quòd affinitatis probatio non cadit.

7 Articuli obſcuri interpretantur per articulantem, iterò per dicta teſtium. Corrad. *in ſuo iuris Bren. pag. mihi* 61. *num.* 8.

8 Articulorum materiam in praxi tradit idem Corrad. *in d. Bren. pag. mihi* 60. *num,* 1. *& ſeqq. & verſic. Poſitiones.*

9 Apoſtolorum materiam ſupple *in d. Bren. pag. mihi* 204. *n.* 15. *& ſeqq.* Matheſ. *ſing.* 21. *& in addit.*

10 Apoſtolorum appellatione an veniant reuerentiales Rom. *ſing.* 152.

11 Apoſtolorum terminus eſt 30. dierum. *l. iudicibus, & l. eos, §. apoſtolos, & ibi not. C. de appellat. c. ſuper, & c. ab eo, de appellat. in* 6.

12 Apoſtolorum terminus 30. dierum an currat à die ſententiæ, an verò appellationis, vide Veſtr. *in praxi, pag. mihi* 231. *n.* 65. vbi ſecundùm magis communem, quòd currit à die ſententiæ, & de magis communi etiam Craſſus *lib.* 2. *com. opin final. q.* 9. *tom.* 2. vbi tamen hoc declarat, ſi de ſententia notitiam habuerit, aliàs ſecus. De communi etiam Guid. Pap. *in ſuo tract. de appellat. q.* 27. *ad medium.* & de magis communi Mynſ. *obſeru.* 56. *Quando aliquis, cent.* 4. quos refert, & ſequitur Lancellott. *de attentat. c.* 15. *n.* 2. Sed quod imò currat à die appellationis, vide Rot. *deciſ.* 5. aliàs 29. *Fuit dubitatum, de appellat. in nouis*, vbi quòd currit à die appellationis, ſecundum opinionem Hoſtien. quæ in Palatio ſeruanda eſt, vt *ibi in fine*, dicitur. Corrad. *in ſuo Bren. iuris, pag. mihi* 104 *ſub n.* 15.

13 Apoſtoli debent peti in appellatione inſtantiſſimè; alias appellatio eſt nulla, vt not. *in l. eos, §. apoſtolos, & in l. præſes. C. de appellat.* quod fallit quando iudex appellationi detulerit, quia tunc ſuſtinetur appellatio abſque eo quòd apoſtoli ſint petiti, vt per Lancell. *de attent. c.* 12. *limit.* 50. *n.* 196. *& ſeqq.*

14 Apoſtoli ſi petantur, iudexque præfigat terminum iuris ad redeundum pro illis; ſi in illo termino appellans non redeat pro reſponſione apoſtolorum, dicitur appellationi renuntiaſſe Lancellott. *de attentat. d. c.* 12. *limitat.* 50 *n.* 197. *& ſeqq.* vbi id ampliat duobus modis. Quod fallit primò quando in d. termino cauſa appellationis fuerit commiſſa, abſque eo quòd redeatur pro apoſtolis. Creſcen. *deciſ.* 75. *Appellanti, ſub rub. de appellat.* Lancellott. *ibid. n.* 204. *& d. c.* 12. *in* 1. *ampliat. num.* 24. maximè ſi in vim d. commiſſionis fuerit inhibitum, vt per Lancell. *d. cap.* 12. *in præfat. num.* 55. *& ſeqq* Fallit ſecundò, vt *in ſequenti verſ.* Ad materiam, deciſ. Pedem. 7. *num.* 2. *& ſeqq.*

15 Apoſtolorum reſponſio ſi petatur, iudexque vel taceat, vel dicat quòd audiuit, habetur pro denegante, & propterea appellans non tenetur pro apoſtolis amplius redire. Nec iſto caſu appellatio dicitur nulla, aut deſerta. Lancellott. *d cap.* 12. *in præfat. num* 54. Ad quam materiam iudicis non reſpondentis pro apoſtolis, vide Lancell. *d cap.* 12. *in* 1. *limitat. num.* 60. *& ſeqq.* pro primo dicto addo Corrad. *in pract. pag.* 205. *n.* 15. *&* 17. *in tit. de appellatione.*

16 Amicus quando poſſit agere pro amico, poſui ſuprà *quæſt.* 57 *num.* 39.

17 Archiuij publici probatio, Aym. *de antiq. temp. pag. mihi* 67 *in paruis, num.* 1. *& ſeqq.* vbi etiam de ſcriptura priuata in archiuio publico reperta, & quòd ſcriptura reperta in archiuio plenè probet, ponit Caputaquen. *deciſ.* 4. *n.* 10. *part.* 2. Et quòd careat ſolemnitatibus, dummodo conſtet quòd ſcribens fuerit Notarius, vide tradita *in conſ. crimin. diuer. vlt, num.* 1. *& ſeqq. vſque ad numerum* 14. *tomo* 2. *in magnis.* In hac materia recurras ſemper ad *deciſ. Pedemont.* 69. Ioſeph. Ludou. *concl.* 29 *verſ. Amplia* 15. &c. *& verſ. Amplia* 29. vbi quòd de libro officialis, qui archiuio præeſt, dicitque ei plenè credi, aliquid per Virg. Boec. *in conſt. March. gloſſ.* – *num.* 24. vbi de fide, & vſu archiuij. poſui *in fragmentis crim. lit. C. n.* 462. *& ſeq.*

18 Alimentorum cauſa poteſt etiam die feriato agitari. Cotta *in memor. pag. mihi* 23.

19 Alimenta fuiſſe præſtita quomodo probetur, vide *in dec. Bonon.* 43. Dicas quòd per quantum tempus fuerint præſtita alimenta, debet plenè, & per teſtes fide dignos probari. Quo verò ad quantitaté alimentorum ſufficiunt leuiores probationes, vt *in deciſ. Lucen.* 42. *num.* 1. *& ſeqq.* 1. *part.* vbi *n.* 5. 6. *&* 8. dicit quòd impoſſibile eſt probare alimenta fuiſſe præſtita ſingulis diebus, & horis. ideò probatis extremis, ſufficit probaſſe alimenta fuiſſe præſtita per maiorem partem illius medij temporis, & *ibidem num.* 7. *&* 27. dicit quòd alimenta fuiſſe præſtita probatur per teſtes domeſticos. & *d. num.* 27. pariter dicit quòd probato tempore quo fuerunt præſtita alimenta, alimentorum poſtea quantitas probatur iuramento alimentantis.

20 Annuæ præſtationis petitio requirit remedia poſſeſſoria, ſecundùm Viuium *in com. opin. pag mihi* 36. *in paruis.*

21 Areſti materiam poſui *in Repert crim. verſ. Areſtum,* &c *num.* 8.

22 Aduocatus gratis tenetur inſeruire pauperibus. Menoch. *de arb quæſt. caſ.* 369. *n.* 3.

23 Aduocatus, ſeu Procurator tenetur etiam inuitus conſulere, & procurare, vt per Corrat *in tract de com. opin. pag. mihi* 193. *num.* 2. vbi de communi, & id limitat procedere ſi cauſa eſt iuſta, ſecus ſi iniuſta.

24 Amiſſio teſtamenti probatur per duos teſtes, Marſil. *ſing.* 156. Cotta *in memoral pag mih.* 855. *&* 412. vbi quomodo probetur eius tenor. inſtrumentum vbi probatur per duos teſtes, ſufficit Notarius cum vno teſte, quia Notarius deſeruit loco teſtis Lambertend. *contract gloſſ.* 11. *num.* 88. vbi de communi Ad materiam, quomodo ſcilicet teſtes debeant deponere ſuper amiſſione, & tenore inſtrumenti, ſeu ſcripturæ deperditæ, videas per Ioh. Mar. Monticell. *in Repert. teſt. pag.* 4 5. *col.* 1. *&* 2. Maſcard. *de probat. concl.* 908 *& ſeq. lib.* 2. & omnino etiam Hector. Æmil. *de teſtib. verb. teſtis amiſſionem,* &c. *col.* 165. *& ſeqq.* De quo vide Aym. *conſ.* 65. *n.* 5. Bal. *in pract. ſub rubr. de vlt. volunt.* Grat. *reſpon.* 25. *num.* 10. *& ſeq.* 2 *part.* Duen. *reg* 315. *n.* 4. Turzan. *opin.* 58. Et an amiſſio inſtrumenti probetur iuramento amittentis, vide Hercul. *de negat. num.* 272. *& ſeqq* Breu. *pag.* 162. *num.* 13. *verſ.* 3. *inſtrumentum,* &c. Tiraq. *de renoc. donat. pag. mihi* 44 *n.* 36. Dic quòd ſic, vbi agitur de modico præiudicio, ſecus ſi de graui, vt per Tiraquell. *de indic. in reb. exig. pag.* 48. *à tergo, verſic.* 92. vide

vide ad materiam Maſcard. in concluſ.88. lib.1. text. & ibi Doct. in l.final. C.de fide inſtrum. vide infrà num.38. De probanda amiſſione inſtrumenti videas per Cæpol. caut.148. Diaz reg.345. Cotta pag.459. Tiraquell. de ll. connub. pag. 220. num. 66. vbi quòd fœmina (de hoc dixi in titulo de oppoſ. contra teſt. quæſt.59. num.44. & ſeq.) non probat tenorem inſtrumenti, nec alius teſtis, niſi ſit petitus, & idem Maſcard. concluſ.764. num.8.9.& 10. vbi quòd fœmina probat tenorem inſtrumenti ſi ſit perita, ſecus ſi imperita, quo caſu nec vir imperitus probat tenorem inſtrumenti, vt ibi per eum. adde Neuizan. conſil. 26. num.20. & ſeqq. vbi de probando tenorem inſtrumenti, ſeu teſtamenti. Villalob. in comm.opin.lit.T.num.33. Dilect.de arte teſtand. tit.2. caut. 2. num.6. vbi quòd tenor teſtamenti deperditi probatur per duos teſtes teſtamentarios. Ad hanc materiam vide aliquid ſuprà quæſt.78. num.5. vbi quid de Notario dicente ſe amiſiſſe protocollum. Adde quòd amiſſio inſtrumenti, ſeu alterius ſcripturæ, probatur iuramento amittentis, nec contra amittentem datur iuramentum in litem. Plot. in l. ſi quando, §.16. num. 15. vbi hoc limitat non procedere in Procuratore, ſeu alio, qui tenetur actione mandati, quia ei non creditur, & contra eum iuratur in litem, vt dixi in Repert. crimin. verſic. Procurator, num. 20. inter diuerſa. Ad materiam vide aliquid in Repert. contract. verſic. Emphyteota, num.13. & in Repert. vlt. volunt. quæſt.53. per totam, præſertim num.2.& 8. vbi de probando teſtamentum, vel teſtamenti tenorẽm, vide num.38.

25 Antiquum quid dicatur in materia probationis, ſuprà quæſt.15.num.4.

26 Abſens cauſa Reipublicæ, vel ex aliqua iuſta cauſa, poteſt dicere nullam ſententiam contra ſe latam, & de materia Lancell. de attent. c. 18. n.78. & ſeqq. Et an ſententia lata ad fauorem abſentis non citati valeat, de hoc particulariter dixi ſuprà quæſt. 62. num. 26. faciunt in propoſito tradita in de contract. in fragmentis, verſ. Abſentia, an & quando excuſet, ſuprà quæſt. 64. num.19. vbi poſui, an & quando in abſente præſumatur ignorantia, &c.& verſic. Reſtitutio num 29.& in Repert.crimin. quæſt.6. num.38. vbi poſui, quando in criminalibus abſens poſſit condemnari. Et ibi tradita conferunt etiam in materia ciuili. Matheſ. ſing. 18. in addit. vbi quando ſententia lata contra abſentem ſit ipſo iure nulla. Et quando detur reſtitutio ratione abſentiæ, vide verſ.reſtitutio n.19. vbi etiam generaliter quando abſentia excuſet, & non dicatur abeſſe cauſa reipublicæ is qui abeſt, & reipublicæ, etiam ſua priuata cauſa, dic quod attenditur cauſa principalis, vt per Tiraq Res int.al.acta, pag.8 à tergo, verſ. His accedit.

27 Aduerſarius quis dicatur, Dec. in l.1.C.de edén.n.1. Bolegnett n.15. Doct. præſertim Abb. & Dec. in c.1 de iudic. vbi etiam an iudex procedens contra aliquem per inquiſitionem, dicatur illius aduerſarius. vide Rip. in d c.1.de iudic.n.11.in 2.notab.

28 Ætas quomodo probanda, poſui in Reper. contract. ſub quæſt.41.

29 Abraſio quando vitiet inſtrumentum, in Repert. crimin.quæſt.67.n.23.& ſeqq.

30 Acta regulariter requirunt ſcripturam. Cæpol.caut. 192.in addit.lit.A.

31 Actorum copia quando parti ſit concedenda. Duen. reg.5. Breu.pag.14.n.6. Couarr.pract.qq. pag. mihi 145. n.7. vbi an copia inſtrumenti ſit danda tota, vel pars. Corſet. ſing. pag mihi 167. in paruis, vbi loquitur de copia inuentarij. Nouell.reg.112.

32 Acta an & quando, & quæ habeant pro ſe præſumptionem. Villalob. in com.opin.lit.A.n.52.

33 Actorum appellatione quænam veniant. Roland. conſ.38.num.10.& ſeqq.vol.1.

Articuli, ſeu poſitiones in dubio ſunt admittendi. 34
Roland.conſ.34.n.1.& ſeqq.vol.3.& ſaltim admittendi, ſaluo iure impertinentium, vt ibid. num.5. ſed de hoc vltimo vide ibi num. 13. Et poſitio dicitur pertinens, quando nõ ſolùm directè, & principaliter facit ad cauſam, ſed etiam quæ qualitercunque ei adminiculaint, vt ibid. n.8. Impertinens autem dicitur quando etiam quòd eſſet admiſſa, & probata, nihilominus non releuaret, vt ibid. n.19. Poſitiones igitur, ſeu articuli impertinentes nullo pacto ſunt admittendi, vt ibi n. 13. Epam.dec.45.n.7. Monticel.in Repert.teſt.pag.251.col.2. verſ.pen. & ſeq. vbi quòd non valet dictum teſtis examinati ſuper articulo impertinenti. Imò ſtante ſtatuto, quòd omnia iura admittantur ſaluo iure impertinentium, non intelligetur de notoriè impertinentibus, vt ibid. n.14. Et quid operetur clauſula, ſaluo iure impertinentium, ponit Mynſ. obſeruat. 56. cent. 2. vide infrà verſ. poſitiones, num.8. Item ex parte actoris articuli dicuntur impertinentes, & non ſunt admittendi, quando continet pluſquam fuerit deductum in libello, & ex parte rei, quando continet pluſquam fuerit deductum in exceptionibus. Ioſeph. Ludouic. in comm. opin. lib. 1. concluſ. 14. verſic. Declara prædicta. Ad materiam articulorum impertinentium quando dicantur, & quando admittendi, vide Dec. conſil.161. per tot. & Maſcard. concluſ. 132. text. gloſſ. & Doct. omnes in l. ſi duo patroni, §. idem Iulianus. ff. de iur.iuran.

Acta iudicis quomodo probentur per teſtes, vide 35
Hector. Æmilium in tract. de teſtibus, in ver. teſtis acta probans, per totum fol.33. Sed generaliter quomodo probentur acta, vide Maſc. de probat.

Amicitia quomodo probetur, & quomodo de- 36
beant ſuper ea deponere teſtes, vltra Maſcard de probat. vide Hector. Æmil. de teſtib. verb. teſtis amicitiam deponens, n.1.& ſeqq.

Animus, & quæ in animo conſiſtunt quomodo per 37
teſtes probentur, & de materia vltra Maſc. de probat. &c. vide Hectorem Æmil. in tract de teſtib. verb. Teſtis animum, fol.188.& ſeq. in Repert.crim.q.126.

Amiſſio inſtrumenti, ſeu alterius ſcripturæ, an pro- 38
betur iuramento amittentis, an verò concludenter, & per alias probationes, dixi ſuprà n.24. vbi vide, & quidem regula eſt quòd probetur ſolo iuramento amittentis, Maſc.concl.188.in princ. vbi plures adducit concordantes, & de forma huius iuramenti, vide text. in l.final.C.de fid.inſtrum. & ibi Salic. ſub n.6. & Ioh. Sichard.n.7. dixerunt illam formam omnino ſeruãdam, quando probatur ſcripturam quandoque fuiſſe penes eum, qui dicit amiſiſſe. verùm hæc regula patitur tres notabiles limitationes, quorum prima eſt, vt procedat in eo qui tenetur exhibere inſtrumentum, & ſcripturam iudicis officio, & ex quadam æquitate, ſecus ſi teneretur iure actionis, puta mãdati, aut alterius obligationis, prout ſunt adminiſtratores, ſeu alij, qui ex eorum officio tenentur proprias, communes, ſeu alienas ſcripturas cuſtodire, quia tunc amiſſio non iuramento, ſed manifeſtis probationibus probari debet. Bar. in l. ſi quis ex argentarijs, §. an nec heredi, n.3. verſ. Si verò probatur, & ibi alij ſcribentes. ff. de edendo, gloſſ. in l final. in verb. ſacramentum, in verſ. ſecus in creditore, & ibi Bal. n.8. Salic.n.6. Ioh. Sichard.n.8. C.de fid. inſtrumentorum. Marſil. in rubr. de prob.n.141.& ſeq. Diaz reg.345. in fine, Plot. de in lit. iuran.§.16.n.15. Hercul. de negat.n.274. Iaſ. in l. huiuſmodi, § ſi ita, num.11. in fine verſ. Item quando, & vbi, Alex.n.4. verſ. ſecundus caſus ff. de legat.1. Hercul. in tract. de negat. ſub n.272. Fulu. Pacian. de probat. lib.1. c.44.n.15. Secũda eſt limitatio, vt eadẽ regula procedat quãdo agitur de modico præiudicio, ſecus ſi de magno. Bal. in l. final. n.25. ff. de edendo. & in l. diſſoluta, n.3. C. de condict. ex leg. vbi ponit exemplum in creditore iurãte

ſe

ſe non habere Inſtrumentum, & propterea pro debitoris indemnitate ſibi faciente inſtrumentum quietationis. Felin. *in c. ſicut, num. 9. de re indic.* Iaſ. *in l. huiuſmodi, §. ſi ita, num. 11. ff. de legat. 1.* Alex. *ibid. n. 4.* Salyc. *in l. final. n. 6. in fine. C. de fid. inſtrumentorum.* Marſil. *in rubr. de probat. n. 141.* Diaz *reg. 345. in fine.* Tiraq. *de indic. in rebus exig. verſ. 92.* Hercul. *de negat. n 273.* Maſcard. *de probat. concl. 188. n. 6. & ſeq.* Immò ſecundùm Bal. *in d. l. final.* quem refert Iaſ. *in d. §. ſi ita*, videtur loqui quando iuramentum iuranti prodeſt, & nemini nocet, & ſic quando de nullius agitur præiudicio, vt in exemplo eiuſdem Bal. *in d. l. diſſolutè.* Tertia eſt limitatio, vt iuramento ſolo non probetur omiſſio inſtrumenti, niſi concurrat aliqua alia verſimilitudo, vt puta quòd domus ſit combuſta, & ſic quòd in illo incendio facile potuerit etiam comburi illa ſcriptura, de qua agitur, ſecundùm Bal. *in l. final. n. 25. ff de edendo.* Iaſ. *in l. huiuſmodi. § ſi ita n. 11. verſ. Idem tenet Bal. ff de legat. 1.* Tiraq. *de renoc. donat. in præfat. n. 39. verſ. cui finitimum eſt, & in verſ. Nec hinc longè abeſt*, vbi multo magis quando contra iuramentum concurrit aliqua inverſimilitudo. Maſcard. *d. concl. 188. n. 16 & 19.*

B.

Beneficium. Brachium ſeculare. Bannimenta.

1 BEneficij collatio quomodo probetur, Rom. *ſing. 34. & ſeqq.*

2 Brachium ſeculare quando ſit concedendum, & de materia. Roland. *conſ. 37. per totum, vol. 1.* & quòd regulariter brachium ſeculare poſſit impetrari à iudice Eccleſiaſtico pro exequutione ſuæ ſententiæ, etiam quòd ſit iudex delegatus, & de modo impetrandi dictum brachium ſeculare, ponit Menoch. *de retinen. poſſ. remed. 3. n. 360.* & quid ſi ſententia iudicis Eccleſiaſtici ſit nulla, vel iniuſta, an iudex ſecularis teneatur impartiri ſuum brachium ſeculare, de hoc vide *in Rep. crim. q. 48. n. 9. & 52.* ad materiam quando concedendum brachium ſeculare, ſi petatur, Arnal. Alber. *de agnoſcend. aſſert. Cathol. & Hæret. q. 25. n. 47.* poſui *in tit. de pæn. temperan. ſub q. 97.*

3 Beneficij collati poſſeſſio quando, & quomodo transferatur, ſeu acquiratur, vide in materia, *poſſeſſio quomodo transferatur*

4 Bannimenta non durant, niſi durante officio Prætoris, dixi *in Rep. crim verſ. bannimenta. num. 5.* inter diuerſa.

C.

Citatio.

1 CItari an poſſit carceratus, dixi *in Repert. crim verſ. Carceratus*, &c.

2 Citatio ſi fiat pro vna die, in qua iudex ex aliqua cauſa non ſedet, non trahitur ad ſequentem, ſed denuo eſt facienda, vt per Imol. *concl. 43. lib. 1. pag. 281. 305. & 349.* Menoch *de arb. q. 63.* vbi quando iudex poſſit diffundere citationem factam pro vna die in aliam, in materia vide concluſionem cum tribus limitationibus, per Decian. *conſ. 18 n 211. & ſeqq. lib. 1.* Oſaſc. *conſ. 64. n. 25.* vbi de citatione facta pro vna die, & loco, & exequuta in alio die, vel loco, quod non valet.

3 Citatio an & quando fiat de commiſſione iudicis, quandóve nuntio aſſerenti ſe citaſſe de iudicis commiſſione credatur, dic quòd non creditur. Maſcard. *concl. 294. num. 2.* & idem *in concl. 189. n 3.* Sed contrà *num 3.* concorda quòd prima opinio procedit de iure communi, ſecunda autem de communi vſu forenſi, vt *ibi n. 4.* & quando nuncius eſt bonæ famæ, & agitur de modico præiudicio, ei creditur, *num. 10.* vt per Aſin. *in praxi. §. 8. cap. 1. num. 7. & ſeq.* vbi concordan. allegat, & eſt communis opinio, vt per Alciat. *reg. 3. præſumpt. 34. n. 8.* quem refert Menoch. *d. caſ. 112. n...* Aſin. *§. 9. c. 3. n. 7.* vbi concordantes allegat, vbi ſecundùm Imol. id limitat, niſi aliter ex diutina conſuetudine ſeruetur. ad idem Maſc. *concl. 294. n. 13.* vbi quòd hodie iſtæ commiſſiones parum inſeruiunt, quia de conſuetudine non regiſtrantur in actis Item limita de ſtylo Rotæ, vt per Caputaq. *dec. 315. incip. de ſtylo, lib. 1.* Paul. Granut. *theorem. 19. n. 16. lib. 1.* ad materiam vide Gail *obſeru. 54. lib. 1.* & de materia vide omnino vltra infrapoſitos Maſcard. *concluſ. 294. lib. 1.* vbi facit regulam cum ſuis ampliationibus, & limitationibus *Amplia* regulam, vt nec redatur Notario aſſerenti citationem factam de iuſſu iudicis, *ibid. n. 6.* vbi tamen quòd contrarium videtur verius. *Limita* quando ſententia tranſit in iudicatum, quia tunc iuſſus iudicis in citatione præſumitur, *n. 7. Amplia* vt nõ ſufficiat iuſſus iudicis generalis, *n. 8 & 9. Limita* quando citatus comparet, & non opponit de nõ iuſſu iudicis *n. 11.* generaliter videas Diaz *reg. 80.* Roland. *conſ. 90. n. 38. & ſeqq. vol. 1. & conſ. 94. n. 6 & ſeqq. & n. 13. vol. 2.* & pulchrè *in conſ. 32. n. 20. & ſeqq. & n. 85. vol. 1.* Duen. *reg. 97.* Villalob. *in com. opin. lit. C. num. 104.* Hercul *de negat. n. 185.* faciunt tradita in materia, Nuntio quando & in quibus credatur. Clar. *in pract. q. 31. verſ. vnum autem ſcias*, vbi quòd in criminalibus citatio fit de commiſſione iudicis. De materia etiam Vant. *de nullitat. in tit. de nullitat. ſent. ex defectu citat. n. 31. & pluribus ſeqq.* vbi inter alia allegat Bal. dicentem quòd de conſuetudine commiſſio iudicis non requiritur, niſi quando citatur perſona illuſtris. In cauſa criminali in citationibus de longinquo extra ciuitatem in Curia Eccleſiaſtica, vbi citationes fiunt in ſcriptis, requiritur iuſſus iudicis, ſecus ſi in ciuitate, vbi quia citatur oretenus, & non in ſcriptis. Maſc. *concl. 294. n. 12.* & in citationibus ad perſonaliter comparendum, *& num. 39. in fin.* vbi quòd hæc Baldi diſtinctio ſeruatur in Curia. & in propoſito ſcias, quòd paria ſunt quòd citatio fiat ſine commiſſione iudicis, vel cum commiſſione iudicis non habentis iuriſdictionem. Vant. *ibidem num. 87. & ſeqq. 46. & ſeqq.* Et qua pœna puniatur citans ſine mandato ſuperioris, ponit Rom. *ſing. 317.* Dic quòd regulariter citatio fieri non poteſt ſine iudicis commiſſione *l. 1.* vbi Cyn. *col. 2. verſ. primo requiritur iuſſus iudicis C. de dilat.* Doct. *in c. 1. extra de iudic.* eſt communis, teſte Aſin. *in praxi. §. 8. cap. 1. num. 2.*

Amplia I. quòd in dubio iudicis commiſſio non præſumitur, niſi probetur. Aſin. *ibid. n. 3.* Maſcard. *concluſ. 294. n. 1.* vbi de communi.

Amplia II. quia iſta iudicis commiſſio debet eſſe ad inſtantiam partis, aliàs non valet, *ibid. n. 4. & 5.* vbi tamen quòd ex temporis diuturnitate talis inſtantia partis præſumitur. Ad materiam vide Gail *obſeruat. 54. lib. 1.*

Citatio vniuerſitati facienda quibus fieri debeat, 4
Rom. *ſing. 763.* Brixien. *de finibus regn. pag. mihi 670. num 23. & 24.* Villalob. *in com. opin. lit. V. num. 45.* vbi etiam quomodo vniuerſitas reddatur contumax Menoch. *de recup poſſ pag. mihi 115. n 119. in 8. remed.* aliquid per Put. *dec. 10. lib. 1.* vbi præſertim quòd per citationem vniuerſitatis, vtputa Capituli, non afficiuntur particulares de vniuerſitate, vel Capitulo, allegat Rot. *de ſentent. excommun decis. 10. in antiquis.* & Biſignet. *de dolo, & contumac. decis. 1.* vide in eadem materia Boſſ. *tit. Bannire qui poſſint, ſub num. 1. in medio.*

Citatio peremptoria quæ ſit, & in quibus caſibus requiratur, Matheſ. ſing. 110. & ſeqq. in addit. Socin. reg. 51. Cotta in memoral. pag. mihi 682. Et quomodo fiat talis citatio, Diaz reg. 79. Conrad. in Breu. pag. mihi 175. & ſeqq. vbi de materia. Roland. conſil. 41. num. 7. 28. & ſeqq. vol. 1. Et an hæc citatio requiratur in cauſis ſummariis, & vbi agitur ſine ſtrepitu, & figura iudicij, vide Menoch. de arbitr. quaſt. 9. 59. An in ſententia requiratur citatio peremptoria, ponit Socin. reg. 352. quando autem trina citatio requiratur in ſententia, vide infrà num. 11.

6 Citatione quando cenſeatur approbatus, ſeu habilitatus citatus, Cæpoll. caut. 68. num. 1. & caut. 205. Diaz reg. 76. Cotta in memoral. pag. mihi 102. Rol. conſil. 29. n. 8. & ſeqq. Credo ſit, in 2. vol. Gratian. reſpon. 6. n. 22. & reſpon. 69. n. 24. lib. 2. Menoch. in l. final n. 612. & ſeqq. C. de edicto diu. Adria. &c. vbi etiam quid de citatione ſi ſua putauerit intereſſe. Dicas quòd citatio habilitat citatum, & facit eum legitimum contradictorem. Bal. col. 10. Alexand. col. 8. Dec. col. 16. & alij communiter in d. l. final. & in c. cum frater, de excep. Grat. & Roland. vbi ſupr. Iaſ. in d. l final. n. 24. vbi quòd cenſetur approbata perſona citati, etiam quòd eſſet filiusfamilias, ſeruus, vel aliàs inhabilis. quod limitat procedere in ſimpliciter citato, ſecus in citato, ſi ſua putauerit intereſſe, de quo generaliter infra verſic. Citatio ſi ſua, &c.

7 Citatio quando debeat in ſcriptis fieri, Duen. reg. 93. Maſc. concl. 115. n. 16. & ſeqq.

8 Citatio per edicta in locis conſuetis quando fieri poſſit, & de materia, Marſil. ſing. 260. Rol. conſ. 18. n. 16. vol. 1. Pariſ. conſil. 31. car. 37. vol. 1. Et quando hæc citatio, ſeu proclama debeat fieri omnibus particulariter, vel ſufficiat generaliter, per edicta, puta quibus ſua putauerint intereſſe, vide Hercul. de negat. num. 240. & ſeqq. Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 8. pag. 72. 113. num. 101. & omnibus ſeqq. & pag. 260. num. 229. & ſeqq & in excuſſione quomodo iſto caſu ſit facienda citatio, vide Imolam concluſ. 43. lib. 1. pag. 319. adde in materia Aſin. in praxi. §. 8. cap. 1. num. 9. & ſeqq. vbi quòd citatio ad valuas Curiæ non afficit ſi ſtatim, vel paulo pòſt quàm fuit affixa, ſurripiatur. Quomodo autem puniatur talis ſurripiens, dixi in Repert. crimin. verſic Bannimenta, &c. num... Ad materiam vide Ioſeph. Ludouic. concluſ. 5. per totam, & Andr. Gail obſeru. 57. lib. 1. Vant. de nullitate, in eius Repert. verſ. Citatio generalis, & verſ. citatio per edictum, in diſcurſu.

9 Citari quando debeat Procurator, & non dominus, Turzan. opin. 121. Villalob. in comm. opin. lit. C. num. 53. vbi quòd prima citatio poteſt incipere à Procuratore, Mynſ. obſeru. 39. centur. 2. vbi quòd citari debet Procurator, & non dominus, quando cum Procuratore fuit lis conteſtata.

10 Citari an poſſit exiſtens extra territorium, Diaz reg. 75 vide omnino Andr. Gail obſeru. 56 lib. 1.

11 Citatio trina quando requiratur in ſententia, Diaz reg. 82. Cephal. conſil. 89. num. 2. 17. & ſeqq. vol. 1. vbi quòd quando ſtatutum requirit citationem, de trina intelligitur. fallit in cauſa ſummariè expedienda, vt ibi per eum. Quid de citatione peremptoria, vide ſuprà num. 5.

12 Citari quis debet in vnoquoque actu, &c dixi ſuprà in quæſtionibus.

13 Citatus ad locum non tutum quando comparere teneatur. Diaz reg. 83. Roland. conſil. 68. num. 19. & ſeqq. vol 2. Et an exceptio loci non tuti poſſit opponi per non habentem mandatum, vide Imol. concluſ 4. pag. 15. de hac materie dixi etiam in tit. de inquiſit. quaſt. 11. num. 55. & ſeqq ad quam vide Vant. & per eum allegatos in pag. 115. num. 165. & ſeq. & Maſcard. concluſ. 17. 18. 19. & 20. vbi quando, & quibus modis dicatur, ac probetur locus non tutus, ſeu non tutus acceſſus, & alia ad materiam ibi videas.

Citatio inualida conualidatur per comparitionem citati. Villalob. in comm. opin. lit. C. num. 56. Mynſ. obſeru. 90. cent. 3. & obſeru. 54. centur. 4. & centur. 2. obſeru. 18. Roland conſil. 9. num. 36. vol. 1. Felin. in cap. gratum, num. 4. de offic. delegat. Gabriel. concluſ. 3. in tit. de citatio. faciunt infrà tradita num. 16. Veſtr. in pract. lib. 4. cap. 3. num. 8. 14

Citatio perpetuat iuriſdictionem. Villalob. in com. opin. lit. I num. 160. & an ſit neceſſaria citatio ad perpetuandam delegati iuriſdictionem, vel ſufficiat aliquis actus ante citationem, & quid de citatione nulla, vide Imol. concluſ. 11. & 12. lib. 4. Felin. in cap. gratum, & cap. relatum, de offic. delegat. De citatione nulla an perpetuet iuriſdictionem, vide etiam in materia præuentionis, & dicas quòd citatio nulla non perpetuat iuriſdictionem. Felin. d. c. gratum, num. 4. Gabriel. tit. de citat. concl. 3. Vant. de nullit. tit. quoties, & intra quod tempus, &c. num. 26. & ſeqq. & ideo per nullam citationem non inducitur præuentio. Veſtr. in tit de præuent. Mandoſ. in forma commiſſionis, Audiat qui præuenit, in quinta quaſt. 15

Limita I. in nulliter citato, ſed comparente, vt dixi ſuprà n. 14.

Limita II. in citatione, quæ licèt nulla ſit, deuenit in notitiam citati, de quo infra n. 16.

Citatio licèt nulla, afficit citatum ſi ad eius notitiam deuenerit. Felin. in cap gratum, num. 4. de offic. delegat. Gabr. tit. de citatio. concluſ. 3. faciunt ſupra tradita quaſt. 53. num. 17. & ſuprà verſ. Citatio inualida, n. 14. & quæ in ſimili de citatione facta ad domum, dicuntur in ſeq. verſ. ad materiam vide Ioſeph. Ludouic. concl. 5. & verſ. Animaduertendo in omnibus, &c. & omnibus ſeqq. vbi de materia, etiam quomodo iſto caſo probetur ſcientia, de quo etiam per Veſtr. in pract. lib. 4. cap. 3. num. 8. & lib. 3. cap. 6. num. 11. videlicet in addit. per Grauat. Vant. in tit. qualiter ſentent. & proceſſ. nulli ſanari poſſint, num 122. & ſeqq. pag. mihi 289 pro primo dicto adde Decian. conſil. 18. num. 98. & ſeqq. lib. 1. vbi latè exornat. 16

Citatio non ſufficit vt fiat in apotheca, in qua quis ſolet artem exercere, ſed debet fieri in domo vbi communiter cum familia habitare ſolet. Imola in Clem. cauſam, num. 4. de elect. Imol. concluſ. 10. lib. 3. in 1. limit. & faciunt tradita in contract. inter fragmenta, verſic. apotheca, &c. Citatio facta ad hoſpitium, in quo quis aliquando habitat, an dicatur facta domi ſolitæ habitationis, deciſ Pedemont. 71. num. 20. Et generaliter quomodo citatio ſit facienda perſonaliter, vel ad domum, vbi perquirenda ſit perſona citanda. Et quid de vagabundis. de vagabondo vide quæ dixi in tit. de inquiſit. q. 11. num. 41. vide etiam Papien. in forma reſpon. rei. gl. in termino, num. 7. & ſeqq. pag. mihi 75. Rot. deciſ 1. de dolo, & contum. in nouis. Matheſ. ſing. 132. in addit. Socin. reg. 2. & reg. 54. Duen. reg. 95. Turzan. opin. 131. Mynſ. obſeruat. 69. cent. 2. deciſ. Bonon. 57. Tiraquel. de retract. lignag. §. 9. gloſſ. 2. à princip. vſque ad finem, pag. 466. vbi latè Firman. in Repert. ver. Citatio ad domum, per totum, pag. 235. Aſin. in praxi, §. 6. cap. 1. & ſeqq. Grauat. ad Veſtr. lib. 5. cap. 13. num. 11. 12. & 13. Vant. in tit. de nullit. ex defectu citat. num. 87. & ſeqq. Cattar. de exeq. ſentent. cap. final. num. 183. vbi quòd de iure non poteſt quis domi citari, niſi facta diligentia de perſonaliter reperiendo; ſed de conſuetudine contrarium ſeruatur vide quæ dixi in tit. de inquiſit. q. 11. n. 41. Sed aduerte quòd citatio facta ad domum, ſi venit in notitiam, citatus ad domum præſumitur habuiſſe notitiam citationis, etiam quòd iuramento aſſerat contrarium. Maſcard. concluſ. 94. n. 24. lib. 1. citatio 17

deſeruit

deseruit loco personalis, Rolan. *cons.47.n.22. & seqq.*
& dixi aliquid suprà *q.53.n.17.* & faciunt generali-
ter tradita suprà *vers. citatio licet nulla*, &c. *num.16.*
Et citatio in dubio an præsumatur facta personali-
ter, vel ad domum, Cotta *in memoral. pag.* 103.
Adde quòd valet stilus, quòd quis possit domi ad
sententiam citari. Mohed. *decis.161.* Put. 15 *de iudic.*
Peregr. *decis.51.* De citatione affixa ad ostium domus,
vide aliquid per Asin. *in praxi*, §. 8. *cap.* 1. *num.* 9.
& seqq. in discursu, vbi quòd talis citatio non afficit si
statim affixa, vel paulò pòst fuerit surrepta, & quo-
modo puniatur surripiens huiusmodi citationes, vi-
de *in Rep. crim. vers. Bannimenta*, &c. *num...* Et an
credatur nuntio asserenti se fecisse diligentiam de
perquirendo personaliter, & quia non inueolt, ideò
domi citasse, vide suprà *quæst.*100. *num...* in materia,
nuntio quando credendum, &c. Quando quis fuit
semel personaliter citatus, tunc valent subsequen-
tes citationes domi, etiam ad sententiam, Grauat.
ad Vestr. lib.5. cap.13. num. 12. Rota *vbi suprà de dolo,
& contumacia, decis.1. in nouis.* Caputaquens. *decis.117.
part.1. & 119. num.2. part.3.* Asin. *in pract. §.6. cap.2. in 7.
& 9. limit.* Papien. *in forma respon. rei, gl. in termino, n.8.
vers. si autem fuit aliquando in iudicio*, Turzan. *opin.131.
num.4.*

18 Citatio si [sua] putauerit interesse, cuius sit naturæ.
Rolan. *cons.29. per totum.* Menoch. *in l. fin. num.616. &
seqq. C. de edict. diui Adrian.* vbi quòd citatus si sua pu-
tauerit interesse, audiendus non est, nisi doceat de
interesse.

19 Citatio impossibilis non arctat citatum. Rolan.
cons.39. num.27. vol.1.

20 Citatio quæ debeat continere pro sui validitate,
practica Corradi *in eius Breu. pag. mihi* 24. *num.* 7. 8.
& 18. Dic primò quòd debet continere nomen iu-
dicis. Gail. *obseru.48. lib.1.* vbi de materia. secundò no-
men citandi, vt infrà *n.28.* tertiò nomen citantis, quod
quando verum, Gail. *obseru.* 50. *lib.* 1. quartò viam
propter quam quis citatur. Gail. *ibidem obseru.51.* vbi
de materia. quintò locum iudicij. Gail. *obseru.52.* vbi
delarat. sextò debet continere diem, quo citatus com-
parere possit. Gail. *obseru.53.* vbi de materia, de qua
etiam suprà *num.2.*

21 Citationibus an quis possit renunciare, infrà *vers.
Debitor.* Et in materia citationis, in quibus casibus
requiratur.

22 Citari quando possit pupillus, seu infans, & quo-
modo, dixi suprà *quæst.61.*

23 Citatio generalis ad audiendum voluntatem do-
mini, quando valeat, dixi suprà *quæst.62. num.20.*

24 Citatio quando fieri possit die feriata, licèt hinc
inde sint opiniones, vt per Follet. *in pract. crimin. in
ver. vel eos verbaliter citare, num.33. pag. mihi* 46. dicit
tamen quòd verior opinio videtur, quòd talis citatio
non valeat, secundùm Spec. *in tit. de fer. vers. Item
quòd est facta*, & Bart. *in l.1. §. nuntiatio. ff. de noui oper.
nunt.* & Bald. *in l. 2. C. in quib. caus. in integr. re-
stitut. non est necess. & in l. 1. ff. de fer.* & Moderni *in
cap. final. eodem tit.* & latè per Marian. Socin. *in tract.
de citat. art.19.* & de communi testatur etiam Maran.
in spec. pag. mihi 187. *num.129.* vbi quòd etiam si cita-
tio fieret pro die non feriato, non valet. Limitat
tamen duobus modis, primò nisi citatio fieret pro
tali causa, quæ possit die feriato expediri. Secundò
nisi Princeps citaret, quia benè potest, ex alleg.
ibi per eum, qui alia ponit in materia. E contra
quòd valeat talis citatio, tenet Rota *decis.367. si
committatur causa, in nouis.* Cassador. *decis.5. in fin.
de dolo, & contumacia*, & licèt loquantur in decreto
citationis. idem tamen dicendum in illius exequu-
tione, vt per Vant. *de nullit. sententia ex defectu cita-*
tionis, pag.256 & seq. num.46. vide ad materiam Lan-
franc. *in cap. quoniam contra, in verb. citatio, cap.1. n.18.*

Citationis relatio facta per nuntium debet esse 25
clara. generaliter quomodo talis relatio debeat esse,
vide Foller. *in pract. in verb. relatio nuntij, per totum,*
& aperta. Asin. *in praxi*, § 9. *cap.7. num.8.* Marian. *in
tract. de citat. art.13. num.* 4. & 5. vbi loquitur tam
circa modum, quàm circa locum, & tempus factæ
citationis. Spec. *in tit. de citat. §. sequitur, num.13. in fine,
& seq.* vbi quòd nuntius in relatione citationis
debet ponere locum, diem, & horam factam citatio-
nis. Gram. *cons.152. num.17. inter ciuil.* Alex. *cons.2. n.3.
in fin. lib.3.*

Citationis relatio debet expressè continere quòd 26
sit facta domi solitæ habitationis, aliàs non valet.
Asin. *in praxi*, §.9. *cap.7. num.3.* in quo vide Follet.
in pract. crimin. in verb. relatio nuntij, num. 14. vbi
de nuntio referente se exequutum fuisse, prout
habuerat in mandatis, & contra Folletum tenet
Asin. *vbi suprà, in cap.6.* vide etiam in hoc Rot.
*decis. 1. in 2. addit. de dolo, & contumacia, in
nouis.*

Citari quis potest vt eligat domicilium, in quo de- 27
beat citari, & si non eligit, iudex eligit locum ex offi-
cio, incurritque alias pœnas, de quibus per Foller. *in
in pract. crim. canon. cap.10. num.38.*

Citatio debet continere nomen, & cognomen il- 28
lius, qui citatur, maximè in criminalibus, & de mate-
ria Cartar. *de exeq. sentent. num.* 186. *in fine, versic.
Prout etiam animaduertendum.* Vide suprà *num.* 28.
Quod quando verum sit, vide Gail. *obseruat.* 49.
lib.1.

Citatio ad sententiam potest fieri pro singulis die- 29
& horis. Decian. *cons.18. num.215. lib.1.* vide Rotam
diuers. decis.311. num.3. part.1. vbi dicitur quòd licèt ta-
lis citatio videatur nimis vaga, sustinetur tamen per
duos dies, ex Ant. August. *de citat. num.* 24. quem
allegat.

Citatio inualida non vitiat processum quando 30
non erat necessaria. Decian. *consil.* 18. *num.* 217.
lib.1.

Citatio æquiuoca, & obscura non valet, quia ex ea 31
certiorari debet citatus in specie de actu, ad quem ci-
tatur, *l. aut qui aliter, & l. fin.* & *ibi* Bart. *ff. quod vi, aut
clam.* Alea *cons.137. n.13. lib.1.* Vant. *in tit. de nullit. ex de-
fect. citat. num.54. & seqq.*

Citatio ad sententiam pro vna die, intelligitur 32
pro vltima parte illius diei, dixi suprà *quæst.* 62.
num.37.

Citationis copia si petatur, danda est, aliàs non ar- 33
ctas ad comparendum. Spec. *in tit. de citat. §. iam de
citatione. vers. hoc autem facto, num.9.* text. *in Clement.
causa, de elect. in fin.* Vestr. *in pract. lib.* 4. *cap.3.
num.3.*

Citatio dicitur circumducta, quando in termino 34
citationis actor, & reus non comparuerunt, & sic
citatio non fuit producta, *l. post edictum, §.1. ff. de iudicijs,*
Rot. *decis.14. num.2. de dolo, & contumacia, in nouis, &
de appell. decis.64. n.4. etiam in nouis*, eadem Rota coram
Pamphilio Augustana Canonicatus 10. Iunij 1605.
Carpan. *ad statuta Mediolani, cap.10. n.152.* Ancharan.
cons.97. per tot. Card. Tusch. *litera C. conclus.256.* Gra-
tian. *discept.66. n.4. & seqq. lib.1.* vide tamen Rotam *de-
cis.2. in tit. de rescript. n.20.* vbi quòd in monitorio hæc
circumductio non seruatur, & vide etiam eamdem
Rotam *vbi suprà, de dolo, & contumacia, in nouis,
d. decis.14. & de appellat.* pariter *in nouis, decis.* 21.
vbi declaratur hanc circumductionem non habere
locum in circumductione facta ad totam cau-
sam, quam dixit quandocumque eam posse repro-
duci.

Compromissum.

1 Compromisso pendente quando fatalia currant, & de materia, videas per Gabr. lib. 2. tit. de arbitr. conclus. 4. per totam. Regulariter compromisso impeditur fatalium cursus. Clement. quamdiu, de appellat. Auth. si tamen, C. de temp. appell. Lancellot. de attentat. appell. pendent. cap. 12. limit. 50. num. 76. & seqq.

Limita I. vt procedat hæc regula in compromisso facto in arbitros, secus si in arbitratores, quia tunc currunt fatalia, vt per eundem Lancellott. d. cap. 12. in præfat. num. 31. & seqq.

Limita II. quia tempus decem dierum à iure ad appellandum concessum currit etiam compromisso pendente, ideo si infra illud tempus nó fuit appellatum, causa dicitur deserta, vt per Gabr. vbi suprà in 3. limit. num 21. Guid. Pap. decis. 115. In eo compromissum. Blanch. de cõprom. in 6. q. principali, n. 27. vers. 4. intellige, vbi tamen post Castr. dicit quòd eueniente casu in ciuitate Lucana fuit contrarium seruatum.

2 Compromisso pendente, an & quando partes possint adire iudicem ordinarium, & coram eo litigare, non obstante dicto compromisso, latè Lancellott. de attentat. cap. 15. num. 6. 262. & pluribus seqq. vbi ampliat, & limitat.

3 Compromisso pendente nihil innouandum, & an attentata per partes compromisso pendente possint ab arbitris reuocari, & quando, vide latè disputantem, ampliantem, & limitantem, Lancellott. de attent. cap. 15. per totum.

4 Compromissum quomodo debeat fieri super rebus iam decisis, quandóve post rem iudicatam compromissum factum valeat, vide in simili tradita de transact. infr. vers. transactio, in Rep. contract. num. 1. Transactio enim, & compromissum in hoc casu æquiparantur, prout infra dictum est num. 11. hoc eodem verb. compromissum, &c. & Doctores in materia indistinctè de vtroque loquuntur. Cæpol. caut. 41. & 220. Abb. in cap. exposita, num 3. & 4. & ibi in addit. littera D. & littera E. de arbitr. Corn. cons. 148. num. 7. & seqq. in discursu, lib. 2. Franc. Marc. decis. 466 Nicol. Mil. lit. C. num. 50. Syluan. cons. 71. num 1. vol. 1. Doct. in l. si diuersa, C. de transact. Alex. cons. 22. num. 2. & seqq. lib. 1. Firman. in Repert. vers. Compromissum, de quibus, n. 6. & 16. Grat. cons. 110. n. 28. & seqq lib. 2. Bal. in l. iurisgentium, § si paciscar, ff. de pact. Et particulariter scias quòd per compromissum non censetur renunciatum rei iudicatæ, nisi sit facta specialis renunciatio, secundùm Castren. in l. si causa cognita, C. de transact. vbi etiam Alex. n. 7. Rom. cons. 369. n. 15. Ias. in l. si diuersa, n. 6. & ibi Bal. n. 5. C. de transact. Franc. Marc. d. decis. 466. Alex. d. cons. 22. n. 3. lib. 1. latè Corn. d. cons. 148. num 8. & seqq. lib. 2. Contrarium traditur per Aret. in d. l. si diuersa, propè finem, & in d. l. si causa cognita, similiter in fin. Felin. in cap. inter monasterium, num. 31. de re iudic.

5 Compromissi prorogatio vsque ad quod tempus fieri possit. Marsil. sing. 52. Socin. iun. cons. 39. num. 1. & 2. vol. 1.

6 Compromissi prorogatio partibus no notificata an valeat, Cotta pag 46.

7 Compromissum quomodo finiatur, Marsil. sing. 54. Et an finiatur morte compromittentis, vide Duen. reg. 118. Dicas quòd finitur morte vnius compromittentis, cap. final. de arbitr. l. idem proferre, §. 1. ff. eodem. cum aliis, de quibus per Crassum in comm. opin. lib. 1. cap. 15. q. 3. tom. 1. & q. 4. vbi ampliat etiam in morte ciuili, quando videlicet bona sunt confiscata. Et an compromissum finiatur morte arbitri. Et quid si fuerit compromissum in aliquem sub nomine dignitatis, an transeat ad successorem, & de materia, Mozon. de fide, &c. pag. 77. num. 1. & seqq. quæst. 46. per totam, & pag. 118. quæst. 73. & pag. 122. quæst. 75. vbi an compromissum expiret morte vnius arbitri. Viu. in comm. opin. pag. mihi 142. in paruis. Menoch. de arbitr. quæst. quæst. 68. num. 26. & seqq. lib. 1. vbi quid si causa committatur etiam alicui ordinario, vti bono viro, an illius morte extinguatur, vide infrà num. 17.

Compromissi tempus currit à die acceptationis. 8
Marsil sing. 423. Amplia & limita, vt per Imol. concl. 4. lib. 3. pag. 543. Gabr. lib. 2. tit. de arbitr. conclus. 2. & quando, & quomodo compromissum debeat acceptari ab arbitro, vide Cottam in memoral. pag. mihi 138.

Compromissi faciendi inter affines vigore statuti 9
materia ponitur latissimè per Iacob. Laurent. in tract. de iud. susp. cap. 7. per Marsil. sing. 467. Duen. reg. 36. Diaz, &c. Blanc. in suo tract. de compromiss. Rolan. cons. 57. per totum, Credo sit, in 2. vol. vbi inter alias, an hoc statutum liget Clericos, & minores, sub hoc statuto comprehendantur, secundùm magis communem, quam relatis, & reprobatis contrariis defendit Simoncell. de decretis, lib. 2. tit. 6. inspect. 8. n. 78. & seqq. An habeat locum post litem contestatam, adde Nouell. reg. 19. per totum. Grat. respons. 155. 2. parte. Et an tale statutum extendatur ad debitum iuratum, dic quòd non, vt per Lambertén. de contract. glos. fin. quæst. 2. num. 15. vide Imol. conclus. 29. lib. 3. pag. 626. Cotta in memorab. pag. 140. vbi quòd non habet locum publicatis attestationibus, & re liquidata, decis. Lucen. 26. num. 2. & 23. vbi quòd hoc statutum est fauorabile secundùm magis communem opinionem, & num. 17. vbi quòd propterea in dubio pronunciandum est compromissum faciendum, & ibidem num. 1. & seqq. vbi quòd licèt secundùm communem hoc statutum non comprehendat testamenta, legata, & alias res liquidas per instrumenta, hoc tamen intelligendum est, nisi aliquid opponatur aduersùs dicta testamenta, & instrumenta quod reddat rem dubiam, si enim factum est intricatum, vel articulus iuris sit dubius, debet fieri nihilominus cõpromissum etiam in supradictis casibus, vt ibidem num. 7. & seq licèt enim statuta de compromissis faciendis inter affines non intelligantur de articulo iuris, vt per Lambertén. de contract. eorum, &c. glos. 1. num. 150. fallit tamen si articulus iuris sit dubius, vt ibidem num. 151. Item fallit si articulus iuris habeat admixtam dubietatem facti, vt ibidem d. glos. 1. num. 297. Et in materia scias, quòd si compromissum loquitur de coniunctis in aliquo gradu, tunc petens compromissum debet probare, & coniunctionem, & gradum coniunctionis. Magon. decis. Lucen. 37. num. 12.

Compromissum facere quando quis sit cogendus, 10
Diaz reg. 101. Duen. reg. 30. Gram. decis. 9. num. 1. Viui. in comm. opin. pag. 131. in paruis, verbo iudex, in fin.

Compromissum, & transactio æquiparantur, quia 11
compromissum nihil aliud est, quàm species transactionis. Bar. in l. eleganter num. 3. in princ. ff. de condict. indeb. Paris. cons. 123. num. 118. vol. 2. Alex. in pluribus consiliis, de quibus in eius Repertorio vers. compromissum, il 2. & est communis, vt per Gomez in tit. de homicid. sub num. 56. dicens ita tenere Bar. & communiter alios in l. non distinguemus, §. Iulian. ff. de arbitr.

Compromissum factum, vt de iure pronuncietur, 12
quomodo intelligatur, Diaz reg. 100. Duen. reg. 56. & quid si dictum sit de facto, altè, & basiè pronuncietur, & de similibus clausulis, vide suprà quæst. 44. cap. 1.

Compromissum in iudicem ordinarium factum 13
quando valeat, & de materia Villalob. in comm. opin.

litera

litera C.n.106. si compromissum fiat in iudicem ordinarium, iste iudex in dubio censetur processisse nō vt arbiter, sed vt iudex. Lancell. de attent. cap. 15. n. 199. vbi id limitat, nisi iudex contrarium expressisset.

14 Compromissum super rebus vniuersitatis quomodo fieri debeat, Turzan. opin. 77. & 161. vbi quomodo faciendum compromissum super rebus Ecclesiæ.

15 Compromittens appellatione pendente si succumbat, an habeat postea regressum ad appellationem. Myns. obseru. 14. cent. 3.

16 Compromissum an possit fieri dote prohibita alienari, vide in Rep. vlt. volunt. q. 1. num. 25.

17 Compromissum factum sine termino quantum duret. Boër. decis. 183. n. 4. & 5. Gozad. cons. 100. n. 14. & 15. Menoch de arb. q. 22. pag. mihi 19. lib. 1. Dicas quòd instantia compromissi est triennij, si partes nullum in compromisso apposuerunt tempus, secundùm receptiorem opinionem, de qua per Myns. obseru. 44. incip. Tametsi controuertatur, &c. cent. 3. Quæ conclusio procedit in compromisso facto in arbitrum, secus si in arbitratorem, quia tunc durat toto tempore eius vitæ, secundùm Papien. pag. mihi 2. n. 4. vbi quòd Bar. putat durare quandiu voluerit arbitrator. Et præsumitur nolle arbitrari, si intra annum non pronunciauerit, vide generaliter suprà tradita vers. compromissum quomodo finiatur, num. 7.

18 Compromissum non extenditur nisi ad specificata, Paris. cons. 45. num. 27. & seqq. vol. 1. Item compromissum generale restringitur ad rem petitam, & ad causas agitatas. Firman. in Rep. ver. compromissum præsumitur, num. 60. adde quòd compromissa sunt stricti iuris, strictéque intelligenda, nec extendenda ad non specificata, etiam quòd contineant clausulas amplissimas, ac etiam quòd sint iurata. Rolan. cons. 28. num. 34. vol. 4.

19 Compromissum generale factum super qualibet vltima voluntate, non extenditur ad legata, & fideicommissa Paris. cons. 24. n. 107. & seq. vol. 2.

20 Compromissum generale non comprehendit iura de futuro. Paris. d. cons. 244. n. 109. & seqq. lib. 2.

21 Compromissum quando & quo casu possit fieri per Procuratorem, Paris. cons. 133. num. 12. lib. 4. latè de hoc suprà q. 77. num. 15.

22 Compromissum quando, & quomodo fieri possit per matrem tutricem, seu alium tutorem, & de materia, Rolan. cons. 76. num. 4. & seqq. 12. & seqq. 16. & seqq. lib. 1. Papien. pag. mihi 189. num. 4. Firman. ver. compromissum, per quos num. 5. & num. 15. Blanch. de compromiss. pag mihi 132. ver. tutor, & pag. 134. ver. curator. Angel. cons. 192. & 193. dixi aliquid in Rep. contract. q. 14. n. 23. vbi videas Lamberten. de contract. q. 93. in glos. 1. n. 362. 370. & 371.

23 Compromissum factum per hæredem grauatum, an noceat fideicommissario, posui in Rep. vlt. volunt. ver. hæres grauatus.

24 Compromissum quando tribuat arbitro liberam, seu regulatam procedendi, & iudicandi facultatem, & in quibus possit arbiter parti præiudicare, posui suprà q. 44. cap. 1. & 2. in discursu.

Contumacia.

1 Contumaciæ materiam supple in Rep. crim. vers. contumacia, in discursu. multa per Foller. in pract. crim. canonica, cap. 10. verb. non comparentes contumaces reputentur, per totum in discursu, & multa etiam per Iacob. Laurent. in tract. de indic. susp. cap. 14. per tot. in discursu.

2 Contumax quando debeat citari ad sententiam. Rom. sing. 25.

3 Contumace reo quando actori sit danda possessio rei petitæ. Rom. sing. 400. 415. 413. & seqq. & ista videtur materia primi, & secundi decreti, de quo infrà vers. decretum, &c.

Contumacia in quibus præiudicet. Corsett. sing. pag. mihi 14. in paruo, & quas pœnas incurrat contumax, remissiue per Corrad. in suo Breu. . pag. 42. num. 6. & seqq. & per Neuiz. cons. 18. num 12. & seq. Royz. decis. 2. num. 48. & seqq. & an contumax mulctetur, & quomodo, dixi in Rep. crim. vers. contumax, num. 7. vide aliquid in seq. vers. num. 5. & 13. 4

Contumax an dicatur delinquens, Mathes. singul. 17. in addit. posui in tit. de delict. quæst. 18. num. 25. 5

Contumax in quibus sit melioris conditionis non contumace, Mathes. sing. 17. in addit. 6

Contumax ex quibus, & quot citationibus quis efficiatur. Marsil. sing. 53. & 91. Diaz reg. 152. in Rep. crim. vers. contumax, num. 4. 7

Contumax an & quando habeatur pro confesso. Marsil. sing. 72. propè finem, & sing. 283. in Rep. crim. vers. contumax, num. 5. 8

Contumacis ficta confessio an noceat hæredi. Turzan. quæst. 12. Neuizan. cons. 20. num. 30. & seqq. vbi quòd contumacia principalis nocet etiam hæredi. 9

Contumax non dicitur nisi pars aduersa accuset contumaciam. Hæc regula porrò per Foller. in pract. crimin. canon. cap. 10. num. 43. vbi tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, & tam in foro sæculari, quàm in Ecclesiastico. In criminalibus an sit necessaria accusatio contumaciæ, vltra infraposita vide Carrar. de exeq. sentent. cap. final. num. 167. & seqq. probatur per Neuizan. cons. 6. num. 1. 2. 3. 6. 8. & 9. vbi etiam declarat decis. Pedem. 3. num. 2. & seqq. Rolan. cons. 90. num. 9. & seqq. vol. 3. & per totum consilium in discursu, vbi de materia, ad quam vide Ant. Thesaur, decis. Pedem. 19. per totam. 10

Amplia hanc regulam I. vt procedat etiam in criminalibus, Rolan. d. cons. 90. num. 11. vol. 3. quod intellige procedere quando agitur per viam accusationis, secus si ex officio, & per viam inquisitionis, tunc enim non est necessaria accusatio contumaciæ, vt in decis. Pedem. 71. num. 5. sed contrà num 47. & seqq. An autem stante statuto, quòd contumax habeatur pro confesso, debeat contumacia accusari, vide in decis. Pedem. 3. num. 2. & seqq. Rolan. cons. 90. num. 16. & num. 24. vol. 3. vbi quòd non est necessaria accusatio contumaciæ, & ibi respondet ad contraria, & idem latè, per Carrar. de exeq. sentent. cap. fin. num. 167. & seqq.

Amplia II. vt contumacia non accusata non noceat, etiam quòd lex, siue statutum dicat, ipso iure, &c. Rolan. d. cons. 90. num. 13. vol. 3. sed contrà num. 17. & seqq. de quo videas in d. decis. Pedem. num. 2. & seqq. vide infrà num. 21. vbi in specie quid in criminalibus.

Contumax verus, & fictus quis dicatur, Foller. in pract. crimin. pag. mihi 335. num. 3. Ceuall. quæst. 266. vbi de eo, qui dixit se nolle venire ad iudicium, & q. 414. Alber. in l. properandum, num. 11. C. de iudic. Rot. de dolo, & contumac. decis. 2. aliàs 49. in addit. num. 2. in antiq. Rolan. cons. 47. num. 22. & seqq Credo sit, in 2. vol. Maran. in spec. pag. mihi 147. num. 8. & pag. 232. n. 285. & 288. Vestr. in pract. lib. 7. cap. 3. num. 21. & seqq. & ibi Grauat. in addit. num. 52. & seq. Carrer. in pract. pag. mihi 11. num. 1. & seqq. in discursu. 11

Contumax non potest esse rusticus, & mulier, Rolan. d. cons. 47. num. 42. de rustico vide Menoch. de arbitr. quæst. casu 194. num. 49. & seqq. de minore vide aliquid infrà sub num. 14. seu potiùs suprà q. 31. n. 9. Neuizan. cons. 17. num. 44. & seqq. 12

Contumax an & quando perdat causam, & possit condemnari, Duen. reg. 152. & seq. vide generaliter 13

supra *num.* 4. & infrà *sub num.* 14. *& seq.* seu potiùs supra *quæst.* 31. *num.* 9. posui *in tit. de delict. quæst.* 18. *num.* 32.

14 Contumax non auditur nisi refectis expensis. posui supra q.31.*num* 9.

15 Contumax quando possit se excusare ex iusta causa, & quæ sit ista iusta causa, habetur per Menoch. *de arb. quæst. casu* 153. sed an & iniusta causa excuset, dixi *in Rep.crim.in quæst.in materia causa iniusta,quando excuset*, &c. posui *sub tit. de delict. infr.* 18. *sub num.* 25. *& seqq.*

16 Contumax reus non potest per iudicem condemnari, nisi ei constet de credito actoris. Natta *cons.*592. *num.*3.*&* 4.

17 Contumax non potest opponere nullitatem actorum. Neuizan. *cons.*18.*num.*12. *& seqq.* Item nec potest allegare litis pendentiam. Mascard. *conclus.* 689. *num.*3.*lib.*1.

18 Contumax quando & quomodo à iudice mulctandus, posui *in crim.vers.Contumax,num.*7.

19 Contumacia principalis quando noceat fideiussori, posui *in Repert. contract. versic. fideiussori*, &c. *num.*1.

20 Contumacia in criminalibus non afficit nisi accusetur. Foller. *in verb.si confitebuntur, in 4.parte 3.partis, num.*20. Simanch.*catholicarum institut.tit.*2.*rubr.de absentibus,num.*7.*decis.Pedem.*71. *num.*47. Contrà quòd in criminalibus non sit necesse accusare contumaciam, videtur statutum in constitutione Marchiæ *lib.*4.*cap.*10.ibi, *vel quodpars admissa in termino se non præsentauerit*, & voluit Nell. *in tract. de bannitis, in* 3.*parte* 1. *temporis, quæst.* 10. *vers. Tamen in criminalibus.* Et hæc vltima opinio videtur procedere de consuetudine, secundùm Bott. *in tit. de banni nullit. num.*7. Clar. *quæst.*44. *num.*6. *vers. Dictum est.* Decian. *consil.*18.*num.*193.*vers.secundò respondetur,lib.*1.Bajard. *ad Clar. quæst.*44. *num.* 64. Scacc. *de iud. caus. ciuil. & crim. lib.* 1. *cap.* 92. *num.* 1. *vers. si de consuetudine, & d. num.* 1. *ante finem.* Verùm quòd de consuetudine contumacia in criminalibus accusanda sit, voluit Foller. *in pract. in verb. & si confitebuntur, in* 4. *parte* 3.*partis,num.*21. vbi de generali consuetudine Italiæ. Guglielm. de Benedictis *in repetitione cap. Raynutius, in verb. mortuo itaque testatore, il* 1. *num.* 159. vbi restatur de consuetudine Franciæ. Rebuff. *in constitut. Galliæ, tom.* 3. *rubric. de contumacia, glos.* 1. *num.*19. Afflict. *super constitutione,pœnam eorum, rubr. de forbannitis, & forindicatis, num.* 8. Carauit. *super ritu M.C.V.*198. *num.*3. *& ritu* 123. *num.* 5. Guazin. *in tract. ad defensam, defens.* 10. *fol. mihi* 490. *in fine.* Distinguere videntur Doctores inter processum factum per viam accusationis, vel per inquisitionem ex officio, vt quando proceditur per accusationem, contumacia sit accusanda, & si actor non comparet, citatus non fit contumax. Rebuff. *in constitut. Galliæ, tom.* 3. *in tract. de contumacia, glos.* 1. *num.* 5. Scacc. *de indicio causarum ciuil. cap.*92. *num.*1. *in princ.* Thesaur. *decis.*19. *num.*4. Tusch. *in verb. citatio, conclus.*266. *num.*14. licèt alij contrà quòd quando proceditur per accusationem, non sit accusanda contumacia, vt per Nell. *vbi supra, d. quæst.* 10. & Decian. *cons.* 18. *num.* 193. *vers. secundò respondetur.* Si verò proceditur per inquisitionem, & ex officio, tunc non est necessaria accusatio contumaciæ. Nellus *d. quæst.* 10. Tusch. *litera C. d.conclus.* 266. *num.*5. relati per Thesaur. *decis.* 19. *num.* 2. Decian. *cons.* 18. *num.* 193. *vers. Verùm*, & ad hoc relati per Cartar. *de execut. sententia, cap final. num.*170. Alexand. *cons.*120. *num.* 8. *lib.* 7. & ante istos Bart. *in Extrauag. ad reprimendum,in verb. neglexerit, num.*4. Contrarium, quòd contumacia accusari debeat, etiam quòd procedatur ex officio, voluit Osasch.*decis.Pedem.*71.*num.*48.Carauit.*ritu* 123.*num.*5. Scacc.*d.cap.*92.*n.*1.*vers.contrarium in sententiam*,vtcunque sit, etiam quòd procedatur ex officio non existente, procuratorem fiscali iudex supplet pro eo, & sic ipse debet accusare contumaciam. Anchatan.*cons.*97.*n.*8. *vers. Item plus.* Tusch. *d.conclus.* 266.*n.*15.Thesaur.*decis.*19.*num.*3. Clar.*quæst.*44.*num.*6. *vers. Dictum est*, Decian. *cons.* 18. *num.* 193. Scacc. *d. cap.* 92. *num.* 1. *vers. Contrarium, in fine.* Si verò adest Procurator fiscalis, ille debet contumaciam accusare. Thesaur.*decis.*19.*num.*3.*ad med.* Clar.*d.quæst.*44. *num.*6.*in fine.* Guglielm. de Benedictis *vbi supra,n.*159. Carauit. *super ritu* 198. *num.* 3. Rebuff. *vbi suprà, d.glos.*1.*num* 19.

Consuetudo.

4 Edere rationes aduersario litiganti quando quis cogendus sit, & de materia Andr. Gail *obseruat.* 106. *lib.* 1. Magon. *decis. Lucen.* 5. omnino Pacian. *de probat. lib.* 1. *cap.* 65. *& pluribus seqq.* vbi latissimè materiam totam explicat generaliter, per Cephal. *cons.* 165. *n.* 1. *& seqq. vol.* 2. Et quando quis inuitus teneatur edere rationes, non autem tertius, apud quem illæ reperiuntur, vide Duen. *reg.* 230. De actore quando teneatur edere reo, vide Duen. *reg.* 10. De reo an & quando teneatur edere actori, vide omnino latissimè tractantem Menoch. *de arbitr. quæst lib* 1. *cas.* 499. *in addit. nuper editis.* & generaliter quando probationes sint sumendæ de domo rei, vide Marsil *sing.* 171. *cons.* 21. *n.* 7. *& in l minor. §. tormenta, num.* 2. *& seqq. ff. de quæst. pag. mihi* 77. *& seqq.* Socin. *reg.* 112. *&* 111. Villalob. *in com. opin. lit. E. num.* 16. Marsil. *in rubr de probat. num.* 297. Rom. *cons.* 398 Rot *in nouis decis.* 13. *incip. Licet pars.* Dec. *in c. . de probat. num* 12. *& seq. car.* 132. & quando reus teneatur edere fisco actori, & quid e contra, Peregr. *de iure fisci lib.* 7. *tit.* 3. *num* 11. *& seqq.* Clar. *in pract quæst* 17. *vers. sed hic incidenter.* Cotta *in memorab. pag. mihi* 254. vbi quòd datiarius, nauta, caupo, & stabularius tenentur edere actori. Neuizan. *cons.* 5. *n.* 13. *& seqq.* vbi quòd reus tenetur edere actori quando sumus in difficultate probationis, & veritas aliter haberi non potest. Et in materia particulariter scias quòd nedum socius socio, sed quilibet alius administrator tenetur cuilibet interesse habenti librum rationum ostendere. *l quædam, in princ.* vbi Bar. Bal. Ang. Comen. & alij, *ff. de eden.* Paris. *consil.* 89. *Rationes, & computa, col.* 2. *num.* 17. *& seqq. lib.* 1. cum aliis, de quibus per Tob. Non. *cons.* 63. *num.* . *& seq.* vbi de communi, & loquitur in mercatoribus nostri temporis. allegat inter alios Dec. *in cap.* 1. *num.* 3. *extrà de probat.* qui similiter testatur de communi. Amplia quòd à tali exhibitione non excusatur socius, seu mercator, ex eò quòd asserat in libro rationum scripsisse etiam sua negotia particularia, & ad negotiationem non pertinentia, vt *ibidem* per Tob. *num.* 7. Sed quid si socius dicat se amisisse, seu non scripsisse librum aliquem, vide suprà *quæst.* 41. *num.* 15. 16. & 18. vbi etiam an iste socius, seu mercator teneatur exhibere *il giornale.* In causa vsurarum an quis teneatur edere suos libros, Masc. *concl* 1417. *n.* 2. *& seqq.*

5 Exequutor merus, & mixtus quis dicatur, Ias. *in l. à diuo Pio, n.* 14 *ff. de re iud.* meliùs Felin. *in cap. Rep. vers. Exequutor,* &c. Dicas quòd ille est merus exequutor, qui datus est ad exequendum sententiam discusso priùs negotio exequutionis, & sic qui nihil aliud habet facere, nisi mittere sententiam exequutioni. Abb. *in c. de cætero in* 5. *col. vers* 3. *membr.* Felin. *col.* 2. *vers.* 2. *conclusio, extra de re ind.* Mixtus verò exequutor dicitur, qui non discusso priùs negotio exequtionis datus est ad exequendum sententiam. Et sic qui etiam in exceptionibus aduersùs exequutionem oppositis cognoscere potest. Abb *ibid. col.* 4. *vers* 2. *membro* 10. Felin. *col.* 1. *vers.* 1. *conclusio.* Quas autem exceptiones admittat mixtus, seu merus exequutor, posui *in Repert. crimin. quæst.* 48. *num.* 9. *&* 52. & latè ponunt Doct. *in d. cap. de cætero,* vbi videas, & est locus suus, & pleuè per Iacob. Laur. *in cap.* 8. *in discursu.*

6 Exemplis non iudicandum, sed legibus. Nouell. *regul* 21. *&* 76. Cephal. *cons.* 96. *num.* 24. *vol.* 1. Sed quòd in dubio sit exemplis iudicandum, traditur per Ioseph. Ludouic. *in decis Lucen.* 26. *num.* 11. 1. *part.* allegat Cephal. *cons.* 25. *num.* 16. Silua nupt. *lib.* 5. *num.* 62. præsertim inter easdem personas, & in simili casu, vt *ibi* per eum, & quando exempla transierunt in consuetudinem, tunc nulli dubium, quòd exemplis est iudicandum. Cephal. *cons.* 120. *num* 13.

7 Ecclesiastica bona quomodo præscribantur, *infrà vers. Præscriptio quomodo currat contra Ecclesiam, n.*..

8 Ebrietas per quem, & quomodo probanda, *in Rep. crim. q.* 120 *n.* 6. *& seq.*

9 Error in calculo quando admittatur, *in Repert. contract. vers. calculus.*

10 Edicta non durant nisi durante officio Præsidis, *in Repert. criminal. versic. Bannimenta, num.* 5. *inter diuersa.*

11 Ætas minor quomodo probanda, *in Repert. contract. sub quæst.* 41.

12 Epistola quid probet, quæ requirantur ad hoc vt probet tam pro scribente, quàm contra scribentem, & generaliter de materia vide Corset. *sing pag.* 159. Mathes. *sing.* 78 *in addit.* Couarr. *pract. quæst. cap.* 22. *n.* 7. & generaliter de materia etiam quando probet contra tertium late, & pulchre per Menoch. *de arbitr. qq. lib.* 2. *casu* 94. Corset. *sing pag.* 216. Mathes. *sing.* 22. *in addit.* Zunt. *pro vxore, num* 873. *& seqq.* Et in materia scias quòd licet epistola probet contra scribentem, Gabriel. *tit. de confess conclus.* 1. *num.* 54. Mascard. *concl.* 347. *n.* 104. Qui tamen illam producit, censetur omnia fateri contenta in d. epistola, nec iuuatur protestatione, quòd videlicet eam producit in parte, &c. vt *in decis. Ped.* 39. *num.* 27. & faciunt suprà tradita *quæst.* 66. *num.* 8. Et quid de acceptante epistolam sui creditoris, vide *in seq. vers.* ad materiam vide Paul. Granut. *theorem.* 15. *num* 34. *lib.* 1. Zunt. *pro vxore, num.* 552. vbi quòd epistola non probat contra illam mittentem, nisi probetur fuisse præsentatam de eius commissione, & ante illius obitum. Et in hoc vltimo idem tenet Mascard. *conclus.* 347. *num.* 106. & an epistola reuocari possit, dic vt *ibi* per Mascard. *num.* 104. *versic. primò sublimita,* &c. *& num.* 105.

13 Epistolam acceptans sui creditoris quomodo dicatur fateri debitum, Cæpol. *caut.* 9. & generaliter de materia tam in ciuilibus, quàm criminalibus, Menoch. *de arbitr. quæst. casu* 21. Corset. *sing. pag.* 216. Mathes. *sing.* 22. *& in addit.* Marsil *sing.* 344. Aym. *de antiq. temp. car.* 89. *num.* 38. *& seq.* Paris. *cons.* 91. *num.* 2. *vol.* 1. Gabr. *lib.* 1. *tit. de præsumpt. conclus.* 2. Eugen. *cons.* 76. *n.* 99. *& seqq.* Blan. *de indict. n.* 223. *& seqq.* Marsil. *in pract. §. diligenter, num.* 136. *& seqq.* Rip. *in l. admonendi num.* 137. *& seqq. ff. de iureiuran. & in cap. criminal. num.* 132. *de constitut.*

Fideiussio

F

Fideiussio.

1 Fideiussionis materiam supple *in Repert.contractuum vers. fideiussio.*

2 Fideiussionem præstare quando cogi possit debitor, posui *suprà q.65.num 9.& seqq.* vide *infr.n* 7.

3 Fideiussor de iudicio sisti quando & ad quid teneatur, tam in ciuili, quàm in criminali causa, quandóve, & quo casu liberetur, seu excusetur, præter particulariter tradita *in seqq.versiculis*, vide Cæp. *caut.*98. Mathes.*sing.*77. Crem.*sing.*11. Diaz *reg.* 670. Cotta *in memorab.pag.*323. Afflict. *decis.*234. Castr. *in l.Gracè. §. & post litem, ff. de fideiusso. & in l. iudicatum solui. ff. iud. sol. cons. crimin. diuer.*87.*lib.*2.*in discursu*, vbi multa ad excusationem fideiussoris de iudicio sisti, Paris. *cons.*48.*num.*23.*& omnibus seqq. lib.*1. Roland. *cons.*21. *num.*6.*&* 49.*lib.*2. Bero.*quæst.*76. Marsil. *in rubr.de fideiusso.num.*109.

4 Fideiussor de iudicio sisti an, & in quo differat à fideiussione iudicatum solui, vide Cottam. Castr.*consil. crim.*Paris.Roland.Bero.& alios supra allegatos *in anteced.num.* Siluan.*cons.*85.*lib.*2. vbi etiam de differentia inter fideiussorem de iudicio sisti, & de repræsentando, Paris.*d.cons.*48.*n.*23.*& seqq.lib.*1. vbi quòd abbreuiatura illa de iudicio sisti, &c. non extenditur ad iudicatum soluendo, nisi per eumdemmet Notarium rogatum ita extenderetur, vt *ibi* latiùs per eum, vide *in d.cons.crim.*87.*sub num.*27. *lib.*2. vbi quòd sub clausula de iudicatum soluendo continetur clausula de iudicio sisti, etiam quòd fuerit promissum de parendo mandatis.

5 Fideiussor de iudicio sisti, seu iudicatum soluendo, non tenetur in causa appellationis, quia talis fideiussio expirat lata sententia Clar. *in pract. q.*46. *vers. sit tamen cautus.* Castrens.*in l.Gracè,§. & post litem, in fine, ff.de fideiussor* Franc.Marc. *decis.*520.*num.*7. vbi etiam idem de fideiussore de repræsentando, de quo particulariter videas in materia fideiussoris de repræsentando. Grat. *cons.*102. *num.*5.*lib.*1. Sed videas eumdem Grat. *cons.*34.*num.*5.*&* 7. *lib.*2. vbi quòd tenetur etiam post sententiam, si verba fideiussionis sint generalia, vel aliæ sententiæ sint conformes primæ: sed quòd imò nec etiam tali casu teneatur fideiussor, tradit Aret. *in §.sin autem, num.*4. *Instit. de satisdat.* vide in materia Gabr.*tit.de fideiussor.conclus.*4. *lib.*3. vbi quando fideiussio de iudicatum soluendo per certum iudicem operetur coram alio iudice. Ad materiam vide Ang *de malef. in ver. Pro quibus, & qualibet eorum, num.*2.*& seqq. in addit.* Iodoc. *in pract. crimin. fol.* 49. *num.* 13. Bonacoss. *in com. opin. crim. part.*1. *pag.* 20. *col.* 3. posui hæc sub titulo de carceribus & carceratis *quæst.* 34. *n*.... in materia fideiussoris de repræsentando.

6 Fideiussor de iudicio sisti liberatur si actor fuerit negligens per quatuor menses. Fran.Marc.*d.decis.*520. *n.*7. Diaz *d.reg.*670. vide infrà *n.*15.

7 Fideiubere de iudicio sisti quando quis non debeat. Socin *reg* 45.& quando quis cogi possit ad cauendum de reficiendo expensas in casu succumbentiæ, vide *suprà vers. expensas, num.*19.

8 Fideiussionem non tenetur præstare diues. Cotta *in memorab.pag.*93. Hercul.*de caut.cap.*4.*pag.mihi* 22.*in fin.& seq.*

9 Fideiussori quæ nam exceptiones competant, Rom. *sing.*321. & quando fideiussori competant exceptiones principalis, Marsil.*sing.* 125. Sed de hoc vltimo dixi etiam *in Repert.contract. vers.fideiussori, num.*1. vbi etiam de materia.

Fideiussoribus duobus in solidum obligatis, quando vnus possit pro toto debito conueniri. 10

Fideiussori non citato quando fieri possit exequutio, & quando ipsi noceant acta contra principalem, posui supra *quæst.*46. 11

Fideiussores an sint conueniendi in foro suo, vel principalis, Myns.*obseruat.*5.*cent.*2. 12

Fideiussori quando noceat mora principalis debitoris, Mathes *sing.*174.*in addit.* 13

Fideiussionem præstans an possit dicere nullam capturam, *in Repert.crim.ver.carceratus,n...* 14

Fideiussor de iudicio sisti per quantum tempus sistere teneatur, Menoch.*de arbitr.quæst.casu* 54.*vide suprà num.*6. 15

Fideiussor quando possit petere se eximi à fideiussione, posui *in Rep.contract.q.*68. 16

Fideiussor soluens quando repetat solutum à principali debitore, posui *in Rep.contract.d.q.*68. 17

Fideiussor qui litigauit cum creditore, & condemnatur in expensis, an illas repetat à debitore, Paris. *cons.*104.*vol.*3 *per tot.* 18

Fideiussor iudicatum solui an teneatur etiam ad vsuras, seu interesse, Aret. *in l.*1.*ff.de in lit. iuran. & ibi in addit. sub lit. A.* Alex *cons.*34.*col.*2. & *ibi in addit. lit. A. lib.*2. An teneatur ad expensas, & an in earum taxatione sit citandus, Imol. *conclus.* 43. *lib.*1. *pag. mihi* 317 & Asin.*in pract.* §.32. *cap* 9. *pag.* 462. vbi quòd necesse non est eum citare, licèt cautius sit illum citare. 19

Formulæ.

Forma libelli in Saluiano interdicto ponitur in materia Saluiani interdicti, vbi videas, videlicet *suprà quæst.*7.*cap.*2.*num.*24. 1

Forma libelli in actione hypothecaria, Grat.*respon.* 119.*vol.*2.*& respon.*40.*num.*14. Roffred.*de libello concep. pag mihi* 74 *à tergo.* Aret.*§.item Seruiana. Instit.de actio.* Couarr.*var.resol.pag.mihi* 142.*num.*1. faciunt infrà tradita *vers.Hypothecaria agens*, &c. *num.*3. Neguzan. *de pignor.pag.mihi* 185. 2

Forma libelli, & sententiæ in actione dotis, suprà *vers.Dotis*, &c. *num.*6 & ponas hîc. 3

Forma libelli restitutionis in integrum, Myns. *obseruat.*18. *cent.*4. Bello.*cons.*18. *num.*10. Redoan. *de reb. Eccles. pag* 490. *n.*5. *&* 6. Sed an in causa restitutionis sit necessarius libellus, vide *infrà versic. Restitutio, num.*1. 4

Forma libelli in interdicto retinendæ vti possidetis, *suprà q.*12.*n.*126.*& seqq.* 5

Forma supplicationis, seu recursus quando appellatio est prohibita, traditur suprà *q.*19 *n.*15. 6

Forma petitorij libelli est rem restitui, possessoris autem in possessionem mitti. Declara, vt per Menoch. *de recup possess.pag.mihi* 3.*num.*12.*& seqq.* omnino Roland.*cons.*41.*num.*5.*& seqq vol.*3.*& ibid. num.*14.15.17. *& seqq.* Et quid si fuerit dictum rem ad talem pertinere, an censeatur intentatum petitorium, vel possessorium, vide Roland.*d.cons.*41.*num.*23. Neuizan.*cons.*15. *num.*4. Menoch.*vbi supra num.*13. & faciunt infrà tradita *in Repert. contract. vers pertinet*, &c.*num.*67. Dic quòd hæc verba *pertinere*, & *spectare*, tam ad petitorium, quàm ad possessorium possunt referri, *decis. Pedem.*4. *num.*2. Et quid si fuit dictum rem plenè restituendam, vel liberè relaxandam. Dic quòd censeatur intentatum petitorium, & non possessorium, vt *ibidem* per Menoch. *num.*14. *&* 15. *& seqq. vsque ad num.*20. vbi latè quando censeatur intentatum petitorium, & quando possessorium, ad quod vide etiam aliquid *infrà vers. possessorium, in discursu, & in contract. vers. Restitue verbum, num.*4. De forma autem libelli 7

in

in possessorio reintegrandæ particulariter, vide *suprà quæst.* 22. *num.* 39. Et quid si narratiua libelli loquatur de petitorio,& postea concludatur in possessorio, vel è contra, vide Roland.*consil.*41.*num.*7.*& seqq.*16.*& seq. vol.*3.& faciunt infrà tradita *vers.Libelli conclusio*, & an per petitionem fructuum dicatur intentatum petitorium,vel possessorium,ponit Cephal.*consi.*63.*num.*1.*& seqq.*10. *& seqq.*14.*& seq.vol.*1.& quid si in libello fit mentio de titulo, an dicatur intentatum petitorium, ponit Roland. *cons.*41.*n.*3.*& seqq.*16.*& seq.vol.*3.

8 Forma libelli in interdicto *Vnde vi*,an debeat continere tempus factæ spoliationis,vel sufficiat probare antiquiorem possessionem, Menoch. *de recup. poss. pag.*72.*num.*384.*& seqq.*

9 Formam libelli in remedio *l.si quis in tantam, C.vnde vi*.posui *supr.q.*1.*n.*84.

10 Forma libelli in petitione fideicommissi *in Rep.vlt. volunt.vers.fideicommissarius,n.*7.*in princ.*

11 Forma libelli super querela inofficiosi testamenti, *in Rep.vlt.volunt.vers.querela,n.*3.

12 Forma libelli in remedio *l.*2.*C.de rescin.vend.in Rep. contract.quæst.*41 *num.*45.

13 Forma libelli nullitatis, Vant. *de nullit.pag.mihi* 63. *num.*56. *& seqq.* Vestr. *in prax.pag. mihi* 255. *num.* 31. *& seq.*

Fatalia.

1 Fatalium materiam supple *suprà vers. Appellatio, in discursu.*

2 Fatalia an currant pendente causa attentatorum,*suprà vers.attentatorum,n* 1.

3 Fatalia non currunt à die præsentatæ commissionis, sed à die appellationis, *Clem. sicut.* & *ibi* notant omnes,*de appellat.* & ita tenuit Rota *in vna Burgen.præstimoniorum coram Aldobrandino* 15. *Maij* 1564.quæ conclusio procedit in appellatione interposita in Curia. Si verò appellatio est interposita in partibus. tunc appellatio non currit à die appellationis,sed à die,à quo appellans potuit in Curia facere committere causam appellationis. Put. *decis.*10. *incip. Tempus, sub rubr. de appellat.* Secundò aduerte quòd quando est datus secundus terminus iuris, tunc videtur quòd fatalia currant a prædicto secundo termino iuris,vt per Lancellott. qui in omnibus positis plures allegat concordan *in tract. de attentat. cap.*12.*in præfat. num.*49 47.*& seqq* vbi videas. Et quando appellatur ad Principem, à quo tempore incipiant currere fatalia, ponit Roland.*cons*15. *Credo sit, vol.*1.vbi etiam de materia, ad quam videas etiam Marsil *sing* 51.Villalob.*in com.opin. lit.A.num* 112.

4 Fatalia non currunt tempore sedis vacantis, Caputaquen *dec.*365 *lib* 1.Paleot.*decis.*38.

5 Fatalia non currunt nullitatis causa pendente. Ias. *l.contra maiores, num.*8. *C de inoffic. testam.* & *ibi* Doct. *& in.* ... *ex ratione. de appellationibus*, & an nullitatis causa pendente currat tempus decem dierum ad appellandum concessum, dixi *in q.* 53.*n.*45.

6 Fatalia non currunt pendente compromisso, suprà *versic compromissum, num.* 1. *&* 15. vbi tradita ponas hic.

Forensis. Filius. Fructus. Fæmina. Fides. Forum. Feudum.Feriæ.Fundamentum. Factum.Fictio.Feudatarius.

1 Forenses quando possint conueniri in loco contractus.Rom.*sing.*476.*&* 478.vide *infr.n.*10.

2 Filius quando possit cum patre litigare, *supr. q.*72. *num.*10.

Fructus, qui actione petantur. Mathes.*sing.* 90. *in addit.*vide aliquid *infr. in seq.vers.* 3

Fructus,& interesse quando possint peti per ... sorte principali. Diaz *reg.*161. ad materiam Firman. *in Repert. vers.præ.*...*ipiens, num.*6. Myns. *obseru.* 48. *cent.*4. Doct. *in l.final ff.de eo quod certo loco.* An autem fructus possint in libello peti vna cum sorte principali,Myns. *obseruat.*57.*cent.*1.Et quando fructus censeantur petiti petita sorte principali, vide Couar. *var. resol. pag.*60. *n.*1.*& seq.* & faciunt tradita *in Rep contract.vers. Restitue*, &c. *num.* 4. *& versic. fructus an veniant in consequentiam rei,n.*3. 4

Fructus qualiter à victo reo debeantur, *suprà q.*67. *num.*11. 5

Fructus sunt restituendi deductis impensis, *in Rep. contract.vers.Fructus sunt regulariter*,&c. 6

Fructus non liquidati an possint ex officio,per iudicem taxari,& liquidari,*suprà q.*76.*n.*7. 7

Fœmina quando possit esse Procuratrix, Mathes. *sing.*98. *in addit.* Duen. *reg.* 311. Tiraquel. *de l.connub. pag* 459. *num.*171. Et an mater admittatur in iudicio ad defendendum filium, ponit Diaz *reg.*480. pro regula negatiua vide allegatos per Lamberten. *de contract gl.*3.*q.*17.*n.*45. 8

Fides mala probatur per indicia, *suprà quæst.* 96. *num.*11. 9

Forum quot modis quis sortiatur, Marsil *sing.*404. Socin.*reg.*159.*& seq.*Diaz *reg.*299.& quando quis sortiatur forum ratione contractus,Roland.*cons.*26.*n.*29. *& seqq.* & vide *suprà num.*1. 10

Filij confessio præiudicat patri, Villalob.*C.*157. 11

Filiusfamilias quando possit constituere Procuratorem *suprà quæst.* 72. *n.* 19. & quando possit esse Procurator,*ibid.n.*14. 12

Feudalis causæ iudex competens quis nam sit, Myns.*obseru.*95 *cent.*1.*& cent.*4.*obseru.*89.Clar.*de feudis, quæst.*90. omnino Menoch. *de retinenda poss. remed.*3. *quæst.*58. *num.*376. *& seqq.* vbi distinguit plures casus, quid si agatur inter Clericos, posui *in pract. crim. tit. de inquisit.quæst.*8. *num* 12. & quid si agatur ad priuandum feudo vasallum, *in Repert. criminal. quæst.* 108. *num.*12. 13

Feudi consequendi actio ponitur per Clar. *in §.feudum,q* 89 Menoch. *de recup.poss.pag.mihi* 29.*num.*90.*& seqq.* vbi quo remedio feudatarius feudo priuatus restituatur. 14

Feudum quomodo præscribatur, Aym.*de antiq.pag. mihi* 180.*n.*17.*& seqq.*Roland.*cons.*3.*n.*18.19.79.*& seqq. vol.*1. Clar.*in § feudum,q.*45. Et an emptor feudi alienati sine consensu domini illud præscribat,& quomodo,vide *in materia alienationis feudi,in Rep.contract.* 15

Feriis an & quando renunciari possit, de hoc particulariter vide Ant. Thesaur. *decis Pedemont.*39.Cor. *in memorab.pag.*310. Æmillan. *cons.*11. *num.& seqq.* Et generaliter quando, & in quibus actibus feriarum solemnitas seruari debeat, Corrad. *in Breu. pag.*50. *n.*10. vbi ponit limitationes. Menoch. *de arbitr. quæst. lib.* 1. *q.*10. Hercul. *de caut.pag.mihi* 18. *n.*14. vbi quòd feriarum ratio non habetur vbi periculum est in mora. Et an feriæ seruandæ vbi proceditur simpliciter, & de plano, dixi *suprà quæst.*34.*num.*15. Et quid vbi proceditur omni iuris solemnitate omissa,dixi *supr.quæst.*34. *n.* 52. Et quid vbi agitur coram iudice habente liberum arbitrium, dixi *suprà q.*44.*cap* 1. Et quid de exequutione facienda die feriato, dixi *suprà vers. exequutio.n* 11. vide aliquid *infr.vers.sententia, num.*17. & de multiplici genere feriarum, ad eas aliquid per Ant. Thesaur.*dec.Ped.*39. *in discursu.* 16

Fundamentum suæ intentionis vnusquisque probare debet, *supr.vers.Actor,n.*13. 17

Facta de facto,de facto reuocantur,*supr.q.*54. 18

19 Fictio non cadit in primo casu, Roland. *de lucro dot. quaest.* 75. *num* 25. *& seqq.*

20 Feudatarius an habeat cognitionem secundarum instantiarum, & sic an possit cognoscere causas appellationis, an verò talis cognitio spectet ad dominum principalem, vide *suprà vers. Appellare, num.* 52. Sed primas instantias ipse cognoscit etiam priuatiuè quoad dominum, Ofasc. *cons.* 65. *n.* 20.

21 Fictio an admittat probationem in contrarium, maximè per partis confessionem, ponit Lambertin. *de contract. gl.* 8. *num.* 102.

22 Feudatarius regulariter non potest committere causas cum clausula *summariè, sola facti veritate inspecta, aut appellatione remota.* Sed hoc fallit pluribus modis, de quibus per Ofasc. *cons.* 66. *n.* 32. *& seqq.*

G.

Gratia. Glossa.

1 GRatiæ concessæ à superiore nullitas an possit cognosci per inferiorem, *cons. crim. diuer.* 125. *n.* 17. *& seqq. pag. mihi* 152.

2 Glossæ authoritas quanta sit, posui *suprà quaest.* 13. *num.* 13. *&* 15.

H

Hypotheca, & Hypothecaria actio.

1 HYpothecæ materiam supple *in Repert. contract. vers. Hypotheca, &c.*

2 Hypotheca generalis non potest intentari per habentem specialem, nisi probetur rem specialiter hypothecatam non sufficere pro satisfactione debiti, dixi *suprà in quaestionibus*, in materia, *Prior in tempore, potior in iure, &c.*

3 Hypothecaria agens quid debeat probare. Roland. *cons.* 4. *num.* 6. *vol.* 1. rem scilicet obligatam fuisse tempore obligationis in bonis debitoris, Cephal. *cons.* 98. *n.* 33. *vol.* 1. Quæ autem sint essentialia huius actionis, Paris. *cons.* 50. *num.* 97. *vol.* 1. & de forma libelli in hac actione, vide *suprà vers. forma, num.* 1. adde materiam probationis in hac actione, Andr. Gail *observ.* 26. *lib.* 2.

4 Hypothecaria non datur contra tertium possessorem, nisi prius acto actione personali contra principalem debitorem, siue eius fideiussorem, & obtenta contra eos sententia. Roland. *consil.* 79. *n.* 1. *vol.* 1. ita est materia excussionis.

5 Hypothecaria actio quanto tempore præscribatur, & de materia huius præscriptionis, Balb. *de praescript. pag. mihi* 135. *n.* 10. Tiraq. *de retract. lignag. gl.* 10. §. 1. *n.* 11. Boër. *dec.* 182. Foller. *in pract. cens. pag. mihi* 192. *num.* 14. Tiraq. *de praescr. gl.* 7. *pag. mihi* 87. Aym. *cons.* 148. *n.* 6. Cuma. *cons.* 73. Alex. *cons.* 130. *n.* 1. *&* 10. *& cons.* 83. *num.* 10. *vol.* 6. Aym. *cons.* 163. *col.* 4. *in fine, lib.* 2. Roland. *cons.* 79. *num.* 7. 12. *& seqq. vol.* 1. vbi etiam à quo tempore currat talis præscriptio. Ad quæ vide etiam distinguentem Cephal. *cons.* 98. *n.* 42. *& seq. vol.* 1. omnino in materia Sarmien. *select. interp. c.* 9. *lib.* 2.

6 Hypothecaria competens contra plures res, an possit intentari contra vnam ad libitum creditoris, dixi *supr. vers. Creditor potest agere, &c. n.* 11.

7 Hypothecaria actione si quis rem hypothecatam à tertio possessore vendicauerit, eamque loco pignoris detineat, an possit postea illam rem subhastari facere, posui *supr. vers. Creditor, n.* 12. *inter diuersa.*

Hora.

Hora in instrumento quando apponi debeat, Tassar. *in error. Notar. c.* 60. *in fin. pag.* 57. *n.* 3. Felin. *in c. Ego. N. post princ. de iureiur.* Alex. *in l. si ex pluribus*, §. *Lucius, ff sol. matr.* Bal. *in l. praescriptio* 2. *col. C. si contra ius, vel vtil. publ.* Claud. *ad Bertaz. cons.* 538. *lit. B.* vbi latè de materia, de qua etiam vide *infra vers. instrumentorum, n.* 4.

I

Iudex.

IVdex incompetens quando censeatur à partibus approbatus. Mathes. *sing.* 106. *in addit.* Et an in vno iudicio iudex tacitè receptus possit in alio declinari, dic quòd non, vt per Rom. *sing.* 144. vide *infrà vers. Iurisdictio ord. quando prorogari possit, n.* 2. & faciunt *suprà* generaliter tradita *vers. exceptio declinatoria, n.* 3. 1

Iudex, seu officialis qui iurauit seruare statuta, an nihilominus possit illa transgredi, & de materia Ferrat. *caut.* 3. Corset *sing. pag. mihi* 166. Atnon *sing.* 8. Cott. *in memor. pag.* 194. & faciunt tradita *in Rep. crim. q.* 12. *cap.* 1. *n.* 5. vbi an iudex ex causa possit augere, seu minuere pœnas statutarias. 2

Iudex an & quando habeat præsumptionem pro se, Marsil. *sing.* 354. Cotta *in memor. pag.* 446. faciunt suprà tradita in simili *de sententia q.* 84. *n.* 1. & suprà *vers. decretum, num.* 5. vide *infrà num.* 8. adde Cyrill. *in summa crim. fol.* 173. *n.* 5. vbi quòd pro iudice lex semper bonum arbitratur, & *ibi* concordan. adducit. Declara quando procedit iuris ordine seruato, aliàs secus, vt *ibi* per Mascard. *de probat. conclus.* 1003. *n.* 21. vbi quòd pro iudice præsumitur quòd sit bonus, & rectè faciat, eaque officio suo incumbunt. 3

Iudex vnius territorij quando possit exequi sententiam alterius territorij, Diaz *reg.* 368. 4

Iudex datus ad se informandum, & referendum, quid possit facere, *dec. Bonon.* 5. 5

Iudici asserenti se quid fecisse de mandato superioris, an ei credendum, dixi *in Rep. crim. q.* 48. *n.* 6. *& seqq.* 6

Iudex qui condemnare potest an possit absoluere, & an iudex qui condemnare, vel absoluere non potest, possit condemnandum, vel absoluendum pronunciare, posui *suprà vers. Absoluere, num.* 1. & ponas in materia iudicis delegati. 7

Iudicis præsentia facit cessare omnem malam præsumptionem. Cæpol. *caut.* 181. & quos defectus suppleat Cotta *in memor pag.* 444. *& seq.* 8

Iudex si non vult in causa procedere, quid faciendum. Cæpol. *caut.* 136. 9

Iudici resistere quando liceat, posui *in Rep. crim. vers. iudici resistens, n* 3. 10

Iudex debet pro tribunali sedere, vbi in actu requiritur causæ cognitio, & sumus in contentiosa iurisdictione, vt per Benincas. *de paupertat. pag. mihi* 206. *num.* 15. & faciunt infrà tradita *vers. sententia quando possit ferri, &c.* 11

Iudex datus ad cognoscendum, an possit sententiare, *suprà vers. delegata, num.* 1. vbi etiam an censeatur datus ad exequendum. 12

Iudex qui in mortis articulo se dicit iniquam, seu falsam protulisse sententiam, an partibus præiudicet. Placa *c.* 13. *n.* 21. *pag.* 115. & dixi *in Rep. de testibus*, in materia *testis iudex, &c.* 13

Iudex quomodo possit mulctare contumacem, *suprà vers. contumax, n.* 14

Iudex secularis quando teneatur impartiri suum brachium seculare in sententia nulla, & iniusta iudicis Ecclesiastici, dixi *in Rep. crim. q.* 99. *n.* 3. seu in q. 48. *num.* 9. 15

num.9. vbi etiam an possit cognoscere de iniustitia illius sententiæ.

16 Iudex minor an esse possit, Capra *conclus.* 31. *per totam*, vbi distinguit plures gradus minoris ætatis.

17 Iudicis iussu, seu authoritate factum pœnam non meretur. dixi *in Rep crim. vers. iudicis authoritas*; sed an in ciuilibus iussus iudicis excuset, puta debitorem soluentem alteri, quàm creditori, & quid si iussus sit iniustus, & alia ad materiam, Hier. de Monte *q.27. num.25.& seqq.*28.34.37.*& seqq.& num.*47. vide *in Repert. contract. vers. debitor, num.*: & Lamberten. *de contract. gloss.*10.*num* 39 *& seqq. vsque ad num.*46. vbi quòd paria sunt quòd quis faciat iussu iudicis, vel quòd iudex possit iubere, & *ibid.* de materia, posui *in tit. de pœn. temperan. quæst.*97.*n.*...

18 Iudex qui grauauit interloquendo, non est amplius iudex in diffinitiuè pronunciando, dixi *supra vers. Appellatio vbi sit, num.*...

19 Iudex qui oculis videt propriis delinquentem, quomodo contra illum procedat, *in Repert. crim. q.*78.

20 Iudex debet iudicare ex actis, & actitatis, non autem ex conscientia. Clar. *quæst.*66.*in pract. vers. scias autem*, vbi de communi, *decis. Pedem.*1.*n.*19. etiam quòd agatur summariè, &c. *ibid. n.*42. *& seq.* Quid si agatur coram iudice habente liberum arbitrium, de hoc particulariter dixi *supr. quæst.*44.*cap.*2.*n.*3. *& seqq.& cap.*1. *num.*11. vbi particulariter de iudice, cui commissa est causa secundùm conscientiam decidenda. Fallit in 7. casibus, de quibus remissiuè *in d. dec.*1.*n.*45.*& seqq* vbi etiam quando iudex possit iudicare ex conscientia, resultante ex actu notorio. Quid de iudice, qui propriis oculis vidit delinquentem, dixi *in Rep. crim. q.*78.*n.*39. & è contra, quid de iudice, qui certò scit quem non deliquisse, & tamen ille est testibus conuictus, an debeat illum contra suam conscientiam damnare, vide *in d. q.*78.*n.*39. de materia omnino Capr. *concl.* 32. vbi latè, & latiùs per Masc. *de probat. concl.* 948 *lib.*2. vide omnino gl. & Doct. *in c.*1. *de offic. ordin.* Pro primo dicto ad de Virg. Bocc. *in consil. Marchi. gl.*3,*n.*6. vbi hoc limitat non procedere quando non agetetur de præiudicio tertij. Ad materiam vide text. *in c.*1. *de re iud. in* 6. & *ibi* gloss. Hostien. Io. Monach. Archid. post Andr.. posui *in quæst.* 111.

21 Iudex qui sententiauit functus est officio suo, &c. *supr. quæst.*84

22 Iudex quando possit partes appellantes reponere, dixi *supr. d. quæst.*84.

23 Iudex vbi ex causa recedit à iure communi, debet causam exprimere, vide *suprà q.*74. *n.*7. *& in Rep. contract. vers. caus.*, *num.*4.

24 Iudex, & Notarius, an & quando quis insimul esse possit, & quando valeat interpositum decretum ab eo iudice, qui etiam Notarius sit, ad hoc particulare faciunt suprà tradita *vers. decretum, n.* 15. ponitur, & disputatur materia per Lamberteng. *de contract. gloss.* 14. *q.*1 *per totum, n.*43.*& seqq* Tiraquel *in tract. de iud. in reb. exig. pag.*33 *à tergo, vers.*20 textus est, vbi, quòd in causis minimis quis potest esse iudex, & tabellis, secus in grauioribus, vt per Oslasc. *cons.*64.*n.*25.

25 Iudicis assertioni so & quando sit credendum, *in Rep. sessium, q.*8.*num.*8.*& seqq.& n.*45.

Iurisdictio.

1 Iurisdictio quomodo præscribatur, Socin. *reg.*306, Diaz *reg.*397. Villalob *in com. opin. lit. P. n.*215.*& seqq.* Corset *sing. ver. statutum* 11.*pag. mihi* 205.*in paruis*, vbi quomodo iurisdictio consuetudine acquiratur. Ias. & alij *in l. imperium. ff. de iurisd. omn. iud.* Marian. *in cap. cùm contingat. de foro competen.* Balb. *de præscript.*2.*p.*5.*principalis, q.*3.*per totam, fol. mihi* 403.

Iurisdictio ordinaria quando possit protogari, Diaz *reg.*395. Quid in criminalibus, vide Clarum *in pract. q.*41. de hac prorogatione iorisdictionis in criminalibus, vide Bonif. de Vitell. *in tit de furib.& latron. n.*4. *in fin. text.* & *ibi* Doct. *in l.*1. *C. vbi de crimine agi oportet.* Azo *in summa eodem tit. n.*1. Bosl. *in tit de foro competen. n.*71.*&* 178.*& seqq.* Baiard. *ad Clar. d. q.*41. Decian. *lib.*4. *c.*23.*& c.*20.*n.*10. Item vide Doct *in l.*1. *ff. de iud.* Maria. *in c. significasti num.*34.*& seqq. de for. competen.* posui *in impressis, q.*7.*num.*3.*& seqq.* vide *suprà vers. Iudex incompetens, num.*1. Vant. *de nullit. tit. qualiter sentent. & process. nulli defendi possint, num.*76.*& seqq.* vbi tam de ordinaria, quàm de delegata. Lamberten. *de contract. gl.* 7.*n.*78. vbi quòd non potest excipi de defectu delegatæ iurisdictionis aduersùs sententiam latam parte præsente, & non contradicente iurisdictione, & idem in aliis actis, præsertim quando iudex communiter reputabatur delegatus, vt *ibid. n.*79. 2

Iurisdictione concessa in cognoscendo, quando censeatur concessa in diffiniendo, vide *suprà vers. delegata, num.*.. 3

Iurisdictio quando exerceri possit in alieno territorio, vide Diaz *reg.* 396. Couarr. *var. resol. pag.*1002. *n.*8.*& seq.* vbi de iurisdictione voluntaria, de qua etiam per Roland. *cons.* 88, *num.* 33. *& seqq. vol.*1. Et quid de iurisdictione contentiosa, vide Rom. *sing.*49.*& seq.* Socin. *reg.*87. 4

Iurisdictionis causa à quo iudice cognoscenda. Corset. *sing pag.*166.*in paruis.* Diaz *reg.*176.*&* 369. 5

Iurisdictio quando censeatur concessa priuatiuè, & quando cumulatiuè. Villalob. *P.* 222. Follet. *in pract. criminal. pag.* 77.*num.* 67.*& seq.* Rom. *sing.* 393. Gram. *decis.*30. Cæpol. *consil. ciuili* 64. *num.*16. *& consil. crim.*96.*& seq. vol.*1. *pag.*867. Roland. *consil.*80. *vol.*2. Menoch. *de arbitr. quæst lib.*1. *quæst.* 40 *pag.* 30. *à tergo*, omnino Ioseph. Ludouic *in com opin. conclus.*20. Felin. *in cap. pastoralis, num.*2. *& seqq de offic. ordinarij.* Menoch. *de præsumpt. lib.*2. *præsumpt.*18. *per totam.* vbi latissimè. 6

Iurisdictio quomodo probetur, Mascard. *de probat. conclus.*946. & ex quibus actibus inducatur, Menoch. *in* 3 *remed. retinen possess. num.*579. *& seqq.* & an præsumatur iurisdictio delegata ex temporis diuturnitate, dic quòd sic, quando & in actu enunciatur, & quando concurrit notitia delegantis, aliàs secus, vt per Lamberten. *de contract. gl.*7. *n.*75.76. *&* 77. faciunt in simili infrà tradita *vers. mandatum, n.*7. 7

Instrumentum.

Instrumentum repertum apud debitorem quando faciat præsumptionem liberationis. Socin. *reg.* 183. Pract. Corrad *pag.*151.*n.*22. vbi etiam quid si reperiatur penes tertium, vide Auchar. Regien. *q.*69.*p.*2. vbi facit regulam affirmatiuam, quam limitat procedere nisi debitor esset domesticus creditoris, ita quòd sit verisimile quòd illud creditori surripuerit, quia tunc non inducit solutionis præsumptionem, & hoc sublimitat, nisi debitor licèt domesticus, esset tamen vir probus, & bonæ famæ, maximè si per longum tempus instrumentum steterit penes debitorem, quia tunc solutio præsumitur sibi salum delato iuramento in supplementum, vbi per eum. vide Menoch *de præsump. lib.*3.*præs.*141.*per totam, tom.*2. posui *in q.*154.*in impressis.* 1

Instrumentum minus solemne probat semiplenè Notario mortuo. Aym *de antiq. car.*7 t. *n.*49. *& car.*93. *n.*16.*&* 17 Neuiz. *cons.*25.*n.*9. vbi videtur loqui, etiam quòd Notarius non sit mortuus. Sed vide eumdem *in cons.*26.*num.*34. vide *infr. sub n.*1. pro primo dicto adde Acbill. Personal. *de adipisc. possess. n.*148.*vers. & quamnis*, vbi de communi. 2

Instru

3 Instrumenti appellatione quid veniat, Aym. *de antiq.car.78.num* 84.*& seqq.*Et an veniaur testes, Corset. *sing.ver.dilatio,pag.*152.& Menoch. *de arbitr. quæst casu 63.lib.* 2.*in discursu.*Virg. Boccac.*in const. March.gl.*7. *n.* 1.2. *&* 5. vbi posita diffinitione instrumenti dicit quòd in statutis quæ propric intelligenda sunt,instrumentorum appellatione non venit nisi scriptura publica à persona publica, Tabellione scil. de partium conuentione confecta, quæ propriè instrumentum dicitur; in iudicijs verò veniunt omnia quæ iudicis mentem instruunt,testes,acta,& scripturæ priuatæ.Ad haoc materiam quando testes veniant appellatione instrumentorum,& quando testes,& instrumenta habeaot eamdem vim, videas per Monticell. *in Repert. test.pag.4. &* 5.faciunt supra tradita *quæst* 87. *n.*17. vbi an testes habeant exequutionem paratam vigore statuti, sicut instrumenta, & in quo differat instrumentum à contractu. Roland.*cons* 43.*n.*10.*& omnibus seqq. vol.*5.vbi quòd instrumentum est scriptura Notarij de conuentione partium. Contractus verò est ipsa conueotio,& hinc infert ad plures quæstiones. Ad quam materiam vide Virg.Bocc.*in consilis. March.gloss* 7.*sub n.*5. vbi ponit eamdem differentiam inter instrumentum, & contractum. Sed dicit quòd de communi loquendi vsu instrumentum aliquando accipitur pro contractu. Nihilominus in statutis statutum loquens de instrumento non habet locum in contractu. Item falso reperto instrumento, nõ per hoc redditur falsus contractus,si de eo aliter quàm per illum falsificatum instrumentum apparet,& alia ad materiam *ibi* videas.

4 Instrumentorum eodem die confectorum instrumentum dotis præsumitur prius celebratum, vt per Masc.*concl.*565.*n.*3.*&* 4.De materia omnino Peregr.*de iure fisc.lib.*6.*tit.*6.*n.*21.*& seqq.vsque ad n.*40.quod nam præferatur, & de materia vide infrà in simili tradita *vers.Rescripta in data priori,& in Rep. contractuum,vers. actus duo,*&c *n.*6.*& supr q.*63.*n.*55. vbi videtur eadem materia cum ista, *& in versic. Beneficia*, &c. Cotta *in memor.pag.*9.*& seqq.versic.actus ita,* &c.Alex. *cons.*112. Cotta *in memor.pag* 90.*& seqq* Placa *c.*59.*pag.*665 vbi quòd illud præsumitur priùs celebratum,in quo apparet de hora,quam instrumentum, rescriptum,& quilibet prior altero. etiam quòd non præcedat nisi per horam,tradit Tiraq.*de ret.exig pag.*50.*vers* 7. *commendatur,*&c.& de instrumento quando debeat continere horam,& quid si apparet appositio horæ, vide Claud. *in addit ad Bertaz.cons.*538 *lit.B per tot.additionem,*omnino super hac materia vide Menoch.*de arb quæst. cas.* 48 *lib.*2.*per tot.& in l final. n* 781. *& seq. C.de edict.diu. Adria.tollen.* vbi licèt loquatur in testamento, tamen eius dicta possunt extendi ad instrumenta.

5 Instrumenti solemnitas aliqua per quot testes probetur Viu.*in com.opin.car.*255.

6 Instrumentum quando debeat scribi in charta pergamena. Myns *obseru* 80.*cent.*1.

7 Instrumentum quod mittitur ad partes longiuquas, quid debeat continere, Cæpol.*caut.*54.

8 Instrumentum diuersum ab originali, an probet. Rom *sing* 238 vide in materia protocolli.

9 Instrumentum in parte falsum, an vitietur in totum, vide Mathes.*sing.*40,*in addit.*Diaz *reg.*148. Tassara *in error.Notar.cap.*14 *n* 5.vide *in Rep.crim vers.falsitas,num.*9.Adden.*ad Mandell.cons.*99.*lit.C.*posui *in tit. de fals. quæst.*150.

10 Instrumenti necessaria,Rol.*cons.*44.*n.*17.*& seqq* Couar.*pract quæst.c.*20. Et an sit necessaria indictionis appositio,vide *infr. Indictio,*&c. & an sit necessaria in eo inuocatio Domini,&c.vide *infr n.*18.& an sint necessarij testes,vide *infr.n.*20.& an sit necessarium Notarij signum,vide *infr.vers.Notarij signum,n.*26.ad materiam vide omnino Mascard.*concl.*4.*n.*17.*& omnibus seqq.* vbi licèt videatur ponere omnia requisita abbreuiaturæ instrumenti,idem tamen est de requisitis ipsius instrumenti, quia requisita instrumenti sunt, & requisita abbreuiaturæ, vt *ibidem n.* 17. & particulariter de requisitis abbreuiaturæ,dixi *supr q.*78.*n.*17.

11 Instrumentum de nocte celebratum an requirat tria luminaria,vide gloss.Bart.& alios *in l.non minorem, C.de transact.*Ias. *consil.*50. *lib.*3. Anchar. Regien.*q.*11. *num.*9 *part.*2. De tota hac materia instrumenti rogati de nocte, vide Claud. *in addit ad Bertaz.consil.*538. *lit. A per totam illam additionem,*sub quo die debeat significari,Tiraq. *de retract.pag.*162.*num.*8. Tassar. *in error. Notar. cap.*60.*num.*1.*car.*57. & an sit tale instrumentum de falso suspectum,Pract.Corrad.*pag.*147.*num.*12. faciunt tradita *in Repert. vlt. volunt. vers. testamentum de nocte, num.* 7. vide ad materiam Menoch. *de arbitr. cas.*525.*num.*2.*& seq.*

12 Instrumenti vnius dies an, & quando repetita censeatur in altero subsequenti instrumento, Menoch.*de arbitr quæst.cas.*64.*lib.*2.*per totum.*

13 Instrumenta de nouo reperta quando in causa produci possint?an iuramento probetur fuisse de nouo reperta, & quomodo, & generaliter de materia instrumentorum de nouo repertorum, Menoch. *de arbitr. quæst.casu* 241.*per totum.* Mandell.*consil.*9.*n.*34. *& seqq.* vbi instrumenta dicuntur de nouo reperta quatuor modis, & quòd probatur iuramentum, faciunt infrà generaliter tradita *in ver.Productio instrumentorum, & vers.sententia an retractetur per instrumenta de nouo reperta,& vers.Restitutio.n.*16.

14 Instrumenti amissi tenor quomodo probetur,*suprà vers. Amissio,num.*24.

15 Instrumenti fides magna, *supr.q* 87.*n.*51.

16 Instrumentum an debeat continere horam, *suprà vers. Hora,&c.& vers.instrumentorum.n.*4.

17 Instrumenta Notarij mortui an & quando alter Notarius leuare, seu publicare possit, & quando talis leuandi,seu publicandi facultas data censeatur,& generaliter de materia Roland. *cons.* 42. *num.* 8.9.15. *& seqq vol.*2.*& consil.*44. *num.* 15. *& seqq.*27.*& seqq.vol.*1. Couarr. *pract quæst.pag.mihi* 149 *num.*3. Neuizan. *consil.* 25. *num* 11. vbi secundùm magis communem, quòd in tali publicatione non est necessaria citatio. Citatio præsumitur ex diuturnitate temporis in transumptato instrumento,Virg Boccac.*in constit. March. gl.*8.*n.*304.vide suprà generaliter tradita *quæst.* 79. *n.*6. *&* 13. contra Simoncell. *de decreto in præfat. num.* 121. Et an Notarij mortui instrumenta reperta in scarta foliis de instrumentis repertis in filcia Notarij, quòd non sit danda fides, ponit Decian. *cons.*100.*num.*15.*& seq.vol.*2. de quo particulariter etiam vide suprà *q.* 78. *n.* 15. seu protocollis sine eius subscriptione, & signa possint publicari,vide Neuiz.*cons.*24 *per tot.* Menoch. *cas.*187.*n.*5 18 *&* 24.*& seqq.*& vide *suprà n.*2.vide eundem Neuiz.*cons.*25.*n.*2. vbi quòd Notarius extendens instrumenta Notarij mortui, potest opponere clausulas consuetas de quo vide etiam Follet.*in pract.crim.in verb.item quod commisit falsitatem, n.*64. vbi declarat iudicis decreto interueniente, & ita testatur se practicasse, & practicari vidisse. Et si fuerint plures Notarij rogati de vno instrumento, an vno mortuo, superstes possit illud publicare. Vide Menoch. *casu* 187. *n.*7.*& seqq.*17.40.*& seqq* vbi quid si instrumenta fuerint in aliqua parte cancellata, ad hoc faciunt suprà tradita *quæst.*78.*n.*10.vbi posui,an Notarius possit matricem cancellatam, & cum additionibus conficere,& vide infrà hoc eodem *n.*17. vbi de additione, *& n.* 50. *& seqq.* vbi quid si instrumentum non fuerit extensum,sed abbreuiatum, & cæteratum, *& n.*31.*in fin.* vbi quòd tale instrumentum non potest publicari,vbi adest suspicio falsitatis. Rolan.*cons.*26.*n.*16.*& seqq.vol.*3.

vbi quòd Notario asserenti se habere à Principe anthoritatem leuandi instrumenta Notarij mortui, non creditur nisi aliter de dicta authoritate constet. Decian. *cons.* 100.99. *num.* 12. *vol.* 2. vbi quòd si instrumentum Notarij mortui habeat aliquam additionem in margine, Notarius illud publicans non potest illam additionem in corpore instrumenti apponere, sed illam in margine, sicut stat in originali, describere debet. In materia adde Simoncell. *de decreto, in præfatione n.* 121. vbi generaliter dicit quòd non potest extrahi exemplum de exemplari sine iudicis decreto. Ad hanc materiam vide Speculat. *in tit. de instrum. edit.* §. *postremò, n.* 12. Cagnol. *in l. si librarius, n.* 35. *ff. de reg. iur. in* 6. Cephal. *cons.* 138. *num.* 15.

18 Instrumentum debet continere inuocationem Domini nostri Iesu Christi, etiam quòd fiat inter Iudæos, dummodo Notarius sit Christianus, secus si & Notarius, & contrahentes sint Iudæi. Lambertten. *de contract. gloss.* 2 *q.* 21. *n.* 80. *& seq.*

19 Instrumenta sicut non possunt die feriato celebrari, ideò pariter si ex aliquo defectu nulla sint, nec etiam in die feriato ratificari possunt, vt per Lambertten. *de contract. gloss. fin. num.* 219. licèt aliqui *ibi* relati *num.* 18. contrarium dixerint. An autem iuramentum firmet contractum in die feriato celebratum, vide *in Repert. contract. q.* 19 *n.* 9.

20 Instrumentum sine testibus non valet. Concordantes adducit Virg. Boccac. *in const. March. gloss.* 7. *n.* 22. & quòd Notarius non possit esse Notarius, & testis, vide Lambertten. *de contract. gl.* 11. *q.* 14. *per totam, n.* 80. *& seqq.* Monticell. *in Repert. test. pag.* 328. *col.* 1. *vers.* 1. vbi etiam idem in testamento.

21 Instrumenta duo si eodem die confecta reperiantur inter easdem personas, & de diuersis summis, an tales summæ dicantur multiplicatæ, an verò eædem, & sic an ambo instrumenta possint exequi, videas per Petr. *in tract. de fideicom. quæst.* 12. *num.* 121. *& seqq.* Menoch. *de arbitr. cas.* 213. vide *suprà quæst.* 58. *n.* 14. posui *in fragmentis, ver. Identitas.*

22 Instrumenta de iure communi an; & quando habeant executionem paratam, vide latè per Cagnol. *in l. si librarius, num.* 85. *& seqq ff. de regul. iur.* dixi *suprà quæst.* 87.

Iuramentum.

1 Iuramenti materiam supple *in Rep. contractuum, vers. iuramentum, in fragmentis.*

2 Iuramentum quando possit per Procuratorem præstari, vide *supr. q.* 77. *n.* 26.

3 Iuramentum in quibus casibus faciat probationem, Rom. *sing.* 250.

4 Iuramenti recognitio ad quem iudicem spectet, Rom. *sing.* 498 Marsil. *sing.* 367. Diaz *reg.* 371. Turzan. *quæst.* 15. faciunt tradita *in tit. de inquisit. quæst* 8. *n.* 143. *& seqq.* vbi vide.

5 Iuramentum an veniat appellatione probationis, & an dicatur legitima probatio, Cotta *in memorab. pag.* 460. Viu. *in comm. opin. car.* 133. *lib.* 1. *in paruis.*

6 Iuramento alicuius quando à lege, vel statuto statur, tunc admittitur probatio in contrarium, ita reprobatis contrariis concludit Roland. *cons.* 87. *vol.* 4. *per totum*, vbi infert, & exornat. Quid in iuramento litis decisiuo, vide in materia periurij *in Repert. criminal.* Quid in iuramento, quod damnum passo vigore pacti, vel statuti defertur, vide *in Repert. contract. quæst.* 35. *cap.* 2. *num.* 8. Quid in iuramento in litem, vide infrà *in materia iuramenti in litem, num.* 16. adde in materia Dec. *in cap. proposuisti num.* 3. *de probat.* vbi facit regulam, quòd iuramentum admittat probationem in contrarium, & eam limitat quinque modis. Pro regula huius versiculi adde Mascard. *conclus.* 94. *num.* 11. *&* 12. vbi declarat, dummodo agatur de magno præiudicio, secus si de paruo.

Iuramentum calumniæ.

Iuramentum calumniæ est de iure diuino, ideo 1
omitti non debet, & omissum vitiat processum, Gail *obseruat.* 90. *num.* 1. vbi adducit Iuret. *lib.* 1. *obseruat.* 84. *num.* 1. & in discursu, vbi de materia, etiam in causis, in quibus proceditur summariè, & sine figura iudicij. faciunt ad hoc infrà tradita *num.* 7. imò etiam in causis beneficialibus, & consuetudo, de hoc vide Tiraquell. *de leg. connub. pag.* 491. *num.* 80. Gail *lib.* 1. *obser.* 85. seu statutum, vide Gail *obseru.* 85. *lib.* 1. in contrarium non valet. Quæ tamen intelligas parte opponente, aliàs secus, nisi enim fuerit petitum, præstari non debet, secundùm omnes, vt testatur Stiatic. *in pract. iudic. cap.* 20. *num.* 94. vide infrà *num.* 5. vbi agitur de tacita remissione huius iuramenti per non petitionem. Hæc videas apud Menoch. *de arbitr. quæst. lib.* 1. *quæst.* 20. *cons. crim. diuer.* 125. *num.* 15. *lib.* 1. *pag. mihi* 132. Luc. Pet. *in form. Capitol. fori tit. de causis summarijs, cap.* 1. *num.* 5. Ad quam materiam, quando scilicet iuramentum calumniæ præstari debeat, & quando omitti possit, generaliter vide Cottam *memorab. pag.* 463. Mathes. *sing.* 64. *in addit. & seq.* Socin. *reg.* 207. *& seqq.* Roland. *consil.* 71. *num.* 7. *& seqq.* 32. *& seqq. vol.* 1. Pract. Cottad. *pag.* 44. *num.* 1. *& seqq.* Marian. Socin. *in rubr. extrà de iuramento calumn.* Gail *lib.* 1. *obseru.* 84.

Iuramentum calumniæ quo tempore præstari de- 2
beat, vide Cottam, Mathes. Socin. Roland. & Cottad. *supr prox.* allegatos.

Iuramentum calumniæ recusans perdit causam. 3
Marsil. *sing.* 252. Roland. *cons.* 71. *num.* 7. *& seqq.* 32. *& seqq. vol.* 1. Si enim est actor, cadit ab actione: si reus, habetur pro confesso. Stiatic. *in pract. iudic. c.* 20. *num.* 93. *in fine.*

Iuramenti calumniæ per Procuratorem præstandi 4
forma, Mathes. *sing.* 149. *in addit.* & an Procurator ex officio datus teneatur iurare de calumnia, Gail *obseru.* 88. *lib.* 1.

Iuramentum calumniæ an possit à partibus expres- 5
sè remitti. Dic quòd non: tacitè autem sic. Tiraquell. *de ll. connub. pag. mihi* 491. *num.* 80. *consil. crim. diuer.* 118. *num.* 6. *&* 7. *pag. mihi* 117. *à tergo, consil.* 125. *num.* 12. *pag.* 132. vbi contrà communis est opinio quòd expressè non possit remitti, sed tacitè, sic Gail *obseru.* 84. *num.* 2. *lib.* 1. *secundum gl. in l.* 2. §. 1. *sed quia veremur, in verb. remitti, C. de iureiuran. propter calumn. dan.* & est text. expressus *in cap.* 1. §. 1. *de iuram. calumn. in* 6. de communi testatur Stiatic *in pract iudic. cap.* 20. *num.* 98. *&* 102. Tacitè autem dicitur remitti quando pars illud non petit, ita exemplificant DD. & dixi *suprà sub num.* 1. Sed contrarium videtur verius in puncto iuris, vt latè tradit Stiatic. *ibidem num.* 95. *& seqq.* qui concludit, quòd etiam tacitè non potest hoc iuramentum remitti, & quod debet præstari etiam non petente parte, sed vt ipse dicit *in d. num.* 102. durum est recedere à communi opinione, & ab expressa dispositione textus *in d. cap.* 1. §. 1. *de iuram. calumn. in* 6.

Iuramentum calumniæ an sit necessarium vbi 6
agitur coram iudice, seu arbitro habente liberum arbitrium, posui *suprà q.* 44. *cap.* 2.

Iuramentum calumniæ præstatur etiam in causis 7
minimis. Tiraquell. *in tract. de iud. in reb. exig. pag.* 57. *versic.* 56.

8 Iuramenti de calumnia omissi pœna an committatur ipso iure, & an transeat ad hæredes, Gail *obseruat.86.lib.1.*

Iuramentum litis decisiuum.

11 Mandati fines, an & quando excedere liceat, Ias. *in l.si procurator, C.de procurat.* Tiraq.*de retract.lignag.gl.2. §.36. num.59.* & latiùs *in l. si vnquam, in ver. libertus, num.48. C. de reuocan.donat.* Socin.*reg.252.*Aym. *consil.174.* Firman. *in Rep.sub ver. Mandatum exceditur.* Cotta *in memorab pag.558.*Et an in modico liceat excedere fines mandati, vide pro & contrà per Tiraq. *in tract.de indic.in reb exig.pag.47.vers.87.&c.* Et qui excessit fines sui mandati, & commissionis, præsumitur dolo gessisse. Seraph.*de priuileg. iuramen. priuileg.132, num.57.*

12 Mandatum præsumitur in actu, qui non solet expediri, nisi cum magna impensa, sollicitatione, fauore, & gratia. Non enim est verisimile, quòd quis ex se sine mandato eius, ad quem spectet, faciat magnas impensas, vel capiat tales sollicitudines; secus in actu, qui requirit modicam impensam, qui non præsumitur gestus de mandato eius, ad quem spectat, alio non docto, Put.*decis.27.num.1.& 5.lib.1.*Gomes.*in reg.cancellar.reg. de annali possess.q.12. ad med. vers.ratio redditur.* Sed quòd imò citatio etiam quòd requirat modicam impensam, præsumatur facta de mandato, & ad instantiam partis, tradit Bero. *q.39. num.5.* Ad materiam vide Rot. in vna Meliten. Abbatiæ registratam in quarto informationum lib.*fol.154. in vers.prædicta confessio,* vbi dicitur, quòd expeditio breuis, quæ requirit impensam, præsumitur facta de mandato eius, cuius interest.

Minor.

1 Minor quomodo in causa ciuili euadere possit condemnationem, Cæpol.*caut.6.*

2 Minor quomodo possit in iudicio comparere, *supra q.61, num.4.*

3 Minor quando possit esse Procurator, Villalob. *M. num.92.& seq* facias regulam negatiuam etiam in minore 25. annorum. Capra *concl.61. num.1.& 2.* vbi de communi. *Amplia* vt gesta per talem Procuratorem sint nulla, etiam parte non opponente, *ibid. n.8. & seq.* vbi de communi, licèt aliqui *ibi* per eum relati contrarium dixerint. *Limita* primò in iudicio voluntario, *ibidem num.3.* Limita secundò in iudicio possessorio, *ibidem num.4.* faciunt tradita per Virg. Boccac.*in const.March. gl.8. num.17.* Limita tertiò quando vult interuenire pro patre, matre, & similibus absentibus indefensis, *ibidem num. 5.* Limita quartò quando minor iurasset non contrauenire, vel restitutionem non petere, *ibi num.7.*Limita quintò in minore comparente cum mandato pro parte actoris. *ibidem num.11.*pro regula prædicta negatiua adde Ægid. *decis. 143. per totam.* eam refert, & sequitur Virg. Boccac. *in const. March.gl.8.n.16.vers.Præterea non solum.*

Minor

4 Minor non restituitur nisi probata læsione, & de materia vide suprà q. 49.

5 Minor quomodo restituatur aduersùs lapsum fatalium, vide suprà q. 49. & quid si minor habebat curatorem, & in aliquo iudiciali actu fuerit læsos facto dicti curatoris, an concedatur ei restitutio, an verò solùm detur recursus contra curatorem, si est soluendo, vide Roland. *cons.* 40 *num.* 13. *vol.* 3. & de hoc vide etiam Boccac. *in consi. March. gl.* 8. *num.* 97. vbi quòd minori aduersùs rem iudicatam conceditur restitutio, etiam quòd isto casu minor habeat regressum contra tutorem, vel curatorem, ad quod vide generaliter tradita *num.* 14. vide eumdem Boccac. *d. gl.* 8. *num.* 124. *& 185.* vbi etiam quòd si minor fuerit læsus facto, vel negligentia Procuratoris. De minore autem læso ob contractum tutoris, dixi *in Rep. contract. q.* 14. *sub n.* 54.

6 Minor restituitur, supple infrà *vers. restitutio*, in discursu,

7 Minori non datur restitutio quando nihil gestum cum eo, licèt cum eius antecessore. Roland. *consil.* 10, *n.* 2. 3. *&* 14. *& seqq vol.* 2. Cephal. *cons.* 141. *n.* 9.

8 Minor non restituitur ad opponendum exceptiones contra testes elapso termino iuris. Couarr. *pract. quæst. cap.* 26. *pag.* 188. *vers.* 3 *eodem, &c.* Item non restituitur ad opponendas exceptiones dilatorias post diem à lege datum, *d pag.* 188. *vers. eiusdem.* vide in proposito suprà tradita *q.* 29. *num.* 13. *& q.* 49. *num.* 21. *& seqq.*

9 Minor non restituitur aduersùs lucrum odiosum. Tiraq. *de retract. pag.* 25. *num.* 57. vide generaliter infrà tradita *vers. restitutio non datur, vbi tractatur de lucro, &c. num.* 10.

10 Minor contra minorem non restituitur. Cephal. *cons.* 116. *num.* 1. declara *n.* 5. *& seqq. vol.* 1. vide in materia, *Priuilegiatus non vtitur priuilegio, &c.* videlicet infrà *vers. Priuilegiatus inter diuersa, num* 25. adde pro primo dicto Virg. Boccac. *in consi. March. gl.* 8. *n.* 179. vbi propterea quòd isto casu melior est conditio illius minoris, qui accepit, & dilapidauit. Aduerte quòd minor læsus videtur quòd possit petere restitutionem aduersùs alium minorem non læsum, licèt secus si etiam ille alter minor læsus sit, vt per Redoan. *de reb. Eccles. pag.* 490. *num.* 7. *&* 8. vbi etiam quòd in contractu locationis minor restituitur aduersùs alium minorem.

11 Minor citatus, & non comparens, an possit declarari contumax, posui *suprà vers. contumax, n.* 15.

12 Minor quando possit Procuratorem constituere, *suprà q.* 61 *n.* 81.

13 Minor quando restituatur si in contractu adest iudicis decretum, *suprà verb. Decretum, n.* 25.

14 Minor vbi est læsus ex facto tutoris, ne dum potest petere in integrum restitutionem, verùm etiam habet regressum contra ipsum tutorem, dixi *in Rep. contract. q.* 14. *sub num.* 54. & dixi *suprà hoc eodem verb. minor, num.* 5. vbi quid si est læsus in iudicialibus. In dictis autem *quæst.* 14. posui quid si est læsus in contractibus.

Minor æquiparatur vniuersitati, *vers. restitutio, n.* 34.

Mora.

1 Mora an sit commissa, nec ne, remittitur iudicis arbitrio, Menoch. *de arb. quæst. casu* 230. *num.* 3. *& seqq. pag.* 147.

2 Mora an, & quando purgari possit, dixi *suprà q.* 58.

3 Mora quando committatur sine interpellatione, dixi *suprà q.* 75.

4 Mora commissa censetur remissa per subsequentem interpellationem, Cephal. *consil.* 121. *n.* 18. *vol.* 2.

5 Moræ materia per Mathes. *sing.* 121 *in addit. in fine.*

6 Mora an committatur si debitum est soluendum in aliquo loco, & tempore solutionis, debitor non fuerit in eo loco, posui *suprà q.* 75. *n* 9.

Mora vbi est commissa, an debitor aliqua exceptione se defendere possit. Menoch. *de arbit. quæst. casu* 210. *n.* 47. *& seqq.* vbi ponit septem excusationes, vide *suprà num.* 4. 7

Moræ vbi periculum est multa concedantur, de quibus *in Repert. contract. vers. Periculum, num.* 37. inter diuersa. 8

Mulier. Monachus. Mater. Maritus. Melioramentum. Mercator. Miles. Mulcta. Mutuum. Matrimonium. Miserabilis persona. Monitorium.

Mulier procuratrix, *suprà vers. fœmina, num.* 8. 1

Mulier non potest cogi in iudicio ad personaliter comparendum. Marsil. *sing.* 248. 2

Monachus quando possit esse Procurator, Roman. *sing.* 577. *& seq.* & se quando possit agere nomine alieno. Capra *conclus.* 85. *num.* 10. *& seqq.* quid de Procuratore Clerico, vide supra *vers. clericus, num.* 1. inter diuersa. 3

Monachus quando possit agere nomine proprio, Diaz *reg.* 475. Cotta *in memorab. pag.* 586. Capra *conclus.* 85. vbi facit regulam negatiuam, & eam limitat quinque modis. 4

Mater in iudicio ad admittatur ad defendendum filium, *suprà in vers. fœmina, n.* 8. 5

Maritus regulariter non potest conueniri nisi in quantum facere potest. Nouell. *reg.* 95. Socin. *reg.* 257. Fallit in marito putatiuo. Tiraq. *de l. connub. pag.* 556. *num.* 325. *&* 359. pro regula adde Montic. *de inuentar. pag.* 28. *& seq. n.* 21. 6

Maritus quando agat pro vxore, dixi *suprà q.* 57. *num.* 33. 7

Melioramentorum materiam posui *suprà in q.* 38. 8

Mercatorum causæ de bono, & æquo decidendæ. Paris. *cons.* 88. *num.* 3. 4. *&* 5. *car.* 139. *vol.* 1. Stracca *de mercat.* 9

Milites an possint carcerari pro debito ciuili, Couarr. *var. resolut. pag.* 368. *num.* 4. Menoch. *de arb. quæst. q.* 78. *num.* 9. *lib.* 1. vide *in Rep. contract. vers. militis priuilegia.* Et quòd miles non conueniatur, nisi in quantum potest, ponit Manric. *de inuentar. pag.* 58. *& seq. n.* 55. vide generaliter *suprà vers. debitores, n.* 52. 10

Mulcta contumaci quomodo imponenda, *sup. vers. contumax.* 11

Mutui quantitas an probetur iuramento creditoris, & de materia dixi *suprà q.* 97. *n.* 9 *& seq.* 12

Matrimonij causa ad quem iudicem spectet, Rom. *sing.* 674. Diaz *reg.* 459. Villalob. *n.* 107. Turzan. *opin.* 90. Roland. *cons.* 15. *num.* 24. *Credo sit, in* 1. *vol.* Couarru. *in Epitom. de sponsal. cap.* 8. §. 12. *pag. mihi* 154. à tergo, *n.* 1. *& seqq.* hæc posui *in crim. in tit. de inquisitione, quæst.* 8. *n.* 145. *& seqq.* 13

Miserabiles personæ quæ dicantur, dixi *suprà quæst.* 98. 14

Monitorium ne quis lite pendente accedat ad possessionem, de qua agitur, fieri non debet, dixi *suprà q.* 55. 15

Matrimonium quomodo probetur, generaliter de materia. Qui testes admittantur in probatione matrimonij. Quomodo per testes probetur matrimonium, & multa specialia in probatione matrimonij, & de materia, vide omnino præter infraposita Monticell. *in Rep test. pag.* 364 *& seqq.* videas Rom. *sing.* 451. 650. Villalob. *C.* 110. *M.* 74. *& seqq.* Cephal. *cons.* 82. *num.* 44. *& seqq. vol.* 1. *& cons.* 141. *n.* 6. *& seqq. & num.* 9. *vol.* 1. vbi quòd matrimonij probatio, licèt debeat esse plena, 16

&

& perfecta, sicut in criminalibus: tamen hoc intelligitur quando matrimonij causa fuit principaliter intentata; secus si incidenter, vt ibi per eum. Tutzan. *opin.* 108. *&* 79. vbi per quæ signa probetur matrimonium. Paris. *in tabula consil. iorum, vers. Annulus*, vbi an probetur per annuli immissionem, dic quòd non. Rolan. *cons.* 50. *n.* 59. *vol.* 3. vbi tamen loquitur de annuli delatione, non autem de immissione, & an matrimonium probetur per iuramentum in supplementum, vide *suprà q.* 71. *n.* 15. Et an probetur per testes, qui non sint omni exceptione maiores, Gabr. *tit. de testib. conclus.* 8. *lib.* 1. Dic quòd in causis matrimonialibus testes debent esse omni exceptione maiores. Mascard. *concl.* 1360. *n.* 1. Practica Corradi *pag.* 109. *n.* 88. vbi latè. Et an matrimonium probetur per testes de auditu, vide Cephal. *cons.* 82. *n.* 44. *& seqq. vol.* 1. posui *in imprimendis, q.* 69 *n.*. Et quid si testes dicant se audiuisse ex pariete, & cortina virum, & mulierem protulisse verba apta ad contrahendum matrimonium, quia eorum voces notas habebant, dic quòd probant, ex traditis per Menoch. *de arb. quæst. casu* 475. *n.* 20. vbi quòd non tamen probant dissolutionem matrimonij, ad quod vide generalitet tradita *in Rep. de testibus, pag.* 130. *&* 181. repetita in Inprimen. *q.* 69. *n.*.. An autem matrimonium probetur per parentes coniugum, & an per ipsosmet coniuges, vide Menoch. *ibid. casu* 102. *&* 103. *lib.* 2. ad quod vide in materia, *testis pater*, &c. *in Rep. de testibus.* In materia, *testis pater*, &c. & an matrimonij impedimentum probetur per famam, vide Duen. *reg.* 199. *n.* 6. Et quòd matrimonium non probetur per instrumenta dotalia, ponit Rolan. *cons.* 50. *n.* 59. *vol.* 3. adde quòd licèt matrimonium non præsumatur nisi probetur, tamen hoc fallit, vt euitetur suspicio mali, & peccati, quia tunc præsumitur, vt per Mascard. *concl.* 1003. *n.* 35. *lib.* 2. Et an matrimonium probetur per testes Inhabiles, an verò debeant esse omni exceptione maiores, dixi *in tit. de oppos. con. sect.* 4. *q.* 62. *n.* 99. *& seqq.*

17 Matrimonij causa etiam contra absentem si contumax sit, agitari potest. Couarr. *in Epitom. de sponsal. cap.* 8. *§.* 12. *num.* 6. *pag. mihi* 156.

18 Mulieri non succurritur, nisi in casibus à iure expressis, dixi *suprà q.* 64. *num.* 91.

19 Monitoria, seu præcepta an & quando relaxari possint absque clausula iustificatiua, *si quis*, &c. vide Andr. Gail. *de pace publ. lib.* 1. *cap.* 5. *per totum.*

N.

Notarius.

1 NOtarius recipiens fideiussores minus idoneos, an teneatur de suo. Tassara *in error. Notar. cap.* 52. Clar. *in pract. q.* 46. *vers. cæterùm debet.* vbi etiam quid de Iudice, de quo vide per Rondinell. *de syndica. pag.* 140. *num.* 193. & Asin. *in pract. §.* 32. *in* 39 *ampliat. n.* 1 *in fine*, vbi quòd tenetur parti ad damna, & expensas, & idem Boss. *in tit. de carcera. fideinss. committen. n.* 70. vbi tamen declarat, nisi fideiussor fuisset collaudatus, & loquitur in iudice, & idem de iudice tradit Ang. *de malef. in verb. pro quibus, & quolibet eorũ, n.* 5. *videlicet in addit. August. & n* 13. & Bonacoss. *in comm. opin. crim. p.* 1. *pag.* 20. *col.* 2. *in fine* Dicas quòd regulariter Notarius tenetur ad interesse partis, si recipiat fideiussores minus idoneos, secundùm communem practicam totius mundi, de qua testatur Ioseph. Ludou. *decis. Lucen.* 33. *n.* 3. 1 *part.* vbi *num.* 12. *& seqq.* hoc limitat tribus modis. Primò quando fideiussor fuisset receptus de mandato iudicis. Secundò si fuit receptus parte præsente, & non reclamante. Tertiò quando debitor principalis erat solnendo, puta quòd eius bona tantum valebant, quan-

tum est permissum per fideiussorem. posui hanc materiam *in tit. de carcer. quæst.* 33. *sub num.* 79. *& seqq.*

Notarius potest rogare se de instrumento contra 2 se. Sed quid pro se, vide Specul. *in tit. de instrumentorum editione, § postremo, num.* 27. *vers. item excipitur, quòd in negotio proprio.* vbi facit regulam quòd in re propria quis esse non potest Notarius, Cagnol. *in l. si librarius, num.* 4. *ff. de regul. iur.* vbi remissiue de materia. Rom. *sing.* 350. *& seq.* Et quando pater possit esse Notarius pro filio, vide Cæpol. *caut.* 219. *num.* 3. vide *num.* 9. Et an Notarius possit se rogare quando ab aliquo constituitur Procurator, vel quando ipse alium constituit, vide Lamberten. *de contract. glos.* 14. *num.* 50. vide ad materiam August. *ad Ang. de malef. in verbo falsario, num.* 35.

Notarius an debeat ipsemet dictare instrumentum, 3 Cæpol. *caut.* 233. vide aliquid *num.* 16.

Notarius etiam inuitus tenetur facere instrumen- 4 tum, & quid si recuset. Rom. *sing.* 263. *&* 354. Menoch. *de arbitr. quæst. casu* 369. *num.* 7. *lib.* 2. vbi quòd suspenditur iudicis arbitrio, practica Vestrij *in addit. pag.* 49. *num.* 6. vbi quòd Notarius dicitur seruus publicus, non ex eo quòd publicè omnibus inseruire teneatur, sed quia olim Notarij verè erant serui.

Notarius regulariter esse non potest Sacerdos, & 5 quando instrumenta per ipsum erogata valeant, & de materia, vide omnino Bonacoss. *in comm. opin.* 2. *part. vers. Clericus impunè Tabellio, pag.* 11. licèt Clericus non debeat se de instrumentis rogare: erogata tamen valent, vt per Lamberten. *de contract. gl.* 14 *n.* 53. posui *in fragmentis, vers. Clericus.* Rom. *sing.* 351. Diaz *reg.* 657. Dec. *cons.* 120. Practica Papien. *pag.* 73. *n.* 4 *& ibi in apostill. sub litera C.* Mathes. *sing.* 87. *in addit.* omnino Couarr. *pract. quæst. pag.* 140. *num.* 8. vbi de materia.

Notarius iudex, & de materia, Mathes. *sing.* 1. Dicas 6 quòd Notarij dicuntur habere iurisdictionem saltim voluntariam, & vocantur etiam iudices. Castren. *in l.* 2. *col. fin. n.* 18. vbi alij, *ff. de iudic.* Corn. *cons.* 138. *&* 159. *vol.* 3. Simoncell. *de decreto, lib.* 1 *tit.* 1. *inspect.* 7. *num.* 100. Et an quis possit insimul esse iudex, & Notarius, dixi *suprà vers. iudex, num.* 14.

Notarius an possit vbique de instrumento se ro- 7 gare. Aym. *de antiq. tempor. car.* 77. *num.* 8. & 82. & an Notarij à Comitibus creati possint extra eorum territorium iurisdictionem exercere, vide Socin. *reg.* 211. *& seqq.* de materia Nouell. *reg.* 110. *num.* 3. *pag.* 65. Imol. *conclus.* 30. *lib.* 5. Rolan. *cons.* 91 *num.* 18. *vol.* 3. vbi quòd Notarius creatus à supremo Principe potest vbique locorum etiam extra territorium se rogare de instrumentis, & *ibi* testatur de communi. Si verò est creatus ab inferiore à Principe, tunc non potest se rogare de instrumentis extra illius territorium, *ibid. num.* 10. vbi similiter de communi. Quòd amplia etiam partibus volentibus, *ibid n.* 16. Sed *limita* quando Notarius se rogaret extra territorium inter subditos illius, à quo fuit creatus Notarius, vel de rebus positis in dominio eiusdem, quia tunc talia instrumenta valent, vt *ibid. num.* 1. *& seqq.* Sed de veritate huius limitationis, vide *ibid. n.* 11 *& seqq. & num.* 20.

Notarius non debet necessariò cognoscere contra- 8 hentes *decis. Auenionen.* 108. *n.* 3. *in fine*, vbi quòd etiam inter ignotos potest conficere Instrumenta, nec scire nomina testium, nec reddere rationem identitatis personarum. Foller. *in pract. crim. pag.* 194. *n.* 2. fallit in testamentis, in quibus Notarius & testes debent cognoscere testatorem. *l. si non speciali, C. de testam. decis. Auenionen.* 108. *n.* 8. de materia vide Benincas. *de pauper. pag. mihi* 211. *num.* 36. Royzium *decis.* 2. *n.* 20. *& seq.* vbi quòd si Notarius à partibus circumuentus supponit vnam personam pro alia, non tenetur pœna falsi, nec

in aliquo ponitur, ad quod vide *decis. Auenionen.* 108. *per totam*, in discursu posui hanc materiam *in tit. de oppos.con. dicta test. q.* 70. *in* 25. *oppos.*

9 Notarius domesticus an faciat contractum suspectum, Signor. *cons.* 251 *num.* 4. Spec. *in tit de instrum. edit.* §. 9. *vers. item quod est domesticus*, vide suprà *sub n.* 2. *& infra num.* 30.

10 Notarius, à quo debeat habere mercedem. Roland. *in* 2. *part. car.* 108. 3. *col.* Firman. *in tract. de Episcop. vol.* 2. *n.* 43. *car.* 274 est text. *in l. eos*, vbi DD. *C. de vsur.*

11 Notariorum imperitia destruit mundum, & conscientias bonorum virorum sæpè ponit in periculo, & sæpè nesciunt quid scribant, & testantium voluntates peruertunt. Grat. *cons.* 112. *num.* 18. 2. *part.* Manzar. *de fideicommiss q.* 19. *in princ.* Rolan. *cons.* 56. *num.* 29. *& seqq. vol.* 3. vbi quòd Notariorum imperitia non debet offuscare voluntatem testatoris, quia sæpè ponunt in testamentis verba, & clausulas, de quibus testator nunquam cogitauit. Cotta *in memorab. pag.* 614. vbi limitat, & declarat. Neuizan. *cons.* 18. *num.* 11. 12. 21. vbi pulchrè infert, & exornat. sed aduerte, vt *ibid. num.* 19. quòd in dubio præsumitur peritus, & doctus. Item aduerte quòd talis imperitia non debet nocere partibus, Cephal. *cons.* 72. *num.* 4. *& cons.* 87. *num.* 14. *& seq. vol.* 1. & dixi aliquid *in Rep. crim quæst.* 69. *num.* 16. pro hoc dicto est glos. *in l. fin. ver. simplicitas, C. de fideiussor.* cum alijs, per Achil. Personal. *de adipisc poss. n.* 145. vt pulchrè per eumdem Neuizan. *cons.* 16. *n.* 6. *& cons.* 24. *num.* 11. *& cons.* 28. *num.* 13. vide aliquid infrà *in seq. vers.* posui in impress. *quæst.* 154.

12 Notarius quando possit emrigere suum errorem, Nouell. *reg.* 110. *n.* 2. *&* 6. posui *in Rep. crim. q* 69. *n.* 16. vide aliquid infrà *n.* 20. posui in impressis *q.* 154.

13 Notarius spurius an esse possit. Marsil. *sing.* 273. Rolan. *cons.* 79. *num.* 52. *vol.* 2. Couarr. *pract. quæst. cap.* 19. *num.* 6 *pag.* 139. *num.* 6. Rolan. *cons.* 87. *n.* 5. *& seqq. vol.* 3. vbi quòd sic, sed non ad latus Principis, seu ad banchum iuris, vide generaliter tradita *in seq. vers.* Card. Tusch. *in vers. Notariatus, concl.* 69. *n.* 3. *& num.* 16. posui *in quæst.* 155. *part.* 4.

14 Notarius an possit esse infamis, Couarr. *pract. quæst. pag.* 136. *& seqq.* faciunt tradita in materia, Notarij infamis instrumenta quando valeant, videlicet *in Rep. crim. q.* 70. *n.* 15. vbi vide. Et in alia materia, videlicet an Notarij officium sit vile, de qua infrà *in seq. vers.* Suarez *num* 37. vbi quòd Notarius potest esse infamis, vide etiam aliquid *in anteced. vers.* posui *in quæst.* 15.

15 Notarij, & Procuratoris officium an sit vile. Rom. *sing.* 814. G. d Papæ *q.* 359. Ias. *in rub. C. de procurat. n.* 5. Aret. *in* §. *cum autem, n.* 8. *Instit. de adopt.* Aym. *cons.* 163. *n.* 1. *vol.* 1. Couarr. *pract. quæst. c.* 19. *n.* 5. *pag.* 136. *& seqq.* vbi latè de materia, & præsertim *num.* 7. *pag.* 140. vbi an Nobilis efficiatur ignobilis ex assumptione officij Notarij, seu Procuratoris. Cephal. *cons.* 218. *num.* 11. *vol.* 2. Viui. *in comm. opin. opin.* 647. vbi latè Mantua *cons.* 96. *n.* 4. Quòd notariatus officium sit vile, quia per tale officium de ignobili quis efficiatur ignobilis, tradit Aym. *d. cons.* 161. *n.* 1. & est communis, vt per Suarez *in com opin. litera N n.* 37. vbi etiam quòd Notarius potest esse infamis, de quo dixi *supra n.* 14. ad idem Rolan. *cons.* 66. *num.* 38. *& seqq vol.* 1. vbi quòd Notarij, & Procuratoris officium est vile, & facit vilem Doctorem talia exercentem, & facit, quia olim Notarij erant serui, vt dixi *suprà num.* 4. Contrarium quòd imò notariatus officium exerceatur à nobili, tradit Cephal. *d. cons.* 218. *n.* 21. *vol.* 2. Et quòd non sit vile, videtur tenere Rolan. *cons.* 79. *n.* 51. 52. *vol.* 2. Tu verò dicas, quòd notariatus officium est dignitas quando est Notarius ad latus Principis, ad banchū iuris, in Curia Papæ, Imperatoris, vel Regis, aliter secus, & istam distinctionem tradunt Doct. allegati *in Repert. crim quæst.* 70. *num.* 15. qui propterea dicunt, quòd primo casu infamis non potest esse Notarius: secundo autem sic, vt per Rolan. *cons.* 87. *num.* 5. *& seqq vol.* 3. vide Torzan. *opin.* 85. vbi an Procurator infamis constitui possit. De notariatu an & quando sit officium vile, vel dignitas, vide declarantem, & inferentem Card. Tusch. *pract. conclus. in ver. Notarius, concl.* 69. *per totam.*

16 Notarius an possit facere scribere instrumentum per alium. Rolan. *cons.* 44. *num* 28. *& seqq. vol.* 1. Couarr. *pract. quæst. pag.* 148. *num.* 1. vbi de materia. Benincas. *de pauper. pag* 212. *n.* 39. *&* 41. vbi disputat pro, & contrà. Et an Notarius debeat probare impedimentum, quod non potuit scribere manu sua, vide Hercul. *de negat. num.* 76. *vers. tertiò infertur.* vide aliquid suprà *num.* 3. *decis. Pedem.* 37. vbi quòd potest Notarios alteri demandare, vt instrumentum scribat; sed contrà Mascard. *concl.* 4. *num.* 9. *& seqq.* vbi ampliat etiam vrgente necessitate, & negotiorum multitudine. Adde in materia text. *in Auth. de Tabell.* vbi quòd Notarij debent per se ipsos instrumenta recipere, præterquam in ciuitate Constantinopolitana, & in vrbe, propter multitudinem negotiorū, in qua admittuntur substituti ad recipiendos rogitus nomine Notariorum principalium. Virg. Boccac. *in const. March. gl.* 7. *n.* 20. vbi quòd in illa Authentica hodie fundatur stilus erogandi instrumenta per substitutos, posui *in q.* 153. *n.* 120.

17 Notarius an debeat ostendere protocollum, dixi *suprà quæst.* 78.

18 Notarij plures rogati de Instrumento, an censeantur in solidum rogati. Menoch. *de arb. quæst casu* 187. *num.* 7. *& seqq.* Put. *decis.* 6. *lib.* 1.

19 Notarij mortui instrumentum quid probet, *suprà vers. instrumentum n.* 2. *&* 17.

20 Notarius si dicat se in instrumento omisisse aliquid scribere, per quot testes hoc probabit. Neuizan. *cons.* 26. *num.* 24. vbi quòd sufficiunt duo, vide *in Rep. crim q.* 69. *num.* 16. *& suprà vers. Notarius, n.* 12. repetita in impressis *quæst.* 154.

21 Notarius dicitur seruus publicus, vide *supr. n.* 4.

22 Notarium quem esse quomodo probetur. Petras. *sing.* 47. Villalob. *in com. opin. lit. N. n.* 16. *& seqq. num.* 1. vbi de materia. *decis. Pedem.* 117. *num.* 2. vbi quòd probatur per legalitatem communitatis; sed hoc declara, vt *ibi num.* 3. *& seqq.* Cui autem, & quando incumbat onus hoc probandi, vide Aym. *de antiq. temp. car.* 123. *& seqq. alias* 168. *num.* 1. *& seqq. vsque ad num.* 12. *in sect. incip Vidimus in genere, ad num.* 12. Et an quis præsumatur Notarius, & de materia vide Alciat. *reg.* 3 *præs.* 13. Rol. *cons.* 52. *n.* 2. *& seqq. Credo sit, in* 2. *vol. decis. Ped.* 117. *n.* 1. vbi quòd in dubio quis non præsumitur Notarius, ideò producens instrumentum debet hoc probare. Etiam quòd erat Notarius tempore confecti instrumenti, vt *ibid. n.* 5. *& seq.* Menoch. *de præs. tom.* 1. *lib.* 2. *præs.* 78. vide Cagnol. *in l. si librarius, num.* 56. *& seqq ff. de reg. iur.* Pacian. *de probat. lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 40. *& seqq.* vbi latè an & quando præsumatur quem esse Notarium ex longa quasi possessione exercitij notariatus, posui *in tit. de fals. q.* 155. *num.* 15.

23 Notarius an præsumatur rogatus, & de materia, dixi *in Rep. contract q.* 17.

24 Notariatus officium an possit vendi, dixi *in Rep. crim. vers. Officium, num.* 4. inter diuersa.

25 Notarius an possit, in instrumento etiam non rogatus apponere clausulas consuetas, & de materia Notarij extendentis verba instrumenti, dixi *in Repert. contract quæst.* 53.

26 Notarij signum an possit mutari siue causa. Hier. Giauat. *ad Clar. in* §. *falsum lit. X.* Alex. *in rub. ff solut. matrim. num.* 7. Ioh. Annib. *num.* 101. Tassar. *in error. Notar. cap.* 34. vbi dicunt communem esse quòd non possit mutari. Ad materiam vide Bar. *in l. si quis*

ex

ex argentariis, §. *si quis initium*, *ff. de edendo*, *n.* 32. vbi ait de substantia instrumenti. Turzan. *opin.* 28. Viui. *in com. opin. pag.* 108. *in paruis*, *ver. instrumentum*. Nouel. *reg.* 110. vbi an sine signo Instrumentum valeat, *& reg.* 186. *in* 3. *&* 4. *fall.* Roland. *cons.* 44. *num.* 21. 40. *& seqq. vol.* 1. *pract.* Corrad. *pag.* 147. *sub n.* 10. Couarru. *pract. quaest. pag.* 144. *cap.* 20. *n.* 5. *vers.* 7. *ad valorem*, *& robur*. Imol. *concl.* 19. *pag.* 767. Neuiz. *cons.* 24. *n.* 5. vbi quòd signum Notarij de necessitate non requiritur in instrumento, seu protocollo, secundùm magis communem, & quae in practica seruatur, vt *ibi* per eum. Mascar. *concl.* 1094. *n.* 22. vbi quòd Notarius duobus signis vtens, tenetur crimine falsi. Mascard. *concl.* 4. *n.* 13. *vers. limita hoc*, vbi quòd in abbreuiatura Notarij requiritur signum, aliter non probat, secundùm magis communem, & *n.* 19. vbi idem & in abbreuiatura, ac in protocollo, sed contrà *n.* 14 *vers. Contrarium sensit Abbas*, *&c & n.* 19. *vers. contrarium sequuti sunt*, *&c.* sed in abbreuiatura, ac protocollo tale signum non requiritur, quando de stilo loci, ac consuetudine esset solitum signum non apponere, vt *ibidem* per Mascard *n.* 20.

27 Notarius an cogatur instrumenta exhibere tertio, de cuius interesse non tractatur? Et quomodo probetur istud interesse, vide *in decis. Pedem.* 57.

28 Notarij Doctoris instrumenta valent, licèt Doctores, & Aduocati debeant se à notariatus exercitio abstinere, & de materia Lambert. *de contract. glos.* 14. *n.* 52. *& seq.*

29 Notario quando, quantum, & in quibus credatur, dixi *in Rep. contract. q.* 17.

30 Notarius an possit esse pater in vtilitatem filij, & è contra, vide Aug. *de malef. in verb. falsario*, *n.* 32. & *ibi* Aug. *in addit*,

Nullitas.

1 Nullitas an possit pacto partium remitti. Diaz *regul.* 498. Die quòd nullitas non potest opponi per illum, qui illi renunciauit. Lancellot. *de attentat. cap.* 17. *n.* 128. *& seqq.* 2. *p.* vbi *n.* 133. *& seqq.* hoc limitat pluribus modis. Primò in nullitate ex tenore sententiae resultante. Secundò in nullitate causante perplexitatem, & repugnantiam. Tertiò in nullitate causata dolo aduersarij. Quartò in nullitate defectu incompetentiae iudicis, vt *ibi* per eum. Et an isto casu impediatur exequutio, dixi *in q.* 50. *suprà* vbi videas. Vide aliquid *infrà n.* 10.

2 Nullitatis exceptio quomodo praescribatur. Aym. *de antiq. temp. car.* 108. *aliàs* 147. *n.* 25.

3 Nullitas sententiae coram quo iudice proponi debeat, Vant. *de nullit. tit. coram quo possit*, *&c. suprà vers. delegatus*, *n.* 10. Villalob. *in com. opin. N. n.* 45. vbi quòd nullitas sententiae resultans ex eisdem actis, debet proponi coram eodem iudice actorum. Vide *suprà q.* 84. *num.* 19.

4 Nullitas non deducta in cedula appellationis, potest nihilominus per iudicem appellationis cognosci, causa enim appellationis etiam deuoluit causam nullitatis, & sic iudex appellationis potest ex capite nullitatis reuocare sententiam latam. Vant. *in tit. nullit. ex defect. process. num.* 8. *& tit. qualiter sententia*, *& processus*, *n.* 68. Franc. *in c. dilecto*, *n.* 71. *de appellat.* Maran. *in forma appellationis à sententia diffinitiua*, *gl. fuisse*, *& esse nullam*, *n.* 2. Rot. *de lite contest. decis.* 5. *alias* 340. *n.* 4. *versic. Imò, secundùm eum est tanta connexitas*, *&c. in nouis*, *& de re iud. decis.* 29. *aliàs* 434. *num.* 4. *in antiquis*, *l. quadam*, *ff. fam. hercisc. l. Cornelia*, *ff. de iur. patron.* Bar. & alij *in l. si expressim*, *ff. de appellat.* Luc. Pet. *in practica*, *tit. de caus. nullit. num.* 39. vbi *num.* 32. limitat hoc non procedere in appellatione ab interloquutoria, quae non deuoluit causam nullitatis, vt *ibi* per eum. An autem è contra causa nullitatis deuoluat causam appellationis, & sic negotij principalis, vide *in seq. vers.*

5 Nullitatis iudex censetur etiam iudex in negotio principali, & sic nullitatis causa deuoluit etiam negotium principale, non aliter, ac deuoluisset causa appellationis. Vant. *de nullit. tit. coram quo possit*, &c. *num.* 12. *& tit. quot*, *& quib. mod. num.* 110. *& pluribus seqq.* sequitur Maran. *in forma appellationis à sententia diffinitiua*, gloss. *fuisse*, *& esse nullam*, *num.* 8. distingue vt per Luc. Pet *tit. de caus. nullit. num.* 22. Item intellige praedicta procedere in iudice ordinario, secus in delegato, vt per Falin. *in Rep. vers. nullitas sententia*, *quis est competens*, ex Salic. quem allegat *in l. si praeses*, *col. pen. num.* 6. *vers. quaero aliquis sententiam. C. quom. & quan. index*, faciunt ad hanc materiam suprà tradita *vers. appellatio*, *num.* 17. vbi an & quando appellatio à grauamine deuoluat etiam negotium principale. E contra autem an causa appellationis deuoluat etiam causam nullitatis, dixi *in anteced. vers.*

6 Nullitas, & restitutio in integrum an possint in eodem libello cumulari, suprà *quaest.* 88. *num.* 18.

7 Nullitatis causa priùs sententiari debet, & postea cognosci de principali grauamine. Mynf. *obseru.* 79. In hac materia, an scilicet causa nullitatis simul, & semel cum causa principali terminari debeat, an verò separatim, videas Vant. *tit. quot*, *& quib. mod.* &c. *num.* 14. *& seq.* vbi quòd possunt insimul terminari, nisi pars contradicat, parte enim contradicente, priùs super nullitate sententiatur, & postea super negotio principali, vt *ibi* per eum. Sed an iudex, qui isto casu super nullitate pronunciauit, remaneat iudex in principali negotio, vide Abb. *cons.* 97 *lib.* 2. & Franc. *in cap. dilecto*, *de appellat. quaest.* 54.

8 Nullitas quando incidenter, & quando principaliter dicatur intentata, dixi *suprà quaest* 50 *num.* 3.

9 Nullitas an possit opponi, si fuit deserta causa appellationis, vel in ea reus succubuerit, Couarr. *pract. quaest. cap.* 24. *num.* 8. Lancellott. *de attentat. cap.* 18. *num.* 69. *& seqq.* 2. *part.* vbi si nullitas cum appellatione deducitur, an tunc deserta causa appellationis censeatur deserta causa nullitatis.

10 Nullitatis exceptio non potest opponi per eum, qui in contractu promisit non contrauenire, &c. Cephal. *cons.* 47. *n.* 20. *vol.* 1. faciunt generaliter suprà tradita *n.* 1.

11 Nullitas non potest opponi per contumacem, suprà *vers. contumax*, *num.* 18.

12 Nullitas cum minore facta vnica citatione sanatur. Dec. *cons.* 549. *in fine*, *vers. posset tamen*. Afflict. *decis.* 262. *in fine*. De materia Vant. *quib. mod. sent. repara. poss. n.* 86. *& num.* 88. generaliter quomodo nullitas processus sanetur, vide Caepol. *caut.* 17.

13 Nullitas non potest iterum deduci coram alio iudice, si semel fuit super ea iudicatum. Item nullitas sententiae, quae est confirmata, & transiit in iudicatum, non potest opponi. Cephal. *cons.* 241. *num.* 3. Paris. *cons.* 109. *lib.* 4. *per totum*. vide formulam Capitolin. *pag.* 407. *num.* 39. Granut. *theor.* 17. *num.* 5. Bart. *in l.* 1 *num.* 10. *C. quando prouocar. non est necess.* Lancellott. *de attentat. cap.* 17. *part.* 1. *num.* 151. *in* 12. *limitat.* vbi ex hoc infert, quòd nullitas isto casu non impedit exequutionem, de quo particulariter dixi *suprà quaest.* 50. *num.* 34. Imò nullitas semel deducta vno modo ad eumdem finem, & coram eodem iudice, non potest ampliùs per alium modum deduci. Lancellott. *d. cap.* 17. *num.* 88. vbi ex hoc infert, quòd nullitas principaliter, & per viam actionis intentata non potest iterum per viam exceptionis incidenter opponi, vt *ibi* per eum, vbi pro & contrà. Et an isto casu impediatur etiam exequutio, dixi suprà *d. quaest.* 50.

14 Nullitata opposita an currant decem dies ad appellandum dati, dixi *suprà q.* 53. *n.* 45. & an pendente cau-

sa nullitatis currant fatalia, dixi *suprà vers. fatalia*, *n.* 5.

15 Nullitatem allegare non potest qui causam nullitatis præbuit. Aym. *de antiq. super quæst. statut.* Ferrar. *n.* 13. *pag. mihi* 246. Nemo enim potest venire contra factum proprium, vt dixi *in Rep. contract. in fragmentis, vers. factum proprium*, n. 18. vbi tradita ponas hic. Limita duobus modis, vt per Bart. *in l. post mortem, ff. de adopt. decis. Pedem.* 178. *num.* 2. & 3. vbi limitat pariter duobus modis, primò vt non procedat quando contractus esset nullus fauore alterius. Secundò vt non procedat quando est nullus ratione mutuæ culpæ faciunt in proposito infrà tradita *vers. turpitudinem suam, &c. num.* 12. vbi tradita ponas hic. & *in Rep. vlt. volunt. q.* 1. *n.* 21. & *q.* 2. *n.* 17. omnino Tiraq. *de retract. lignag.* §. 26. *gloss.* 2. *verb. non extant. num.* 6. & *seqq. pag. mihi* 210. Vant. *in tit. quoties & intra quod tempus, de nullit. n.* 53. & 57. & *seqq.*

16 Nullitatis libelli forma suprà *vers. formula*, *n.* 13.

Nullus. Negatiua. Nominatio. Naufragium. Nobilitas.

1 Nuntio an & quando, & in quibus credendum sit, vide *suprà q.* 100.

2 Negatiuam allegañti regulariter incumbit onus probandi. Diaz *reg.* 488. Villalob. *N. n.* 1. Cotta *in memorab. pag.* 599 & *seqq.* Hercul. *de negat. in princip.* Imol. *concl.* 34. *lib.* 1. vbi ampliat, & limitat.

3 Negatiua coarctata loco, & tempore, quomodo probetur, & de materia. Hercul. *de negat. n.* 160. & *seqq.* vbi latè Cephal. *cons.* 187. *n.* 16. & *seqq. vol.* 2. vbi quomodo debeant desuper testes deponere. Monticell. *in suo Rep. testium, pag.* 404. *col.* 1. *vers.* 1. 2. 3. 4. & 6. vide *in Rep. crim. in fragm. inter diuersa, vers. negatiua, n.* 5. & *in Rep. testium, q.* 16. *n.* 14. & 45. vbi posui quando testes deponentes super negatiua dicantur de falso suspecti, & quando plus credatur testibus affirmantibus, quàm negantibus, dixi *ibid. n.* 13. posui *in tit. de oppos. contra test. lib.* 3. *in materia testium contrariorum, ibid.* scilicet an magis credatur affirmantibus, quàm negantibus, *q.* 65. *part.* 3. *n.* 200. & *seqq.*

4 Nominatio authoris facta per eum, qui alieno nomine possidet, quando conuenitur, facit vt reus ipse conuentus sit ab instantia liberandus, & absoluendus, debeátque actor nouo proposito libello contra nominatum agere, *dec. Lucen.* 34. *n.* 1. & *seqq.* vbi de magis communi opinione. Ad quam materiam præter infraposita videas Papien. *in forma libel. actio real. gl. tenet, & possidet, n.* 4. & *ibi* omnino Massuer. *in addit. in verb. Dominium, litt.* D. Bar. Bal. Salic. & alios *in l.* 2. *C. vbi in rem actio.* Abb. Marian. Socin. & alios, *in c. quoniam frequenter*, § *in aliis, vt lit. non contest.* Dec. *cons.* 62. *in* 2. *dub.* Socin. iun. *cons.* 46. *in discursu, per tot. lib.* 1. Maran. *in spec. pag. mihi* 146. *n.* 1. & *seqq.* Menoch. *de recup. poss. in eius Rep. ver. Nominatio.* Vide *in d. dec. Lucen.* 34. *d. n.* 1. & *seqq.* vbi quòd prædicta nominatio illud idem operatur tam in possessorio, quàm in petitorio, & *n.* 4. vbi quòd talis nominatio debet fieri medio iuramento, & *n.* 2. vbi quòd actor potest probare nominationem factam fuisse in fraudem, & *n.* 3. vbi quòd talis nominatio non admittitur quando nominans spoliasset, vel cum vitio possideret. Item non admittitur si nominans priùs dixisset se nomine proprio possidere, vt *ibi d. n.* 5. & *n.* 9. vbi quòd etiam quòd simus in casu, in quo nominatio non admittitur, non per hoc fit damnum nominato per processum ad vlteriora, & *n.* 12. vbi quòd si nominatus sit Clericus, causa est remittenda ad iudicem Ecclesiasticum. Et in materia scias quòd regulariter huiusmodi nominatio facienda est ante litem contestatam, vt tradunt Doctores *suprà citati*, & Maran. *vbi suprà*, qui limitat. Et idem traditur *in d. decis. Lucen.* 34. *n.* 6. & *seqq.* 1. *p.* vbi *n.* 10. dicit, quòd potest iudex etiam post litem contestatam, sine tamen retardatione processus, contra reum conuentum mandare citari nominatum ad docendum de suo interesse. Vide etiam & in proposito Menoch. *de arbit. quæst. casu* 476. *n.* 4. & *n.* 5. *in fine*, vbi quòd de iure nominatio authoris debet statim fieri, *d. l.* 2. *C. vbi in rem actio. cap. quoniam frequenter*, §. *in aliis, vt lit. non contest.* statim autem intelligunt communiter Doctores ante litem contestatam, secundùm receptam opinionem, de qua *ibi* testatur Menoch. vbi *in d. n.* 4. & 5. dicit huiusmodi nominationem debere fieri, nedum ante litem contestatam, sed etiam antequam reus respondeat, & ante libelli oblationem, & sic antequam proponat aliquam exceptionem dilatoriam, seu declinatoriam. Et *ibidem n.* 6. vbi tamen quòd quando aliquis error allegaretur, probato, & reuocato errore locus est nominationi, etiam post litem contestatam, & *num.* 7. & 8. vbi quòd quando nominatio fieret ad effectum, vt reus conuentus possit vti suis defensionibus, tunc potest fieri etiam post litem contestatam, vt *ibi* per eum.

Naufragium probatur per testes nautas, licèt famulos patroni nauis, Gomez *instit. de probat. delicto. n.* 21. *in fine.* 5

Nobilitas per quem probanda, *in Rep. contract. vers. Nobilitas non præsumitur, n.* 7. 6

O.

Officialis.

Officialis materiam supple *suprà vers. Iudex*, & *in Rep. crim. in alio vers. officialis, &c.* 1

Officialis finito syndicatu non potest ampliùs conueniri in loco officij. Cæpol. *caut.* 214. *num.* 2. lapsoque termino dato querelantibus, non potest ampliùs molestari, nec in loco officij, nec alibi, siue sit absolutus, siue condemnatus, communem dixit Clar. *in practic. q.* 51. *vers. Hac etiam.* Limita & declara, vt per Rondin. *in tract. de syndic. pag.* 136. *num.* 165. & in materia vide Boss. *tit. de offic. corrupt. n.* 32. & *seq.* 2

Officialis an possit conueniri durante officio, Soc. *reg.* 149 Rondinell. *de syndic. pag.* 115. *n.* 1. & *seqq.* vbi limitat. Boss. *in tit. de offic. corrupt. n.* 34. & an pro barattaria possit durante officio conueniri, dixi *in Rep. crim. q.* 19. *n.* 7. Ias. *in l.* 2. *n.* 1. & *seqq. ff. de in ius vocan.* vbi facit regulam cum ampliationibus, & limitationibus. 3

Officialis iurans seruare statuta quando possit iuramento contrauenire, *suprà vers. Iudex, n.* 2. Et quando ex causa possit augere, seu minuere pœnas statutarias, dixi *in Rep. crim. q.* 22. *cap.* 1. *n.* 5. 4

Officialis finito officio potest suam iurisdictionem exercere, donec nouus veniat. Rom. *sing.* 395. Villalob. *litt. V. n.* 35. 5

Officialis finito officio an gaudeat priuilegiis officij. Marsil. *sing.* 179. latè disputat; & infert Placa *cap.* 6. *pag.* 84. & *seqq.* Clar. *in pract. q.* 68 *vers. iniuriam faciens.* vbi quomodo puniatur iniuriam faciens officiali finito officio. Menoch. *de arb. quæst. casu* 263. *n.* 9. & *seqq.* Anno. *sing.* 13. vbi de dante alapam officiali finito syndicatu. posui in Imprimen. *tit. de delict. q... n...* vbi de dante alapam officiali existenti in syndicatu. 6

Officialis quando possit cum subditis contrahere. Socin. *reg.* 278. Diaz *reg.* 508. Duen. *reg.* 31. Maran. *disput.* 6. *num.* 15. Roland *cons.* 83. *vol.* 2. *per totum.* Practica Corradi *pag.* 19. *n.* 9. vbi ampliat, & limitat. Regula sit negatiua, de qua *in dec. Ped* 144. *n.* 13. vbi primò limitat procedere in officialibus habentibus iurisdictionem, secus in aliis. Limita secundò, vt non habeat locum in officialibus perpetuis, vel ad beneplacitum, *d. num* 13. Limita tertiò, vt non habeat locum quando contrahitur 7

hitur eum non subdito, *ibid. n.* 14. Limita quartò, in contractu facto palam, & publicè, *ibid. d. n.* 14. Limita quintò, quia contrarium seruatur de consuetudine totius mundi, de qua *in d. num.* 14.

8 Officialis non debet habere salarium, nisi pro tempore quo seruiuit. Limita vt per Capyc. *decis.* 215. Franc. Marc *decis.* 798. & faciunt tradita *in Repert. contract. in fragmentis, vers. famulus expulsus, num.* 4. Officiali autem conducto ad annum, & morte præuento, debetur salarium totius anni illius hæredibus, *l. diem functo ff. de offi. præsid.* Sed quid de Medico conducto ab aliqua ciuitate, an saltim eius hæredes tencantur dare substitutum, vide Cephal. *cons.* 70. *& 71. vol.* 1.

9 Officialis potest ex causa publicæ vtilitatis mandare, vt capiantur animalia causa mittendi frumentum, & similia. Item vt capiatur equus ad quid simile faciendum; data tamen competenti mercede. Imol. *conclus.* 15. *lib.* 5. *pag.* 947. *in* 1. *ampliatione.* Menoch. *de arbit. quæst.* 9. 48. *num.* 8. *& seq.* Item potest congregare homines armatos etiam inuitos causa capiendi malefactorem. Placa *cap.* 8. *num.* 17.

10 Officialis tenetur pro facto suæ familiæ. Sed quomodo hoc intelligatur, videas per Menoch. *de arb. quæst. casu* 545. *num.* 4. *& seqq. & num.* 13. Amplia, & limita, vt per Rondinell. *de fundit. pag.* 125 *n.* 71. *vsque ad num.* 60. Boss. *de offic. corrupt. num.* 31. Franc. Marc. *decis.* 425. *num.* 7. vbi fallit quando delinquit extra officium. posui *in tit. de delict. q.* 14. *n.* 55. *& seqq.*

11 Officialis faciens extorsiones quomodo puniatur, *in Rep. crim. in fragmentis, vers. extorsiones, num.* 7.

12 Officialis fugiens de loco officij, *in eod. Repert. crim. vers. officialis, num.* 2.

13 Officiali non creditur in non spectantibus ad eius officium, nisi quando agitur de aliquo minimo præiudicio. Afin *in pract.* §. 9. *c.* 4. & idem tradit Tiraq. *in tract. de iud. in reb. exig. pag.* 48. à tergo, *vers.* 41. posui *in Rep. test. q.* 12. *num.* 8. *& seqq pag.* 223.

Officium. Oppositio.

1 Officium iudicis an, & quando competat, vel actio. Mathes. *sing.* 80. *in addit.* Roland. *cons.* 1. *num.* 45. *& seq. vol.* 1. vbi quòd officium iudicis semper imploratur si deficit actio, & æquitas hoc suadeat.

2 Officium iudicis an competat ei, qui agit ad recuperationem suæ possessionis, & de materia. Menoch. *de recup. poss. in vlt. remed.*

3 Officium iudicis quanto tempore præscribatur, Diaz *reg.* 509.

4 Officium iudicis an sit actio. Hercul. *de negat. n.* 25.

5 Oppositionis vis, & materia, & generaliter qui actus sustineantur parte non opponente, qui inualidè essent cum oppositione partis, Cæpol. *caut.* 255. *n.* 2. Mathes. *sing.* 11. *& 38. in addit.* Crem. *sing.* 43. *in addit.* Guid. Pap. *decis.* 121. Aym. *de antiq. car.* 55. *num.* 14. *& seqq.* Hercul. *de negat. n.* 283. vbi infert ad multa. Menoch. *de recup. possess. pag. mihi* 40. *num.* 164. Et regulare est, quòd qui potest opponere, & non opponit, dicitur fauori suo renunciasse, secundùm Cephal. *cons.* 18. *n.* 5. *lib.* 1. Item regulare est, quòd vbi lex aliquid mandat, fieri id intelligitur parte petente, aliàs secus, vt pluribus exornat Marsil. *in pract.* §. *nunc videndum, n.* 2. *& seqq. & in l. vnius,* § *cognituram, n.* 2. *& seqq ff. de quæst.*

P.

Præscriptio.

1 PRæscriptio contra minorem quando & quomodo currat? Diaz *reg.* 446. *& seqq.* Rol. *cons.* 6. *n.* 9. *vol.* 3. *Fragment. Farinacy Repert. indic.* 5

vbi quòd contra minorem inchoari non potest præscriptio: sed inchoata cum maiori, currit etiam contra minorem, præterquam in pupillari ætate, in qua nullo modo currit, vt *ibi* per eum. Sed vide Bou. *de statut. præscr. pag.* 70. *n.* 185. *& seqq.* vbi quòd præscriptio incepta contra maiorem dormit tempore pupillaris ætatis, quod procedit in præscriptione statutaria: in aliis verò currit, sed datur restitutio, vt *ibi* per eum. In materia vide Villalob. *P. num.* 179. *& seqq.* Quid de præscriptione contra rem maioris, communem tamen cum minori, dixi *suprà quæst.* 83. *num.* 46. vide *infra num.* 51.

Præscribens an sit tutus in foro conscientiæ, Menoch. *de arbit. quæst.* 9. 49 *num.* 6. *& seqq.* Dic quòd sic, vt per Sarmien. *select. interp. c.* 10. *n.* 2. *& seqq lib.* 1. vbi de communi. 2

Præscriptio contra hæreditatem iacentem currit. Menoch. *de recuperand. possess. pag.* 195. *num.* 47. Diaz *reg.* 512. 3

Præscriptio non currit in 19. casibus, de quibus per Papien. *pag mihi* 89. *num.* 25. Menoch. *de arbitr. quæst.* 9. 49. *num.* 4. vbi quòd præscriptio habet locum, etiam quòd procedatur de bono, & æquo, & sola facti veritate inspecta. Vide iusià in discursu, & in specie *num.* 49. 4

Præscriptio non extenditur. Et tantum præscriptum, quantum possessum. Rolaud. *cons.* 69. *n.* 32. *vol.* 3. Amplia & limita, vt per Imol. *concl.* 26. *lib.* 3. Aym. *de antiq. cart.* 109. *n.* 61. vbi quòd dicitur res odiosa, & contra naturalem æquitatem. Rom. *sing.* 583. vbi quando præscriptio procedat etiã in accessorio. vide infr. *n.* 30. 5

Præscriptionis tempus quando prorogari possit. Cæpol. *caut.* 10. 6

Præscriptio legalis non currit militi; sed benè conuentionalis. Corset *sing. pag. mihi* 186. 7

Præscriptio quomodo currat contra Ecclesiam, & eius bona, Corset *sing. pag. mihi* 186. *verb. præscriptio* 2. Menoch. *de arbit. quæst. casu* 85. *num.* 7. *& seqq.* Diaz *reg.* 210. *& seqq.* Menoch. *casu* 180. *n.* 14. vbi quid de præscriptione bonorum emphyteoticorum Ecclesiæ. Villalob. *E. num.* 6. *& seqq.* vbi etiam quid de Ecclesia præscribente contra Ecclesiam. Turzan. *opin.* 117. vbi quomodo præscribat Ecclesia succedens priuato. 8

Præscriptio contra ignorantem quando & quomodo currat, Socin. *reg.* 105. Diaz *reg.* 571. *& 576.* Boui. *de statut. præscript. pag mihi* 67. *num.* 1. *& seqq vsque ad num.* 17. Ioseph. Ludou. *decis. Lucen.* 51. 1. *part. in discursu.* præsertim *n.* 34. *& seqq.* vbi an requiratur scientia in præscriptione longissimi temporis: de quo per Osasc. *decis. Pedem.* 101. *n.* 20. 21. vbi declarat. Et an ex capite ignorantiæ detur restitutio aduersùs præscriptionem, vide *in seq. vers.* Et an scientia requiratur in præscriptione reseruatorum Principi, vide infrà *num.* 24. 9

Præscriptio. Restitutio in integrum, an & quando detur aduersùs præscriptionem ex capite ignorantiæ, vide suprà tradita *in antecedente vers. n.* 9. *& in sequente vers. num.* 11. vbi generaliter quomodo aduersùs præscriptionem detur restitutio. Et *infra vers. Restitutio in integrum, quando petitur ex capite ignorantiæ, &c.* Et præter *ibi* allegatos vide Bouium *de statut. præscript. pag.* 67 *num* 1. *& seqq. vsque ad num.* 17. Lambert. *de contract. gloss.* 1. *num.* 312. vbi remissiuè, *de præscriptione* 30. *vel* 40. *annorum.* Licèt benè dicat aduersùs immemorabilem præscriptionem nõ dari restitutionem ex capite ignorantiæ. Vide Rol *cons* 68. *n.* 1. *vol.* 3. vbi quòd ex capite ignorãtiæ datur restitutio aduersùs præscriptionem 30. annorum, secundùm communem; & idem aduersùs præscriptionem 40. annorum, secundùm magis communem; de qua *ibi* per totum consilium. Contrarium, quòd aduersùs præscriptionem ex capi- 10

te ignorantiæ non detur restitutio, defendit Sarmien. *select. inter. lib. 2. c. 10. n. 1. & seqq.* Sed contra Sarmien. est magis communis opinio, vt *in decis. Pedemont.* 69. *n.* 16. Roland. *cons.* 79. *num.* 46. *& seqq. vol.* 3. vbi etiam id multò magis dicit procedere in minore. Petegr. *decis.* 40. *lib.* 2. Boccac. *in const. March. gloss.* 8. *n.* 167. *in fine.*

